an vero non rumpatur numerus præbẽdarum ipso iure, sed sit in facultate rumpendi. Inno. hic posuit vtranque opin. Nã primo dicit non rumpi numerũ pbendarũ ipso iure, sed etiam in facultate rumpendi. quia ex ipsis redditibus superexcrescentibus poterunt nouæ præbẽdę creari vltra numerum antiquarum. Secunda fuit opin. quod ipso iure rumpatur numerus præbendarum & hoc quia vr̃ existere conditio resolutiua numeri ipsarum præbendarũ, quæ tacite subintelligebatur, videlicet nisi intantũ excrescerẽt facultates &c. facit quod hr̃ in l. ij. ff. de in diẽ adiect. & in l. Titius. ff. de excu. tut. in quibus conditio resolutiua vr̃ resoluere ipso iure. & propterea hoc dicit hic Inn. & idem Compo. quod si in tali ecclesia, in qua super excreuerunt facultates, fiat impetratio etiã vltra numerũ, licet nõ sit facta mẽtio de numero, quod nihilominus tenebit impetratio: quia vt dixi post excrescentiam facultatum intelligitur numerum esse factum. Et videntur vel le prædicti quod intelligat̃ esse fractus numerus canonicorũ, & præbendarum. facit etiam ꝙ no. ipse Inn. in c. dilectus filius T. j. de præben. vbi idem vr̃ voluisse. Sed ꝯ istã opi. facit si ruptus intellr̃ numerus præbendarum, & quod antiquę pbendæ redactæ fuerint ad cõionẽ. facit quod habet in c. si. de ꝯce. preb. in vj. & quod ẽt dixi in euidentiali. & th̃ ꝯrium hic dr̃. d. Ant. de But. hic satis dubitauit de isto articulo. Et finaliter tenet, qđ nõ est ruptus numerus præbendarum ipso iure, sed est in facultate rũpendi augmentatiue per id quod hr̃ in c. dilecto. j. de præb. ibi dum dicit augmentare valeant numerũ prębendarũ, & quodã ius spirituale de nouo creando: & sic non rumpet̃ numerus ad finẽ, vt antiquæ prębendę deãnt reduci ad cõionem oĩum: sed rumpet̃ ad finẽ, vt remanentibus antiquis præbendis in suo statu augeat̃ numerus pbẽdarum vsq; ad numerum qui poterit fieri ex superexcrescentib. verbi gratia. Si tot sunt superexcrescentes redditus, ꝙ ex eis possent fieri quatuor præbendæ, tunc debuissent ex illis creari quatuor præbendæ, & cuilibet eorum vna assignari: & sic reductus esset numerus præbendarum & canonicorum ad numerum antiquũ ipsius ecclesiæ Ferrarien. in qua olim erat numerus 18. canonicorũ & 18. præbendarum: vt dicebat Egi. & tetigi super text. Et istud procedit qñ in ecclesia olim erat numerus statutus maior, q̃ esset de præsenti, vt erat in casu capłi, quia restrictus fuerat numerus ad 14. canonicos. 14. præbendas, licet olim fuisset numerus 18. canonicorum & 18. prębendarum. Sed vbi antiquitus non fuerat alius numerus statutus, sed solum vnus numerus erat statutus, qui reperiebatur esse tempore quo superexcrescebant redditus. tunc dicit do. Ant. de But. quod isto casu præbendæ, quæ creabũtur ex ipsis superexcrescentib. orient̃ cũ recepto ad illas & extinguent̃ ipso mortuo, per id quod hr̃ in simili, j. de præben. in c. dilecto. Sed ista opi. mihi non placet: immo vr̃ qđ etiam si non reperiatur alium numerũ antiquitus fuisse in ecclesia, tñ rumpat̃ numerus præbẽdarum augmentatiue vsq; ad numerum qui fieri poterit ad numerum superexcrescentib. Si forte sufficiant pro quatuor censebit̃ deinceps quod sit numerus prębendarũ 18. si in ecclesia fuisset numerus 14. & si redditus sufficerent ꝓ trib. tñ: tunc fiant tres ex supexcrescentib. & sic esset numerus 17. pbendarũ, & canonicorũ. & si solum duę ex illis superexcrescentib. fieri possent: tunc si fiant esset numerus 16. præbendarũ & canonicorũ. & idẽ erit iudiciũ hoc casu de istis prębẽdis nouiter creatis, qđ iudicabit̃ de antiquis. Et sic non expedit dicere quod ius talium præbendarũ nouiter creatarũ oriatur cum recepto ad illas, & extinguat̃ cũ illo extincto: immo vt dixi erit iudicandum de qualibet illarũ nouiter creatarũ, qđ iudicabit̃ de ipsis antiqs, & ista vr̃ esse mens literæ rectę, & diligenter cõsiderando eam. Et per pdićta põt inferri, nunqđ stante certo numero in ecclesia, si superexcrescant redditus, & fiat impetratio in tali ecclesia vltra numerum: quia forte nulla de antiquis pbendis vacat, an tenebit impetratio. Et clarum est quod si fieret impetratio postq̃ creatę essent nouæ prębendæ ex superexcrescentib. ꝙ teneret impetratio, dũmodo nõ fieret vltra nunerum ipsarũ nouiter creatarũ ex supexcrescentib. Si autem redditus superexcreuissent, sed nõdum creatæ essent aliquę prębendæ ex illis, an tenebit tũc impetratio, est magis dubium. Inn. & Compo. tenuerũt qđ sic, vt superius dixi do. Ant. de But. hic vr̃ velle ꝯrium ex eo, quia si forte Papa sciuisset numerum in ecclesia, licet sciuisset de supexcrescentia reddituũ forte mãdasset redditus superexcrescentes applicari vtilitati ecclesiæ, vt fecit in c. fi. j. de ver. sig. Et ideo ex quo non est facta mẽtio de numero literæ, videntur surreptitię. facit c. cõstitutus. j. tit. j. & ita tenebat hic recolendæ memorię do. Gasp. de Cal. per preallę. c. ꝯstitutus. Et hoc dicebat d. Ant. de But. procedere qñ nullus fuerat receptus sponte in canonicũ per capłm vltra numerũ. Si aũt aliqs fuisset receptus spõte per capłm vltra numerũ: tunc q̃a fuisset corruptus numerus canonicorum, j. de prębend. pro illorum. licet non rumpatur s̃m eum numerus præbẽdarũ, vt etiã superius est tactũ. Dicit quod nõ est necesse facere mentionem de numero: quia sufficit numerũ canonicorũ esse fractũ, vt non sit necesse in impetratione facere mẽtionẽ de numero: licet remãsent numerus præbendarũ, per ea quę hñr in d. c. pro illorũ. Sed certe vr̃ posse dici, quod etiã si nullus fuerit sponte receptus per capłm vltra numerum: tñ teneat impetratio facta a Papa, etiam non facta mentione de numero: licet aliqua antiqua præbẽda nõ vacet, ex quo superexcreuerunt facultates: ꝓut voluit Inn. & Cõpo. valeat ipsa impetratio: quia satis est verisimile, ꝙ si Papa sciuisset superexcrescentiam fructuum, mãdasset istũ recipi, & sibi ꝓuideri de superexcrescentibus cum tot poni debeant seruitores in ecclesia, pro quot sufficiũt facultates. j. de institut. c. j. nec ob. prædictis. c. fi. de ver. sig. quia ibi non loquitur qñ Papa scribebat pro aliquo recipiẽdo in canonicum: sed quo ad alium effectũ: nã ibi ad instãtiam capłi, quod dicebat diminutas facultates: Papa dederat prãtem aliquib. moderandi numerum, quia non erat verum diminutas esse facultates, sed potius supexcreuisent declarat. quod quib. dedit potestatem moderandi poterunt confirmare numerum, & facere cõuerti in vtilitatem ecclesię redditus superexcrescentes: & sic no facit ad propositum. quia ibi non erat qui impetrasset a Papa se recipi in canonicũ. Sed in ꝓposito facta fuit impetratio: ideo debet tenere, etiam non facta mẽtione de numero, vt voluit Inn. ex quo potest prouidere superexcrescentibus, nam vt dixi satis est verisimile quod si Papa sciuisset superexcrescẽtiam, ex qua potest prouideri, dedisset literas: licet non fuisset facta mentio de numero. ar. d. c. j. j. de instit. nec ob. etiam prædictis præalle. c. constitutus. quia debet intelligi, qñ redditus non superexcreuissent. & per prædicta potest inferri, quid iuris si redditus supexcreuissent solũ essent sufficiẽtes pro vna præbenda? & forte sunt quatuor, vel duo, aut tres vltra numerũ recepti ꝑ capłm quid fiet hoc casu. Io. And. hic dicit ꝙ debebit̃ primo recepto, si appareat quis primo sit receptus. & si non appareat electio erit capituli, vt de illis fiat vna prębẽda, & detur illi quem elegerit capitulum. arg. j. de iure patr. cum autem. & de rescript. duobus. in vj. Innocẽ. vero hic dicit, quod cum omnibus supernumerarijs prouideatur, quando hoc fieri potest, ita quod quilibet habeat suam præbẽdam: multofortius s̃m eum debebit ei prouideri, qñ redditus non sufficiunt oibus: & sic debẽt redditus tunc omnibus supernumerarijs cõicari. Et istam opinio. videntur finaliter tenere do. Io. And. & do. Ant. de But. quando nõ apparet quis primo fuerit receptus. Mihi videtur quod rationabilius sit, quod si redditus sit pro vna præbenda, qđ de illis fiat vna, & seruet̃ qđ der̃ primo recepto: vel si nõ appa-

plu.arcen.licet Barto.in d.l.ij.C.de litigio.per d.§.Iulianus,dixerit indistincte quod per contestationem litis in personali fit actio litigiosa,sed non res per.d.§.Iulianus. Sed certe ille §.hoc non probat vt dicit: & ipse idem aliter dicit in l.fin.ff. de litigio. dictum tamen præfactum, quod quando agitur personali etiam per contestationem non fit res litigiosa,sed solum actio, tenuit hoc Inno.& Compost.& Io.An.& do.Anto.de Bu.& etiam ipse idē Io.And.j.vt lit.pen.in c.fi.super glo.sed ista opi.non est vera,vt prædixi per d.l.ij.C.de litigio.& satis miror quod do.Anto.de But.transtuerit cum illo, considerato φ optimus Legista fuit, & considerato etiam quod repetierit istud capitulum: & sic mirandū est quomodo transtuerit cum opi.pdicta tenendo autem opinionem veram quā dixi,planus erit intellectus literæ,quia per contestationē litis fuit inductum vitium litigiosi nedum super actione, sed et sup re,licet ageret actione personali:quis Innocē. Cōpo.& cōiter doc.hic dixerint contrarium,vt s.dixi,qđ tene menti,quia ista est veritas, licet Bar.aliqualiter variauerit.Et per prędicta etiam non obstabit, si dicatur φ canonici non debent priuari sua possessione lite pendēte. j.vt lit.pen.c.j.in fi.& per totum.& sic vř,quod cum ante litem motam canonici essent in quasi possessione confetendi pbēdas,qđ illas et potuerint pferre post litē motā: & sic vř, quod collatio præbendę facta per eos alteri deberet tenere,cuius contrarium hic dr:nam potest respōderi, quod possessor potest vti sua possessione lite pendēte:dummodo illa licite vtatur, & non contra iuris dispositionem,prout contingeret hic,q́n conferrent præbenda, quæ est affecta vitio litigiosi, si alteri cōferatur quam illi cui debeatur. & iuxta id quod hř in l.ij.& fin. C.de litig.

36 ¶†Et per prædicta et pōt inferri ad id, qđ tetigit hic Cōpo.qui q́rebat,quid si receptus in canonicum per capłm petit a capitulo præbendam vacantem coram competenti iudice,& facta litis contest.capłm illam confert alteri. Vel si aliquis petit confirmationē electionis ad canonicatū,vel archidiaconatum,& lite contestata capłm confert canonicatum,vel archidiaconatū alteri:an collatio eo ipso sit irritanda,etiam anteq̄ cōstet de iure actoris:videretur dicendum quod sic,per id quod hř.j.de arbit.ex parte. & de iure patro. ex literis.& j.vt lite pen.per totum. In ɔ̄riū facit,quod hř de restu.in integ.cum venissent.Itē quia vitium litigiosi non vř habere locum,nisi vbi de dn̄io mouetur lis.C.de litigio.auth.litigiosa.sed iura non vnř esse in bonis nostris. ff.de vsufr.lega.l.j.ergo de illorum dn̄io lis non vř esse posse.Compo.hic sequendo Innoc. dicit, quod quoties quis aliquam rem corporalem dicit sibi datam,non aūt dicit suam esse ille, a quo petitur potest sine vitio litigiosi illam alienare.Et item dicit, si petatur confirmatio electionis,etiam si ante electionem fuerit appellatum ad Papam: quia licet appellatio deuoluat cām ad Papam,non tñ deuoluit potestatem conferendi,& si diceretur φ cassandum est id,quod fit post appellationem.Respondet quod verum est de his,quę spectant ad iudicem, vel causæ processum: & si reciperentur testes,vel ferretur sñia. Nam talia bene cassarentur probata appellatione legitima: applō vero non pertinet ad processum, ex eo q̄a causa pendente,maxime appellationis, possessio non debet parti auferri,cum illud censeatur esse de processu, vt possessor in sua possessione nō molestetur.j.de appe.cum teneamur. & facit quod hř j.de præben.licet Eps.libr.vj. Et sic intelligit hic Compo.id,quod hic dicit de præiudicio partiū,quo ad possessionem: vt si vna pars reliquā possessione priuasset. Nec obst.prædictis c.ex parte. j.de arbit. quia ibi lis mota non impediuit electionem vltimo facta à capłō,sed præcedens electio nō cassata. facit quod legitur,& notatur j.de elec.auditis. super hoc tamen bodie dicendum,prout hř in c.j.& ij.j.vt lit.pen. li.vj. ¶ Itē non obst.prædictis c.ex lris.j.de iur.patro. Nam dum ibi dicitur tanq̄ cōtrouersia esset, subaudiri debet maxime, fm Compo.¶ Item non ob.fm eum,quod lite pendente nihil est innouandum:quia vt dictum est s.illud habet locum,cum lis pendet de dn̄io, quasi motio litis personalis non facit rem litigiosam fm eum,cum per ipsam nō contendatur de dn̄io, per id quod habetur in d.auth.litigiosa.C.de litig.& per prædicta etiam dixit Compo.φ si Eps agit contra aliquem, vt remoueatur ab ecclesia & lit. pē. ipsam ecclesiam conferat alicui lis mota non impediet collationem Epi: intellige si vere vacabat ecclesia de iure.Nam alias non posset conferri,anteq̄ esset priuatus tenens illam.Si autem esset quæstio de dn̄io,tunc si aliquis dicat præbendam esse suam:tunc si ille a quo tenetur ipsa præbenda ipsam alienaret, bene incideret in vitium litigiosi.Nec ob.qđ dictum est iura non esse in bonis nostris: quia respōdetur quod saltem sunt in quasi bonis. sicut & quasi possidētur.ff.de acq.rer.do.l.seruus.§.incorporales. Aduerte tñ fm Compost.quod si præbenda vel res,de cuius dn̄io vertitur quæstio,alienetur a tertia persona,quod id fieri potest sine vitio litigiosi:si tñ,phibitio fiat litigantibus tātum actori videlicet & reo.l.ij.& l.fi.C.de litigio. & l.ij.ff.de litigio.Itē et aduerte,φ licet prohibeatur voluntaria alienatio rei litigiosæ,non tamen prohibetur necessaria.ff.de rei ven.l. his a quo.& l.seq.facit quod no.Ioā. And.de elec.dudum.el ij.in verbo, irritum.& sic residet hic Ioan. And.ante glo.Et sic in effectu vř sequi opi.Inn. & Compost.quod lis mota super actione personali etiam lite contestata non inducat vitium litigiosi. Sed contrarium vř verius per id,quod habetur in l.a.C.de litigio.& per id quod superius dixi.¶ Vlterius potest opponi contra tex.in eo,quod dicit circa finem. Iā vř quod Papa debuerit mādare,quod omnia innouata post litem motam debuerint reuocari:non autem illa tantum, quæ coram Ferrarien.Episcopo fuerunt innouata, per id φ hř j.vt lite penden.per totum.¶ Pro cuius contrarij solutione est sciēdum,φ litera in fine,dum dicit post motam q̄onem, potest dupliciter punctari: vno modo quod hoc verbum coram Episcopo,coniugatur cum verbo innouata,quod est in fine:& dum dicit & post motam quæstionem, intelligatur scilicet coram Papa.¶ Alio modo quod non coniungatur cum d.verbo innouata.sed eum verbo,motam. & ista regula est magis cōis.Nam fm veritatem corā Episcopo Ferrariē. primò petierunt sibi fructus assignari fm Host.& Pe.Et fm istam punctationem non obst. contrarium,quia omnia innouata post motam litem fm hoc reuocabuntur.Sed Innoc.hic in vltima sua gl.sequitur primā punctatione, dicens quod ex quo de his præbendis, vel possessionib.agebatur corā Papa, vel eius delegato, illud negotium videtur Papa ad se reuocasse: & ideo alij inferiores non debent se intromittere per id, φ habetur j.de offi.deleg.licet.& ij.q.vj.c.quis. & propter hoc dixit de innouatione coram Episcopu Ferrarien. non autem ex eo, quia omnia innouata lite pendente non debeant reuocari: & sic non obstabit contrarium etiam secd'm istā punctuationem.Si autem essent indices pares, qui eodē tempore de aliqua de re cognoscerent: tunc dicit Innoc. φ licet vnus eorum aliqua re cognoscat, nihilominus tenebit, φ fiet ab alio super illa: & sic vtriusq; processus valebit.Fatetur tamen, φ pars tunc posset recusare laborem litigandi super eadem re coram diuersis iudicibus. Nam posset petere,q́n molestaretur coram secundo, ad primum remitti: φ si non fieret, licitē posset appellari.ff. quibus reb.ad eundem iud.ea.l.j.& l.si pariter.ff. de libe. cauf. & sic dicit Compost.factum fuisse in quadam causa Mediolanensi: vbi super vna præbenda octo litigabant coram diuersis iudicibus. Nam Papa mandauit, quòd omnes irent ad vnum,aliàs si non peteret pars legitimus esset processus coram vtroque habitus.argum.l.pen.ff.de petit.hæredit.& ff.de rei vendic. in l.is a quo. saluo semper

37 per eo.quod habetur de rescrip.dispendia.libr.vj.¶ † Sed tunc iuxta prædicta surgit dubiũ, quid si separatim vnus
a pronuntiet * pro, alter contra: quæ sententia valebit: Dicit Inno.& Compo.quod valebit prima sententia, si non appellatum ab ea, & nõ scḋa: qa non esset cõtra res prius iudicatas: & sic non debet valere ꝑ id qđ hr̃ ij.q.vj.diffinitiua.& in l.j.C.qñ ꝓun.nõ est nec.qđ intelligit do.An. procedere, nisi fuit notificata scḋo iudici, & coram eo ꝓducta: qa tunc vr̃ scḋa lata contra notoriũ & sic nõ valet per id quod hr̃ de appel.in c.inter cęteras.secus si nõ fuisset notificata secundo iudici per id, quod hr̃ de re iudi.c. inter monasterium.vbi plene de materia, an & qñ sententia contra sententiam valeat, & per legistas in d.l.j.C.qñ prouo.non est neces.Si aũt fuisset appellatum ab ipsa prima sententia, tunc appellans in causa appellationis, tuare poterit se per scḋam sententiam, si ab illa non sit appellatum, cum ex eo oriatur exceptio peremptoria, quæ in causa appellationis potest opponi, vt legitima, vt not. j.de testi.fraternitatis.& C.de tempo.appellatio.in l.per hanc.Si autẽ simul appellassent, quis prius ꝓnuntiasset. tunc quæ sententia debeat præualere: recurre ad c.fi.j.de re iudi.qa illa, quæ reperietur lata pro actore in casibus specialibus ibi positis: alias præualebit sententia lata pro reo.Item aduerte, inquantum dixi s̃.quod Papa cognoscendo causam illam ad se intelligitur reuocare. Inno. vr̃ hoc limitare. Nam intelligit illud verum quo ad alios tantum, qui litigant coram ipso secus credit quo ad alios qui non litigant coram ipso.& ideo ſm Inn.& Cõpo.valeret iudicium super illa re habitum coram inferiore inter vnum ex litigantibus, & quendam tertium.facit qđ habetur j.de appellati.c.Romana.§.in alium libro.vj.Et ſm prædicta debet intelligi dictum c.licet.de offi.lega.& dictum c.q̃uis.iij.q.vj.& litr finis istius c.ſm Inno.qui et dicit, ꝙ aliud est Papam ad se negotium ex certa scientia reuocare, quo casu videtur reuocare quo ad oẽs: & aliud
40 tantummodo de causa cognoscere.quia tunc solum quo ad litigantes vr̃ negotium ad se reuocare per c. vt nostrũ.
b j.de appel.& j.lite penden.ecclesia.ij.Sed certe opi. Host. vr̃ intelligenda ſm opi. Inn.quia limitata causa limitatũ debet parere effectum, per id quod legitur & not.in l.ita autem.in prin.ff.de adm. tut.& in l.in agris.ff.de acq.rer. do.& hanc opi.etiam tenuit hic do. Anto.dicens, ꝙ processus inferioris nõ valebit, si Papa proprio motu, vel ex certa scientia manu apposuit: secus si ad petitionem partis, nisi hoc sciuerit iudex inferior, per id quod hr̃ j.de appel.si duobus.Circa hoc tamẽ, qñ Papa proprio motu reuocat, adde quod dicerut j.de rescri.cęterum. & eo.tit.cũ
38 contingat.quod etiam ibi nota.per do.Inn.¶ † Iuxta prædicta etiam potest quæri pro intellectu text. in fi.an indistincte debeat fieri reuocatio innouatorum lite pendente.dicit Io.An.post Inn.in c.Episcopi. de rebus eccle.nõ alie.ꝙ non: imo prius debebit præcedere causæ cognitio, an fuerit innouata, & an fuerit innouata ꝯtra ius: nę alias lite pendente quis priuetur cõmodo suæ possessionis cõtra id, qđ hr̃ xvj.q.iiij.in c.volumus. & de iure patro.in c. consultationib.ſm Inn.& Compo.& idem Guil.in Spe. in tit.de app.§.j.ver.quæro.& facit quod not.Io.And.post Inn.in c.epi.de reb.eccle.non alie.¶ Sed aduerte, quia dictum est de causæ cognitione præmittenda, vr̃ facere in contrarium l.ædiles.§.Item sciendum.ff.de edil.edic. vbi dr̃ ꝙ ea, quæ contingunt post lit.contestatam, spectant ad iudicis officium.Et si diceres quod illud habet locum, qñ idem est iudex, qui reuocat: & quo cognoscente, aliqua sunt innouata, non videtur bene dictum: quia eodem modo debet procedere successor, quo primus succedere debebat.l.mortuo.ff.de iudi.ideo aliter respondet Innoc.& dicit, quod illa lex ædiles. non dicit summatim non esse cognoscẽdum de his, quę post litem conte.occurrunt, & non ea quæ ante, nisi expresse petantur facit quod no.In.

39 no.de exces.præla. in c.tanta.¶ † Vltimò possunt formari tres, vel quatuor oppositiones. Prima est, qa videt̃ quod canonici nõ possunt facere statuta sine consensu Episcopi, per id quod legitur & not.de verb.sig.c.ij.in vj.& quod dictum fuit s̃.eo.cum oẽs.Solutio.potes intelligere quod hic fecerit statutum de consensu Episcopi, licet hic non dicatur: vel dic quod hic confirmatũ fuit statutũ per sedẽ apostolicã ex certa scientia, vt innuit̃ in ver. verum ideo tenuit statutum, licet ꝯsensus Episcopi non intercesserit, alias non tenuisset, vt in contrarijs. ¶ Scḋo põt opponi, quod ad vnã præbendã non possint duo recipi, per id qđ hr̃ j.de præbẽ.maiorib.Solutio.dic, ꝙ cum litera dicit ad eam, debet exponi.i.ea vacante.& sic non ponitur forma receptionis, vt etiam voluit gl.hic in verbo, ad eam. Vel scḋo dic ad eam.s.ecclesiam. & sic facit relationẽ simplicem, & non in spẽ.facit l.diuum.cum ibi not.C.de iniurijs.Sic in simili, cum dr̃ mulier damnauit, quæ saluauit. ¶ Tertio põt opponi, quód ad præces vel instantiam alterius non debeat cõcedi beneficium, qa etiam præces inducunt simoniam, j.de æta.& quali.in c.tuã Solue, quod hic debet intelligi de precibus spiritualibus: secus si non essent spirituales, sed carnales: de quo in d.c.tuã.¶ Quarto põt opponi, quod ad vacaturas præbendas non posse fieri receptio. de conces.præbend.c.ij.cuius contrarium hic innuitur in ver.mandamus.Solutio.quod ibi ponitur intentio canonicorum, qui de vacaturis, & non de superexcrescentibus volebant prouidere: non autem ponitur forma receptionis.& sic non obst.contrarium ſm Innoc. Hosti.& Petrum.& hęc sufficiant de istis oppositionibus. ¶ Vltimo est aduertendum propter id quod, s̃. dixi circa materiam protestationis.inquantum dixi ꝙ aliqua, sunt de materia protestationis, dubia in dicta materia, quæ nõ sunt bene per Doc.declarata. Nam duo potissime vident̃ esse dubia in materia prædicta, quę non videntur esse ple
40 ne declarata. Primum est, † quando fit ꝓtestatio ad hoc, vt protestatio ꝑiudicet, sufficiat aduersarium tacere, & nõ
b contradicere: an vero requiratur consensus aduersarij.
Secundum est an protestatio, vel pactum contra substantiam actus vitiet actum: an vero vitiet̃ ꝓtestatio vel pactum.¶ Circa primum est aduertendum, quod in hoc videntur esse opi. Nam gl.iuris ciuilis vr̃ velle, qđ sufficiat taciturnitas.in l.si fideiussore.in princ.qui satisda.cog. & idem vr̃ velle gl.in l.fi.§.itẽ si prædixerit.ff. nau.cau.sta. Item voluit gl.iuris canonici in c.j.ſm Dy. glo.vero in c. Cumana.de elec.in tertia gl.videtur tenere ꝯtrium.videlicet quod requiratur expressus cõsensus.& idem ibi tenet expresse Inno.& Hosti.& idem Archi.in d.c.j.do. Flo.hic vr̃ velle, quod requirat̃ similiter consensus expressus per id, quod legitur & not.in d.c.Cumana.in iij.glo.do. Ant. de But.vr̃ hic circa primum articulum protestationis, & circa secundum casum dicti arti.ver.si vero factum, & cõsensus facti tenet, ꝙ sufficit non ꝯdicere.& idẽ tenet circa quartum casum dicti articuli in ver.si vero factum dependet.contrarium vr̃ in scḋo articulo materiæ protestationis.¶ Circa secundum casum dicti articuli in ver.si factum est ibi tenet, & idem tenet circa tertiũ casum dicti articuli.Bar.in l.non solum.§.morte.ff.de oper.no.nunc. ¶ Circa primam speciem protestationis, videlicet circa protestationẽ declaratoriam voluntatis in versi.sed quarto.concludere vr̃ ꝙ si fit protestatio ad tollendam obligationem iã ꝯtractam, vel ad impediendã obligationẽ, in quã ille qui protestat̃ incidit ex necessitate actus præambuli, vel ad impediendam obligationẽ futurã, reqrit̃ partis cõsensus per l.fi.§.item si prædixerit.ff.nau.cau.sta.& l.cum in plures.§.locatio horrei.ff.loc.secus vbi fit super aliquo actu, ex quo nõ inducit̃ prima obligatio, sed aliquod præiudicium generatur: qa tunc non requiratur consensus per l.collationis.§.j.ff.de leg.2.Et per prædicta potest inferri ad intellectũ d.§.item si ꝑdixerit.nã ſm Bart. in d.§. morte.

a Duo iudices si ꝑ nunciet diuersas sententias, quę præualet? Adde qđ iudices plures, nullo sunt discordes, qlibet eorum det sniam ferre, prout sibi videtur: ne incidat in penã statuti, disponentis, ꝙ eam ita decidant, ꝙ amplius de ea non dubitetur, sub pena. Ang. in Auth.vt iud non ex pe.sa.iuf.in prin.col.9.

b Ad hoc vt protestatio valeat, an sufficiat aduersariũ tacere, & non cõtradicere: an vero requiratur expressus consensus aduersarij. Vide Pa.de Ca. in l.si fideiussor. hic alle.in pri. vbi videt̃ distinguere. & vide hic latẽ per d. Fel.in omnibus suis cõclu.quas fecit de ꝓtestatione cum solennibus limitationibus ad omnes exclusiones quia null' magis ordinate fer ꝑ fi in dicta materia ꝓtestationis.

morte.ibi vr agi de impedimẽto obligationis, quæ ex ne cessitate vr contrahi cum nauta:quia ex quo solus tale officiũ suscepit, tenetur recipere volens intrare nauẽ cũ rebus suis,per no.in l.j.ff.sur.aduer.nau.& ideo ibi ita demum nocet protestatio facta per executorem nauis,si intrantes nauem consentiant. & hunc intellectũ sequitur Bar.in d.§.morte.& fuit originaliter Pet.de Bellaperti. vt tangitur per Cyn.in fi.in l.pacta nouissima.C.de pact. & tangitur ẽt ibi de materia Bar.¶ Sed aduerte,quia glo. in d.§.item si prædixerit,sentit ɔ̃rium.Nam subaudit ibi,maximè:sed Bar.in d. §. morte.si bene ponderentur eius dicta,vr in effectu voluisse improbare illã glo.sed in d.§. nititur illam saluare,& dicit glo.illã procedere qñ protestatio fieret anteq̃ intretur nauim.Sed si postea fieret, tunc procedit opi.Pe.Nã sc͂dm eũ magis vr imputandũ intrantibus:ex quo intrant post protestationem,& nihil dicunt q̃ eo casu,in quo iam sunt in naui. Quis autem prædictorum intellectuum sit verior, patebit ex j.dicendis.Et not.. bene,quia vr Bart.velle ꝙ in casibus , in quibus dixi post eũ requiri consensum.Pro huius articuli declaratione potes concludere , quod aut protestatio fit ad conseruãdum ius protestantis:aut ad declarandum factũ ipsius protestãtis, ꝙ poterit multipliciter intelligi : aut fit ad præiudiciũ iuris aduersarij ipsi aduersario:aut fit ad tollendũ vel limitandũ obligationem quandam eum aduersario cõtractã: aut fit ad impediendam obligationem, in quã protestans incidit ex facto circa eum per superiorem gerẽdo. Primo casu non exigitur consẽsus aduersarij,vt l.collationis.§. j.ff.de lega.ij.& l.si debitor.§.j.ff.quibus mo. pig. vel hyp. sol.et not.Bar.in d.§.morte.in loco præalleg. Primo casu non exigitur.Secundo casu,qñ fit ad declarandum factũ protestantis,dic idem:quia tũc fit super eo, quod pendet a potestate protestantis.ideo non requiritur cõsensus aduersarij per id,quod legitur & notatur in l.si quis.ff. de iudi.Exemplũ,quando quis protestatur quod respondet negando narrata,prout narrantur,non tamen animo litem contestandi.& quod hoc casu non requiratur consensus aduersarij,no.Bar.in l.j.C.de lit.contest.& do. Ant. hic in materia protestationis, in secundo articulo circa quartũ aut quintũ casum dicti articuli.Tertio casu,qñ fit ad præiudicandũ iure competenti aduersario ratione prælij fori: & tunc vr quod sufficiat aduersarium tacere, & non ɔ̃dicere,vt est gl.ordinaria & notabilis,cum qua cõiter transeunt Doct.in l.si fideiussor.in princ.ff.qui satisda. cogan. Quarto casu qñ fit ad præiudicandum alteri iuri ɔ̃petẽti aduersario.& tunc videẽ velle glo.in c.in Genesi. de elec. & Io.Mo. in regula, in generali.in vlti.charta. in ver. sed nunquid perficio.alias protestatio possessor tollit. de reg. iur.lib.vj.qđ si protestãs innitat iuri cõi, non requiritur expressus ɔ̃sensus aduersarij.& sic vr intelligere c.Cumana.de elec.secus si protestans nõ innitit iuri cõi: q̃a tunc requirit ɔ̃sensus expressus aduersarij . & sic vr intelligere c.in Genesi.de elec.& idem vr tenere d.Anto.de Bur.hic circa fi.sc͂di articuli.Sed glo.Inno.& Host.in d.c. Cumana.& Hos.de arb.in d.c.j.tenẽt similiter hoc,quo casu qñ fit protestatio ad præiudicandum iuri aduersarij, requiratur expressus consensus,nec sufficiat taciturnitas,& pro hoc ẽt alleg.quia licet protestãs crederetur contra se,nõ tamẽ crederetur pro se per id,qđ legitur & no. in l.de ætate.§.j. ff.de interrog. act.& in c.fi.de confes.& pro hoc ẽt facit,quod vbi agitur de præiudicio,tacens non habetur pro consitente.l.filiusfamilias.§.in iure. ff. de procura.& in l.vitiũ.ff.de seruitu.rusti.prædi.facit quod no.per Inn. & Compost. in d. c.in Genesi.& per glo.de regu.iur.qui tacet. lib. vj . Item quia lite pendente non tollit commodũ possessionis.j.vt lit.pen. c.j.& per totũ. ergo nec protestatio,vt tangit Io.Mona. in loco præalleg. In cõtrariũ facit , quia aduersarius cõtradicendo dictæ protestationi potest impedire effectum dictę protestationis: ergo si nõ contradicit, videtur tacitè consentire.ar.l.sępe.ff.de re iudi.facit qđ not.per gl.in l.Caius.ff.de app.& in c.nonne. de ꝓsum.& ideo de iure vr verior opi.glo.quæ hr in d.c.j. proqua ẽt bene facit, quod no.gloss.in d.l.si fideiussor. in prin.ff.qui satisd.cog.& in d.l.fi.§.itẽ si prædixerit.ff.nau. cau.sta.& pro hac parte ẽt facit, videlicet quod sufficiat taciturnitas:quod legitur & no.in l.filiusfamilias.ff.ad Macedo.Nam qñ iungitur patientia,seu taciturnitas cũ aliquo actu præambulo, videtur inducere tacitum consensum ẽt in actu præiudiciali . Nam si pater intellexit filiũ velle recipere certã pecuniam mutuo per literas ipsius filij,& non contradicit,videtur consentire.& idem vr si recepisset ambasiatam per nunciũ,cũ paria sint aliquid nũciare per nunciũ,vel per literas.l.qui autẽ.§.fi.cũ sequenti. ff. de constitu.pecu.& facit quod habetur in l.j.in fi.ff. de contrah. empt.& l. consensu.de act.& obl.& ideo in proposito,ex quo in præsentia partis facta est protestatio sibi,& non contradicit,vr sibi fieri præiudiciũ. & per hoc nõ ob.ratio. Inno.& Hosti.qui dicũt,quod non debet alicui credi pro se,sed contra se per d.l.de ætate.§.j. quia illud procedit in confessione: sed hic non loquimur in protestatione declaratoria volũtatis,quæ fit parti,ideo imputet sibi pars si non ɔ̃dixit,arg.d.l.filius.& illud fortè voluit gloss.in d.§.item si prædixerit.dũ subaudit maximè, quasi voluerit,quod non sit necesse, quod expressè consentiat , sed quod sufficiat tacite consentire non contradicendo:secus autem si expressè cõtradiceret,quia tunc protestatio nõ iuuaret protestantem,per no. in d.l.si fideiussor.in prin.& hęc opi.vr de iure verior.& satis vr de iure defendi per superius dicta tamen pp autoritatem Inn. & Host.& Archi.in d.c.Cumana.quorum opin.etiam vr sequi ibi Io.An.durũ esset in practica obtinere cõtra opi. prædictorũ,& maximè qñ protestãtis interest de iure cõi: & hęc sufficiant pro quarto casu . Quinto casu , qñ fit ad tollendam vel limitãdã obligationẽ iam contractam:& tunc requiritur expressus ɔ̃sensus aduersarij, arg.l. sicur. C.de act.& obl.& l.in ɔ̃modato.§.sicut.ff.ɔ̃mo.& no.Bar. in loco superius allegato.& probatur ẽt in d.l.fi.§.item si prædixerit.ſm intellectum,quem ibi ponit Bar. Sexto casu,quando fit ad impediendam obligationem, in quã protestans incurrebat ex necessitate actus præambuli: & tũc requiritur expressus consensus aduersarij, vt est casus in d.§.itẽ si prædixerit.non violando tex.ſm vnũ intellectũ, quẽ posuit,& sequitur Bar.in d.§.morte. in loco prælle. Aut fit protestatio ad impediẽdã protestationem , quam sponte erat incursurus protestans:& ſm Bar.in d.§. morte.in loco præallega.similiter requiritur expressus cõsensus aduersarij , alias per actum sequentem vr recessum a protestatione, ꝑ id quod legitur & no. in l. cum plures.§. locator horrei.ff. locati.Sed certè ex quo aduersarius non contradixit protestationi,vr ꝙ illi videatur consentire,ex quo illum effectum potest impedire ɔ̃dicendo, & id non facit,ar. notatorum per glo.in d.l.si fideiussor.in prin.ff.q satisd.cog.& eorũ,quæ habentur in d.l.sępe.ff.de re iud. ¶ Non ob.§.locator horrei.q̃a potest rñderi ꝙ ẽt propositum in mente retentum ſm vnum intellectũ, quẽ sequitur Pet.vt refert Cy. in l. pacta nouissima.C.de pac.& tangit ẽt Bar.in d.§.morte.vel ſm Iac.Bu. dici potest ꝙ ibi ex interuallo fuit factum secutũ,& protestatio fuerit simplex, & non respiciens expressè futurum. ideo vr fuisse recessum a protestatione per id,quod legitur & not.in l.per retẽtionem.C. de vsur. & iste intellectus vr verior de iure: quem etiam vr sequi ipse Bart. in d.l.pacta nouissima. tenere tamen menti intellectum Bar.quem posuit in §. morte.Nec obst.si dicatur ꝙ intellectus Bar. positus in §. morte.videatur verior ex eo,q̃a vt ipse tangit protestatio non iuuaret sc͂dm intellectũ Iaco.de But.ex eo,quia protestatio se non extendebat ad actum ex non interuallo factũ: nõ aũt,quia videretur recessum a protestatione, prout litera

tera ibi dicere videtur:quia responderi potest, quod etiã
satis vr̃ a protestatione recedi, qñ actus nõ fit incontinẽ-
ti,sed ex interuallo.Nam protestans,qui scit protestatio-
nem non extendi ad actum fiendũ ex interuallo , sed so-
lum ad fiendum incõtinenti,satis videtur dicere velle re
cedere a protestatione eo ipso,ꝙ non facit actum inconti
nenti,sed ex interuallo.nam per hoc satis patet,quia non
intendit verisimiliter insistere protestationi: & ideo satis
põt dici ab illa velle recedere eoipso,qđ dicit factũ face
re ex interuallo,& nõ incõtinẽti:& de multiplici intelle
ctu §.locator borrei.plenè dixi in d.§.morte . Septimo &
vltimo casu,qñ fit ad impediẽdã obligationẽ,in quã ꝓte
stãs incidit ex facto circa eũ ꝑ superiorẽ gerẽdo,iuxta di-
ctũ But.qđ sufficiat superiorẽ nõ ꝯdicere,vt est tex.cũ gl.
in d.c.j.& ĩ c.diaconi.26.di.Arch.tñ in d.§.morte vr̃ velle
ꝯtriũ ꝑ notata ꝑ Inn.& Hos.ĩ d.c.Cumana. Sed oppositio
gl.satis vr̃ probari ꝑ dicta iura,& maximè per c. diaconi.
pal.cũ ibi notatis ꝑ Lau.& Hug. Et intellige ꝙ sufficit ta
citus consensus in casu dictorũ iurium,quo ad hoc,vt nõ
deiiciatr̃ ab officio & beneficio:non tñ quo ad hoc,vt pos
sit vti matrimonio contracto post susceptionẽ sacri ordi-
nis:licet interuenerit protestatio,qđ ipse recipiẽs ordinẽ
nolebat teneri ad continentiam: qa Eps expresse non po
tuisset dare licentiã,vt post susceptionẽ sacri ordinis con
traheret matrimoniũ,vt not.Archi.in præalle.c. diaconi.
& sic multominus,quo ad hoc, sufficiet tacitus cõsensus:
4 & hæc sufficiant de isto passu & articulo.¶ † Circa scđm
articulũ,videlicet an protestatio,vel pactũ contra substã-
tiam actus valeat,an verò vitietur protestatio . Cõclude,
quod aut protestatio fit contra substantiã actus, seu ꝯtra-
ctus:aut fit ꝯ substãtiã rei in dispositione deductæ: aut fit
contra accidẽtalia, sine quibus tñ res in dispositione de-
ducta esset inutilis:aut fit ꝯ naturalia ipsius actus contra-
ctus:aut fit ꝯtra ipsius actus ꝯsecutiua ex iuris dispositio-
ne,in quibus protestans non habet potestatem prẹiudicã
di.Primo casu quando fit ꝯtra substantiam actus,seu cõ-
tractus:& tunc aut in protestationem,vel pactoapposito
contra substantiam actus,seu contractus non versatur de
lictum:& tũc protestatio vitiatur,& non actus, vt probatr̃
in l.cũ precario.ff.de precari.Nam ibi patet,si conceditur
aliqua res precario , & fit pactum qđ non possit reuocari
precariũ,in tali pacto non versatur delictũ : tum quia est
cõtra substantiam actus precarii , cũ ex quo precario con
cedi debeat posse reuocari vitiatur pactũ, & non contra-
ctus,vt ibi patet.& hoc procedit,quando nõ potest cõmo
dè transire propter contractũ,vt probatur in l. vbi ita do-
natur.ff.de dona.causa mor.vbi patet,quod si dono causa
mortis rem aliquam cũ pacto,qđ non possit reuocari,erit
donatio inter viuos,quæ habebit effectũ post mortẽ do-
nantis:& sic illa verba causa mortis non erunt nomen cõ
tractus,sed significabũt causam cõtractus,hoc est qa hac
de causa mouetur donans . vnde quia hoc casu potest in-
telligi,vt protestatio seu pactũ aliquo modo compatiatur
cũ actu:& ideo nõ vitiatur protestatio,seu pactũ,vt patet
in d.l.vbi ita donatur.& ibi ẽt per Bar.& tenet ẽt do. Car.
Flo.& do.Fran.de Ramponibus de Bononia in repetitio
ne.l.fi.ff.de condi.ob causam.Item aduerte inquantũ di-
ctũ est protestationem contra substantiam actus non va-
lere:quia illud ꝓcedit qñ actus fit extra iudicium, vbi nõ
fieret in iudicio: tunc facit protestationem velut sibi con
trarium repelli per id,qđ hr̃ in c.solicitudinem.de appel.
ad fi.licet gl.ibi aliter videatur dicere. & hoc etiam videtr̃
tenere Bar.circa quartum casum primi articuli,ad finem
ipsius quarti casus. ¶ Quandoq; verò in pacto vel prote-
statione contra substantiam actus versatur delictũ, vt cõ-
tingit in casu c.fi.de condi. appo. quãdo pactũ apponitur
contra substantiam matrimonii : & tunc in odiũ consen-
tientium tali pacto vitiatur contractus matrimonii , nul-
lus alteri obligatur,vt ibi patet.Sed si vnus contrahentiũ

faceret protestationẽ contra matrimonium , & alter non
consentiret expresse,sed contradiceret, vel taceret : quia
tunc vitiaretur protestatio,& non matrimoniũ,vt not. in
d.c.fi.de condi.appo.per Io.And.& quod dixi vitiari ma-
trimoniũ,quando vterq; consentit protestationi, vel pa-
cto cõtra substantiam matrimonii,procedit in matrimo-
nio carnali,nõ in mr̃imonio spirituali:qa licèt vterq; cõ-
sentiat,videlicet ꝓfitens,seu ingrediens religionẽ.& reci
piens ad religionem,non tñ vitiatur professio, seu ingres
sus:& sic nõ vitiatr̃ matrimoniũ spũale,licèt in ingressu vl
professione ꝑ profitẽtẽ vel ingrediẽtẽ appositũ sit pactũ
ꝯ substantiã professionis,seu ingressus,ut qa profitetr̃ reli
gionẽ retentis sibi certis bonis:tñ istud est ꝯ substantiam
religionis,vt de sta.mona.c.cum ad monasteriũ.ad fin.&
reiicitr̃ pactũ p̃dictũ,& valet ꝓfessio & ingressus.vt no.gl.
in auth.ingressi.C.de sacrosanc. eccl.& in c.solet.32.q.2.
& Io.And.in c.fi.de ꝯdi.apposi.licèt alii ꝯtriũ,& nõ bene.
& hęc est cõis opi.vt patet ex no.per Io.And.in c.fi.Et est
rõ diuersitatis inter matrimoniũ spirituale & carnale: qa
in carnali consentit pacto illi,cui principaliter quærenda
erat obligatio:Sed in spirituali secus , quia in illo princi-
paliter non quæritur obligatio de eo, & in consequentiã
recipienti ad professionẽ.ideo licèt recipiẽs ad professio-
nẽ cõsentiat pacto apposito,profitẽti nõ noceat:quia non
cõsentit deus,cui principaliter quæritr̃ obligatio:ideo vi-
tiatur pactũ & non professio.Et hoc procedit siue pactũ a
principio in ipso actu ꝓfession.s apponatr̃, siue ex post fa
cto.quod vtrobiq; est eadẽ ratio, licèt gl.aliter dicat in l.
per seruum.§.j.ff.de vsu & habi.& hoc etiam tenuit Frã.
de Rampo.in repetitione d. l. fina.ff. de condi.ob cau.in
quęstione,& duabus sequentibus. & etiam do. Anto. de
Bu.hic circa prin.quando fit protestatio, vel pactum con
tra substãtiã rei in dispositione deductæ: & tũc ꝓpriè ha
bet locũ d.l.per seruum.§.j.ff.de vsu & habita.& no. Cy.
per Pe.C.de iure emphy. ĩ l.2.vnde tũc debet distingui ,
an in ipso actu apponatur ꝓtestatio cõtraria : an vero ex
post facto,vt primo casu vitietr̃ actus,secũdo verò casu vi
tietur protestatio, vt ibi patet.vnde si lego fructum dedu
cto vsu: vnde quia fructus sine vsu nõ potest vitiare lega
tũ, secus si legato fructu adimatur vsus,quia tũc vitiatur
adẽptio,vt ibi patet.Tertio casu,qñ fit ꝓtestatio ꝯ accidẽ
talia,sine quibus tamẽ res in dispositione deducta esse in
utilis. Conclude ꝙ in distinctione tũc vitiatr̃ protestatio,
siue fiat in ipso actu,siue postea,vt probatur in l.j.§.j.ff.si
vsusfru.petatr̃.Vnde si legas vsũfructũ fundi , ita ꝙ heres
non teneatr̃ præstare iter,valet legatum,& reficitr̃ dicta cõ
ditio,seu protestatio:& idem si post legatum vsusfructus
fundi adimitur iter , vt ibi probatur:& sic patet ꝙ minus
operatur ꝓtestatio,qñ fit ꝯ accidentalia,q̃ qñ fit ꝯ substã
tialia rei deductę in dispositione. Nã in primo casu indi-
stinctè vitiatur protestatio:sed ĩ secũdo casu demũ,qñ fit
post actũ.Quarto casu,qñ fit cõtra naturalia ipsius actus,
cõclude ꝙ valet protestatio & pactũ per id, quod no. per
glo.& Doc.in l.2.C.de iu.emphy. vbi patet ꝙ licèt de na
tura ꝯctus emphyteutici sit,ꝙ emphyteuta possit expelli
ipso non soluente debitũ canonẽ inter bienniũ,si est em
phyteusis ecclesiæ,& si priuati inter triẽnium, vt probatr̃
in c.potuit.de loca.& in d.l.ij.de iure empy. tamen vale-
bit pactũ si fuerit appositum, ꝙ nõ possit expelli emphy-
teuta,vt no.ꝑ gl.& Doct.ĩ d.l.ij.& bene facit,qđ no.ꝑ gl.
in l.pacta.ff.de ꝯhen.empt.Quinto & vltimo casu fit ꝯ cõ
secutiua ipsius actus,quæ consecutiua surgũt ex iuris di-
spositione, in quibus potestas nõ habet potestatẽ iudicã
di:vr̃ breuiter dicendũ,ꝙ protestatio vitiatr̃ per id,qđ legi
tur & notatur in hoc c.& in c.diaconi.28.dis.& in c.qui-
dam.5.q.j.Nam vt hic patet, protestatio ꝙ receptus in ca
nonicum nihil recipiat de canonica ad certum tempus
nõ valet,qa eo ipso ꝙ quis recipitr̃ ĩ canonicũ:tũc ex iuris
dispositione nõ debet habere inane nomen canonici.de
præben.

prębẽn.c.relatum.& sic debet aliquid habere, si fieri pōt:
similiter eo ipso q̃ q̃s ordinatͬ ad superiores incōtinenti
obligatur ex iuris dispōne ad castitatem : ideo si protesta
tur recipiens ordinem sacrum, q̃ non intendit seruare cō
tinentiam, vitiatur protestatio prędicta, & non ordinis re
ceptio. ſm Io. And. in d.c.fi.de ꝯdi.appo. quia talis prote-
statio non est contra substantiam impressionis characte-
ris, sed contra executionem sui consecutiuū ex ipso cha
ractere. Nam ibi protestatio non est contra substātiā cō
secrationis ecclesiæ, sed contra regimen & administratio
nem bonorum ecclesiæ. & hoc certè, quod non fit in gu-
bernatione episcopi, vitiatur protestatio. Adde, quod ēt
dici pōt, quod eo ipso quod datur res ecclesiæ, surgit di-
spositio iuris, quod talis res fit in potestate episcopi: & sic
talis protestatio est consecutiuum ex iuris dispositione
tatione actus præambuli: ideo vitiatur protestatio, vt lo-
quitur & no. in d.c. quidā. & bñ facit tex. iste, & quod etiā
not. do. Ant. de But. & ad prædicta etiam bene facit, quod
no. gl. in cle. gratiæ. de rescrip. Item adde prædictis, quod
nisi protestatio præcedit actū: & fit separatim ab actu ꝑ
actum contrarium ex interuallo sequentem, ab eo rece-
ditur, nisi reiteretur quod nō intendit consentire in iudi
cio: & postea ex interaullo comparauit non repetita pro
testatione, nō intelligitur ab ea recessisse, ſm do. Car. Flo.
qui allegat quo no. j. de spon. c. tua. & bene facit ēt quod
not. Inn. in c. Cumana. de elec. & Archi. in c. diaconi. 28.
di. hoc tñ videtur intelligēdum, qñ protestatio esset sim
plex: quia tūc non contrahitur ad actum, qui postea fiet
ex interuallu per id, quod legitur & not. in l. per retentio
nem. C. de vsur. & ꝑ Bat. in l. nouissima. C. de pac. secus si
cōcerneret oēm actum per not. in locis prællega. nisi di
catur esse in iudiciis, vt indistinctè per actum factum ex
interuallo videatur recessum a protestatione, nisi repe-
tat. & hoc forte voluit do. Car. Flo. hic, & Archi. ī d.c. dia
cont. 28. dis. Sed certe ex quo protestatio est declaratoria
voluntatis protestantis, & actus agentiū non operantur
vltra intentionem eorum, vt legitur & not. in l. nō oīs. ff.
si cert. pet. & in l. obligationum substātia. §. fin. ff. de act.
& obli. nō ideo quare aliud sit dictū in iudiciis, q̃ in actio
nibus extraiudicialibus. tene tamē menti dictū do. Car.
Flo. vbi vò protestatio sequeretur actum, videtur qđ nil
prosit quia actus iā perfectus ex hoc non alteratur, argu
mēto l. j. C. de act. & ob. & eius qđ no. ī c. ꝑterea. de testi.
cog. vbi testi. ex interuallo nō licet dictū suum corrigere.
ſm do. Car. Flo. facit etiam quod legitͬ, & no. in l. pe. ff. de
42 vsue. pro emp. ¶ † Item aduerte inquantū dixi qđ ꝑtesta
tio simplr facta nō porrigitͬ, nisi ad actū, illū, q̃ tūc fit vel
postea incontinenti: non aūt ad eum, qui ex interuallo
per ea, quæ habentur in d. l. per retentionē. cum ibi not.
C. de vsur. & bene facit quod habetur in l. nam ad ea. ff.
de cōdi. & demon. Nam cōtra hoc dictū facere vr̄, quod
hr̄ in l. si ita scriptum. ff. de leg. j. per quam l. vr̄ quod pro-
testatio simplex porrigatur etiam ad ea, quæ fiunt ex in-
teruallo: vñ si testator dixerit, si cui bis legauero, semel
deberi volo: vr̄, q̃ talis legatio operetur etiam quo ad le-
gata, quæ ex interuallo fiunt & per hoc Bal. in d. l. nouissi
ma. Sed potes sustinere opi. Bart. nam illud idem sequi-
tur do. Ant. & refert Bart. in d. §. morte, & bene facit l. per
retētionem d. l. ad ea quæ. nec ob. d. l. si ita scriptum quia
potest responderi, q̃ tunc non fiębat actus ex interuallo,
quod patet, quia fiebat in eadem vltima voluntate, quæ
debet fieri vno ꝯtextu. l. hæredes palam. ff. de test. Et qđ
hoc sit verum, patere potest ex eo, quod ibi dicit, q̃ nō cē
setur datum illud, quod est adēptū. Sed qñ in diuersa vo-
lūtate esset, tūc propriè nō caderet dicta fictio, vt ibi not.
in d. l. hæredes palā. §. si quidem. & l. ad testm̄. §. si signa. e.
ti. ¶ Item adde quod voluit Bart. in d. §. morte. q̃ vbi pro-
testatio ꝯtraria facto fit cū temperantia cū in ipso facto,
tunc actus vitietur ꝑꝑ repugnantiam, arg. l. vbi repugnā
tia. ff. de regu. iur. Nam vr̄ q̃ bene dicat ex eo, quia vider̄
potius debere dici protestationem debere reijci, & actū
naturalem, per id quod legitur, & not. in l. cum precario.
ff. de preca. & in c. isto. vbi not. q̃ protestatio contraria fa
cto renuet actus validos resecta protestatione, ad idē qđ
dr̄ in c. solicitudinem, ſm vnū intellectum. de appel. & in
cle. gratiæ. de rescrip. Aduerte tamen, quia vr̄ facere pro
Bar. c. solicitudinem ſm intellectum, quem sequitur ibi
Io. & Vincen. s. q̃ ibi protestatio non reijciatur. Nam ibi
loquitur in eo, qui appellauit, & post appellationem liti-
gauit coram iudice a quo, vel coram Metropolitano, cū
protestatione q̃ non intendebat recedere ab appellatio-
ne. Nam ibi dr̄ ſm prædictū intellectū. q̃ protestatio va-
let: sed tanq̃ ꝯtra ius nō est audiēdus. tñ vr̄ q̃ ex quo pro-
testatio est ſm formam, seu contra substantiam ipsius fa
cti, deberet reiici per hoc c. cū M. Sed potes dicere, q̃ vbi
protestatio fit in iudicio, tunc procedit c. solicitudinem.
quia tunc satis est q̃ ꝑꝑ ꝯtrarietatē protestationis cū ip-
so actu denegetur audientia protestandi in ipso iudicio:
secus in extraiudicalibus, in quibus protestatio quo ad
dictum effectum non debet operari: ideo tunc reiicitur
protestatio, ex quo est contra substantiam actus per ea, q̄
hr̄ in d. l. cū precario. & ēt in hoc. c. sic in hoc casu non
procedit d. Bar. nec vr̄ bene dixisse. nec ob. d. l. ubi repu-
gnantia. quia intelligitur vbi aliter resultaret ꝯtrarietas,
quam ex vi protestationis, quæ fuit ꝯtra ipsum actū, arg.
d. l. cum præcario. & huius. c. Posset etiam d. l. ex intellig.
in casu d. c. solicitudinem. Sed præcedens solutio magis
mihi placet. & facit quod dixi circa prin. huius arti. ¶ Itē
adde prædictis quod no. Inn. in c. Cumana. de elec. vbi di
cit q̃ qñ aliquis ꝯparet coram alio iudice ordinario, uel
delegato, † & non vult consentire, non debet dicere sim 43
pliciter, q̃ comparet protestatione præmissa, q̃ non intē-
dit in eum mō aliquo consentire: nā si hoc simpliciter fa
ciat, posset iudex reputare eum ꝯtumacem, & procedere
ꝯ eum, & tanq̃ ꝯ contumacem ad pœnā excōicationis,
si est substitutus iudex, vel ad aliam pęnam, quæ ꝯsueuit
imponi ꝯ contumacem. de qua in l. ij. ff. si quis in ius vo.
non ie. & in l. j. ff. si quis ius dicen. non ob. facit qđ hr̄ in
c. certum. 11. q. 3. & quod legitur & not. in c. j. de iudi. vbi
dicit q̃ cautela est, q̃ protestetur, q̃ non intendit ꝯsenti-
re in eum, nisi & quatenus de iure tenetur: quod singula
riter & diligenter tene menti pro pratica, quia sæpe de fa
cto potest ꝯtingere. ¶ Itē potes dicere q̃ Bar. in d. §. mor-
te. circa protestationē citatoriam ꝯcludit, qñ emptor de-
nuntiat venditori q̃ non sufficiat denuntiare litem sibi
motam, nisi etiam denuntietur q̃ veniat ad defendendū
ipsum emptorem, per l. si parentes. & l. empti actio. C. de
eui. nec sufficit esse talis denuntiatio, nisi etiam in publi
ca forma ostendatur esse porrectus libellus ꝯ eum & cita
tio. Et hæc sufficiant de secundo artic. & de aliquibus ad
ditur, in materia protestationis, de qua hic per Io. An. &
But. & d. Car. Flo. & Io. Mo. post eū in reg. in generali. de
reg. iur. lib. 6. & per glo. & Arch. in c. j. 33. di. & in d. c. dia
coni. 18. & aliquid etiam per glo. Cyn. & alios in l. pacta
nouissima. C. de pac. & ꝑ Bar. in d. l. nō solum. §. morte. ff.
de no. ope. nū. & ibi ēt dixi. de materia etiam tangitur ꝑ
glo. & Io. An. in c. Cumana. de ele. Bar. vò (meo iudicio)
præ cæteris in d. §. morte dictam materiam clarius & ple
nius fuit prosecutus, vt ex dictis suis, & ex his quę dixi ſ.
in d. §. morte satis patere potest veritas huius materiæ ꝑ-
testationis: ideo non expedit vlterius dicere.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus dici potest, qui religiosè, seu catholicè viuit.*
2 *Electioni prælati non debent admitti laici conuersi.*
3 *Statutum laicorum super rebus ecclesiæ non tenet, etiam si sit fauorabilis ecclesiis, nisi fuerit approbatum per Papam.*
4 *Laicus an possit excōicare, si Papa concederet sibi illam potestatem.*

5 Pradium

5 *Prædium rusticum ab vrbano discernitur non ex loco, sed ex qualitate ipsius prædij.*
6 *Contumax verus nõ dicitur, nisi habuerit notitiam peremptorii edicti, seu citationis peremptoria.*
7 *Sententia an valeat, si peremptorium non venit ad notitiam absentis.*
8 *Sententia lata sine mediis, hoc est sine probationibus, an valeat.*
9 *Lex a laico data, uel consuetudo, uel statutum an habeat aliquo casu ligare ecclesias, vel clericos, aut res ecclesiarum, aut clericorum.*
10 *Statuto si caueatur, q instrumentum publicum debeat mandari executioni sine libello, ligabit ecclesiam, etiam si causa agitetur in foro ecclesiastico. Et si statuto caueatur, q testamentum non valeat, nisi fuerit insinuatũ testamẽtũ clerici, si non insinuetur, non ualebit. & n. 12.*
11 *Statutum excludens fœminam a successione ab intestato extante masculo, an habeat locum in clerico. & nu. 13.*
14 *Papa an posit se subiicere in iudicio secularis iudicis.*
15 *Iudex superior an posit se subiicere inferiori.*

ECclesia sanctæ Mariæ. Causę ecclesiarũ per constitutiones laicorũ diffiniri
debẽt.h.d. Et diuiditur in duas partes prin
cipales. Nam in prima ponit diffinitionis
motiuũ. In scd'a diffinit, seu diffinitionẽ po
nit. Scd'a ibi, q a senatore. Mouẽ aũt ad diffiniendũ dua-
bus rõnibus: quarũ secundã exemplo corroborat secun
da ratio ibi, a quibus. Exemplũ eius ibi, vñ statutũ. Et col
lige casũ ex his, quæ no. glo. in c. ecclesia. vt lit. pend. cu-
ius ista est pars. ¶ In text. ibi, & j. Sub isto. j, deciditur qđ
hr̃ j. vt lit. pend. ecclesia. el j. in tex. & glo. Nã ecclesia san-
ctæ Mariæ Inutolatã mouit quæstionẽ ɔtra quendam Io.
menta, quod debeant reddere rationem diœcesanis, quod tunc non comprehendisset exemptos, deputatos ad executionem testamenti ante dictam cle. sed solum deputandos post illam, per hũc text. & d. l. leges. Et hęc faciunt ad no. per Fede. de Senis in suo consil. 244. alias est 243. vbi tãgit an Guardianus fratrum Minorum, qui fuerat deputatus executor testamenti ante cle. exiui. de ver. sign. quæ in §. cupientes. ver. conq;. interdicit executionem testamentorum fratribus Minoribus, comprehẽderunt. Et cõcludit executionem fiendam per dictum Guardianum, eum mortuus est testator ante dictam cle. nondum. tamẽ esset facta executio tempore dictæ cle. nam ẽm opinionẽ do. Ant. de Butr. ex quo executio erat de futuro post cle. j. comprehenderetur sub illa cle. sed tenendo quod dixi superius cõtrarium esset dicendum. Et istam partem tenuit Fede. in loco. præallega. videlicet, quod non comprehenderet talem executionem ex eo, quia non videtur conueniens, ꝙ testator qui fuit confisus de ipso Guardiano remaneat illusus: eum forte voluisset Episcopum exequi, quæ forte habebat suspectum aliqua de causa: & si sciuisset Guardianum non posse esse executorem, de alio prouidisset. Et per hoc etiam facit, quia vt dixi in d. cle. j. de testa. fuerunt apposita verba respicientia præteritum: & sic secus videtur, vbi in constitutione noua non apponãtur verba respicientia præterita. Contra istam tñ partem facit, quia dicta cle. in loco præalleg. videtur procedere declarando, & non inducendo de nouo, vt ibi patere videt, & ideo videtur ꝙ trahatur etiam ad præterita per ea, quæ dixi superius, & quæ etiam hic tetigit glo. Sed respondet Fed. ꝙ hoc casu non debet comprehendere præterita, quia communiter seruabatur, quod Guardianus poterat esse executor. allegat no. de postu. præla. c. j. in vj. Tamen ad illud c. posset responderi, vt superius tetigi, ꝙ ibi fuit appositum verbum de cætero, & sic alias videretur esse secus. Et ex hoc capite, si dicamus illam cle. esse declaratoriam, videtur quod comprehendisset dictum casum, ex quo ibi non ponitur verbum de cætero. Aduerte tñ quia dicit ibi Federi. & sequitur hic do. Ant. de Bu. ꝙ licet frater Minor non posset esse executor: si tñ de facto fuerit executus, nõ contradicente Episcopo, nec alio: tenebit executio. facit quod hr̃ in l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procurato. vbi licet miles posset repelli a procurando: si tñ non fuit repulsus, tenebit indicium. ad idem allegat do. Ant. de But. quod no. in c. sicut. ne cle. vel mo. vbi licet existens in sacris, quanuis sit tabellio, non debeat conficere instrumẽta super rebus laicorum, tamen si conficiat tenet. dicit etiam hic do. Anto. de Bu. in hac materia posse considerari, quod aut constitutio noua inducit indulgentiam: puta quia dicit statutum, ꝙ banniti redimantur soluendo certam quantitatem: & tunc trahetur ad bannitos de præterito. allegat legem cum lex. ff. de legib. & non respiciet futuros. & ex hoc infert, ꝙ vbi statutum transit in priuilegium, quod tale statutum habet vim priuilegij, & non legis. Contrarium tamen videtur voluisse glo. in proœmio cle. in verbo, de cætero. Nec ob. quod habetur in d. l. cum lex. quia potest dici, ꝙ illud ideo procedit, vt non trahatur ad futura, ne detur materia delinquẽdi, vt superius dixi. Aut aliud inducit constitutio noua. & tunc si per illam detrahitur iuri alterius, tunc non trahetur ad præterita. facit quod habetur in c. statuimus. cum ibi no. per Inno. de maio. & obed. secus si non attrahatur allegat. not. sæpius in præalleg. clemen. dic vt ibi, sed certe si bene ponderetur ibi, detrahitur iuri illius, qui habebat vocem ante illam cle. licet non essent in factis: hoc tamen ibi cõtingit propter verba præteriti temporis ibi posita. ¶ Vltimo dicit etiam posse considerari, an constitutio noua respiciat principium: vt quia dicat, ꝙ lites inchoandæ debeant sub certa forma tractari, & tunc clarum quod non traheretur ad illas inchoatas: an vero respiciat finẽ. Exemplum ẽm eum, si constitutio dicit, ꝙ si quis extraxerit frumentum extra territorium puniatur in certa quantitate: nam vt quod comprehendat illum, qui nondum traxerit tempore constitutionis: quod dicit esse verum, nisi prius traxisset: sed casu coactus fuisset inter territorium reducere per l. Cæsar. ff. de publicanis. vel nisi ex contractu inito cum superiore incœpisset ipsum trahere: quia tunc cum actus sequens fit consecutiuus ad præcedentem, non trahetur constitutio ad illum actum. & sic sensit secus esse, si cum priuato contraxisset. Sed certe idem vt dicendum per id, quod dictum fuit post Ioan. And. in c. ij. §. eo. ex quo emeret frumentum ante statutum animo trahendi extra territorium. & licet defecit: ideo ne remaneat in damno, videtur quod nõ trahatur statutum ad talem casum, prout etiam videtur voluisse Ioan. Andr. in d. c. ij. de quo etiam ibi dixi. Et hæc sufficiant de materia huius capituli loco repetitionis.

De rescriptis. Rubrica.

¶ Continuatur ad præcedentia hoc modo. Visum est in tit. præceden. de consti. verum quia rescripta quo ad illos, quibus, & inter quos conceduntur, habent vim constitutionum: ideo post rubricam præcedentem ponitur ista, vel potes continuare aliter, Visum est supra de cõsti. quia parum esset iura esse condita, nisi essent qui illa executioni mandarent. l. 2. §. deinde. ff. de origi. iur. ideo vidẽdum erat de ministris, qui haberent illa exequi: verum quia tales, vt plurimum, sunt delegati, qui dantur per rescripta: ideo hic ponit rubricam de rescriptis. De materia in decre. 25. q. j. & q. ij. per totum. & repetitur in vj. & cle.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, appellatione remota: vel sublato appellationis remedio, quid operetur, & an Papa, vel princeps possit tollere appellationem.*

2 *Rescriptum cum clausula priuilegiata contra ius valet, licet princeps non apponat clausulam, non obstante tali lege.*

3 *Priuilegio aliquando conceditur, quod est de iure communi concessum.*

4 *Generi per speciem derogatur.*

5 *Priuilegium quando continet idem, quod ius commune, non est necesse in rescripto facere mentionem de tali priuilegio, sicut nec de iure communi.*

6 *Statutum continens idem, quod ius commune, censetur esse ius cõmune.*

7 *Priuilegium, vt quis possit appellare, aliquando indulgetur: & quid operetur illa indulgentia.*

8 *Tempus præsentationis non inspicitur in literis ad beneficia, sed tempus datæ.*

9 *Impedimentum allegare non sufficit, nisi protestatio facta fuerit.*

10 *Rescriptum secundum ius commune impetratum contra priuilegium non valet, si non fit de illo priuilegio mentio.*

11 *Testator, si generaliter relinquat alicui omnes seruos, & postmodum facit alteri speciale legatum de certo seruo, derogat illi generali in specie expressa.*

12 *Statutum disponens idem, quod ius commune, an censeatur esse ius commune: & an aliquid addat iuri cõmuni præsertim ratione vinculi.*

13 *Statutum regulatum secundum ius commune, an iure communi sublato sit sublatum statutum.*

SIcut Romana. Priuilegio gñali ẽm ius commune obtẽto obstat rescriptum speciale, etiam de illo mentionẽ non faciens. h. d. Et duæ sunt partes principales. Nam in prima ponitur consultatio. In secunda responsio. secunda ibi, inquisitioni. Prima continet quatuor: formam commissionis, formam indulgentiæ, appellationem, & consultationem: vt patet ex litera. secunda potest diuidi. Primo ponitur responsio. Scdõ responsionis ratio. secunda
1 ibi, quia. ¶ † No. ex text. primo ꝙ interdum committitur causa

causa cum clausula, appellatione remota, vel sublato ap-
a pellationis remedio. & intellige per Papam: a quia alius
inferior non posset cum dicta clausula committere. j. de
offi.dele.super quæstionum. post prin.facit l.fin.cum ibi
no.C.de sen.& inter.om.iudi. Quę autem sit virtus huius
clausulæ appellatione remota, hr̃ in c.Pastoralis.& c.cum
debitus.j.de appel. Et vnus effectus vr̃ esse: quia videtur
tollere facultatem appellandi, & iudici a quo necessitatẽ
deferendi appellationi. licet si vellet, posset illam admitte-
re. de quo plene in d.c.Pastoralis. & facit etiam, quod hr̃
j.de offi.deleg.pastoralis.§.pręterea. ¶ Et ex prędictis etiã
no. q considerato, q appellatio est quædam defensio. facit
quod hr̃ in l.j.ff.de appellat. potest princeps rescribendo
tollere defensionem respectu formulæ inductæ a iure po
sitiuo: licet ex toto non possit tolli defensio, cum sit de iu-
re naturali per id, quod habetur in cle.Pastoralis.de re iu-
2 dica.& l.vt vim.ff.de iusti.& iur. ¶ † Item etiam ex prędi-
ctis not. q rescriptum cũ clausula priuilegiata contra ius
valet: licet princeps non apponat clausulam non obstan-
te tali lege, de quo aliquid tangitur hic per Io.An. & per
do.Ant.de But.& tangetur j.eod.nonnulli. ¶ Item not. q
interdũ per literas Papæ indulgetur alicui, vt libere pos-
sit appellare.& quid tunc operetur dicta indulgentia, tan
gitur in glo. facit quod habetur in l.si quando.C.de inoff.
3 testa. Et ex hoc etiam potes notare, † q interdum conces-
sum de iure cõi conceditur a priuilegijs, & sic non repu-
tatur interdum superfluum per priuilegium impetrare
id, quod a iure communi conceditur: licet regulariter cõ
sueuerit dici oppositum per id, quod habetur in l.j.ad fi.
ff.ad municipa. ¶ Item no. illud vulgatum, q mandatum
4 speciale derogat generali: & fit generale. ¶ † Potest nota-
ri quod specialis dispositio derogat generali. & consequẽ
ter regulam illam, generi per speciem derogatur. de quo
de reg.iur.generi per speciem.in vj.& in l.vxorem.§.feli-
cissima.ff.de le.iij. ¶ Et no. bene, q vt species deroget ge-
neri in sua specie, non est necesse quod in ipsa specie fiat
mentio de genere. de quo in præallega. regula, generi per
speciem.& in c.Pastoralis.j.eo.ti. ¶ In glo.j.ibi.puta pro-
pter contumaciam. melius dixisset, nisi propter contuma
ciam vel delictum: quia non est verisimile, quod hoc ca-
su si expresse fuisset petitum istud, concessisset. facit j.de
reg.iur.in generali.lib.vj.& ff.de pig.in l.obligatione ge-
nerali.& sic etiam tenebat Ala.in sua gl. vt etiam hic tan
git do.Car.Floren. In alijs ergo casibus in quibus prohi-
betur appellatio possit procedere glo. ¶ In ea.glo.ibi, fuit
contra ius commune. supple secundum opinionem prę-
dictorum. & sic fuit priuilegium. Nam priuilegium est
lex priuata, priuans ius cõe.iij.dist.priuilegia. & per hoc
habes clarum intellectum eorum, quę sequuntur in glo.
Nam vult dicere quod ex quo ista indulgentia s̃m istam
opinionem est priuilegium, non debet tolli per secũdum
rescriptum, per quod causa fuit commissa appellatione
remota: siue dicatur tale rescriptum esse ius cõe, siue pri-
uilegium: ex quo non facit mentionem, vt in c.cum or-
dinem.alleg.in gloss. ¶ Et similiter s̃m priuilegium non
vr̃ tollere primum, si de illo non facit mentionem.j.de
pręscript.veniens. Et sic videtur quod non posset saluare
opinionem, seu intellectum prędictorum, vt hic dicit gl.
¶ Aduerte tñ, quia tangendo opinionem. Hostiẽ. quam
posuit hic Ioan.And.& tetigi post glo. intellectus potest
saluari: quia potest dici, quod secundum rescriptum, de
quo in litera censeatur priuilegium propter clausulã pri-
uilegiatam in eo insertam: & quia est speciale in certa cã
deroget indulgentia speciali, quæ habebat locum in om
ni causa: licet de illa non faciat mentionem, quia secun-
dum opinionem Hostien. speciale priuilegium derogat
generali in sua specie, etiam dato quod de generali non
faciat mentionem, per istum tex. & per id quod habetur
5 in regula generi per speciem. ¶ † In ca.glo.ibi, potest er-

a Per Papã. An autem princeps possit tollere appellationem, vide hic do. Fel. in pri. & per Bar. in l.fi. in j. coll. de feu. & test. in l. j. §. iterdũ. & ibi Bar i j. & 3. opp. ff. qui. app. nõ licet. & no. plenè p do. Soci. in consil. suo. 295. incip. ẽie, circa primũ consultationis articulum. in princ. in a. perte.

go dici hæc regula in se vera: ex quo habes quod vbi pri-
uilegium continet idem, quod ius cõe: non est necesse in
rescripto facere mentionem de tali priuilegio, sicut nec
de iure cõi.& ad hoc sępe allegatur. Et intellige hoc ve-
rum, qñ priuilegium ex toto cõtineret ius cõe: sed si par-
tim contineret ius cõe, partim priuilegium: non valeret
scd̃m simpliciter impetratum, non faciens mentionẽ de
primo, si aliud contineat, q̃ priuilegium, vt voluit nota-
biliter Inn.in c.veniens.j.de pręscri. Nam verisimile est,
quia si Papa sciuisset, priuilegium temperasset, & limitas-
set secundum eũdem modũ, vt voluit Inno.in loco præ-
allegato, sequens etiam lectio in ver. vel potest dici in se
vera. Et per prædicta vr̃, quod si rector ecclesiæ parochia-
lis impetret priuilegium super decimis suæ parochiæ p-
cip endis. quia hic sibi a iure cõi conceditur. de restit. spo.
ad decimas.lib.vj. si aliquis impetret exemptionem a prę
statione decimarum, non esset necesse, q in tali exem-
ptione fieret mentio de ipsa indulgentia, sicut nec de iu-
re communi. Et idem si episcopus impetrasset priuilegiũ
super quarta decimarum in sua diœcesi quæ spectat ad
eum de iure communi.j.de præscri.de quarta.& offi.ord.
conquerente. Si aliquis impetraret exemptionem a præ-
statione dictæ quartę non esset necesse facere mentionẽ
de indulgẽtia cõcessa episcopo seu de priuilegio super di
cta quarta eadem ratione. Et ex predictis vr̃, q in rescri-
ptis contra ius non sit necesse facere mentionem de iu-
re, nec consequenter, quod sit necessaria clausula nõ ob-
stante, in ipso rescripto, de quo hic per Ioan.And. & do.
6 Anto.de But.dicam j.eo.nonnulli. ¶ † Item facit, q statu-
tum continens idem, quod ius cõe, censeatur esse ius cõ
mune, de quo per gl.in c.j.de constit.in vj. & per Ioan.de
Lig.& dom.Anto.de But.hic tangam post gl. Et s̃m prę-
dicta exponit hic Innoc.literam, q speciale mandatum.i.
rescriptum, vel priuilegium, vel indulgẽtia: quod vel quę
contra, vel præter ius aliquid continet, derogat generali
mandato, vel priuilegio, vel rescripto, quod tantum con-
tinet ius commune. dom.vero Anton.de Butr.hic dicit q
in casu c.triplex potuit esse ratio. Prima quia species de-
rogat generi. Et hoc posuit text. Secunda quia rescriptũ
cum clausula, de qua in litera, obuiabat priuilegio, quod
solum comprehendebat ius commune: & ideo illud tol-
lebat, quamuis de eo nõ faceret mẽtionem. Tertia potuit
esse, quam tetigit hic Innocen.& Ioan.Andr.post eum,
videlicet quia primum priuilegium si comprehendit tan
tum casus comprehensos in iure, referebatur ad causas,
quæ tractabantur de iure communi: & ad illas tantum
restringebatur. & ideo rescriptum secundum, de quo in
litera, quod volebat tractare causam aliter, quam de iure
communi, velut super diuersa emanatum, & non tangẽs
primum priuilegium valuit, licet non fecerit mẽtionem
7 de ipso priuilegio. ¶ † In ea.gl.ibi, si etiam non grauare-
tur. hoc intelligit dom.Cardi.Florent. & videtur q bene,
quando hoc esset expressum in ipsa indulgentia, quod li-
citum sit appellare, etiam si non grauetur. aliàs in dubio
non est præsumendum de mente Papæ fuisse, q voluerit
concedere potestatem appellandi, si non grauaretur. fa-
cit j.de reg.iur.in generali, libr.vj.& quod not.Io.An.hic
in distinctione Hosti.in tertio casu. facit etiam quod ha-
betur.j.ea.causa.& si dicatur quid ergo operabitur tunc
indulgentia? potest responderi q operabitur, ex quo con
ceditur, q libere possit appellare: quod non erit necesse
exprimi causa in appellatione, nec etiam erit necesse
appellare in script. licet aliàs esset secus, quando a grauã
mine appellaretur infra.de appell.c.j.libro.vj. ¶ Item ope
rabitur secundum Hostien. quòd tertio poterit appellari.
Sed contrarium tenuit hic Vincen. & videtur quod me-
lius, quia non est verisimile, quòd Papa voluerit conce-
dere tertio appellari, cum satis sufficiunt duæ appellatio-
nes, & quia talis indulgentia debet potius restringi,
q̃ am-

ꝙ ampliari: dũmodo aliquid operaretur, ex quo est cõtra ius per id, quod habetur j. de consue. cum dilectus. & j. de reg. iur. quæ a iure. lib. vj. ¶ Item operabitur ſm Hostien. quod poterit ex interuallo a diffinitiua viua voce appellari: licet aliàs esset secus, ſm ea quæ notantur in d. c. j. de appel. lib. 6. & in l. ex illo. C. de app. & in l. j. ff. de app. ¶ In gl. ij. hæc gl. plura facit. nam post allegatas duas concordantias, primo tractat de literis contentiosis ad lites: secundo de priuilegijs: tertio de literis ad beneficia impetratis: quarto soluit duo contraria. secunda pars ibi, super priuilegijs. tertia ibi, in beneficijs. quarta ibi, illa decretalis. Item primum casum subdiuidit in duos. Nam primò tractat de rescrip. ad lites contentiosas in causa principali. In secunda de literis contentiosis ad lites in causa appellationis. secunda ibi, in literis quæ impetrantur. ¶ In ea gl. ibi, expressam facit mẽtionem de primo. Et sic vult quod non sufficiat facere mentionem generalem: & hoc bene probabitur in c. ij. j. de dol. & cõtu. & in c. ex literis. de offi. de lega. Item intellige, ꝙ debet fieri mentio etiã, quod præbendæ de consensu partium fuerunt impetratæ, si ita fuit: aliàs non valerent secundæ non impetratæ de consensu partium, per id quod hř j. eo. cæterum. & no. gl. j. in versi. si autem primo rescriptum. qui versus vt dicit Ioan. And. deberet iungi hic ante versum. & hoc intellige, quia j. sequitur in gl ¶ Item intellige, quod etiam fieri debet mẽtio de processu, si per primas sit processum j. de re iud. cum ad monasterium. aliàs non dicerentur secundæ facere mentionem sufficientem de primis. Et aduerte ſm do. Ant. de Bur. vt rescriptum dicatur generale, oportet ꝙ generaliter aut indefinite, vel sub aliquo signo collectiuo vel vniuersali plura comprehendat. Si autem comprehenderet plura specificè distributa seu enumerata, per hoc non diceretur generale: quia quot essent enumerata, tot censerentur esse rescripta. & consequenter non diceretur esse generale. allegat quod hř j. eo. cum dilecta. & quod ibi dicetur. Et aduerte etiam, quia glo. omittit quartum casum, quando videlicet vtrunq; est generale: tñ idem est dicendum, ꝙ dictum est: quando vtrunque est speciale: quia eadem est ratio, & per consequens idem ius. s. tit. j. translato. ¶ In ea. gl. ibi, in negotijs iam cęptis id est, qñ inchoatum est iudicium, saltem per citationem per illas literas, quas superius dictum est pręualere. ¶ In ea. gl. ibi, si vero nec primum, nec secundum &c. Aduerte quia quando primum rescriptum erat generale, & secundum erat speciale de iure antiquo ante decre. vt debitus. valebat primum rescriptum generale fallebat in duobus casibus. ¶ Primus erat quando in secundo fiebat expressa, & sufficiens mentio de primo. j. eod. cæterum. ¶ Secundus erat, quando primus impetrans non vtebatur primo rescripto dolo vel negligentia: nam tunc valebat secundum rescriptum post annum, licet non faceret mentionem de primo j. eo. si autem. & c. plerunq;. An autem istud secundum sit innouatum per c. vt debitus. glo. ponit hic duas opin. Vna fuit, quam ponit j. in verb. satis. posset dici ꝙ hodie dicta iura. c. si autem. & plerunque. indistinctè sunt correcta, vt sic non attendatur tempus datæ, sed tempus præsentationis: & voluerunt aliqui, ꝙ illa pręualeant, quę prius fuerint præsentatę per decretalem,
8 capitulum. j. eo. ¶ † Sed certe ibi loquitur in literis ad beneficia: nec ètiam est verum, ꝙ in eis inspiciatur tempus præsentationis, sed potius tempus datę, vt ibi probatur ſm verum intellectum. & tangetur inferius circa literas beneficiales. vnde alij dixerunt, ꝙ illę debent præualere, quæ prius fuerunt præsentatæ. & per quas prius fuit facta citatio, & sic sola citatio non attenditur: & istud tenuit gloss. in d. capitu. vt debitus. videlicet ꝙ sola præsentatio non attendatur, sed potius per quas prius fuerit citatus, quia tamen hæc opinio, quæ vult ꝙ indistinctè c. si autẽ. & c. plerunque. sint correcta, non videtur bona, quia iurium correctio est euitanda, de elec. cum expediat. lib. vj. Ideo glos. hic posuit aliam opinionem, videlicet ꝙ dicta capitula non sint ex toto correcta, sed limitentur: quia si primus impetrans infra annum vti literis primis, poterit etiam infra annum impetrans secundas ipsum præuenire, faciendo eum citari per secundas, quæ tunc valebunt, licet non fiat mentio de primis. Si autem infra annum sit impeditus primus persequi primas literas: tunc infra annum non poterit præueniri per secundum impetrãtem. Et hoc casu remaneant incorrecta d. c. si autem. & c. plerunque. dum tamen fuit protestatus de impedimẽto, post annum verò, licet olim non posset præueniri: qñ propter impedimentum non fuerat vsus literis: tñ hodie indistinctè post lapsum anni poterit pręueniri. Et si fuerit præuẽtus ꝑ citationem certam vigore secundarum valebunt secundæ, licet non faciant mentionem de primis. ¶ Et ista est sententia gl. in effectu, & cum gl. cõiter transeũt doct. tamen Hosti. dicebat ꝙ decre. vt debitus, nihil corrigebat de iure antiquo, quando concurrit secũm rescriptum cum primo: quia ſm eum non loquitur hoc casu. Sed quando præuenitur quis coram ordinario: vel quando verbaliter & non realiter fiebat citatio; non proderat per illam decre. ſm eum do. Ant. de But. hic dicebat posse dici de iure attendi debere modũ opponendi; quia si ille qui primas literas impetrauit citatur per secundas: & comparet corã iudicibus datis per illas, & opponit tantum de primis literis, nec ipsas præsentat primis iudicibus, vt procedant: & tunc reijcietur eius receptio: & sic potest intelligi d. c. vt debitus ſm eum. Si vero citatus per secundas statim præsentabat literas suas primis iudicibus: & demum cõpareat coram secundis seu impetratis per ſm rescriptum & opponat de primis dicens se illa præsentasse suis iudicib⁹, & ꝙ paratus est per illas ꝑcedere. tunc dicit ꝙ de iure debebit audiri: & remanent tunc iura antiqua incorrecta. Sed vt dixi, cõiter tenetur opi. gl. de qua dixi superius. ¶ In ea. gl. ibi. opi. Papæ. Inn. 4. in c. cæterum. j. eod.
9 ¶ In ea. gl. ibi, non fuerit ꝓtestatus. Not. diligenter † ꝙ non sufficit quem esse impeditum, nisi protestatus fuerit de impedimento concord. j. eod. plerunq;. & j. de elec. cũ piẽtes. in vj. Egidius tamen tenuit contrarium, vt dicetur j. eo. c. si autem. Sed tutius est protestari propter opi. euitandas. ¶ In ea. gl. ibi, vel satis posset dici. quasi velit glos. ꝙ indistinctè etiam j. annum siue subsit impedimentum siue non, locus sit præuentioni. ¶ Sed istud cõiter non tenetur, quia euitanda est iurium correctio, quatenus fieri potest j. de elec. cum expediat. lib. vj. ¶ Ideo saltem remaneant iura incorrecta infra annum qñ subest impedimẽtum. imo plus dicit Host. vt. s. tetigi, ꝙ decretalis vt debitus. in nullo corriget hæc iura: quia loquitur qñ coram ordinario sit præuentio, vel qñ literę præsentantur verbaliter, sed non actualiter. Tamen cõiter tenetur cum gl. ꝙ locus est præuentioni hodie, nisi infra annum subsit impedimentum. ¶ In ea. gl. ibi properandum. in prin. Aduerte, quia gl. locuta est qñ literæ impetrantur a diuersis ad diuersos iudice: vel etiam ab eijsdẽ: sed sub diuersa data, & diuersa forma. Sed vbi impetrarẽtur ab eodem sub eadem data sed forma diuersa: tunc recurre ad c. sane. infra, de offi. dele. Et istud no. j. eo. tit. ex tenore. Itẽm si literæ diuersę impetrentur ab eodem super eodem negotio, nõ tangit gl. sed tangitur in tex. & gl. j. eo. ex tenore. ¶ In ea. gl. ibi, super appellationibus, conclude, ꝙ si impetrantur non factã mentione de appellatione, non valent. infra. eo. ex parte. s. & hoc clarum, si impetrantur ab appellante. idem si ab appellato, per no. in d. c. ex parte. licet Innoc. in c. seq. tenuerit contrarium, & non bene. & melius dicit in c. dilecti. de ma. & obed. Si vero fit mentio de appellatione, tunc si terminus sit præfixus appellationi, nõ licet impetrare añ terminũ: intellige non facta mẽtione de termino. infra. de appell. sæpe. Si vero terminus non

fuerit

fuerit præfixus, tunc si supplantetur appellans per appel-
latum præcurrendo, non valebunt literæ per ipsum ap-
pellatum impetratæ. j.de app.oblatę. Si autem sit facta de
appellatione, & terminus non sit pręfixus appellationi a
iudice, vel ab homine ſm decre.sępe alleg. nec appellatus
suplantauerit appellantem: tunc possimus dicere, ꝙ idem
sit in literis impetratis super causa appellationis: quod di
ctum est de literis causæ principalis: quia valebunt pri-
mæ, nisi secundæ faciant mentionem expressam de pri-
mis. j.de consit.vti.vel inut.c.bonę. Et tunc etiam vr̃ ꝙ lo
cus erit præuentioni, prout dictum fuit in simili de impe
tratis in causa principali. ¶ Quid autem si in secundis li-
teris apponatur clausula, nullis literis iustitiæ aut verita-
ti præiudicãtibus: quid tunc operaretur dicta clausula:
tunc recurrendum est ad d.c.bonæ. vbi de hoc in text. &
gloss.per doc. ¶ Aduerte tamen, quia posset dici ꝙ in d.c.
bonæ. primę literę non fuerunt impetratę super confir-
matione sententiæ: scdę vero fuerunt impetratę super ap
pellatione: & ĩ illis fuit adiecta clausula, nullis literis, &c.
vnde potest dici, ꝙ superius dicta procedant, qñ tam ab
appellante, quàm ab appellato literæ fuerunt impetratæ
super appellatione. & ita intellexit hic do. Anto.de But.
¶ In ea.gl.ibi, hoc planum est. & sic tenet glo. indistincte
ꝙ si secundum priuilegium non facit mentionem de pri-
mo priuilegio, non valet. sed Hostiẽ. dicit hoc verum, qñ
vtrũq; est speciale: secus si primum sit generale, & scd̃m
speciale: quia tunc valebit secundum in sua specie: licet
non faciat mentionem de primo generali. arg. huius tex.
Nam hic scd̃m rescriptum poterat dici priuilegium in-
quantum habebat clausulam priuilegiatam. & tñ præiu-
dicat primo. licet de illo non sit facta mentio. facit j.de
reg.iur. generi per speciem. lib.vi. Et hoc intelligit verũ,
nisi ipsum speciale nimis læderet priuilegium generale:
quia tunc non valeret ipsum secundum speciale: non tã
ex illa ratione, quia non facit mentionem de generali,
quàm ex præsumpta mente principis, qui in dubio non
præsumitur velle eneruare vires primi generalis. at.c. sug
gestum. j.de decimis. & l.ij.§.merito.& §.si quis a princi-
pe.ff.ne quid in loco publi.& multofortius valebit priui-
legium speciale, si post illud sequatur generale, non fa-
ciens mentionem de primo. Si autem vtrunq; esset gene
rale: tunc procedit gl. quia idem est, ꝙ qñ vtrũque est spe-
ciale. ideo non tollitur primum per ſm, si non fit mentio
de primo: qñq; vtrunq; est speciale: vel vtrunq; generale.
secus qñ alterum est speciale, & aliud generale: quia spe-
ciale in sua specie derogat generali, vt est dictum. & hęc
vera, qñ neutrum priuilegium est clausum in corpore iu
ris. Si autem vtrunque esset clausum: tunc posterius de-
rogat priori, vt j.in c.j.de constit.in vj. quamuis in poste-
riori non fiat mentio de primo, vt ibi in simili dicitur. ꝙ
videtur procedere, qñ vtrunque est speciale, vel vtrunq;
generale. secus videtur, si alterum sit generale, & aliud
speciale: quia tunc siue speciale præcedat, siue sequatur
in sua specie, derogat generali. arg.d.c. generi per speciẽ.
si autem alterius tantum sit in corpore iuris clausum: tũc
ſm Hostien. illi præiudicabitur per non clausum: & hoc
planum, quando clausum præcedit non clausum: quia
non est necesse de inserto in corpore iuris facere mentio
nem: sicut nec de alio iure, vt dictum est s̃. in gloss. j. Item
econtra si non clausum procedat: quia non præiudicabi-
tur illi per clausum in corpore iuris, si de illo non fit men
tio per id, quod habetur in c.j.de cõsti.in vj. ¶ Item quod
dixi non clausum derogare clauso præcedenti: intellige
verum nisi clausum in corpore iuris habeat clausulã de-
rogatoriam ad priuilegia impetranda, quia tunc non va-
lebit non clausum postea impetratum, si non facit men-
tionem de clauso, per id quod habetur j̃.de capel. mona-
cho.ex parte. & in c.eam tę.de æta.& quali.& nisi nõ clau
sum sit contra iuris ordinem, vel manifestam contineret

iniquitatem. arg.c.seq. Compostel. tamen tenuit cum gl.
ꝙ etiam speciale priuilegium non derogat generali. Si sic
tale priuilegium, ꝙ contineat omnia sub generalitate cõ
tenta simul, & vniuersaliter, vt si Papa det priuilegium re
ligiosis aliquibus super decimis villæ, vel castri per eos
percipiendis, cum ad illos de iure non spectarent: Nam
tunc ſm eum si alius super parte dictarum decimarum
impetrat priuilegium, non valebit, si non facit mentionẽ
de priuilegio præambulo generali concesso religiosis: sę-
cus dicit quando primum est generale: sed non continet
coniunctim simul omnia comprehẽsa sub generalitate.
Exemplum ponit, si Papa mandat de dignitate vel præbẽ
da alicui prouideri in regno vel prouincia: vel quando ap
ponitur clausula, quidam alij: vel clausula, & rebus alijs.
de quo j.eod. sedes. Nam tunc ſm speciale derogabit pri-
mo generali in sua specie: licèt de illa non faciat mentio
nem j̃.eo.pastoralis.in fi. sed vt dixi Host. tenuit contra-
rium: & eius opinio videtur verior per istum text. & per
regulam, generi per speciem. immo plus vr̃., ꝙ qñ Papa
mandat prouideri alicui de dignitate vel præbenda in re-
gno, vel prouincia: quod istud tale mandatum potius di-
catur esse incertum, q̃ generale: quia in vnico beneficio
effectualiter habet verificari, vt de se patet. facit quod di-
cetur. j̃.circa contrarium c.ex parte.de offi.dele. Nec ob-
stat quod habetur in c.dudum.de præben.libr.vj. q̃a gra-
tia ibi facta non continebat vnum beneficium tantum:
imo omnia, de quibus fiebat renuntiatio, vt ibi patet. Itẽ
aduerte, quia superius dicta procedunt, quando primum
& secũdum proprie est priuilegiatum. Si autem alterum
contineret ius cõe, alterum ius speciale: præualeret com-
prehendens ius speciale, etiã si non fiat mentio de alio,
Siue comprehendens ius speciale sit primum, siue sit se-
cundum. Si autem alterum comprehenderet in partem
ius cõe, & in partem ius speciale: non valeret secundum,
nisi faciat mentionem de primo, vt voluit Inno. in c.ve-
niens. j̃.de præscri. Et per ibi not. patet exemplum, puta si
Papa concederet alicui Abbati, ꝙ diœcesano negligente
possit recipere sacramenta, a quo malit. Episcopo vero
non negligente. debeat petere ab ipso episcopo. Si impe
traretur postea priuilegium, ꝙ simpliciter posset recipere
sacramenta a quo malit episcopo: non valebit secundum
priuilegium, non faciens mentionem de primo. Et per
prædicta videtur, ꝙ si quis fuerit priuilegiatus super om-
nibus decimis vnius parochiæ percipiẽdis, quæ aliàs nõ
spectabant ad eum, valebit priuilegium secundum, per
quod impetrata sit exemptio a decimis alicuius terræ ip-
sius parochię: licet non faciat mentionem de priuilegio.
facit in arg. quod habetur j̃.de deci.a nobis. Similiter vi-
detur, ꝙ si vnus est priuilegiatus super interdicto eccle-
siæ seruando, valebit priuilegium ab alio impetratum: vt
ei semel aperiatur ecclesia in anno, per id quod hr̃ j̃.de
priuile. vt priuilegia. & facit quod hr̃ j̃.de verb.signifi.ex
10 parte. ¶† In ea.gl.ibi, cum ordinem. & sic tenet glo. sim-
pliciter, ꝙ rescriptum secundum ius cõe impetratum con-
tra priuilegium non valet, si non fit de illo mentio. &
istud etiam videtur sequi Host. per c.constitutus. j̃.eo. &
j̃.de clem.non resi.c.cum dilectus & c.penul. Limitat ta-
men hoc verum, nisi ipsum rescriptum habeat annexam
aliquam clausulam priuilegiatam: cuius virtute posset di
ci habere instar priuilegij, quia tunc tale rescriptum dero
gabit priuilegio generali: etiam si de ipso non fiat men-
tio, saltem si ipsum priuilegium generale sui natura sit
odiosum. Exemplum ponit in hoc capitulo. Nam hic re-
scriptum habebat clausulam priuilegiatam, scilicet ap-
pellatione remota. Item priuilegium generale præambu
lum erat odiosum, quia per ipsum extendebantur lites:
ex quo dabatur indifferenter potestas appellandi. Idem
dicit si esset in se abominabile, vt est in casu c. ex tua. j̃
de fi.præsby. Nam tunc generale restringitur per specia-

ie.¶ ite:

le. ¶ Item dicit hoc verum, nisi præambulum priuilegij esset in corpore iuris clausum, quia tunc non esset necesse de illo facere mentionem: sicut nec de iure. de quo tamen an instincte procedat: videlicet an sufficiat rescriptum emanare contra ius ex certa scientia: an verò requiratur clausula, non obstante, dicetur j. eo. in c. non nulli. licet Hosti. hic simpliciter teneat, q sufficiat ex certa sciẽtia principis emanasse, dummodo de hoc constet. Nam alias fatetur præsumendum fore rescriptum suspectum, quando est contra ius concessum cum princeps hoc facere non consueuerit. j. de offic. deleg. ex parte. ij. Et ideo ante processum dicit principem fore consulendum, an illud concesserit: & sic expectabitur secunda iussio in Authen. vt nulli iudicum. §. & hæc vero iubemus. colla. 9. Et istud etiam videtur sequi. hic do. Anto. de Butr. ¶ Sed de hoc dicetur in d. c. vnico. de excess. prela. in vj. & ibi etiam plenè dixi. Sed certe ista opinio Hostien. inquãtum vult cum gl. quòd secundum rescriptum secundum ius commune non valeat, si non faciat mentionem de priuilegio generali vel speciali præambulo, nõ videtur vera per ea, quæ not. per Innoc. in c. ex parte. j. de priuile. Et quod ibi no. per Io. An. super glo. vnde Io. An. remittit ad no. in c. cum ordinem. j. eo. do. Anto. de Butr. hic concludit, q interdum præcedit priuilegium, & sequitur rescriptum. Interdum vero econtra præcedit rescriptum, & sequitur priuilegium. Primo casu quando priuilegium præcedit rescriptum: & tunc si priuilegium est in corpore iuris clausum, regulariter valet rescriptum non facta mentione de priuilegio: quia sicut non est necesse, q fiat mentio de iure, ita non est necesse, q fiat mentio de priuilegio clauso in corpore iuris. Fallit in duobus casibus. Primus est, qñ priuilegium habet specificam clausulam derogatoriam ad rescripta: quia tunc non valet, nisi fiat sufficiens mentio de clausula. c. nonnulli. j. eod. Fallit secundo quando priuilegium in corpore iuris clausum dat formam certam singularibus rescriptis: quia tunc non valet rescriptum, nisi forma sit seruata data a priuilegio. j. eod. cum ordinem. Si vero priuilegium nõ est in corpore iuris clausum: tunc si rescriptum, quod conceditur ad lites contra priuilegium, habet clausulam priuilegiatam: de illa dicẽdum est, vt de priuilegio concurrente cũ priuilegio, de quo s. dixi. & hic etiam patet. Si uero non habet clausulam: & tunc aut quęritur de validitate rescripti, quo ad detrahendum priuilegio. & tunc dic, q non detrahet priuilegio, ex quo non est facta mẽtio de illo. ¶ Si autem quęritur de validitate rescripti, quo ad dandam iurisdictionem, & potestatem procedendi. & tunc dicit do. Ant. de But. q si priuilegium dat ius dilatoriæ, taciturnitas priuilegij vitiaret rescriptum quo ad processum, si obuiatur de priuilegio, seu de surreptione priuilegij. ¶ Si autẽ priuilegium daret ius peremptoriæ: tunc non vitiaret rescriptum quo ad processum, etiam si non opponatur de priuilegio: quia exceptio peremptoria non impedit processum nisi sit exceptio litis finitæ, vt in c. j. de lit. contesta. in vj. & no. q Barto. in l. cum quærebatur. ff. iudic. sol. & in l. eleganter. §. si possunt. ff. de condi. indebi. ¶ Et sic intelligit dictum Innocen. in c. ex parte. de priuile. Sed aduerte, quia quod dixi, qñ priuilegium causat ius dilatorię: quod ex hoc redditur rescriptum subreptitium, si non fit de illo mentio. Io. An. vr̃ sentire contrarium in c. super literis. j. eo. & ibi dicetur. ¶ Secundo casu, qñ priuilegium sequitur rescriptum, & sic impetratur post rescriptum impetratum: & tunc si lis erat cœpta virtute rescripti non valet priuilegiũ, nisi faciat mentionem de lit. j. vt lit. pẽd. per totum. ¶ Si vero non erat lis cœpta, valet priuilegium secũdum doct. & sufficeret illud in prima citatione allegari. & infra competentem terminum. argu. c. cum olim essemus. j. de priuilegijs. ¶ Et hoc verum secundum eos, nisi priuilegium quis impetrasset in fraudem postquàm sciuisset impetratum rescriptum, vt in c. suggestum. & c. meminimus. j. de appell. Et sic transit Io. And. dom. Anto. de But. & communiter Doct. Sed aduerte pro gl. in clę. ij. vt lit. pen. vbi gl. in verbo, citatio. videtur tenere, q sufficiat procedere commissionem ipsius rescripti: licet citatio nõ præcesserit, per c. crimen. q. 2. de testa. vbi est casus non cauillando literam. Nec obst. prædictis inquantum dictum est ibi rescriptum contra priuilegium non insertum in corpore iuris interdum valere. c. constitutus. & alia quæ allegauit Hosti. quæ videntur velle, quod rescriptum contra priuilegium, vel statutum, seu ius speciale non clausum in corpore iuris, non valet indistincte: cuius contrarium videtur superius dictum, quia loquuntur in literis ad beneficia, non in literis de iustitia, facit quod not. in d. c. constitutus. & j. eo. in c. super literis. Et pro prædictis facit quod no. Ioan. And. post Ioan. Mo. in c. j. de fi. presby. in vj. vbi concludit, q in literis beneficialibus, quia sunt strictissime interpretandæ, vt habetur de præbendis. in c. quamuis. libr. vj. non valebunt literæ emanatę, vt alicui prouideatur in ecclesia aliqua, vbi sit statutum comprehendens idem, quod ius si tales literæ sint contra statutum, & non faciant specificam mentionem de statuto. Exemplum ponit, si in ecclesia sit statutum, q non legitimus non admittatur ad beneficia: nam si cum aliquo dispensetur super illegitimitate per Papam, & mandetur postea recipi in tali ecclesia, vbi est dictum tale statutum, q non debent recipi illegitimi quod non recipietur per literas Papæ, nisi fiat mentio de statuto. Et hoc etiam tenuit hic do. Ant. de Bu. ¶ In ea. gl. ibi, si autem primo rescriptum. iste versus melius fuisset positus s. in glo. circa princ. ante versum, & hoc intellige, vnde ibi debet iungi vt s. dixi circa prin. gl. ¶ In ea. gl. ibi, & altera pars. secus si vtraque pars de communi consensu impetraret secundũ rescriptum: quia tunc valeret etiam non facta mentione de primo impetrato de cõi consensu, vt satis voluit glo. a contrario sensu. & etiam tenuit hic do. Ant. de But. ¶ In ea. gl. ibi, alij vero dicunt contra. volunt isti q inspiciatur tempus datæ & non tẽpus pręsentationis. & ista est vera opi. quæ hodie est approbata in c. tibi qui. j. eo. in vj. & in c. eum qui. de pręben. eo. lib. quod est verum, nisi primo impetranti dolus vel notabilis negligentia possit imputari, vt in d. c. tibi qui. Et de materia huius membri literarum beneficialium, recurre ad gl. plenissimè, & magistram in c. si soli. de conces. præben. lib. vj. Aduerte tamẽ, q quando duo impetrant literas in eadem ecclesia, & cõtra eundem collatorem, seu ad eundem collatorem, non vr̃ esse in dubio intentio, Papæ velle grauare ecclesiã pro duobus, nisi aliud appareat. j. eo. mandatum. & ibi dicetur. vbi autem appareat q voluit grauare pro duob. tunc quis sit præferendus. dic vt prædixi, quia ille qui est prior in data, nisi negligentia notabilis, vel dolus habeat sibi obstare. Si autem essent pares in data, tunc recurrendum esset ad id, quod habetur in c. penult. infra, eo. in 6. ¶ Item hæc procedunt, quando ambæ literæ sunt speciales: sed si vnus habeat literas generales, alius speciales: præfertur habens speiales, per ea quæ habentur in c. dudum. & c. quamuis. el ij. j. de præbend. in vj. quod intellige verum, nisi per generales fuisset descẽsum ad aliquam speciem, quia tunc in illa non præferetur habens speciales. Nam præferretur habens generales. arg. infra, in c. Pastoralis. ad fi. & j. de fil. præsby. c. ex tua. Nec ob. prædictis quod hr̃ in c. ex parte. j. de offic. deleg. quia ibi fuerunt ambæ literæ speciales, vt tangit. gl. infra in ver. illa. Non autem ibi fuit vna generalis, alia specialis, vt voluit gl. in d. ver. & ibi dicetur. Et hæc procedunt, quando a diuersis literæ beneficiales impetrantur, & non fit mentio de primis in secundis: alìas vt sequitur in gl. seruari deberet forma literarum. Quando vero ab eodem impetrantur literæ pro pluribus beneficijs, tangit glo. in versi. si vero aliquis. &

est materia

est materia c.in nfa.j.eo.¶ In ea.gl.ibi, si iā receptus &c. idē dicit d. Ant. de Bu. si non faciat mentionē de primis literis: allegat ele.gratiam.de rescrip.Sed certe illa nihil facit, vt ibi patet:sed melius facit quod dicetur.j.eodē.in nostra.vbi declarabit, an hoc dictū indistinctè procedat. ¶ In ea.gl.ibi, dispensationem factam &c. Et sic virtute literarum generalium descensum erat ad speciem.ideo in illa specie tanquam de specialibus iudicatur.facit qd hr j.eo. Pastoralis.§.j.cum ibi notatis,& quod etiam dixi supra glo.circa prin. ¶ In ea.gl.ibi, vtrūque fuit speciale. supple licet alterū fuerit sup specie incerta, alterū super certa:& sic differunt ibi per certum & incertum, nec per genus & speciem.ideo ibi in secundis literis necesse est facere mentionem de primis,aliàs nō valent:sicut & quā do ambę emanauerūt super certa specie beneficij. Et pro hac solutione bene facit quod habent in simili legistę in
11 l.si domino Stichus.ff.de leg.j.†vbi aliud est generaliter omnes seruos alicui relinquere : quo casu sequens legatum speciale factum alteri de certo seruo derogat ipsi generali in specie expressa.aliud est quando non est generale, sed incertum:vt quia legatur alicui vnus de seruis testatoris,quē elegerit.nā si postea alteri legetur Stichus nō impediretur ille cui legata est electio eligere Stichū, & si eligat concurret cum legatario Stichi,vt ibi patet. & sic bene apparet, q est differentia,an aliquid differat per certum vel incertū.an vero per genus, & species.Et hæc prima solutio cōiter tenetur: sequens autē in ver.vel qa de beneficijs: communiter non tenetur per id, quod dixi superius, & per id quod habetur hodie in c.tibi qui.
12 de rescriptis.in vj. ¶ † Extra gloss.tetigit hic dom.Anto. de Bu.super prima gl. An statutum [a]disponens idē, quod ius cōe,censeatur esse ius cōe. Et an aliqd addat iuri cōi, præsertim ratione vinculi.¶ Et ibi si reuocetur vel corrigatur ius cōe intelligatur reuocatum: seu correctum statutum,de quo per gl.in c.j.de cōsti.in vj.Et per Io.de Lig. hic.Et aliquid etiam Bar.in l.j.ff.ad l.Fal.& in l.si mulier. §.j.ff.de leg.iij.concludit hic do.Ant.de Bu.q si statutum emanat super iure seu lege multipliciter intelligibili,tūc operatur: quia declarat intellectum ipsius iuris vel legis, arg.l.minime.ff.de legi.& facit quod hr in tex.gl.in cle.j. de elec.Si vero emanat super l.vniformiter intelligibili, & disponit idem quod ipsa lex:& tunc aut statutū habet diuersam rationem statuendi ab illa, quæ est de iure cōi, quod esse potest: quia ex varietate locorum diuersa vice, dum surgit vtilitas & ratio statuendi.facit quod habetur in l.præcia rerum.ff.ad l. Falci.& tunc clarum, q statutū adijcit vinculum vltra vinculum iuris cōis.Si autem statutū regulatur ab eodem ratione,qua ipsum ius cōe : tūc concludit,q si disponit super materia apta pducere actionem, tale statutum inducet nouam actionem, videlicet constitutionem ex ipso statuto, per id quod habetur in l.. j.ff.de condi.ex lege. & in l.quoties.ff.de act.& oblig.& sic voluit Bar.in locis pręalle. Si vero materia nō sit apta producere actionem,tunc saltem operatur:q confirmat & sic adijcit vinculum confirmatorium.allegat quod habetur in l.ius ciuile.ff.de iust.& iure. Et per hoc patet, an in dubio debeat intelligi, an in dubio aliquid addat iuri communi.Nam videt q sic,per prædicta.quod præsertim procedit, qñ staturum emanaret per modū priuilegij s'm eum: vnde eius natura sit q aliquid operetur.facit quod habetur in l.j.ff.ad municipales.Interdum etiam multū operatur , licet contineat idem quod ius cōe in literis ad beneficia,per id quod dixi superius.& no.Io.An.post Io. Mo.in c.j.de fil.presby.in vj.Et subdit etiam do.Anto.de But.qđ vbi ex generalitate statuti alteri præiudicaretur, recipiat restrictionem secundum ius commune, per l.ij.
13 secundum ibi not.C.de noxali.¶†Circa secundum aūt, an sublato iure communi intelligatur sublatum statutū idem disponens,si non fiat mentio de statuto.Concludit q si statutum habeat aliam rationē subsistendi, q habeat ius commune. non tolletur statutum sublato iure idem disponente:quia durat adhuc causa statuti & etiam autoritas statuentis.Et sic propter duplex vinculū difficilius tollitur.j.de treu. & pace, c.j.Si vero regulatur ab eadem ratione, qua ius quod in dubio dicit præsumendum , si aliud non appareat:& tunc dicit,q si constitutio tollit ius commune,etiam damnet rationem , quia tunc cum statutum redditur irrationabile tolletur statutum , & sic intelligit quod habetur & no.in d.c.j.de consti. in vj.Si autem constitutio reuocat ius commune, vel disponat super ratione:tunc videtur remanere,q adhuc statutū non reuocetur,si de eo non sit mentio: quia habet uinculum separatum,& autoritatem separatam a iure communi:& per consequens videtur,q non tollatur, licet tollatur ius commune,arg.d.c.j.j.de treu.& pa.j.de priuileg. Pastoralis.Nec ob.q priuilegium cōtinens idem,quod ius commune,tollitur per secundum:licet non fiat mētio de eo , sicut tollitur etiam ius commune: quia secundum eum aliud in priuilegio , quod nullam habet aliā causam subsistendi,nisi ab ipso iure,seu ab eodem autore:& aliud in statuto,quod habet aliam autoritatem, propter quā possit subsistere. Et idem dicit esse in priuilegio,si hēret aliā causam subsistendi.& sic transit hic. Sed alijs aliter dicit in c.j.pręalle.de consti.in vj.vbi dicit,q in hoc casu,quando statutum præcise regulatur ab eadem ratione, qua regulatur ius,q tunc sublato iure communi intelligitur statutum esse sublatum:& sic dicebat glo.intelligendum.in d.c.j.de consti.in vj.¶ Secūda opin.videtur tutior pro salutione gl.licet disputatiue posset teneri pręcedēs,quam tenuit etiam Io.de Ligna.

[a] An statutum, Vide Bart.in l.j. in 1. col.ff. ad l. falci. Bel.in c pastoralis.de fi instr. in prin.nu.1, fol. 94. in impressio ne Lugd.

SVMMARIVM.

1 *Periurus an sit priuandus beneficio.*
Beneficium eius,qui admouendus est a beneficio, non debet adiudicari aduersario:nisi illud impetrasset,vel ostenderet de iure suo.
2 *Clausula, si preces veritate nitantur, tacitè subintelligitur in rescripto Apostolico,licèt non apponatur.*
3 *Rescriptum vetans causæ cognitionem , est suspectum de falsitate . & vbi rescriptum est suspectum de falsitate, debet illud impetrans mitti ad curiam.& nu.7.*
4 *Cumulans plura in libello copulatiuè, quorum quodlibet per se sufficit:sufficit alterum probare.*
5 *Copulatiua si ponatur in libello dispositiue,vel rescripto:an sufficiat alteram de copulatiuè positis probare.*
Narrans plura in rescripto,an debeat omnia probare.
6 *Gratianus non habuit potestatem legis condendæ . & licet compilatio decreti sit approbata quo ad ipsam compilationem,non tamen quo ad dicta Gratiani.*

EX parte. In rescripto intelligitur clausula.si est ita.& si causæ cognitionem vetat. & est de falsitate suspectū.h.d. Et duæ sunt partes principales.In prima ponitur primi iudicis querela . In secunda prouisio.secunda ibi, verum.¶ In tex.ibi inter g.supple agentem.& f.supple.conuētum.¶ Item ibi,adiudicasset,id est, per sententiam ab illo eandem in alium iudicasset. facit quod habetur infra.eo.inter cæteras.¶ † No. primo q per. 1 iurus priuandus est beneficio . Et similiter ille,qui beneficio renuntiauit.facit quod habetur j.de iureiuran. quærelam.& vij.quęst.j.quàm sit periculosum. Aduerte tamen, quod licet constet,quem admouendum a beneficio non per hoc debet adiudicari aduersario. nisi illud impetrasset,vel ostēderet de iure suo vt j.eo.in c.olim.¶ Item no. q nō sufficit aliquid allegare,nisi probetur . facit quod hr in tex.& in gl.in l.j.in prin.ff.si quadrupes, pauperiem fecisse dicatur.¶ † Item no.q in rescripto apostolico semper 2 intelligitur clausula, si preces veritate nitantur , id est, si

verum dixerit impetrator.& sic valet rescriptum,etiam si
dicta clausula non sit apposita: quia tacite subintelligitur
vt dixi.& hoc de iure canonico: sed de iure ciuili ipso iu-
re vitiatur rescriptū, si dicta clausula nō sit inserta.l.fina.
C.de diuersis rescri.& in hoc æquius, & melius disposuit
ius canonicum ſm Io.And.q̃ ius ciuile: quia vt dixi,non
vitiatur rescriptū de iure canonico, si dicta clausula non
sit inserta.secus de iure ciuili.dicit tamen do.Car. Florē.
hic,ꝙ in foro ciuili seruabitur d.l.fi. in foro canonico ser-
3 uabitur,quod hic dicitur.¶† Itē no.ꝙ rescriptum vetans
causæ cognitionem, est suspectū de falsitate. & ad hoc &
ad præcedens dictum in notabili præcedenti sæpe allega
tur decretalis.¶ Item no.quod vbi rescriptū est suspectū
de falsitate,debet habens illud remitti ad curiam cum ip
so. Et sic vr̄ ꝙ posset capi, vt sic postea posset remitti, vt
hic tetigit Ioan.An.super glo.fin.facit quod habetur j.de
verb.signi.in c.nouimus. ¶ Item not.etiam ꝙ secundum
rescriptum non faciens mentionem de primo,illi nō præ
iudicat.de quo j.eod.cęterum. & plene dictum fuit in c.
præced.¶ Item potes notare ſm do.Ant. de But.ꝙ de ge-
stis coram delegato non creditur soli delegato,quādo est
vnus tantum:secus si sunt plures,vt no.j.de elect.cum di
lecti.& de testibus.cū a nobis.& de pur.ca.cum dilectus.
¶ Item no.ꝙ id dicitur fieri precise, quod fit absque cau-
sæ cognitione.¶ Et not.quod quis potest appellare viua
voce,quod intellige verum,q̄n incontinenti appellatur,
& a diffinitiua.alias secus,vt legitur & no.j.de appel.cor-
di:lib.vj.¶ Item no.quod licet iudex nō sit necessario vo
candus ad defendendum processum suum; q̄n processit
ad instantiam partis,vt no.Inno.j.de transac.in c.de cæte
ro.& j.de procura.in nostra.Tamen si vult sponte se offer
4 re ad informandum superiorem,debet admitti. ¶ † Item
no.quod vbi plura accumulantur libello , vel rescripto,
etiam copulatiue , quorum quodlibet per se sufficit alte-
rum probare:& sic copulatiua resoluitur in disiunctiuā,
5 de quo tangitur hic in glo.j.¶ † In gl.j.in fi.potes conclu-
dere , si quæritur an sufficiat alteram de copulatiue posi-
a tis in dispositione,rescripto,vel libello probare, a vel etiā
in articulo aliquo alicuius causæ. Nam aut copula poni-
tur inter incompassibilia , & tunc stabit pro disiuncta: vt
si dicatur in testamento, ꝙ valeat iure testamenti & codi-
cillorum.l.fin.C.de codicillis. & facit quod habetur in l.
si Titio fundus.ff.de vsufru.legat.aut ponitur inter com-
passibilia : & tunc aut ponitur inter non diuersa: & tunc
exponit, &, pro idest.& tunc expositio impropria debet
cadere inter diuersa,vt voluit gl.in rubrica.ff.de iuris , &
facti ignor.Aut ponitur copula inter orationes : & tunc
aut copulat plura principaliter, & non oportet ꝙ oīa veri
ficentur.l.j.ff.de his,qui nō.infa.& ibi no.per Bar. & ple-
nius de materia copulatiuæ per eundem.in l.si is qui du-
centa.§.vtrum.ff.de reb.dub. aut copulantur plura non
principaliter,sed in respectu ad aliud,vt fuit hic:quia mā
dabatur hunc priuari,si constaret de periurio,& de renū-
tiatione.Et hoc casu conclude , ꝙ aut copulantur plura,
seu mandantur plura copulatiue ad diuersos effectus: &
tunc non sufficit alterum probare,vt oēs effectus quis cō
sequatur.j.eo.olim.Aut mandantur plura ad eundem ef-
fectum:& tunc aut quodlibet illorum de per se non suffi-
cit,& tunc vtrunque debet probare.facit l. si hæredi plu-
res.ff.de condi.institu.& quod hr̄ j.eo.inter cæteras . Aut
quodlibet de per se sufficiebat:& tunc aut constat, ꝙ non
astrinxit se ad probandum, & non sufficit alterum proba
re,vt hic.& satis dicitur constare,quādo est apposita clau
sula vulgaris , non astringens se ad non necessaria. Aut
constat ꝙ adstrinxit se ad vtrunque probandum : & tunc
vtrūq; debet probare,alias succumbet. vt infra,de prob.
licet cām &c. ff. de re iudi.in l.diuus.iudex tn̄ ex officio in
beneficialibus,& in alijs respicientibus publicam vtilita
tem potest supplere, vt voluit gl.in d.c.licet causam . ad
instantiam partis non tenebitur, vt ibi dicitur.¶ Interdū
dubitatur an se astrinxerit. & tunc aut plura apponuntur
in eadem oratione qualificate. tunc videtur se astringere
l.diuus.ff.de re iudic.& d.c.licet causam . vbi si aliquis di-
cat, ꝙ testes corrupti pecunia falsum dixerunt : demum
debet obtinere si probatur corruptela & falsitas,vt ibi pa
tet.nec sufficeret tunc probare alterum eorum tantum,
licet aliàs de se quolibet eorum sufficiat ad reprobādum
testes.l.j.ff.ad l.Corne.de falsis. sufficiat ad prædicta l.Ful
cinius.§.2.ff.quibus ex causis in pos.ea.Aut plura ponun
tur in eadem oratione,sed non qualificate : puta quia di-
cit pars testes corruptos,& falsum dixisse. & tunc Archi.
in c.præsentium.de testib.in vj.vbi videtur se astringere:
sed contrarium tenuit Bart.in l.diuus. ex quo vnum non
venit ad qualificandum aliud,argum.d.l.diuus.& d.l.Ful
cinius.§.2.a contrario sensu : & multominus videtur se
astringere,q̄n in diuersis orationibus plura ponuntur,vt
voluit Bar.in l.diuus.Et per prædicta patet, quod vtile est
apponere clausulam vulgatam,non astringens se ad non
necessaria probanda:quia in casu,in quo dixi quod in du
bio videtur se astringere propter dictam clausulam. Ad
oppositum.nec obstat prędictis,quod hr̄ in l.scio.ff.de ap
pellatio.vbi appellans a diffinitiua ex vna causa, non vi-
detur se ad illam restringere : quia ibi est speciale in casu
illo,videlicet in causa appellationis.quia aliàs periret to-
tum ius partis si non posset aliam causam prosequi. Ideo
in alijs causis secus , vt ibi expresse dixit Bartol.Hinc est
quod agens rei vendicatione ex certa causa expressa , vi-
detur ad illam se astringere:licet si aliqua non exprimit ,
posset se etiam ex multis adiuuare,vt in c.Abbate. & ibi
no.de re iudi. in vj.& in l.si inte.§.j.ff.de excep.rei iudica.
Et potes addere prædictis,ꝙ interdum si plura proponun
tur vno non probato , repellitur quis a probatione alio-
rum,vt est videre in casu c.si forte.de elect. in vj. & ibi ē
datur cautela.ꝙ quando sunt plura,quorum in quodlibet
sufficit.ꝙ tunc incboetur a probatione illius, quod faci-
lius potest probari:de quo dicendum est, vt ibi.& prædi-
cta etiam intellige vera, nisi ius daret formā in proponē-
do & probādo vt est tex.coniūcta glo.penulti.in c.is qui.
de elec.in vj.¶ Item potes addere ꝙ opinio gl.cōiter tene
tur,licet primam opinionem positam in gl. teneret Lau.
& Gof.ex eo,quia si in disiuncte narratis sufficit alterum
probari,ergo in coniuncte narratis vtrunque debebit ꝓ-
bari:sed certe,vt dixit glo. illud verum , q̄n alterum tan-
tum per se non sufficeret : quia tunc non videtur esse de
mente disponentis,ꝙ vtrumq; necessario probetur : mēs
autem disponentis & rescribentis est consideranda:nam
& in testamentis,& in contractibus similiter inspicimus
voluntatem testantium, & contrahentium , ex quorum
mente sermo recipit interpretationem. facit quod habe-
tur in l.cum virum.C.de fideicommiss. Et ideo secūdum
iura etiam debemus interpretari rescriptum ex mente re
scribentis.facit quod hr̄ j.& c.causam. & in Auth.de iudi
cibus.§.omnes.colla.vj. ¶ In gl.ij.in fi.dicebat Inno.ꝙ in
literis directis archiepiscopo Cantuarien.nō putabat ex-
pressum fuisse, ꝙ præcise absque causæ cognitione resti-
tueretur:sed solum mandabat ipsum restitui,quia narra-
bat se spoliatum absq; ordine iuris,vt dicit gl. Hosti.vero
dicit ꝙ,imo dicta clausula si absq; causę cognitione. ex-
presse fuerat in rescripto:ideo rescriptum fuit suspectum.
Et propter hoc Papa mandat ipsum ad eum remitti cum
literis.¶ In gl.iij.in fi. Et per hoc non obst.si dicat,ꝙ secū
dę literæ fuissent impetratę tacita veritate ; tamen saltem
secundum formam iuris debuit procedere delegatus.j.
eo.super literis.quia istud nō procedit in casu isto,in quo
potest dici,ꝙ dolose fuit veritas tacita,ideo tunc non pro
cedit contrarium.Item erat talis veritas tacita, quę si fuis
set expressa, non habuisset literas : quo casu etiam non
procedit contrarium , vt d.c.super literis. Nam hic fuit
tacita

a An sufficiat,& narrata rescri pto, vel li bello probare, vide hic per do. Fely. in 7. col. ver. copula. Iom. Soz consi. 451. incipiēte, quoniā in præ senti cōsul tatione.

tacita appellatio,vt dicit glo.quæ si fuisset expressa,Papa
literas non dedisset.facit quod habetur.j.eo.ex parte. &
dicit hic Innoc.q literæ impetratæ ab appellante non va-
lent,si in eis non fiat mentio de appellatione.secus si im-
petrentur ab appellato.j.de app.oblatæ. cum ibi notatis.
Sed certe cõiter tenetur cõtrariũ, videlicet q non valent
literæ impetratę etiam ab appellato non facta mentione
de appellatione per ea,quę habentur.j.eo.ex parte. & di
xi etiam in notabilibus.& etiam voluit Inno.j.de maio.
& obe.dilectu.dicit etiam Innoc.q hic forte appellatio
erat deserta: & ideo sententia transiuerat in rem iudi.&
per consequens merito Papa potuit mandare illam con-
firmari.dicebat tamen hic Pe.& Io.An.post eum, q iste
Archiepiscopus cui scribitur, habebit confirmare sentẽ
tiam autoritate huius secundi mandati,non vi primi, cũ
fuerit subreptitium. Et intellige etiam secundum Inno.
& Compost.hanc sententiam esse confirmandam. facit
quod no.Io.An.infra.de cõfit.vti.vel inuti.c.j.ad fi.& q a
ad confirmationem sententiæ non sufficit annullatio li-
terarum,nisi appareat aliter de iure illam esse confirman
dam.¶ In gl.penul.in fi.Sed quare non seruatur lex, cũ
sit canonizata.Nam lex.vniuersa.C.de diuer.rescr.est ca-
nonizata, quia posita in compilatione decretorum.in cã
25.q.ij. vt voluit glo. sic allegando illam sub dicta cau-
6 sa.† Dic quod illa lex ibi fuit posita solũmodo per Gratia
num,qui compilauit decretum, & qui non habuit pote-
statem legis condendæ : & ideo non potuit præiudicare
canonibus canonizando illam l. Nec ob.si dicatur,q cõ-
pilatio decretorum seu decreti est approbata,quia respõ-
deri, potest sm Io.An.q de hoc non bene constat,tñ sup
posito,est approbata quod dicatẽ approbata quo ad ipsam
compilationem:non autem quo ad dicta Gratiani, quæ
quãdoq; reprobantur, vt patet 2.q.j.in §.hinc colligitur.
vbi gl.dicit,hic fateor plane mẽtitum te Gratiane. ¶ Ad
idem etiam quod habetur 32.q.7.§.quamuis. Et simile
notatur de libro sententiarum.in c.debitum.j.de biga.p
Ioan.An.Similiter dicta sanctorum patrum constat esse
approbata, q̃ sunt inserta in libro decreti.Sed dicta Gra-
tiani non sunt approbata,nisi tanquam magistralia,& in
quantum sint rationabilia,& iuri consona.vbi autem lex
est canonizata,ex eo quia illa esset inserta per Papam in
corpore alicuius canonis : tunc illo casu bene est standũ
illi leg. & videtur tunc esse approbata per canones,vt est
tex.cum gl.in c.in primis.ij.q.j.versi.de persona Ianuarij.
& ibi notatur in gl.ii.& de multis legibus canonizatis p
Gratianum,quibus contrariantur canones posuit hic Io.
An.Et præcipue patet per id,quod habetur ij.q.vj.§.diffi-
nitiua.versi.de possessione.iuncto eo,quod habetur j. de
restit.spol.cum ad sedem.Item patet de l.ex eo.ff.de test.
canonizata 15.q.3.ex eo.iuncto.eo, quod hr̃ j. de verbo.
fin.forus.ad fin.& 4.quæstio.3.§.item in criminali.versi.
item l.iulia.& versic.item inuiti iunctis his, quæ haben-
tur.infra.de testi.si qui testium.in 1.glo.& c.super eo.Nã
in dictis casibus statur canonibus, licet leges eis contra-
riæ reperiantur canonizatę per Gratianum in locis præ-
dictis.¶ An autem liber vsus feudorum sit approbatus,
7 notauit Ioan.An.in c.ii.infra.de feu.¶ †In glo.fi.in fi.Et
secundum Io.An.etiam tales capi possunt & detineri, p
id,quod habetur infrà.de verbo.significa. nouimus. & p
hoc dicit dom.Cardi.Floren. quod cum tales mittuntur
ad Papam deberent mitti ligati,seu cum bona custodia:
quod sentit ista litera,dum dicit, compellas.ne cõpulsio
sit frustatoria. & si hoc etiam bene seruaretur multi secũ-
dum etiam cauerẽt ab impetrando rescripta subreptitia,q
non cauent.¶ Aduerte tamen licet ipse non dicat, quod
hic loquitur quando rescriptũ est suspectum de falsitate.
vnde in alijs.casibus,licet sit subreptitium,non haberet
locum,quod hic dicitur,& quod habetur infra.eo.super
literis. Vltimo quia litera dicit inspectis literis &c.potest
quæri,quid si inspici nõ possent,vel quia essent deperditæ.
dicit Guil.quod iudex non procedet allegat 25. quæstio-
ne.2.sancimus.& j.e.ex insinuatione.Egi. vero dicit tũc
Papam fore consulendũ,per id quod hr̃ j.de offic.delega.
sane.Et facit ẽt quod no.in c.j.in gl.fi.j.de fide instru.

SVMMARIVM.

1 *Continue fieri dicitur illud,quod fit absque interuallo,& statim.*
2 *Rescriptum legitimum perditur ad tempus per excommunicationem.*
3 *Literæ secundæ debent facere mentionem de primis,sed qualis mentio,*
& an qualibet sufficiat.
4 *Literæ secundæ,quæ non faciunt mentionem de primis,nullius roboris*
obtineat firmitatem,sed an erunt nullæ,& ipso iure,an vero require
tur exceptio.& nu.6.
5 *Lite pendente coram primis iudicibus,an per secundas literas sint re-*
uocatæ primæ.
7 *Rescriptum secundum,non faciens mentionem de primo,an sit ipso iure*
nullum.
8 *Literæ secundæ,si faciunt mentionem de primis, an primæ literæ sint*
ipso iure nullæ,an ope exceptionis:& an processus,qui fit per primas
valeat uel non.
9 *Surreptio an tollatur per consensum partium.*
10 *Partibus existentibus in curia, & eis non concordantibus de iudice:*
quo casu qualibet pars eligit vnum,& tertius datur ex officio curię.
an commissio dicatur esse facta de consensu partium.

CAeterum. Si in secundo rescripto de
primo rescripto aduersa-
rij causæ non fit mentio,valet primum: alias
valet sm.Et si primum cõi assensu fuit obtẽ-
tum,non valet secũdum hoc tacito impetra-
tum.h.d. Et sunt tres partes principales, quæ patent ex
summario. secunda ibi, si vero.tertia ibi,verum.In text.
ibi,cæterum.Incipit ab aduersatiua, & forte habuit respe
ctum ad decisam,vbi aliquid fortè pręcedebat, cui aduer
sabatur ista dictio cæterum.sm Boe.& facit quod habetur
in simili j.de iura.cal.in c.cęterum. & de iud. & si clerici.
vel potes exponere cæterum pro certe:quia non est abso
num,q vbicunque expedit,vna dictio exponatur p alia,
vt est gl.notabilis in l.eas causas.ff.de condi. & demonst.
¶ Item ibi,de commissione priori.supp. & de modo com
missionis,vt tangitur in gl.¶ No.tria,quæ patent ex sum
1 mario.¶ †Item no.q istud dr̃ fieri continue,quod fit abs-
que interuallo seu statim. Illud vero dr̃ fieri pcessu tpis,
qñ interuallum interuenit,& non fit statim.¶ Item no.q
interdum impetratur commissio causæ de consensu par-
tium.quid autem,si per vnum tantum impetretur. Dic q
non,per hoc vitiatur impetratio:dũmodo alias non impe
trẽtur surreptitię per id,quod legitur & not.in c.cũ olim.
per gl.& Io.An.j.de re iudi.& hoc clarum, qñ altera pars
tãtum est in curia.Si autem vtraq; pars esset in curia, an
vna possit impetrare,alia non requisita,notatur per gl.&
Io.An.in d.c.cũ olim.¶ Itẽ no.q ille, q cogit aduersariũ
litigare,virtute rescripti inualidi,debet condẽnari in ex-
pensis.¶ Et a contrario no.q si nõ vexauit aduersarium,
licet impetrauerit rescriptũ,cessabit pœna:ad idem cle.j.
in ver.si quis.& ibi notatur.eo.tit.per quem autem debet
fieri ista condemnatio expensarum, no.in c.fi.j.eo.in gl.
vlt.quia per illum, coram quo quis est indebite vexatus.
de quo etiam in d.cle.j.¶ Item no.ex tex.ibi,nec secũdo.
Item dum dicit alicuius roboris firmitatem, q in literis
contentiosis surreptio vitiet ipso iure.Sed contrarium cõ
muniter tenetur,videlicet q solum vitiet ope exceptio-
nis:licet secus sit in literis gratię seu beneficialibus, de
quo plene dicetur j.eo.ad audientiam.el 2.¶ Item not.q
ex litera,ibi,est exempta &c. q vbi secundæ literæ faciũt
expressam mentionem de primis, videtur q tunc primæ
ipso iure tollantur.de quo infra,dicetur.¶ Item no.q vbi
delegatur causa de partium consensu, secundę literæ nõ
valent,nisi de primis faciant mentionem:supple, & de cõ
sensu habito in primis, vt voluit gl.& hoc verũ siue im-
petrentur

petrentur ab actore, siue a reo. ¶ Item no. ꝙ qñq; literę im petrantur de partium cōsensu. & sic vī ꝙ regulariter par tium consensus non exigitur in impetratione literarum: de quo in præallega. capit. cum olim. de re iudi. & facit quod habetur in l. obseruandum. ff. de iudi. ¶ In gl. j. ibi, vel in iudicijs iam cœptis. supple per primas literas: aliàs melius dixisset, in nō cœptis, vt hic voluit Io. An. Et qđ hic dixit gl. j. ꝙ requiritur citatio, idem etiam voluit glo. sequens. ¶ In glo. priores. in fi. supple, sub eadē data, sed forma diuersa: quo casu dicendum est, vt ibi habetur. vñ potest etiam dici, ꝙ hic constat, quæ essent primæ: ibi vero non constabat, quæ forent primæ: ideo ibi consulitur
2 Papa. ¶ † In gl. iudicio. ibi, perditur ad tempus. hoc verū, quando excommunicatio superuenit post impetrationem. Si autem tempore datæ impetrans fuisset excommunicatus. tunc rescriptum esset penitus nullum. j. eod. c. j. in vj. Et potes addere secundum Hosti. ꝙ perditur & rescriptum per relationem factam superiori, vt j. de offic. dele. iudex. lib. vj. Item per recusa. vt j. in d. c. iudex. lib. vj. de quo dicendum, vt ibi. ¶ Item morte impetrantis, vel eius contra quem impetratum est rescriptum. infra. eod. significauit de quo dicendum. vt ibi dicetur. Item morte delegati, dum tamen fuissent simpliciter dati. j. de offic. delega. c. vno delegatorum. An tamen hoc casu necessaria sit exceptio, notatur in c. cum venissent. j. de testi. in gl. ij. ¶ In glo. penul. ibi allegaret supple, ne reputaretur contumax, & consequenter ne alias muraretur per id, quod habetur in iuribus hic allegatis. ¶ In ca. gloss. in fi. Hostien. dicebat, ꝙ melius est dicere, ꝙ de communi consensu a principio iuerant ad curiam, & rescriptum impetrarunt, & expensas soluerunt de communi. Et in bis potest dici, ꝙ coegit eū laborare. sed hæc lect. nō placet Ioā. And. quia ex quo valent primæ literæ ipsarum expensæ, non sunt perditæ: ideo de talibus expensis nō debet hic
3 intelligi. ¶ † Extra gloss. potes dicere, quia hic dicitur ꝙ
a in secundis literis debet fieri mentio de primis, qualis mentio fieri debeat, an quælibet mentio sufficiat. Dic ꝙ non, quia non sufficit mentio generalis: sed debet fieri mentio expressa. j. de do. & contu. in c. ex literis. & j. de offi. delega. in c. ex literis. vnde debet etiam fieri mentio ꝙ de communi consensu primę fuerunt impetratę, si ita fuit, vt hic etiam voluit gl. antepe. ¶ Item fm do. Ant. de Bu. si aliqua clausula notabilis erat in primis, puta appellatione remota, debebit fieri mentio de illa. facit quod no. j. de rest. spo. ex conquestione. ¶ Item debebit fieri mentio de processu, si per illas fuerit processum. j. de re iudica. inter monasterium. non tamen erit necesse, ꝙ fiat ad literam mentio totius tenoris primarum. sed sufficiat substantialiter facere mentionem de substantiali tenore & de personis iudicum, & aduersarij, & de principalibus partibus ipsarum literarum, vt voluit hic do. Ant. de Bu.
4 ¶ † Secundo, quia hic dicitur ꝙ secundæ literæ non faciētes mentionem de primis non obtinent alicuius roboris firmitatem. potest quæri an erunt nullæ ipso iure, an vero requireretur exceptio. Tanc. hic tenuit, ꝙ ipso iure secundæ literæ non facientes mentionem de primis, non valent. Sed Goff. Inno. & Host. & communiter doc. tenent contrarium per id, quod habetur j. eo. si autem & c. plerumque. vbi patet, ꝙ secundæ non facientes mentionem de primis valent post annum, de quo fuit negligēs primus impetrans: & per cōsequens non sunt nullæ. alias nunq̄ conualescerent ex postfacto de reg. iur. non firmač lib. vj. ff. de reg. iu. l. quod ab initio. & secundum hoc dū dicitur hic, ꝙ non habent firmitatem, debet intelligi quātum ad effectum. Et per prædicta videtur, quod necessaria erit exceptio, si procedatur per primas literas, & si nō admittatur debebit appellari: alias excipiens non videtur bene tutus. vnde dicebat Innocen. & Compost. ꝙ si primus impetrator coram secundis iudicibus excipit pri

mas præualere: & si de hoc dubitetur petit arbitros eligi secundum decre. Pastoralis. j. eo. licet prima facie videač omissus. ij. q. vj. §. item sententia. & facit j. eo. cum dilecta. imo quod plus est, non videatur necesse ꝙ petatur procedi secundum illam formam. cum satis videatur esse, ꝙ sit ambiguum de reuocatione literarum, ex quo opposita est exceptio: quia nec illa decret. Pastoralis, dicit hoc debere peti. tamen secundum Innocen. & Cōpost. securius & iustius est dicere, ꝙ necesse sit appellare, si non admittitur exceptio: quia licet contra tales literas posset excipi, tamen iudices per illas habent iurisdictionem, vt superius est dictum. Nec obstat, quod dictum est de ordine omisso, qui habet viriare id, quod agitur: quia respondet Compost. ꝙ illud locum habet quando omittitur in substantialibus, vt est litis contestatio: & ꝙ sententia feratur in scriptis, & similia, de quibus, j. de offi. dele. de causis, p
5 glo. & C. de sentē. in l. prolatam. ¶ † Sed iuxta prædicta potest quæri, quid si pendente lite coram primis, an per se-
b cundas primæ sint reuocatæ, vel non: * vel etiā illa non pendente partes coram secundis iudicibus procedunt super principali: an tenebit processus. Dicit Innocen. & Compost. ꝙ sic: quia tūc primus impetrans videtur renūtiasse literis suis, & quæstioni de reuocatione literarum per id, quod habetur infra. de offi. dele. in c. & gratū. & j. de test. cum venissent. Idem secundum Compost. econtra si pendente, vel non pendente quęstione coram secundis partes procederent in principali coram primis, nec secūdus impetrās contra primas literas aliquid opponit corā primis iudicibus, non valebit processus primorum, etiā si secundæ erant tales, quę reuocarent primas. Et pro hoc faciat, quia talis reuocatio facta fuit in fauorem partis illam impetrantis, quæ potuit suo fauori renuntiare. j. de reg. in c. ad Apostolicā. & l. quod fauore. C. de legi. Et no. bene hoc dictum. quia per hoc videtur velle Inno. Compost. ꝙ licet secundæ literæ faciant expressam mentionē de primis, ꝙ primæ non sint ipso iure nullæ, aliàs partiū consensus velut priuatorum non videntur posse facere processum validum, ne dare iurisdictionem. l. priuatorū. C. de iurisdi. om. iudi. & infra. de offic. dele. significantibus. de quo an indistinctè procedat. infertius dicet. ¶ Sed aduerte inquantum dictum est, ꝙ si iudices secundi procedūt, & excipiač de primis lris, de qbus nō est facta mētio in secundis: quia tenebit processus si non appelletur: quod sequitur Inno. & Compost. & communiter do. Ioā. de Lig. hic tenuit contrarium: & mouetur quia virtus exceptionis est elidere. l. j. ff. de excep. Sed isto casu non elideret, si necessaria essent appellatio, quia tunc potius esset appellatio, quæ impediret quàm ipsa exceptio, et-
6 go &c. ¶ † Item quia ipsa exceptio videtur præiudicialis processui. ideo debet impedire illum. facit j. de ord. cogn. tuam. ¶ Item tertio, quia iura videntur dicere, ꝙ exceptio dilatoria possit opponi ad processum, nec videntur requirere appellationem. Item pro prædictis allegat. quia sicut ordo traditus a iure sine ministerio hominis vitiat, si non seruetur. ij. quæstione. vj. §. diffinitiua. versicul. perlatam. ita quando datur ordo lite cœpta ministerio hominis intercedēte si non seruetur ordo. si illud ministerium hominis intercedit, debebit vitiare: & sic cum dictum c. Pastoralis. infra. eod. ordinem, qui debet teneri, opposita exceptione contra literas videtur ꝙ non si non seruetur vitietur processus. dicit tamen Ioan. de Lign. ꝙ multi clamabant contra istā suā opi. & d. Card. Floren. hic dicebat, ꝙ ipse fuit vnus de illis, qui clamauit in scholis cōtra prædictam opi. vnde veriorem puto opi. Innoc. & cōem. Nam si opponitur exceptio dilatoria, & iudex procedit ad vlteriora, videtur illam reijcere, & tenet processus si non appellatur j. de appel. ex parte M. & j. de elec. cum dilecti. Et sic vī ꝙ eodē modo in casu, de quo. §. teneat proces sus, si non appellač. Nec obstat ꝙ virtus exceptionis est

a ¶ Mentio qualis fieri debeat de primis literis in secundis. vide hic per d. Fel. propè princip. ver. de primo. vbi plene tractat de quibus fieri debeat mentio in secundo rescripto.

b ¶ Literæ primæ, an sint reuocatæ per secundas, si pendeat lis coram primis. hanc quæstionē determinat Fel. hic in 8. col. ver. Quartum correlariū vbi vide.

elidere:quia dico ꝙ bene elidit.nam inducitur grauamẽ,
si iudex non admittit illam.& ideo apparet iustam cām
appellandi.& sic non obstat prima ratio.Io.de Lig.¶ Itẽ
non ob.secunda fundata ex.c.tuam.quia ibi iudex redde
batur incompetens occasione exceptionis spiritualis cũ
esset iudex secularis: hic secus.¶ Item nõ obstat tertia ra
tio,quia reprobatur per dictum c.ex parte , & pręall.c.cũ
dilecti.¶ Non obstat etiam quarta,per id quod dixi supra
post Compost.respondendo ad id , quod dictum fuit de
ordine omisso . & vt dixi, opi.Inn.& Cõpo.communiter
a 7 teneri.¶ Et habes [a] etiam ex prædictis, ꝙ vbi secundæ li
teræ non faciunt mẽtionem de primis,secundæ nõ sunt
ipso iure nullæ, & hæc etiam est communis opinio.An
autem quando secundæ faciant expressam mentionem
de primis indistincte ipso iure tollantur primæ: an vero
ope exceptionis fuerunt opiniones. Nã Goff.hic tenuit
quòd ipso iure reuocentur primæ per secundas , facien-
tes mentionem de primis,adeo ꝙ secundum eum proces
sus primorum iudicum non valebit:licet non excipiatur
de secundis contra primas,dummodo qualitercunq; ha-
buerunt notitiam de secundis,seu notificetur de eis mo-
uetur per id,quod habetur j.de offic.deleg.ex literis.vbi
videtur expressum,dum dicit primas nullam penitus ha-
bere iurisdictionem si constiterit primas per secundas le
gitime reuocatas.¶ An idem etiam facit tex.iste dũ dicit
ꝙ causa est exempta a priori iudicio.Ad hoc etiam bene
facit j.de testi.spo.audita.vbi dicitur ꝙ illud,quod fit post
notitiam secundarum literarum facientium mentio-
nem de primis,non valet. Et istæ sunt meliores text.qui
habeantur in hac materia.Et prędicta intelligit Gof.pro
cedere,dummodo in secundis fiat sufficiens & expressa
mentio de primis,per id quod habetur j.de dolo & cõtu.
ex literis.& idem sequebatur Bonaguida Aretinus,dicẽs
ꝙ ratio prædictorum esse potest: quia tunc patet talẽ esse
intentionem Principis seu Papæ. facit etiam ad prædicta
quod habetur j.de appel.si duob. Et sic residet Io.And.&
aliter non declarat:Inn.& Compost.hic videntur voluis-
se cõtrarium,vt superius tetigit. Nam videtur velle, ꝙ so
lum tollantur primæ ope exceptionis per id, quod supe-
rius dixi. Et secundum istam opi.iste tex.deberet intelli-
gi ꝙ exẽpta est causa a iudicio primorum,si hoc excipia-
tur . & similiter deberet intelligi c.ex literis.& c.audita.
Et istam opinionem videtur sequi hic d.Car.Flo.conclu
dens,ꝙ si factus est processus per primũ iudicẽ, antequã
sit pręsentatum secundum rescriptum,tenebit processus
per pręallegatum.c.audita.si vero præsentatum est secun
dum rescriptum,& tunc dicit,ꝙ aut secunuds impetrans
excepit contra primos iudices , & contra primas literas,
& instans non excepit:vel si excepit , non institit.Primo
casu non tenebit processus primi iudicis si primum re-
scriptum reuocabatur per secundum, per pręall.c.ex lite
ris.ad fi.de offi.dele.Et dicitur instituisse, ſm eũ,ille, qui
excipit. Ita demũ si appellauit a reiectione exceptionis,
alias non allegat quod habetur j.de elec.cum dilecti.dũ
dicit non multum diu institerit &c. Secundo casu, quã-
do non excepit de secundis: vel licet exceperit non insti
tit eo modo:quod tunc tenebit processus factus per pri-
mum,quia secundum intelligitur reuocare primum, ita
demum si secundus impetrans fuerit vsus secundo rescri
pto cum effectu , potest autem non vti , cũ sit cõcessum
eius fauore.arg.j.de reg.iu. quod ob gratiam.li.vj.Et in-
telligitur renuntiare non appellando per id quod s.dixi.
facit ſm eũ quod habetur j.de off.dele.in c.gratũ.& j.de
testi.cum venissent.& de appel.in c.solicitudinem.vbi ap
lans intelligitur renuntiare appellationi iam interpositæ
comparendo coram iudice a quo iurisdictio iam erat trã-
slata ad iudicem ad quem . fortius ergo hoc casu, in quo
nondum erat translata iurisdictio ad secundos iudices ,
intelligetur renuntiare.non enim, secundum eũ, per se-
cundum rescriptum faciens mentionem de primo reuo
catur iurisdictio primi iudicis ipso iure: sed per vsum se-
cundi rescripti cum effectu modo prædicto.& prędicta di
cit procedere,quando rescripta impetrantur in causis cõ-
cernentibus fauorem publicum:tũc inspicienda erit for-
ma rescripti,quæ poterit esse talis.ꝙ a die datæ reuocabi-
tur primum rescriptum.Nam soluitur iudicium vetante
eo , qui habet iudicare.ff.de iudi.l.iudicium.& j.de offic.
deleg.Pastoralis.§.quia vero. & subdit, ꝙ in his quæ sunt
de iure positiuo , potest princeps seu Papa reuocare ter-
tio gesta,vt est tex.cum glo. notabili in verbo , pro infe-
ctis.de immun.eccle.in cle.Melius videtur in cle.vna,de
consangui.& affinit.Et per prædicta dicit multa iura pos-
se reduci ad concordiam . Inno.in hoc articulo varie fuit
locutus:nam aliter loquitur hic : cuius tamen dicto satis
concordat , quod ipse dicit j.eo.Pastoralis . aliter videtur
loqui ibi in c.in literis.j.de offi.delega.vbi videtur facere
differentiam inter extraneos, & partes , vt sic quo ad ex-
traneos intelligatur facta reuocatio ipso iure per illum
tex.secus quo ad partes , quæ sunt de iurisdictione ipso-
rum iudicum antequam appareat , quæ literæ præua-
leant.Aliter videtur loqui j.eod.cum contingat.vbi con-
cludit,quod interdum in secundis fit reuocatio indirecte
primarum. Interdum vero fit directa reuocatio:& appel-
lat indirectam, quando in secundis apponitur clausula ,
Non obstantibus primis.tamen quia est indirecta solum
tolluntur primæ ope exceptionis : quia talia verba non
important necessario , quòd ipso iure tollantur primæ :
sed bene vult Papa , ꝙ non habeant obstare,quod fit etiã
ope exceptionis.facit quod habetur in l.j.ff.de except. &
ideo ex vi verborum,vt dicit Innoc.non videntur primæ
tunc ipso iure nullæ.¶ Si vero est directa reuocatio:puta
quia dicit non obstantibus primis literis , quas reuoca-
mus.tunc dicit Innoc.in d.c.cum contingat. ꝙ si reuoca-
tio facta fuit ad impetrationem partis,tunc videtur ꝙ ge-
sta per primos iudices ante præsentationem secundarũ:
& multo fortius ante notitiam earum valebunt per id ,
quod habetur in c.audita.de testi.spolia.& plus etiam di
cit,quod etiam si primi iudices procedant post scientiam
literarum secundarum.si habens secundas non præsen-
tet,nec excipiat de illis,tenebit processus: quia intelligi-
tur Papam voluisse reuocare primas,si impetrans secun-
das velit illis vti.& ideo si non vtitur , imputabitur sibi .
Nam videtur tacite illis renuntiare. Si autem motu pro-
prio sit facta reuocatio directa , tunc concludit Innocen.
quod si post habitam notitiam literarum secundarum
fiat:quòd processus non valebit per præallegat.c.audita .
Si autem fiat ante notitiam secundarum literarum, licet
reuocauerit : finaliter residet , quod non tenebit proces-
sus , ex quo directa est reuocatio. facit infra de appellat.
vt nostrum. contrarium tamen videtur tenuisse in c.pri-
mo,infra,de concessio.præben.in vj.in gloss.quæ incipit,
hoc intelligunt quidam , in versi.& idem videtur in lite-
ris iurisdictionalibus , vbi tangit de materia per duas co-
lumnas . Et aduerte etiam , quòd in d.c.j.non videtur fa-
cere differentiam,an reuocatio sit indirecta, an vero dire
cta : sed concludit quando secundæ literæ reuocant pri-
mas,quòd si sit processus ante notitiam secundarum, vel
etiam postea antequàm sint pręsentatę , & de his excep-
tum,quòd tenebit processus,qui fit contra præsentem,
& sic contra ipsum præsentem habentem literas secun-
das, & non opponentem de illis : sed si fieret ipso absen-
te , an si postea peruenit ad eius notitiam , sit necesse
quòd appellet : ponit ibi opiniones.vna fit quòd sic : alia
quòd non est necessaria appellatio , sed sufficit, quòd de-
claret se velle vti literis secundis , vt ibi plenius prose-
quitur.dom.Anto.de But. hic recitat dictum Innocen.in
dicto capitu.cum contingat . tamen videtur recitare ali-
ter , quam dixerit ipse Innocen. Nam in effectu dicit
Inno,

a ¶ Et hẽs. Secũdum rescriptũ ñ faciẽs mẽtionem de primo , an sit ipso iure nullum, vel annullãdum, vide hic per d.Fel. in v. co.i er.no. est nullũ . & per do. Abba.in 2. co, ad finẽ, versic.Ego aliter.

Innocen.velle, quòd aut sit reuocatio motu proprio, aut
ad iostantiam. Et si ad instantiam, aut est directa reuoca-
tio, aut iodirecta: & sic quando fit motu proprio non fa-
cit differentiam, an sit directa, vel indirecta. Innoc. tamen
si ponderetur, videtur solum in directa reuocatione face-
re differentiam, an fiat motu proprio, vel non in dicto c.
cum contingat. & ibi etiam dicit, quod quando est contentio
de reuocatione literarum, non tenet processus, si proce-
datur contra extraneos: secus si contra partes. taodem d.
Anto. de Bu. hic concludit, quod aut quæritur de virtute pri-
marum literarum: & tunc quo ad extraoeos rebelles, sta-
tim facta reuocatione quomodocunq; ablata est potestas
a primis iudicibus quo ad illos. allegat tex. in d. c. ex lite-
ris. de offic. deleg. iuncta gl. Inn. ibi. Si vero quæritur quo
ad partes: tunc dicit quod vtroque casu. & sic siue sit dire-
cta reuocatio, siue indirecta, reuocatur iurisdictio ipso iu-
re non facta differentia, an ad impetrationem, an vero
motu proprio sint concessæ literæ secundæ. sed in hoc tā-
tum erit differentia, an proprio motu fiat reuocatio, vel
non: qnia vbi proprio motu fit, non valebit processus ha
bitus post qualemeunque notitiam secundarum litera-
rum, & reuocationis p ipsos factę per d. c. audita. sed vbi
ad instantiam partis facta est reuocatio, tunc oportet, quod
ootificatio fiat per partem. & si ostendit se velle secundis
literis vti, aliàs non appareret an esset reuocata iurisdi-
ctio: qnia ex quo ad impetrationem facta est reuocatio,
& sic in eius fauorem, censetur Papa reuocare condioo-
naliter, si impetrans velit vti literis, vt dicit Innoc. in d. c.
cum contingat. & etiam in d. c. j. de concess. præben. in vj.
Io. de Lign. hic dicebat quod quando indirecta est reuo-
catio, tunc non tolluntur primæ ipso iure: secus quando
fit directa reuocatio. nam tunc secundum eum, ex quo
expressa est reuocata iurisdictio primorum, cēsentur pri-
uati: & sic non valebit processus. C. de iurisdi. om. iudi. l.
priuatorum. & j. de off. delega. significantibus. ¶ Iste arti-
culus est satis dubius propter varietatem opinionum, ta-
men pro eius declaratione duo possunt considerari, quā-
do duæ literæ faciunt menoionem de primis, an primæ li
teræ sint ipso iure nullæ, an vero ope exceptionis secun-
8 do, an processus, qui fit per primas valeat, vel nō. ¶ † Cir-
ca primum videtur, quod satis sit rationabilis opin. Ioan. de
Lign. quæ originaliter fuit Inno. j. eo. cum contingat: vt
vidlicet fiat reuocatio solum ope exceptionis, quādo est
reuocatio indirecta, secus quando directa. Et quæ dica-
tur directa, & quæ indirecta reuocatio, dixi supra. Et ra-
tionem etiam diuersitatis superius assignaui: quia ex vi
verborum per indirectam reuocationem non videtur se-
qui necessario, quod fiat reuocatio ipso iure, vt superius de-
claraui. secus quando directe reuocat per id, quod habe-
tur infra, de appell. vt nostrum. ¶ Circa secundum est ad-
uertendum, quia aut proceditur eo casu quo indirecta
est reuocatio: & tunc videtur tenere processus, si non op
ponitur exceptio. & si successiue non appellatur in casu,
in quo non admittatur per ea, quæ habentur infra, de ele.
in c. cum dilecti. & per id etiam, quod dixi superius post
Inno. & Compost. & etiam per id, quod dixi quando pro-
ceditur per secundas, quæ non reuocant primas. Si verò
reuocatio est directa: tunc hic est maius dubium. tamen
potes concludere, quod aut proceditur ante notitiam reuo-
cationis literarum, aut proceditur post habitam notitiam
literarum secundarum: & sic post notitiam reuocationis
primarum. Si proceditur ante habitam notitiam: & tunc
si reuocatio est facta a motu proprio, Inno. variauit. Nam
in c. j. j. de conces. præben. in vj. tenuit quod valet processus.
Contrarium videtur tenere j. eo. c. cum contingat. Et pro
ista parte facit, quia ipso iure secundum veram opi. mor-
te delegantis reuocatur iurisdictio delegati, etiam aote
habitam notitiam ipsius mortis, vt legitur, & no. j. de te-
sti. cum venissent. & per glo. in l. eius, qui in prouincia. ff.
si cet. pet. & in l. quia. ff. de iurisd. om. iudi. ergo multo for-
tius per reuocationem expressam factam motu proprio,
ipso iure tolletur iurisdictio, etiam ante habitam notitiā
reuocationis faciat l. iudicium. soluitur. ff. de iud. & quod
habetur in præalle. c. vt nostrum. j. de appel. & pro hoc ēt
facit, quia sicut decretum Papæ afficit ignorātem, de prę-
ben. si Apostolicæ. cum ibi notatis in vj. & in d. c. j. de con
cess. prębend. eo. lib. ita vr quod afficiat ista reuocatio, ex quo
funditus priuat iurisdictione, directe illam reuocando. Si
autem ad impetrationem partis literæ sint concessæ, tūc
tenebit processus. & sic intelligatur d. c. audita. quia tunc
non videtur esse de mente Papæ afficere ignorantem, vt
ibi patet. Si autem fiat processus post habitam notitiam
primarum literarum: tunc arguitur, quod si iudex primus ci-
tauerit partes, & cognouerit, an sua sit iurisdictio, & pro-
nunciet se competentem: quod tenebit sententia, si non
appelletur: quia in hoc incidenti, an sit iudex, vel non,
erat competens, ideo tenuit sententia, si pronunciauit se
competentem per id, quod habetur j. eo. super literis. cū
ibi no. per Inn. & facit etiam quod ipse notat in c. j. de of-
fic. deleg. in vj. Si autem non pronuntiet super competen
tia: tunc si partes procedant coram ipsis primis in causa
principali, tenebit processus: vt hic voluit Inno. & Com
post. ex eo, quia in fauorem ipsius impetrantis secundas
ipse secundæ fuerunt concessæ. & sic tacitè videtur inesse
conditio reuocationi primarum, si impetrans velit vti se
cundis. & ideo si non vtitur, sed litigat coram primis, te-
nebit processus. & hoc etiam tenuit in d. c. j. de concess.
præben. in vj. in gl. prę al. Et si dicas quomodo possunt par
tes dare iurisdictionem: ex quo ipso iure primæ non sunt
nullæ, potest dici, quod primæ de ęquitate validantur: ex quo
fauore partium erant nullæ, argu. eius quod dicitur in si-
mili de testamento, in quo filius in potestate est præteri-
tus: quia potest de æquitate reconualescere filio approb. j
te: licet esset nullum. l. filio præterito. cum ibi notatis. ff.
de iniusto testa. Vel potest dici, quod ita demum primæ intel
ligantur esse nullæ, si hoc voluerit impetrans secundas:
vt voluit Inno. hic fenore, & in d. c. j. & ideo si non vtitur
secundis, videtur eis renunciare, & in consequētiam vel-
le, quod remaneant primæ: ideo tunc tenet processus. Si au-
tem impetrans secundas citatus per primas cōmpareat,
& excipiat de secundis, & illas præsentet: & tunc si appel
let primis iudicibus non admittentibus exceptionem,
planum est, quod non tenebit processus. Si autem solus exci
peret, & literas ostenderet: & deinde recederet, & iudices
nihilominus procedant: tunc est dubium, an processus te
neat: ex quo non est appellatum. & hoc casu processus
erit nullus, ex quo iudices habuerunt notitiam reuoca-
tionis. facit quod habetur in d. c. audita. & ff. de re iudicat. in
l. quæsitum. & hoc si directa erat reuocatio. secus si fuisset
indirecta, per ea quæ superius dixi. Et hoc modo possunt
opi. reduci ad concordiam. Et per hoc sit expeditus iste
articulus. ¶ Aduerte tamen, quia licet satis videatur es-
se rationabilis differentia inter reuocationem indire-
ctā, & directam: de qua supra dixi. tamen re vera non vi-
detur bene probari per tex. iuris canonici, qui non viden
tur facere differentiam prædictam, sed ponderant, an se-
cundæ literæ faciant mentionem de primis expressam,
vel non, vt patet hic iuncto c. ex literis. a princi. infra, de
offic. delegati. & iofra. de dolo & contuma. cap. a. Item
etiam ponderant quandoque, an secundæ expresse reuo-
cent primas, vel non d. c. ex literis. de offi. delega. ad fi. &
iofra, eod. cum contingat. Ideo fortè magis de mente iu-
ris est, quòd dicta differentia non fiat ioter directam re-
uocationem, & indirectam. Nec illam fecit Innocen. in
c. j. de concessio. præbend. in vj. nec etiam domi. Anton.
de Butrio hic, vt supra dixi post eum. Prima autem
inter extraneos, & partes satis videtur rationabilis:
quia in potestate extraneorum non est præsentare lite-

ras ab alijs impetratas, ſed bene eſt in poteſtate ipſarum partium. Ideo ſatis vr̄ rationabilis diſtinctio prędicta, quā poſuit Inno. in dicto c. ex literis. de offi. dele. & j. eo. cum contingat. & do. Ant. de Bu. hic. Quo ad ipſas vero partes ſatis videtur ꝙ procedat differentia, an reuocatio primarum fuit facta motu proprio, an vero ad impetrationem, ſeu ad inſtantiam partis. & quando fit motu proprio videretur dicendum prout dixi, quando reuocatio eſt directa facta motu proprio: & ſimiliter quando fit ad impetrationem, videretur dicendum idem, quod dixi qn̄ reuocatio fit directe ad partis impetrationem. Tāgebat vlterius hic do. Ant. de Bu. nunquid exigat̄ ꝯſenſus vtriuſq; partis in impetratione literarum & dicendum ꝙ non quādo altera pars tantum eſt in curia. Si aūt vtraque pars ſit in curia, non debet vna pars impetrare aliquid alteri p̄iudiciale, niſi prius illa vocata, & non ſufficiat tunc eum vocari in audientia ex ꝓdictarum, ſed habebit reuocari ad hoſpitium vt voluit Inn. j̄. de re iudi. cum olim aliàs non videntur literæ valere, vt ibi vr̄ velle Inno. & tangit etiam in glo. licet videatur variare. Tangit etiam Innocen. aliquid j̄. eo.

9 cum dilecta. ¶ † Item iuxta hoc tangit, an conſenſus partium excuſſet, ſeu tollat ſurreptionem. Et concludit ꝙ ſi illud a quo ſurgit ſurreptio dependet a poteſtate partium & illi pn̄t renuntiare: tunc conſenſus tollit ſurreptionē. Et per hoc dicit, ꝙ cum pendeat a poteſtate partium renūtiare primis literis, ſi conſenſerint in impetratione ſecūdarum, valent ſecundæ: licet non faciant mentionem de primis. facit quod notatur in d. c. cum olim ſecus ſi non pendet a poteſtate partium renuntiare illi iuri, ex quo ſurgit ſubreptio: quia tūc cōſenſus partium non tollit vitium ſubreptionis, vt voluit Inn. in d. c. cum olim. vnde ſi Papa det ſecundas literas, nec faciat mentionem de reſeruatione, quam fecit motu proprio, non valent ſecundæ etiam de conſenſu partium impetratæ, quia tollere reſeruationem Papæ non pendet a poteſtate partium. Nunquid autem conſenſus partis, vel procuratoris firmet literas contra vitium excōmunicationis impetratas: Dic ꝙ non: quia non pendet a poteſtate partis illum habilitare: & literæ tunc ſunt ipſo iure nullæ, quando impetrantur per excommunicatum. infra. eo. c. j. in vj. Et ſic etiam tenet Ioan. Andr. in tit. de reſcrip. præſentatione. §. ratione autem impetrantis, verſicu. Item excipitur ꝙ impetrauit. in addi. Spe. item etiam concludit hic do. Anto. de Butr. ꝙ per conſenſum ex poſt facto in iudicem impetratum, licet tollatur facultas recuſandi, non tamen tollitur ſurreptio. Ideo de illa poteſt adhuc opponi, vt notatur in pręalle. tit. de reſcri. præſen. §. ratione quoque defectus. ad ſi. Et facit etiā quod notatur de cā. poſſeſ. cum olim. in gl. ij.

10 & ſuper ea & j̄. eo. ſuper literis. ¶ † Vltimo tangit, an qn̄ partibus exiſtentibus in curia, & non concordantibus de iudice, quo caſu quælibet pars eligit vnum, & tertius datur ex officio curiæ, an tunc dicatur eſſe facta commiſſio de conſenſu partium, vt tunc habeat locum quod hic dicitur de impetratione facta de communi conſenſu. ¶ Et concludit quòd non, quia ſaltem ex parte rei poteſt dici ꝙ fuit coactus ſeruare ſtilum curiæ: & ſic non videtur commiſſio de eius conſenſu facta. facit quod habetur in l. in tribus. ff. de iudi. Et hoc etiam videtur tenere Ioan. Andre. in addi. Spe. in titul. de reſcrip. præſentatione. §. ratione quoque. verſicul. item quod non fit mentio. Et ſic text. iſte habebit locum, quando de communi conſenſu eſt datus vnus iudex, vel duo: quod tene menti pro limitatione & declaratione huius text. Et per iſtum text. coniuncta glo. dicit d. Card. Floren. ꝙ poſt commiſſionē factam de communi conſenſu, nō eſt licitum alteri parti ad alium iudicem accedere. & ſi accedat, debebit cōdēnari in expenſis: quod dicit ſe conſuluiſſe de facto, ꝙ ſi dato delegato communi conſenſu altera pars mouet litem coram ordinario, poterit per exceptionem repelli: & debebit in expenſis condemnari per iſtum tex. facit quod habetur j. de offi. leg. in c. ſtuduiſti.

SVMMARIVM.

1 *Remoueri debet ab eccleſia filius ſacerdotis in ſacerdotio genitus.*
2 *Argumentum a ſimili eſt licitum in iure.*
3 *Ioan. And. fuit filius ſacerdotis, non tamen fuit in ſacerdotio genitus.*
4 *Debitor, qui ad duo tenebatur alternatiue: ſi ex errore vtrunque ſoluit, repetet quod eorum voluerit.*
5 *Alternatiuè duo promittens, vel legans, cuius erit optio: vel legantis vel legatarij?*
6 *Et an vtrumque alternatiuorum erit in obligatione. ibi. nu. 6.*
7 *Ad veritatem alternatiua, an ſufficiat alterum eſſe verum, an vero requiratur vtrumque.*

INter cæteras. Ex diſiunctis narratis in reſcripto ſufficit impetranti alteram probare. h. d. Et duæ ſunt partes. In j. conſultatio. In ij. rūſio. ſcdā ibi: huic ergo. ¶ In tex. ibi eandē. ſupple, adiudicet̄ ei eccleſia, & alij conferatur. ¶ Item ibi adiudicari. i. per ſententiā auferri, ſm̄ Pe. vel ab eo in alium iudicari facit: quod habetur s̄. e. ex parte, ſm̄ Hoſt. ¶ Not. ex litera illud vulgatum, ꝙ ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit alteram partem eſſe ueram. fa-

1 cit quod habetur de reg. iur. in alternatiuis, li. vj. ¶ † Item no. duo, pro quorum quolibet quis debet ab eccleſia remoueri. vnum eſt, qn̄ quis eſt filius ſacerdotis, & in ſacerdotio genitus. Nam tunc debet remoueri, maximè qn̄ pater illius de proximo in eccleſia miniſtrauit: quia ſucceſſio immediata et in legitimo reprobatur. j̄. de fil. presby. ex tranſmiſſa. & ſic ſufficit, ꝙ quis ſit in ſacerdotio genitus, vel ꝙ pater illius de proximo in eccleſia miniſtrauerit. Aliud eſt & ſm̄, qn̄ quis occupauit eccleſiam illicite, forte, quia indignus. j. de elec. per inquiſitionem. vel quia propria autoritate ſe ingeſſit. j. de pręben. cum iam dudū. & de occupantibus beneficia dicendum, vt hodie hr̄ in

2 c. eum qui. de præben. in vj. ¶ † Item no. illud vulgatum, ꝙ de ſimilib. idem debet eſſe iudicium. Et ſic argumentū a ſimili eſt licitum in iure. Et ad hoc ſæpe allegatur, de quo dicendum, vt dictum fuit ſupra in c. tranſlato. ¶ Itē not. ꝙ falſitas diſiunctiue narrata, non vitiat reſcriptum. ¶ Item ꝙ vtile per inutile non vitiatur, de quo in regula vtile. de reg. iu. in vj. ¶ Et ex prædictis potes colligere rationem dubitandi & rationem decidendi. ¶ Item no. ſm̄ Abb. ꝙ ſuperflua redderetur cautela aduocatorum, qui pluribus (quorum quodlibet per ſe ſufficit) in intentione ſeu libello, vel in capitulis narratis proteſtantur, ꝙ non aſtringunt ſe ad omnia probanda, ſed ea, quæ ſibi ſufficiant pro victoria: quia ſecundum eum talis cautela non vr̄ neceſſaria per hunc tex. Sed certe hic loquitur, qn̄ diſiunctiue aliqua narrantur: quo caſu pōt procedere dictū ſuum. Sed vbi copulatiue aliqua narrantur, vel qualificate: tunc tutum eſt dictam cautelam facere, & apponere, propter tollendas dubitationes, de quibus dixi in c. ij. s̄. e. & quæ tanguntur in c. licet cauſam. j. de proba. & ff. de re iud. in l. diuus. cum ibi notatis per Bar. Item no. ꝙ non ſequitur quis eſt filius ſacerdotis, ergo eſt in ſacerdotio genitus: quia poſſibile eſt ꝙ fuit genitus ante in ſacerdotiū

3 ſuſceptum: & ſic dicit Io. An. † ꝙ licet ipſe fuerit filius ſacerdotis, non tn̄ fuit in ſacerdotio genitus: vt ipſe recitat in addi. Spec. ſuper rubr. de fil. presbyt. ¶ Ibi tamen non clare dicit, an fuerit natus ex legitimo matrimonio.

4 ¶ † Quid aūt ſi aliquis eſt debitor ad duo alternatiue, & vtrunq; ex errore ſoluere: cuius erit electio in repetēdo. Dic ꝙ debitoris per l. de C. de condi. indebi. licet olim aliter diceretur iuxta ea, quæ habentur in l. ſi non ſortem. §. pen. ff. de condit. indebit. nec obſt. l. plane. eod. tit. quia ibi erant

ibi erant duo rei debēdi. Et ideo pōt se p concursum impedire, creditori datur electio, vt ibi patet. ¶ In gl. pe. ibi, vera est, supple regulariter, vt notatur in regula, in alternatiuis. de reg. iur. lib. vj. ¶ In ea gl. in fin. ad idem facit. de consue. c. fi. in vj. & de præben. si pluribus. in fi. eo. li. ¶ Itē adde, q fallit in alternatiuis, in qbus verisimiliter ex mente disponentis seruari debet ordo scripturæ. j. de præben. mandatum, in fi. lib. vj. & facit quod habetur in c. metropolitano. cum ibi notatis. 63. dist. & in l. cum pater. §. a te peto. ff. de leg. ij. Et aduerte, q §. si generaliter, alle. in glo. non proprie loquitur in dispositione alternatiua, sed in legato facto in genere: puta si legatur per testatorem alicui vnus seruus in genere, nam electio est legatarij. de quo dicendum, vt plenè not. in l. legato generaliter. ff. de leg. j. per gl. & Bart. & per gl. in prællleg. §. si generaliter.
5 vbi autem † alternatiue duæ res promittuntur, vel leguntur: cuius sit electio. d. Card. Flo. sic vr concludere, q si de mente appareat ipsius legantis, vel etiam ipsorum contrahentium: cuius velint esse electionem, illius erit. facit de reg. iur. contractus. lib. vj. & quod hr in l. cum virum. C. de fideicommiss. Si autem non appareat de expressa mente: tunc licet do. Card. Flor. simpliciter dicat, q electio est debitoris, per l. plerunq̄. §. si. ff. de iure dotium. & per notata, in regula, in alternatiuis, tamen tu melius pores recurrere ad gl. valde notabilem, quæ est in l. Lucio. ff. de lega. 2. Et est melior de corpore iuris, vbi glo. vult q debeat considerari ad quem dirigantur verba, an ad debitorem, an vero ad creditorem: quia primo casu spectabit electio ad debitorem, secundo ad creditorem. In dubio vero si verba sint dubia: nec apparet ad quem dirigantur, vt quia simpliciter eligantur duo alternatiue, vel promittuntur duo alternatiue. tunc in legatis eorum fauore electio est legatarij, vt ibi habetur. & facit l. in testamentis. ff. de reg. iur. Sed in contractibus electio est debitoris. d. l. plerunque ad fi. ¶ An autem vtrūque alternatiuorum sit in obligatione, recurrendum est ad l. si duo rei. & ad ibi nor. per Bar. ff. de vet. obli. cuius dicta posuit hic Ioan. de Lig. In pœnis aūt alternatiuis, quæ de iure cōi, vel statuto imponuntur, cuius sit electio. Dic q iudicis, per id quod habetur in l. si fugitiui, cum ibi notatis. C. de seruis fugit. &
6 in l. j. §. expilatores. vbi bonus text. ff. de effrac. ¶ † An aūt ad veritatem alternatiuæ sufficiat alterum esse verum: an vero requiratur vtrunque. Dic q aut loquimur in alternatiua legis aliquid disponente in imponendo pœnam: tunc verificatur in vtraq; parte alternatiue, ne aliàs lex sit incerta, vt voluit Cyn. in l. cum quidam. C. de verb. signi. & Bart. plene in l. si qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. facit quod habetur in c. j. §. nt. j. ibi, in actionibus, vel iudicijs &c. Aut loquimur in alternatiua hominis: & tūc conclude: aut loquimur in alternatiua impropriè, quæ appellatur subdisiunctiua, vt dictio seu, vel siue. facit quod habetur in l. ad protegendam. C. de litem dando tuto. & in l. si quis ita. ff. de auro. & argen. legato. & tunc requiritur vtrunq;. Exemplum patet in d. l. si quis ita. si testator dicit, lego Titio vinum, quod habeo Romæ, seu Bononiæ. Nam legatarius habebit tam vinum, quod erit Romæ, quàm etiam vinum, quod erit Bononiæ, vt patet in d. l. si quis ita. Aduerte tamen, licèt do. An. de Bu. hic non dicat, nec etiam do. Cardi. Flor. istud vr habere locum in legatis, in quibus sit plenior interpretatio, quàm in contractibus l. in testamentis. ff. de reg. iu. secus in contractibus sm Bar. in prædicta l. si quis ita. facit quod habetur in l. veteribus. ff. de pact. & de reg. iur. contra eum. lib. vj. Et aduerte etiam, quia do. Cardi. Flor. hic vr velle, q idem sit in dictione, seu, vel siue. sed certe hoc non repetitur bene iure cautum, nec l. quintus, allega. per eum, de aur. & arg. legato. hoc probat. Si vero est alternatiua propria, quę ponitur in dispositione hominis: tunc aut ponitur in dispositione accessoria ad aliam, & tūc regulatur secundū naturam principalis dicto. §. vtrum. & de reg. iur. accessorium. in vj. Si vero ponitur principaliter in dispositione: tunc dicit dom. Anto. de But. q si ponitur affirmatiue, regulariter sufficit alterum, per istum tex. si negatiue, requiritur vtrunque, per l. si quis ita. ff. de verb. oblig. Sed certe ista differentia de iure non procedit, quia siue dispositio sit affirmatiua, siue negatiua, siue verificatur altera pars alternatiue, locum habet dispositio l. si ita quis stipuletur. ff. de verb. oblig. Sed bene est verum, quod si dico, si Stichum aut Pamphilum non dederis, dabis decem: q vt non committatur pœna in decem, expedit vtrunque dari. & sic proprie loquitur l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. sed vt pœna committatur sufficit alteram partem alternatiue verificari, vt ibi etiā patet. distinguebat etiam hic do. Card. Flor. an alternatiua ponatur inter genus & speciem. An vero inter species, vel genera. de quo etiam tangebat hic Io. de Lig. sed tu dic plenius, vt no. Bart. in d. §. vtrum. & facit etiam quod habetur eo. tit. de reb. dub. in l. j.

SVMMARIVM.

1 *Testis interrogatus de causa dicti sui, si illam non assignat, vel minus sufficientem, non probat.*
2 *Ratio, an & quando sit reddenda.*
3 *Mandato Papæ, vel Principis non semper est obediendum.*

SI quando aliqua. Is, ad quē rescriptum Papæ dirigitur, debet illi parere: aut iustam causam ostendere, quare nō paret. h. d. Et ponit dictum, quod alternatiuæ declarat, & scdæ partis alternatiue causam reddit: partes patebunt in litera. ¶ Not. j. q ex asperitate verborum prolatorum per superiorem non debet quis turbari. facit quod habetur v. q. v. non omnis. ¶ Item nota pro intellectu rescripti considerandam esse materiam, seu qualitatem materiæ, super qua scribitur. ¶ Item nota, q vbi ille, cui mandatum Papæ dirigitur, putat illud non fore exequendum ex aliqua rationabili causa, non delinquit, si illud statim non exequitur. debet tñ scribi Pape causa, propter quam distulit, & sic est ar. vt alibi dicit Accur. cōtra miseros prælatos, qui indistinctè literas Papę exequūtur, nec audent modo aliquo supersedere, etiam si rationabilis causa id suadeat, vt ipse no. in Authen. de mandatis principum. §. deinde competens est. in versi. nuntians colla. 3. ¶ Item not. q non dicitur venire contra mandatū ille, qui iusta causa motus non obedit illi. ¶ Item not. argu. de singulis fore rationem reddendam. & ad hoc sœpe allegatur, de quo dicetur cum gloss. & quia hic tangitur de asperitate verborum, tangit Io. An. an ex prolatione verborum asperorum facta per superiorem cōtra subditum irrogetur infamia. Dicit quòd sic, si in causa cognita id fiat: aliàs secus, per ea quæ habentur in l. si præses. ff. de pœnis. & j. de appel. cum cessante. & dicit etiam, q ex prolatione dictorum verborum asperorū non potest iudex recusari, q sit suspectus per id, quod habetur in d. c. cum cessante. vt ibi dicetur. ¶ In glo. super verbo rationa
1 bilem. ibi, valere non videtur, hoc verum, si † testis fuit interrogatus de causa dicti sui, quia tunc si illam non assignat, vel minus sufficientem, non probat: vt est glo. notabilis in c. cum causam. in iiij. glo. j. de testib. & in versi. Item sola alleg. in glo. aliàs si non sit interrogatus de causa sui dicti, bene valebit: quia non debet esse verbosus per ea, quę habentur in iuribus prællega. & facit etiam quod habetur in l. solam. cum ibi notatis per Bartol. C.
2 de testib. ¶ † In ea. glo. in fin. die plenius sm dom. Cardi. Florent. si quęritur, an & quando sit reddenda ratio, aut
a enim sunt talia, in quibus non potest reddi ratio: a aut enim sunt talia, in quibus potest reddi. Primo ca-

a ¶ Ratio an, & quādo sit reddenda. Ratio autem quādo possit allegari deficiente lege. vide gl. in c. cōsuetudo. 1. dist. & ibi. do. Abb. in c. fin. quod me. cau. & in c. rō nul la. de præ.

ſu non tenetur quis reddere rationem, quia impoſſibiliũ. nulla eſt obligatio.de reg.iur.impoſſibilium.lib.vj.Et poteſt poni exemplum in his, quæ ſunt de ſecretis diuini iudicij, de quibus loquitur.c.Nabuchodonoſor.& c.de Tyris.quæ alleganturin gl.¶ Item in his, quæ pendẽt a principum voluntate, vt eſt videre in determinatione temporis præſcriptionis, vel vſucapionis. vñ ſi quæritur quare magis fuit ſtatutum tempus triennij pro vſucapione rei mobilis, q̃ quadriennij: nõ poteſt reddi alia ratio, niſi quia ſic placuit principi.facit quod habet̃ in.§.ſed quod principi.inſti.de iure naturali.& in iſtis ſuccedit illud, qđ dicitur in d.l.non omnium.vbi dicitur ꝙ non omnium quæ a maioribus dicta ſunt, ratio reddi poteſt & ſimiliter ſi quæritur, quare tempus decem annorum potius q̃ xij. fuerit ſtatutũ pro præſcriptione rei imobilis inter pñtes de qua in l.fi.C.de præſcri.lon.tem. non poteſt reddi ratio, niſi quia ſic placuit principi.& ſic ratus.i.arbitratus fuit illud ſufficere.facit l.j.§.j.& §.pueritiam.ff.de poſtulando.Si autẽ quæreretur, quare vſucapio.& præſcripto fuerit inducta.vnde poteſt reddi ratio, videlicet ne dominia rerum ſint incerta.l.j.ff.de vſucapio.Secundo caſu,& tunc aut non interrogatur de ratione, aut interrogatur. Si non interrogatur, tunc ſi vult euitare aliquid quod ei præcipitur, tenetur reddere rationem, vt hic patet: alias non tenetur, quia non tenetur ſe ingerere.ar.c.auaritiæ. de elec.in vj.& j.de hæreti.cum ex iniuncto.& ff.de procur.in l.quæ omnia.ſi vero interrogatur:& tunc ſi ex officio, tenetur redderre, vt contingit in teſte, q dẽt illã reddere, aliàs ſi interrogatus non reddat, non valebit eius dictũ, vt ſuperius dixi in tex.& idem vr̃ in Epiſcopo per id, quod dicit gl.Si vero non tenetur reddere rationẽ officij: & tunc ex pręcepto iuris non tenetur reddere, ex charitate tamen tenetur inſtruere peritum & petentẽ, ſicut tenet̃ ad alia opera charitatis.arg.c.inter opera.j̃.de ſpõſ. ¶ In gl.fi.ibi per conſuetudinẽ.iſtud cõtingit, qa iſta cõſultatio nõ eſt inſerta in corpore iuris aliàs eſſet ſecus.facit quod habetur in c.Paſtoralis.j.de fid.inſtr. Hoſt.tamẽ dicebat ꝙ l.demum.hic allegata loquebatur in ꝯſultatione aliorum iudicum.q̃ principis:& forte hoc dicit propter id, quod hr̃ in c.in cauſis.de re iudi.vbi alij debent iudicare ſicut Papa iudicat.Sed poteſt dici, ꝙ illud intelligatur, qñ ſentẽtia reperitur inſerta in corpore iuris: vel forte mitius voluit imperator ſe habere eo caſu quo eius reſponſio non eſt inſerta in corpore iuris.¶ In ea.gl.ibi,
3 nam & Vrbanus.voluit gl.dicere, ꝙ † non eſt ſemper obe
a diendum mandato Papæ, vel principis. quia q̃nq; fallit̃, ſicut contingit in Vrbano, de quo in gl.& vr̃ ſentire. Et vult glo.Papa non ſolum poteſt falli in facto, ſed etiã in iure.ſed certe iuris præſumptio nõ præſumitur falli in iure.j̃.de appel.ſępe.& de conſtit.c.j.in vj.licet in facto poſſet decipi, vt habetur in iuribus prælle.& ad illud, quod dicit gl.de Vrbano poteſt reſponderi per id, quod j̃.dicit glo.Et ad materiam facit quod hr̃ in c.fi.de cogna.ſpirituali.in vj.¶ In ea.gl.ibi quandoq; etiam &c.Dic hoc intelligendum, quando conſtatet de præciſa voluntate Papæ.Nam tunc mandatum, licet durum, ſeruandum eſt vt habetur in c.in memoriam.hic alle.alias ſi non conſtat oĩno de mẽte Papæ procedit quod hic dicitur.Et per hũc tex.& prædicta dicit do.Car.Floren.ſe alias dixiſſe de facto dum Vrbanus vj. ſcripſiſſet Epiſcopo Florentino, vt certos proceſſus per ipſum vrbanum factos contra Carolum, tunc regem Hieruſalem & Siciliæ publicaret:& pręcipiebat hoc ſub grauiſſimis pœnis, quia dubitabat̃ de ſcandalo pupuli Florentini ſi hoc fieret licet ex aduerſo dubitaretur de pœnis, quæ ipſo facto inferebantur non parenti.Et propter hoc multi periti dubitarunt, q̃d faciendum:conſuluit, ſeu dicit ſe conſuluiſſe, ꝙ poterat differri publicatio & ſcribi Vrbano & expectari ſecunda iuſſio per hanc literam, & per id quod habetur in §.& hæc vero iubemus.in auth.vt nulli iudicum.colla.vj. quod dicit diligenter eſſe notandum: quia per hoc interdum poterunt euitari multa inconuenientia, quæ acciderent indiſtincte parendo, ad quæ euitanda emanauit hoc decretum:ideo tenendum eſt hoc menti, ſm̃ Car.

a ¶ An ſemper ſit obediendum mãdato papæ vel pricipis. Vide in h c materia. l. ſi vindicari. C.de pe.& ibi per do. legũ ciuilium.

SVMMARIVM.

1 *In reſcripto an ſit neceſſe facere mentionem ordinis.*
2 *In literis ad priuilegia, ſi taceatur priuilegium, vel ius ſpeciale eccleſiæ, in qua ſit impetratio: propter talem ſurreptionem vitiantur literæ.*
3 *Hoſpitalarij, & templarij habent ſimile priuilegium ſuper decimis, ſicut Ciſtercien.*
4 *Reſcriptum impetratum ſuper decimis dandis ſacerdoti parochiali per ipſum ſacerdotem contra religioſos, dicitur ſecundum ius commune.*
5 *Priuilegium ſecundum an deroget primo, ſi non faciat mentionem de primo.*
6 *Priuilegiatus ſi citatur, an teneatur venire allegaturus priuilegium ſuum: & ſi non ueniat, an teneat ſententia, uel an ſit ipſo iure nulla.*

CVm ordinem. Hoc intẽdit in ſumma. Ciſtercienſes per reſcriptum, in quo non ſit mentio de ordine ſuo, non poſſunt conueniri.h.d.ſm̃ Io.An.¶ Sed ſecundum Ioan.Cal.& gl.& ſequitur etiam hic d.Car.Flo.debet addi, ſi conueniẽtur ſuꝑ his, ſuper quibus ſunt priuilegiati:de quo inferius tangetur.Et pręmitte ſecundum do.Cardi.Floren.ꝙ Ciſterciẽſes primo olim habuerunt priuilegium ſuꝑ decimis nõ ſoluendis,& ſuper quibuſdam alijs. demum ſecundo loco poſtea habuerunt priuilegium, cum ſuper rebus, ſuꝑ quibus erant priuilegiati, non poſſent conueniri per literas apoſtolicas, in quibus non eſſet facta mentio de ipſorum ordine.¶ Et de iſto priuilegio ſecũdo proprie loquitur hæc decretalis.tertio habuerunt priuilegium plenius & pinguius videlicet ꝙ ſuper nulla re poſſent conueniri per literas Apoſtolicas, niſi facta mentione de ipſorum ordine.¶ Et de iſto tertio & vltimo ſit mẽtio hic in gl.j.in verſ. præter hoc. & non recipit commodam diuiſionem: & ideo aliter non diuido.¶ No.j.ꝙ dictum eſt in ſummario.¶ Item nota ꝙ iſtud videtur procedere, quando conueniuntur ſuper his, quæ ſpecialiter ex indulgentia vel priuilegio ſunt conceſſa ipſi ordini Ciſtercien.& ſic ſecus videtur a contrario, ſi ſuper alijs, quæ de iure cõi competunt, conueniantur qualiter autem hoc ſic intelligendum, tangitur in gl.j.& dicetur ſuper illã.¶ Item no.
2 † ꝙ exigitur, ꝙ fiat mentio ordinis, & nihil dicit de priuilegijs. & ſic videtur, quòd non ſit neceſſe fieri mentionem de ipſis priuilegijs, cum iſtud hic non dicatur, argu. c.nonne.infra, de præſump.¶ Item no.per locum, ꝙ regulariter non videtur eſſe neceſſaria, ꝙ fiat mentio ordinis, vbi reſcriptum ſit contra monachos:dum tamen aliàs apparet, contra quos fiat impetratio. & ſic dummodo alias ſint certificati. Dicit tamen domi.Ant.de But.ꝙ ſi in impetratione fieret mentio de ordine, & in illo erraretur: quia eſſent alterius ordinis, non valeret impetratio per id, quod habetur infra.eod.Rodulphus.¶ Item not.quod vbi priuilegium quantuncunque generale, dat formam diſtributiue ſingularibus reſcriptis, non valent reſcripta, niſi forma a priuilegio data ſeruetur.¶ Item no.ꝙ per iſta verba per eas minime teneamini reſpondere, cauſatur ius dilatoriæ exceptionis opponendæ. ¶ In gloſſ.prima, ibi; in qua non ſunt priuilegiati. Hoſtien.hic tenuit contrarium: & ideo dicit ſupplendum ad literam, maximè ſuper verbo, indulſit. Et ſic videtur tranſire Ioan.Andr. Sed certè, vt dicit Card.Floren.hoc etiam fuit de mente Ioan.Calde.ſtandum eſt glo.habito reſpectu ad tempus huius c.quia tunc non habebat priuilegiũ. de quo infra.

in glo.

in gl.in versi.præter hoc.sed solum illud , de quo dicitur
in litera.Dictum autem Hosti.potest procedere habito
respectu ad tempus post concessionem tertij priuilegij,
de quo dixi in euidentiali.de quo etiam dicitur j.in glo.
in ver.præter hoc.¶ Aduerte,q̃a gl.videtur velle,ꝙ aliud
sit priuilegium , de quo loquitur text.aliud de quo dicit
glo.in versi.præter hoc.Sed Ioan.Andr.hic dicit , ꝙ imo
non est aliud priuilegium: imo idem cum eo, de quo lo-
quitur tex.sed Io.Cal.& d.Car.Flor. post eum tenet gl.&
melius:quia priuilegium, de quo in litera solũ habet lo-
cum,qñ Cistercienses conueniuntur super his,super qui
bus specialiter sunt priuilegiati. & sic quo ad alia non ha
bebat locum,cum tenor priuilegiorum sit seruãdus.j.de
priuile.porro.& c.recepimus.Est stricta fienda est interp̃-
tatio in eis, vt notaẽ per Io.An.j.de verb. signi.in c.olim.
sed priuilegiũ , de quo loqtur gl.habet locum etiã, qñ fit
impetratio contra eos,super quacunq; re . & sic ẽt si sup
illa non sint specialiter priuilegiati.¶ In glo.ij.ibi,j.eo.
sedes.quasi velit dicere gl.vt hic tangit do.Car.Flo.ꝙ nõ
æquè faciliter consideretur resciptum contra Cistercië-
ses , sicut contra alios.sed certe hoc operatur priuilegiũ
eis concessum,ne possint conueniri tacito de ordine eo-
rum in literis Apostolicis,per quas conueniuntur:alias si
non hñent dictum priuilegium,bñ valeret rescriptũ, etiã
non facta mentione de ordine eorum . facit quod dixi in
notabilibus.nec obstat quod hẽ in pręall.c.aures.& c.se-
des.quę allegantur in gl.q̃a dicit d.Car.Flo.ꝙ loquuntur
2 in alijs casibus.quam hic,vt in eis patet.† Dicebat etiam
Inn.hic,ꝙ in literis ad beneficia si taceatur priuilegium ;
vel ius speciale ecclesiæ,in qua fit impetratio , ꝙ tunc vi-
tiantur literæ propter talem surreptionem.j.eo.constitu-
tus.Et est ratio,q̃a in illis creatur ius de nouo. Ideo facili
ter inualidant,vt notauit glo.in c.j.de litis contest. lib.vj.
In rescriptis autem ad lites , q̃a per illa non creaẽ ius de
nouo parti,sed sola inducitur iurisdictio iudici, non sem
ꝑ taciturnitas priuilegij vitiat rescriptum , vt patebit ex
inferius dicendis.Et facit quod notauit Inn.j.de priuil.in
c.ex parte.¶ In ea.gloss.ibi,de decimis.ex parte. Aduerte
3 quia ibi vẽ dici persona† templarij & hospitalarij, qui ha
bent simile priuilegium suꝑ decimis,ꝓut habent Cister
ciensesnon tamen ibi dicitur, ꝙ habeant simile priuile-
gium,quo ad tertium priuilegium , quod habent Cister-
cienses.& ideo vt gl.procedat,intellige ipsam quod idem
in omnibus alijs religiosis, qui habent simile priuilegiũ
tertio priuilegio,de quo dixi in euidentialibus,videlicet
ꝙ non possint conueniri non facta mentione de ipsorum
ordine:non autem intelligas,ꝙ sufficiat hẽre simile priui-
legium super decimis , prout habent ipsi Cistercienses ,
quia non sufficeret ẽm do.Cardin.Floren.& domi.Anto.
de Bu.¶ In eadem gl.ibi,per istas speciales,puta impetra
tas contra fratres certi loci,& super certa re.¶ In ea.glo.
ibi,de dandis decimis . supple impetrata per sacerdotem
parochialem,in cuius parochia erat res,cuius decima pe
tebatur: & super qua danda impetratum erat rescriptum
per ipsum rectorem parochialem.¶ In ea.glo.ibi obten-
tæ contra priuilegium & sic vult gl ꝙ ideo literæ hic nõ
valuerunt,q̃a fuerunt obtentæ super dandis decimis cõ-
tra priuilegium ipsorum Cisterciensium, ꝑ quod non te
nebantur soluere decimas, & non erat facta mentio in li
teris de tali priuilegio . Sed certe iste intellectus non vẽ
bonus,quia ex tali priuilegio concesso super decimis so-
lum orit exceptio peremptoria ipsis religiosis:& ideo vẽ,
ꝙ sicut taciturnitas peremptoriæ, si non est litis finitæ nõ
habet vitiare rescriptum , quominus saltem ẽm formam
iuris procedatur ẽm ea,quæ habentur j.eo. super literis.
cum ibi notatis,& in c.j.de litis contest.in vj.cum ibi no-
tatis per gl.ita vẽ ꝙ eodem modo taciturnitas talis priui-
legij non habuerit vitiare rescriptum, quominus potue-
rit,& debuerit procedi ẽm formam iuris, & præcipuè cũ
in rescripto semper subintelligatur clausula,si preces ve-
ritate nitantur,vt s.eo.c.ij.& sic si verum est , ꝙ debeatur
id,quod petitur, vt tunc debeat fieri condemnatio ẽm pe
tita:aliàs debeat reus absolui.Et ideo hæc sol.glo. non vẽ
bona.& pro tanto dic melius,ꝙ hic priuilegium genera-
le habebat clausulam derogatoriam ad rescripta,& dabat
certam formam rescriptis:qua non seruata non valerent.
Nam hic erat priuilegium , ꝙ non tenerentur respondo-
re,nisi fiat mentio de ipsorum ordine.Et ideo quodcunq;
esset rescriptum , si non fiebat mentio de ordine ipsorũ ;
non valebat : nam aliàs si rescriptum speciale contra fra-
tres certi loci super certa re valeret non facta mentione
de ordine,redderetur tale priuilegiũ inutile:quia eadem
ratione valeret aliàs speciale rescriptum impetratum su-
per alia re,& contra fratres alterius loci eiusdem ordinis,
& sic de singulis . sed vbi priuilegium non habet clausu-
lam derogatoriam ad rescripta,nec illis dat formam:tũc
vẽ ꝙ valeat rescriptum,licet non faciat mẽtionem de pri-
uilegio,vt hic est casus diligenter considerando:inquan-
tum hic vult ꝙ si fiat mentio de ordine, licet non fiat mẽ
tio de priuilegio,ꝙ tenebit rescriptum. Aduerte tñ,ꝙ tũc
in effectu non tollitur priuilegium: quia licet de illo non
possit opponi in vim dilatoriæ contra rescriptum , pote-
rit tñ opponi in vim peremptoriæ . Nam subintelligitur
clausula in rescripto,si p̃ces veritate nitantur , vt dixi su-
pra.& ideo sicut taciturnitas peremptoriæ non vitiat re-
scriptum,& tñ non tollitur quin possit opponi ad merita
causæ de litis contest.c.j.in vj.cum ibi notatis. & j.eo.su-
per literis,ita etiam erit in opposito.facit quod no.Inn.j.
de priui.ex parte. Et si dicatur cum priuilegium decima-
rum insertum in corpore iuris.j.de deci.ex parte.vẽ ꝙ re-
scriptum suꝑ decimis dandis,seu soluendis impetratum
per rectorem parochialem contra istos Cistercienses de-
bet illi derogare,per ea quæ dixj.s.eo.c.j.& quæ ibi notã-
tur per doc.Potes dicere ꝙ ex forma rescripti non appare
bat,ꝙ ipsum rescriptum esset contra priuilegium inser-
tum in iure:quia ex tenore rescripti nõ apparebit,an pos
sessiones , quatum decimæ petebantur , fuissent quæsitæ
ante concilium generale , an vero postea . & ideo postea
4 hoc venit discutiendum in meritis causæ.¶ Ex no.bene
ex prædictis,ꝙ rescriptum impetratum super decimis dã
dis sacerdoti parochiali per ipsum sacerdotem cõtra reli-
giosos,dẽ esse ẽm ius cõe,vt sentit gl.quia per tale rescri-
ptum petit sibi fieri iustitiam de iure,ꝙ asserit sibi debitũ.
facit quod habetur de resti.spo. ad decimas.li.vj.Compo.
tñ hic dicebat,ꝙ qñq; impetrabatur rescriptum super re-
bus priuilegiatis,non tamen contra priuilegium : puta si
decimæ certi loci erant concessæ istis religiosis, quas per
priuilegium poterunt petere per laicos ipsius loci: si ali-
quis illorum dicebat,se indebite soluisse ex eo , quia sol-
uerat:& sic sc̃da vice dicebat se indebite soluisse decimas
certe valebat tale rescriptum: quia licet esset super rebus
priuileg.non tamen erat contra priuilegium . Interdum
vero impetratur rescriptum contra priuilegium, vt si for
te aliquis de laicis religiosi impetrarent exemptionem :
& tunc non valebat, si non fiebat mentio de priuilegio ,
& sic vult Compost.ꝙ etiam priuilegium speciale nõ de-
roget aliquo modo generali,si non faciat mentionem de
illo . Et istud etiam voluit glo.in c.j.s.eod. vbi concludi-
tur indistincte, ꝙ priuilegium contra priuilegium non
valet si non fit mentio de primo . & idem etiam dicit , si
rescriptum emanat contra priuilegium , per istum text.
Sed in hoc vltimo dic melius , vt superius dixi : quia aut
priuilegium habet clausulam derogatoriam ad rescripta,
5 vel dat formam,aut non. ¶ † Inquantum vero gl.dicit ꝙ
indistincte secundum priuilegium non derogat primo ,
si non faciat mentionem de illo:etiam si secundũ sit spe-
ciale , & primum generale concord.glo.in c.generi per
speciem. de regul.iur. in vj. & 25.q.ij. in summa . Et di-

eunt gl.prædictæ ꝙ licet in rescriptis distinguatur, an secundum rescriptum sit speciale, & primum generale, an vero vtrunque speciale: tñ secus in priuilegijs & assignat rõnem, quia priuilegium statim in omnib. tribuit plenũ ius, licet sit generale: secus in rescripto gñali, q̃a non statim tribuit plenum ius, vt patet j.eo.pastoralis.§.j. Et ista vr̃ esse cõis op.q̃ cõiter vñr sequi doc.excepto Host.vnde forte seruaretur in pratica opi.gl.ex quo est cõis per ea, q̃ dixi in c.j.& c.ne innitaris.s.ti.j.Et hanc opinio.vr̃ etiam sequi do.Car.Flo.limitat tñ gl.prædictas.Et vr̃ fuisse de mente Compost.in c.j.s̃.eo.qñ priuilegium generale cõtinet omnia particularia in habitu,& in actu certitudinaliter,vt contingit in casu istius capituli:secus in confuso, & in habitu tantum,non in actu:puta si Cistercienses haberent priuilegium, ꝙ de quatuor possessionibus quæsitis post concilium generale nominandis per eas non teneantur soluere pro eis.Nam si ante nominationem impetretur rescriptum,vt soluat de certa possessione, vel alteri per priuilegium concederentur decimæ illius possessionis, non poterunt postea illam possessionem nominare per id, quod habetur infra.eodem.Pastoralis.§.j.& sic hoc speciale derogabit generali, etiam in priuilegijs.& in casu non procedent,seu non habebũt locum glo.præalleg.¶ Et adde omnino hoc dictum his, quæ dixi in c.j. s̃.eo. Nec ob. dictum c.j.superius dictis,quia potest intelligi quando rescriptum emanat cõtra priuilegium con-
6 tinens idem,quod ius,vt ibi plene dictum fuit.¶†In ea. glo.in fin.Hostien. tenuit contrarium dicens, ꝙ non va-
a lebit, snĩa si fuerint citati.& non veniãt, & in rescripto non fuerit facta mentio de ordine ipsorum: mouetur per c.vlti.j.de præben.Sed do.Car.Flo. hic tenet gloss.quam sequitur Inn.& respondet.ad c.vlti.ꝙ illud fuit propter omissam formam mandati.do.Ant.de But.hic dicebat, ꝙ aut iudex pronuntiat se iudicem competentem, & valebit processus per no.per Inno.j̃.de dila. præterea. & j̃.de officio delegati.c.j.in vj.Si vero non pronuntiat sup̃ cõpetentia,non valebit processus principalis, nec accessus secundum eum ex eo, quia certum est iudicem nullam habere iurisdictionem,quod intelligit verum si iudex certificatus est eos esse Cistersienses,& eos habere tale priuilegium: cuius tamen notitiam satis præsumitur habere,cum sit hoc insertum in iure,& sic sit notorium, aliàs propter dubium valeret processus,nisi comparerent allegaturi factum,ex quo non constatet de priuilegio notorio.& sic potest dici, quod cum hodie istud priuilegium sit notorium,cum sit insertum in corpore iuris, procedat dictum Hostien.quando citãtur inserto tenore rescripti, in quo nõ fit mẽtio de ordine:sed qñ priuilegiũ non esset clausum in corpore iuris,vel iudex nõ poneret tenorem rescripti in citatione,sed simpliciter diceret cãm sibi cõmissam contra eos,tunc posset procedere opinio gl.quia tunc possent dubitare, an in rescripto sit facta mentio de ipsorum ordine.& ideo in dubio debent cõparere.facit quod notauit gloss.iij.qõ.j.si Episcopus.& j.de accusã. veniens.& Innoc.in c.ex parte.infra.de verborum significatione.& Ioan.And.in regula,scienti.de regulis iuris. in vj.Et quod dixi glo.posse saluari, quando priuilegium non est clausum in corpore iuris & non inserit tenor rescripti in citatione,videtur intelligendum, nisi iudex sciret ipsos conuentos esse Cistercienses, per id quod legitur,& notatur in simli.in l.quæsitum.ff.de re iudi.¶ Item aduerte, quia dicit hic Ioãnes.Cald. quod opi.Hostien. potest procedere, quo ad priuilegium, de quo loquitur decretalis:quia cum istud sit hic insertum in corpore iuris,censetur esse notoriũ.facit j̃.de præscri.c.j.in vj.& qđ plene notatur in c.vestra.de cohab.cler.Ideo s̃m eũ licet tunc citati non veniant, & consequenter non allegant priuilegium:non tamen tenebit sententia excommunicationis in eos lata, ex quo notorium erat eorum priuilegiũ allegat quod no.per Inno.j.de verbo.signi.ex parte.sed quo ad priuilegium non clausum in corpore iuris, & non notorium,dicit,ꝙ potest procedere op.gl.& sic vr̃ velle,ꝙ possit procedere.ꝙ priuilegium tertium, de quo dixi in euidentiali, & quod dicit gl.in ver.præter hoc.q̃a illud non reperitur insertum in corpore iuris.¶ Sed aduerte,quia recolendæ memoriæ do. Gaspar.de Cal.hic in quibusdam conclusionibus, quas posuit super hoc capi. videtur indistincte tenere glo. nam dicit, ꝙ si non proponitur exceptio competens ex priuilegio,siue sit dilatoria,seu declinatoria iudicij, siue sit exceptio perẽptoria, procedit iudicium,& valebit snĩa etiam lata contra priuilegium,nisi aliud in priuilegio caueatur: quamuis aliud sit in literis ad bñficia impetratis.facit j.eo.constitutus. licet non alleget.& ex hac conclusione infert aliam conclusionem, videlicet ꝙ Cistercienses conuenti per rescriptum super his,super quibus sunt priuilegiati, si priuilegio huius decretalis non vtãtur, tenentur respondere:& si non rñdeant excõicationis snĩa in eos lata tenebit. Et pro ista opinione facit:quia litera hic,vt dixi in notabilibus,dũ dicit per eas teneamini minime respõdere,vr̃ inducere exceptionem dilatoriam,vel declinatoriam:& iõ si illã non opponant, vr̃ eis imputandũ.& pro hoc bñ facit quod notat gl.in cle.ij.in versi.competente, vt lite pẽ. vbi vult, ꝙ licet iurisdictio iudicis possit per exceptionẽ elidi,tñ si nõ obijcitur exceptio, tenet processus. Lap.tñ ibi vr̃ limitare illam gl.qñ exceptio non est notoria,aliàs vr̃ velle,ꝙ citatio non artet.allegat quod legitur, & no.in c.ex parte.de ap.& in cle.Pastoralis.ver.Pisana. de re iud. ¶ Et si ista opinio esset vera, tũc melior videretur opinio Io.Cal.tñ opi.Lap.vr̃ esse dubia:quia licet qñ locus notorie non est tutus,citatus ad talem locum non teneatur venire, & sic citatio non artet illum,tñ in alijs exceptionibus vr̃ secus, nisi proponantur: vñ non sufficit exceptionem suspicionis esse notoriam,nisi proponatur, vt voluit Io. An.in c.accedens.super glo.j.vt lite nõ cõtest.vñ an opi. Lapi procedat indistincte dicam.j̃.eo.ad audientiã.el.ij. iste articulus vr̃ mihi esse dubius, & declarabo in d.c.ad audientiã.do.Io.de Imo.¶ Vltimo aduerte, quia per ea, quæ supra dixi satis patet,quare rescriptum hic, licet sit speciale non valet contra priuilegium generale, quia vt dixi istud est:quia priuilegium dat formam rescripti: dñs tñ Cardi.Flo.dicebat,ꝙ ratio erat, quia hic generale priuilegium habebat vim specialis, seu pluriũ specialium. Nam statim comprehendebat oẽs spẽs contentas sub genere,vñ p̃inde erat ac si Cistercienses habuissent tot priuilegia:quot erant res vel causæ, super quibus erant priuilegiati,& ideo in effectu tale priuilegiũ potest dici speciale.Ideo nimirum si non oritur per rescriptum speciale secus secundum eum, quando priuilegium cõceditur in genere & in cõfuso,seu in habitu tantũ,& non actu: exẽplum patet per ea,quæ supra dixi, quia tunc præferretur rescriptum speciale, concessum antequam deuentũ eẽt ad aliquam specificationem per generale,per id quod habetur.in c.Pastoralis.§.j.j̃.e.Sed certe prima ratio clarior videtur.¶ Item potest addere,ꝙ de stilo curiæ est, ꝙ quãdo impetratur iudex contra exemptos, debeat fieri mentio de exemptione: quia aliàs alium iudicem quãdoque daret contra non exemptum, quàm si esset exemptus: vnde diæcesanus nunquam consueuit dare iura cõtra non exemptum:ideo si non fiat mentio de exemptione,videtur,ꝙ non valeat rescriptum,cum stilus curiæ debeat attẽdi.j̃.de crim.fal.q̃ graui.Et istud tenuit Host.vt refert Io. An.in c.ex parte.j̃.de priuile.super gl.& videtur etiã hoc tenere.d,Gas.de Cal.qui etiam videtur velle, ꝙ Cistercienses sint exẽpti:sed certe, licet in multis sint priuilegiati, non tñ reperitur in iure,ꝙ sint exempti: imo potius contrarium per c.ne dei ecclesiam.j̃.de simo.

a Priuilegiatus si citatur venire allegaturus priuilegium suum,& si nõ veniat, an teneat snĩa, vel an sit ipso iure nulla. Et uid hic d. Fely. in co.6.circa prin.versi. ad allegandum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non debet quis appellari ante consecrationem: licet sit electus & confirmatus.*
2 *Vicegerens implere mandatum non potest, domino principali superueniente.*
3 *Data literarum est attendenda.*
4 *Dignitatem, canoniam, & prabendam potest quis habere in eadem ecclesia.*
5 *Electus & cõfirmatus an possit conferre beneficia ante consecrationẽ.*
6 *Suspensus ab officio, an intelligatur suspensus a potestate conferendi beneficia.*
7 *Capitulum an succedat episcopo, in mandato facto episcopo, ipso episcopo mortuo.*
8 *Tempus data literarũ an debeat inspici: an tempus præsentationis.*
9 *Rescriptum beneficiale sumit uires a die data literarum: ideo debet edi dies.*
10 *Scire præsumuntur illi de capitulo ea, quæ facta sunt in capitulo.*
11 *Prabenda an uideatur collata ex sola receptione in canonicum.*
12 *Mandatum factum alicui tãquam executori, ut prouideat, an illud mandatum obliget illum ad quem spectat collatio.*
13 *Mãdatũ factũ capitulo, intelligitur factũ ut singularibus de capitulo.*
14 *Delegatus contra uicegerentem, an intelligatur habere potestatẽ contra dominum.*
15 *Rescriptum datum contra prædecessorẽ, an trãseat contra successorẽ.*
16 *Successor uniuersalis censetur eadem persona cum prædecessore.*

IAm te. Si vacante sede, Papa scribit
capitulo, vt conferat præbẽ-
dam, episcopus ibi creatus mãdatũ adim-
plere tenetur. h. d. Et primo ponit manda
tũ Papæ: scd'o excusationem capituli: ter-
tio cauillationẽ episcopi: quarto reprehen
sionem ipsius cauillationis: quinto ponit antiphorã seu
tollit quoddam obiectũ. scd'a ibi: ipsi vero. tertia ibi: cum
itaque. quarta ibi: ꝙ nullatenus. quinta ibi: pro eo vero.
in tex. ibi commissa supple nũc: sed nõ erat sibi commis-
sa tempore datę. Item ibi & Ecclesiæ: aliàs est & capitulo
1 Ecclesiæ, sed cõis litera est & ecclesię. ¶ † No. j. ex tex. ibi
ante promotionẽ iuncto fine. in ver. nec esses. quòd ante
consecrationem non dicitur quis promotus in episco-
pum, licet sit electus & cõfirmatus. nam ante confirma-
tionem non debet appellari episcopus, sed electus dum-
sit ꝯfirmatus facit, quod habetur. 40. di. in c. sicut. & quod
habetur & notatur. in c. j. infra. de religio. domi. Et sic
ex consecratione assumit nomẽ episcopi, & ideo ante. nõ
vacãt priora beneficia, ante lapsum temporis de cõsecrã
dis, vt hr̃ j. de elec. cũ in cunctis. A quo aũt tempore, ele-
ctus in archiepiscopum assumat nomẽ archiepiscopi, re
curre ad ea, quæ habentur. j. de autoritate & vsupal. in c.
nisi. ¶ Itẽ no. ꝙ nomen Eccesiæ. interdũ ponitur pro ca-
pitulo & ecclesia: de multis aliis significationibus habeẽ
j. ne p̃ręla. vices. c. fi. & de verb. sig. cũ clerici. ¶ Item no.
ꝙ interdũ de curia emanant primæ literæ monitoriæ, po
stea præceptoriæ facit. j. c. constitutus. & quod habetur j.
eod. capitul. sanctè. Interdum etiam dabantur executo-
riæ, tertio loco facit qd' habetur. j. eod. ex insinuatione, &
sic olim tria paria literarum super eodem beneficio ema
nabant, vt patet ex dictis iuribus: hodie vero cõiter solũ
emanat vnum par literarum, videlicet executoriarum, &
quandoque datur executor ad prouidendum, qñque ad
compellendũ: ꝯmuniter tñ datur ad prouidendũ, de quo
in c. si soli. & c. si capitulo. de conces. præbend. in vj. & in
cle. vnica. de conces. præben. ¶ Item not. mandatum po-
ni hic. pro monitione, & no. ẽt differẽtiam esse inter mã-
datum & præceptum, de quo per gl. & Arehid. in c. quod
præcipitur. 14. q. j. & tangitur etiam in c. qm̃ abbas. j. de
offi. deleg. ¶ Item no. ꝙ interdum collatio præbẽdarum
spectat ad episcopũ tm̃. Interdum vero spectat ad capitu
lum tantum. interdũ ad vtrũque. Et de iure cõi ad quem
spectet legitur & notatur in c. cũ ecclesia Vulterana. j. de
elect. ¶ Et facit quod habetur in. c. vno. ne se. va. in vj. &
in c. fi. de regulari. eo. li. ¶ Itẽ no. ꝙ decanus interdũ prę-
esse vr̃ capitulo, de quo. j. de maio. & obe. c. j. & j. de ꝯces.
præben. c. post electionem. & facit etiam quod notat gl.
2 in cle. vt hi qui. de ęta. & quali. ¶ † Item no. ꝙ mandatum
factũ vicegerenti, non potest per illũ adimpleri superue-
niente principali domino. Et no. ꝙ tale mandatum ligat
ipsum dñm principalẽ. Et ad hoc sępe alleg. iste tex. ¶ Itẽ
no. ꝙ ille, ad quem literæ Papæ non dirigũtur, per illas re
gulariter non astringitur facit. j. de offic. delega. p. & g. &
quod hr̃ in c. mandatũ. & c. cũ in illis. §. penult. de præbẽ.
3 in 6. ¶ † Item no. attendendam esse datam literarum, de
quo hic in gl. pe. & per Io. de Lig. in cle. literas. de rescri.
aliquid ẽt tangitur. j. de pręben. dilectus. ¶ Et per hoc ar-
guit hic Host. contra iudices, qui non apponũt datam in
citatione, allegat ẽt. j. de dila. preterea. ¶ Item etiam facit
tex. iste, in argumentum s̃m eã, q̃ delegatus fortiatur iu-
risdictionẽ a tempore datæ, licet illam nõ exerceat ante
receptionem, facit quod habetur, j. de appel. super eo. &
j. eo. pastoralis. §. j. ¶ Item no. ꝙ mandatum directum ca-
pitulo, videtur astringere quemlibet de capitulo, qui tẽ-
pore datę est de capitulo, vt illud adimpleat si p̃t, de quo,
& an simpliciter procedat tangitur in gloss. 4. & super ca,
4 dicetur. ¶ † Item no. ꝙ quis potest esse Archidiaconus &
canonicus, & sic põt habere dignitatẽ, & canoniam, ac
præbendam in eadem ecclesia, ad idem c. j. de consue. li.
vj. & quod notatur in c. tua. per Io. An. infra. de his quæ fi.
a præla. vbi tangit super gl. ꝙ interdum de consuetudine
ecclesiæ, non potest quis eligi in diaconum, nisi sit cano
nicus ipsius ecclesiæ. ¶ Item no. ꝙ immutatio status non
liberat aliquem ab eo, ad quod tenebatur, de quo per Io.
An. in c. vno. in ver. ratiocinijs. j. de obliga. ad ratiocinia.
& per legistas in l. j. & ij. ff. de capitis diminutione, & in l.
j. & per totum. ff. quod cum eo, qui in alie. po. est. ¶ Item
no. ꝙ licet quis aliàs fuerit Iudæus, non ex hoc est reiiciẽ
dus nec dedignandus: imo vt dicit Io. And. super glo. fi.
potius dignus est fauore allegat. 23. q. 7. quod autẽ. & c.
quemadmodũ. & q. 4. ipsa pietas. De differentia aũt, inter
dedignari, & indignari hr̃ in tex. & glo. 45. dist. in c. vera
iustitia. vbi gl. dicit, ꝙ boni proprie indignãtur illis, qui
male agunt quia habent odio eorũ mala gesta & nõ eos,
& sic bono zelo mouentur: sed mali dicuntur dedignari
talibus male agentibus: quia eos ẽt odio habent, nedum
mala gesta eorum, quod facere non deberent. ¶ Item po
tes notare, ꝙ sub nomine capituli non videtur cõpre-
hendi caput capituli, vt hic videtur colligi, dum dicitur
decano & ecclesiæ, de quo per gl. in præall. cle. vt hi qui,
& tangitur etiam in præalle. c. post electionem. ¶ Itẽ not.
ꝙ collatio pręben darũ appellatur donatio, & hoc ideo,
quia in electione est conferentis cui conferat, dũmodo
5 conferat idoneo, de quo. j. de præben. relatum. An† autẽ
electus confirmatus possit conferre beneficia ante cõse-
crationem, do. Ant. de But. hic tetigit. sed veritas est, ꝙ sic
vt habetur in c. transmissam. infra. de elec. & sic non dici
6 tur, omnino pẽdere ab ordine consecrationis. ¶ An † ta
men suspensus ab officio, intelligatur suspensus a pote-
state conferendi beneficia, habetur, infra. de consuetudi.
cum dilectus. ¶ Item nota, quod in ponderanda humili-
tate in promouendo non attẽditur qualitas originis: sed
qualitas, in qua est s̃m tempus promotionis. ¶ In glos. ij.
ibi bene allegabant. Et pro ista parte quod allegatio capi
tuli fuerit bona facit: quia Papa illam non reprehendit,
sed bene reprehendit illam episcopi ergo. &c. arg. c. nõ-
ne. j. de præsump. Alia fuit opinio Host. ꝙ allegatio capi-
tuli non fuit bona ex eo: quia intelligebatur scriptum ca
nonicis tanquam executoribus, cũ non posset dici scri-
ptum fuisse eis, vt ordinariis collatoribus, cum nõ essent
ex quo collatio spectabat ad episcopũ tm̃, nec poterat ẽt
dici fuisse eis scriptũ tanquam succedentibus in potesta-
tem episcopi, vt non succederent ex quo collatio specta-
bat

a In ea. gl. Vide sup hac parte per d. Fel. in 9. colu. vers. actus cōsistens.

bat ad episcopum tantum, vt patet in c. illa.j.ne sede va. & eo. tit. c.vno.in vj. Et ideo ſm eū, necessario intelligebatur scriptū eis, vt executoribus: & ideo potuerunt conferre, si voluissent, per id quod habetur.j.de offic.deleg. sane.& c.pastoralis. §. quia vero.& e.tit.si super gratia.li. 6. Et ad istū tex. dum dicit non potuerūt. respondet ꝙ debet intelligi, ꝙ nō potuerūt, scilicet prout videbatur eis, vel quia sic allegabant: sed tamē re vera potuerūt, ſcd̄m eum. Sed certe iste intellectus Hostiē. non videt̄ bonus: quia Papa nō impugnat hic allegationem canonicorū: Ideo melior videtur intellectus gl. Et ad rationem Hosti. potes dicere, ꝙ ipse arguit ab insufficienti partiū enumeratione. Nam solū considerat tres casus. s. qñ scribit̄ canonicis tanq̄ ordinariis collatoribus, vel tanq̄ succedētib' in potestate epi, vel tanq̄ executoribus, cum tamen sit reperire quartum casum: quia pōt intelligi, ꝙ Papa scripsit huic capitulo, vacante sede, tanq̄ vices gerenti ipsius episcopi: quia non erat ad quē cōmodius loco episcopi scribi posset, & præcipue propter magnam cōmunionē, quā habet episcopus cum capitulo: quia ipse caput, & ipsi mēbra, & sic censentur vnum corpus j.de his quæ fi. a prę̄la. c.nouit. & quia capitulū succedit in potestate iurisdictionali.j.de ma.& obe.cum olim. licet non succedat in potestate conferendi beneficia, spectantia ad episcopū tantū, vt superius est dictum. Item quia capitulum habet recipere illos, qui per episcopum creantur canonici. Item succedit in gn̄ali administratione ipsius episcopi j.de supplen. neg. prælа.c.pen.& fi.lib.vj.& ideo ſm istū intellectū, ſm quem intelligitur scripsisse capitulo, uacante sede, tanq̄ vices gerenti ipsius episcopi, potuerunt vacante sede recipere istum, & conferre præbendam: sed nō potuerunt hoc facere, creato episcopo, vel electo & cōfirmato, cum tunc possit electus in episcopum & confirmatus conferre beneficia. infra. de elect. transmissa. & quia potestas vices gerentis debet cessare superueniente ipso principali, & iste est cōis intellectus, ſm quem allegatio canonicorū fuit bona creato episcopo, sed non ante per ea, quæ superius dixi. Tu potes tertio attentare, ꝙ etiam fuit bona allegatio capituli vacāte sede, per id quod dixit hic Boa. & Io. de Sancto Ge. in c. cum aliquibus. de rescri. in 6. q̄a qñ scribitur alicui, vt ordinario collatorii, qui non est. nō videtur Papa velle dare nouam potestatem: sed excitare tantūmodo antiquā, vt est casus ſm istū intellectū. nā cū de iure cōi, ad episcopum cū capitulo spectet cōfirmare prę̄bendas j.de ele.cum ecclesia Vulterana, & si aliud contingat, illud est ex statuto, vel consuetudine ecclesię, vel priuilegio, quæ sunt facti & in facto consistūt, & ideo Papa præsumitur ignorare. de consti.c.j.lib.vj. Et pro tanto in dubio scribendo capitulo, vacante sede, videtur scribere, vt ordinario collatori: quia capitulū de iure cōi, quādo ad ipsum & epm̄ spectat collatio, vacante sede, succedit in potestate conferendi, j. ne se. va. c. vno. in vj. Et ideo si non reperiatur capitulū habere tunc ordinariam collationem, vacante sede propter speciale statutū, vel specialem consuetudinem ecclesiæ, ſm quod vel quam solū ad episcopum spectat collatio, & sic vacante sede non succedit capitulū: Ideo tunc non pōt cōferre ipsum capitulū, cui vt dixi in dubio videbatur scriptum, vt ordinario collatori, attenta dispositione iuris cōis, ſm quā ad epm̄, & capitulum simul spectat collatio, & sic ad capitulum vacante sede. ¶ Et ideo etiā hoc respectu vr̄, ꝙ fuerit bona allegatio capituli etiam vacāte sede. ¶ Et ex prędictis habes duos intellectus principales: vnus est, ꝙ allegatio canonicorum non fuerit bona, & hunc tenuit Host. vt §. dixi. & dū litera dicit non potuerunt, dēt intelligi ſm eū. s. prout videbatur eis, vel quia sic allegabant: tamen cōtrariū erat verū. Alius est ītellectus, ꝙ allegatio capituli fuit bona, & iste subdiuiditur: quia vna est, quod fuit bona creato episcopo: sed non vacante sede. Alius quod fuit bona

a etiam vacante sede. ¶ In ea glo.[a] ibi tunc bene valent literę: ratio est, quia tunc receptio consistit in facto, ex quo præcedit collatio iuris: ideo tunc per quemlibet de capitulo pōt fieri receptio, & sic adimpleri mādatum ex quo in facto consistit id, de quo mādatur: secus qñ consistit in iure, vt est qñ non præcedit collatio. Nā tūc receptio hēt tribuere ius: & ideo dēt fieri collegialiter, ex quo scribit̄ capitulo, alias non diceretur facta a capitulo j.de elect. in Genesi, & facit qd̄ dicetur super gl. 4. & quod notat Inn. in c. bonæ. el ij. j. de postu. p̄l. & j. de sen. ex. Romana. §. in vniuersitatem. li. 6. in quibus locis tangit dr̄iam, qñ mandatur aliquid capitulo, an id consistit in facto an vero in iure. ¶ Et per prædicta reprehendit hic Cōp. executores, qui compellunt canonicos, quos in curia inueniūt ad recipiendū illū in canonicū, cui Papa non consulit canonicatū, ſd mādat illū conferri per capitulū: quia hoc facere non p̄nt, sed debent cogere ipsum capitulum, vt patet ex prædictis. Si aūt illi de capitulo nollent ꝯuenire ad capitulū, & si nollent collegialiter congregari, tunc recurrendū est ad no ꝑ gl. in c. si capitulo. j. de conces. præben. li. 6. ¶ In gl. 3. ibi de honestate. istū intellectū etiā posuit hic Inno. vū ēt dicebat, ꝙ forte decretalis loquebat̄ de gratia, & ꝙ Papa ponderauerat datā, vt notas et causas motiuas non necessarias: quare deberet cogere epm̄ ad ꝯferendū ipsi Petro, de quo in litera p̄bendā. Sed certe iste intellectus videtur esse ꝯtra mentē tex. qui vr̄ velle, ꝙ episcopus de necessitate debebat conferre præbēdam ipsi Petro, de quo in litera: & ideo sequens intellectus, qui ponit̄ in gl. vel hic cōiter tenet̄, & pro hoc ēt: quia vt dicebat do. Car. Flo. in antiqua circa fi. huius decretalis mandabatur epō, vt reciperet istū in canonicū, & ei prę̄bendam conferret. ¶ Aduerte tn̄, quia ꝑ dicta in gl. non colligitur: quare ep̄s tenetur, licet inferant ꝙ mādatū Papę deberet seruari: nō enim inferunt, ꝙ ep̄s deberet adimplere ex quo ei nō scribebatur. Ideo dici potest, ꝙ pro tāto episcopus tenebatur adimplere, quia scriptū fuerat capitulo tanq̄ vices gerenti ipsius ep̄i vacante sede. Ideo ipso creato ipse est qui debet adimplere, vt tetigi super glo. 2. vel ſm alium intellectum, quē. §. dixi post Boa. Ideo tenebatur adimplere mādatum: quia scriptū erat capitulo, tanq̄ ordinario collatori, succedenti in potestate ep̄i vacante sede: & ideo creato ipso episcopo, ipse debet conferre ex quo pōt, facit quod inferius dicetur. Tertia ratio sumitur ex his, quæ tangunt̄ in gl. sequenti, quæ est quarta gl. videlicet ꝙ mandatū datum capitulo, intelligitur datum singulis de capitulo, & consequenter etiam ei qui est caput capituli, & sic ēt ipsi episcopo facit. infra. de his quæ fi. a p̄la. in c. nouit. & ideo nimirum si comprehēditur ipse episcopus, præsertim qñ erat vnus de capitulo: & ideo debet adimplere cū primū potest. ¶ Sed aduerte, quia contra istam rationem facit c. qui manumittitur. 12. q. ij. vt tangit eadem gl. sequens gl. non respondit ad hoc contrarium, vnde forte voluit stari contrario, & reprobare istam rationem: tamen Hosti. saluat illā, & dicitur ad contrariū, ꝙ loquitur in proprietate rerū: quia res quę est capituli, non est singulorū de capitulo: sed hic loquitur in mandato, in quo propter bonū obedientiæ fit larga interpretatio. 8. q. j. sciendū. 11. q. 3. quid ergo. Et istud etiam tenebat hic do. Card. Flo. in istis literis monitoriis, & præceptoriis: quia erant fauorabiles, cū non derogarēt ordinariæ potestati, & per eas apparebat, ꝙ Papa non volebat illi derogare, vnde secus esset ſcd̄m eum, si primo loco solū executoriæ emanarent ad prouidendum, vt cōiter hodie fit: quia cum ꝑ tales literas derogetur ordinariæ potestati, illæ censeantur odiosæ, & sic restringendę, j. de p̄ben. quāuis li. vj. & facit quod notatur ꝑ gl. in c. j. de rescri. in vj. ¶ Sed certe Inno. omnino videtur reprobare istum intellectum: quia vult, ꝙ vbi mandatur capitulo, vt faciat aliquid, quod consistit in iure, non intelligitur tunc mandatum factum singulis de capitu-

lo, vt dictũ fuit super gl. 2. & ita erat hic: quia receptio fiē
da ad mandatũ Papæ consistebat in iure, cũ non esset col
latus canonicatus per Papam. ¶ Et pro ista parte ēt facit:
quia ēt per tales monitorias & pceptorias, videbatur prę
judicari ordinariæ potestati, saltē quia sibi tollebatur fa-
cultas eligendi personam. ¶ Item ēt cōtra intellectũ pre
a dictũ facit: quia aliud est prælatus, aliud est capitulũ [a] in-
stricta significatione, vt est glo. notabilis in cle. vt hi qui.
de eta. & quali. vnde tene alias duas rationes superius da
tas, per quas vř, ꝙ ēt hodie procederet hæc decretalis, si
solũ vnũ par literarũ emanaret, per quas Papa mandaret
capitulo, ꝙ reciperet aliquem in canonicum vacante se-
de, & ꝙ illi prouideret de præbenda secus tñ forte esset, si
constaret ꝙ Papa sciret consuetudine ecclesiæ, per quam
ad solum episcopum spectabat conferre canonicatũ, &
præbendam: quia tunc forte scribendo capitulo, vacante
sede, videretur scribere vt executori: non autem vt ordi-
nario collatori, vł potes dicere ꝙ ēt tũc procedet decreta
lis: quia videretur tunc scribere capitulo, vt vices gerēti
episcopi, vacante sede, & in eius defectu. vnde dicebat
Inno. Compost. & Abb. ꝙ ex quo scribebat in defectum
episcopi ipsi capitulo, merito creato episcopo cessabit po
testas capituli, & redibit ad episcopũ, vt hic vř expressũ,
& dicũt ēt prædicti, ꝙ hoc locũ haberet ēt, si de alia eccle
sia episcopus eligatur, quinimo plus refert Inno. quosdã
dicere idem fore dicendũ, si extraneo in defectũ episco-
pi vacante sede scriberetur: quia cessaret mandatũ crea-
to episcopo, & rediret potestas ad epm. Nam in istis mã-
datis debet subintelligi, si res in eodem statu permanse-
rit vsque ad collationem ar. l. pe. ff. si ex noxali causa aga-
tur. & p hoc dicebat. Abb. ꝙ si præpositus Magolonēsis,
vacante sacristia Magolonensi, quam ipse tenet de cōsue
tudine, qñ vacat reciperet mandatũ Papæ super aliqua re
sacristie, quod spectaret ad sacristam, si ante executionē
fuerit creatus illud exequi, & non ad ipsum prepositum,
& ſm prædicta patet ꝙ etiã episcopus hic tenebatur post
suam creationem exequi mandatũ, sit videatur in illo suc
cedere, & facit quod habetur in Aut. vt nulli iudicum. §.
& hoc quoque. & sequenti coll. 9. & in. l. annua. §. a Titia.
ff. de annuis lega. & j. de conces. prēben. in c. quoniam.
¶ Sed aduerte, quia cōtra prædicta facit, quod habetur j.
de aliena. iudicii. vbi dicitur, ꝙ si ille, contra quem literæ
impetrantur, possessionem super quam si impetrans vo-
lebat eum conuenire transferat in aliũ, ille non conueni
tur, nisi malitia eius interuenerit, & sic eodem modo vř,
ꝙ episcopus directis literis capitulo nō debeat ipsum cō-
uenire, cum in malitia non fuerat, & pro hoc cum rescri
ptũ non videtur extēdi ad alios. j. de off. deleg. p. & g. nec
ad multos. j. eo. cum in multis. li. vj. Respon. Inn. Comp.
& Abb. ꝙ aliud in iurisdictione delegata, vt in cōtrario:
aliud in alio mandato, vt hic. vnde dicunt, ꝙ iurisditio da
ta contra vices gerentem, non est extendenda tunc con-
tra dñm, cum sit restringenda, vt prędixi: ideo ſm eos de-
legatus datus contra vices gerentem, non procedet ɔtra
episcopũ vel suo nomine, nisi forte iam lis fuisset conte-
stata, per ea quę habentur in præalleg. c. j. de alienatione
iudicii. dicũt tamen prędicti, ꝙ secus est in mãdato alio,
quia mandatum factum vice gerenti, bene artat ipsum
dñm, vt hic patet: & est ratio diuersitatis inter iurisditio-
nē delegatam & aliud mandatũ, quia iurisdictio delega-
ta restringitur d. c. p. & g. & j. e. c. fi. mandatum autem nō
restringitur: imo quantũcunque potest subditus, dēt obe
dire: quia non debet restringi obedientia, sed potius am-
pliari. 8. q. j. sciendũ. & 11. q. 3. si dñs & c. qui resistit. Et fa-
cit ad prædicta quod habetur in Auth. de iureiuran. a mo
riente præstito. ¶ Item aduerte, quia cōtra literam facit,
inquantum dicit ꝙ episcopus non debuit infecto nego-
tio istum dimittere: nam aut Papa contulerat isti canoni
catũ & prębendam, aut non. Si contulit, male fecit Papa

redarguere episcopum, & ex eo quia episcopus, ad quem
pertinebat collatio, bene facit si de nouo non confert: nã
sufficit collatio Papæ: imo illi videntur facere iniuriam,
si iterato conferret, sicut & qñ reiteratur sacramentũ fit
iniuria sacramēto. j. de sacra. nō ite. in rubrica, & c. j. Sed
capitulum bene tunc esset redarguendũ, si non recepis-
set etiam sine alio mandato episcopi. si vero Papa nō cō-
tulit, adhuc iniuste vř redarguit episcopus: quia literæ nō
videbantur valere, quibus mandabatur recipi in canoni-
cũ ille, qui non erat canonicus, & qui a canonicis nō po
terat recipi, cum ad eos nō spectaret collatio. Sed hic ſm
Inn. ꝙ per literas non fuit ius quęsitum ipsi Petro in be-
neficio: sed canonici autoritate literarũ potuerunt illi cō
ferre ius, scilicet antequam esset creatus episcopus, per
id quod superius dixi. Nam intentio Papę erat, & est ꝙ p
tales formas nō solum illa, quæ sunt facti: sed ēt illa, quæ
sunt iuris conferantur. Et sic dicitur per Papam quotidie
factum, non tñ credidit Innocen. ꝙ si Papa scriberet pe-
nitus extraneo, ꝙ aliquem reciperet in canonicum alicu
ter dixerit, vt dixi super dictam glossam, in verbo, deserendum. Secundo casu, quando separatim iudices primi rescripti, & similiter iudices secundi procedunt in negotio principali: tunc aut partes nihil opponunt coram primis, nec coram secundis: aut aliquid opponunt. Si nihil opponunt dico ꝙ Inno. & etiam doctores videntur circa hoc varie loqui. Nam in vna parte refert d. Ant. de Bu. hic ante glo. in versi. ex his deciditur. Quinto ante ver. venio ad secundum refert Inno. dicere ꝙ tunc valebit processus illorum, qui primo cœperunt per c. vt debitus. j. de appel. quare videtur esse locus præoccupationi per d. c. recitatũ. etiam alios dicere: & in hoc videtur residere, ꝙ validitas processus pendebit ex euentu literarum per ea, quæ habentur j. eo. cum contingat. & j. de offic. delega. ex literis. non tamen videtur hoc præcise firmare: quia dicit quod c. ex literis. potest aliter intelligi. Do. An. dicit in præallegata parte, quod credit valere sententiam vltimo iudicãtis, si alterius sententia non fuit sibi ostensa per id, quod legitur, & not. j. de re iudi. cũ inter monasterium. ¶ Nec obstat sm eum c. cum contingat. j. eo. vbi dicitur, ꝙ expectari debet euentus literarum, hoc est vt inspiciatur quæ literæ præualeant: quia respondet ꝙ ibi loquitur de validitate processus incidenter facti propter contumaciam, sed hoc quod dictũ est s. procedit in processu principalis causæ. Item ibi loquitur in mandatis, quæ non transeunt in rem iudi. ideo ibi attenditur euentus literarũ: in alia parte, in versi. ex his deciditur post notabilia. aliter videtur dicere do. Ant. de Bu. Nam refert Inno. dicere s. eo. cæterũ. quosdam dicere, ꝙ in dicto casu tenet processus primorũ qui primo processerunt etiam si constat primas literas p secundas reuocatas: & si ipsi primi iudices excommunicent secundas, tanquam turbatores iudiciorum illorũ, qui primo incœperunt procedere, tenebit excommunicatio: cum habuerint iurisdictionem, quam cœperunt exercere. & sic videtur ꝙ illam cõtra conturbatores potuerint exercere, vt j. de offi. delega. c. j. nam cõtradicentes & turbantes debent ostendere causas quare cõtradicũt, & maxime literas. j. de offi. deleg. cum in iure. & facit etiã pro prædictis, quia melior videtur esse conditio occupantis. j. de ap. vt debitus. Refert demum, ꝙ alij dicunt: ꝙ neutri iudices possunt in alterum iurisdictionem exercere, cum rescriptum non det iurisdictionem in alios iudices, nec ius commune: quod vult ad arbitros iri, vt hic patet. Tandem videtur dicere, ꝙ prima opinio potest procedere, qñ secundi procedunt. Et opponitur ꝙ non debent procedere, quia prima iurisdictio coram primis est certa: & sic præuenta & secundi procedentes non recurrunt ad remediũ huius decretalis. ¶ Secunda opi. habet locum, quando recurrunt ad remedium huius decre. & illius formã seruãt quia nõ põt tũc dici rebelles sm Compo. Si autẽ iudices primi, qui cœperũt cognoscere iurisdictionẽ exerceant in partes, cum de iurisdictione non contendatur, sed quilibet suas literas suis iudicibus ostendit, & iudices procedunt ad contrarias sententias: inspicietur quæ literæ alijs præualeant, & illorum pronunciabitur processum tenere, & aliorum irritabitur per c. ex literis. de offic. delega. Finaliter ipse do. Ant. de Bu. dicit ꝙ si iudicio cœpto corã alijs nihil opponitur, nec literæ ostenduntur, & ambo procedunt ad mandata contraria, ꝙ tũc satis putat, ꝙ nõ seruabitur practica huius decre. & ꝙ vtriusq; processus valebit nã valebit processus primorũ in data, etiã dato quod secundæ reuocent primas quia non sunt, nec fuerunt primis iudicibus notificatæ. de restitu. spol. audita. non valebit etiam processus coram secundis, licet non facerent mentionem de primis, ex quo non esset cœptum. s. eo. cæterum. & sic processus habitus in partes tenebit: in cõiudices aut non quia neuter procedendo videtur iurisdictionem alterius perturbare, ex quo nihil opponitur coram eis: & quia sunt pares, quia par ad in parem non habet imperium. de ele. innotuit. & sic videtur in hinc residere satis inuolute, vt patet ex prædictis. Sed tu potes clare dicere, ꝙ ex quo separatim processerunt, & nihil est oppositum coram primis, nec coram secundis, si processerunt super negotio principali: quia partes coram vtrisque comparuerunt & processerunt, videtur velle Inno. ꝙ sententia prolata, quę transiuit in rem iudicatam, valebit: secunda autẽ postea lata non valebit, cum sententia contra sententiam non videatur valere. l. j. C. quando prouo. non est necess. & facit etiam quod no. ipse Inn. & Compo. s. de consti. cum M. & sic vr velle Inn. ꝙ sentẽtia contra sententiã, si ferãt in diuersis instantijs, non valeat quando prima trãsiuerit in rem iudicatam. & idẽ voluit in d. c. cũ M. Bar. tamen tenuit contrarium in l. duobus. ff. de exce. rei iudi. domi. Anto. de Bu. hic videtur voluisse concordare opi. prout ipse etiam tangit in c. inter monasterium. j. de re iudi. vbi plene tangitur de ista materia, an sententia contra sententiam valeat: & ibi etiam plene dixi. Nam dicit ꝙ opi. Innocen. potest procedere, quando prima sententia, quæ transiuerat in rem iudicat. fuit ostensa ferenti sententiã contrariam, quia tunc videtur secunda lata contra notorium, & per consequens non valere. j. de re iudi. inter cæteras. secus si non fuisset ostensa, quia tunc potest procedere opi. Bar. & per hoc habes quid tenendum, quando proceditur separatim coram primis iudicibus & coram secundis super negotio principali, & nihil opponitur de literis: quia valebit processus vtrorumque iudicum. Nã valebit processus primorum in data etiam dato ꝙ secundæ reuocarent primas, ex quo non fuerunt notificatæ ipsis primis iudicibus per dictum c. audita & similiter valebit processus coram secundis, licet non facerent mẽtionem de primis: ex quo non est exceptum, vt s. eo. cæterum. & sic processus habitus in parte, seu contra partes tenebit. de sententijs autem si fuerint latæ cõtrariæ, quæ præualebit, dixi s. Processus autem factus contra cõiudices hoc casu non valeret, quia neuter procedendo in dicto casu videtur turbare iurisdictionem alterius, ex quo nihil opponitur: & quia sunt pares, & par in parem non habet imperium, vt etiam s. dixi post do. Anto. de Bu. Si aũt opponatur de ipsis literis, tunc aduerte, quia aut dati in primis literis cœperunt procedere in negotio principali, & lis fuit cõtestata coram eis, sed postea habens secundas literas illas præsentat secundis iudicibus, & petit per illas procedi: sed habens primas se opponit, & dicit ꝙ non debet procedi coram ipsis secundis, quia præoccupata est iurisdictio per primas, coram quibus est processum vsque ad contestationem inclusiue: tunc videtur habens primas literas bene excipere ex eo, quia habens secundas contestando litem coram primis, videtur illis tacite renunciasse: cum per illas potuisset declinare iurisdictionẽ primorum, si voluisset eo casu, quo reuocassent primas & ideo si non fecit, est sibi imputandum, & præclusa est sibi via per contestationem de cætero opponendi declinatoriam virtute dictarum literarum. & sic videtur, ꝙ si excipiens secundum formam prędictam faciat fidem de dicta contestatione coram secundis, ꝙ tunc non debent secundi procedere. imo videtur. ꝙ si procedant, dicant turbare iurisdictionẽ primorum. & sic videtur ꝙ possint excõicare per primos. arg. dicti c. j. de officio dele. nõ enim possunt censeri hoc casu pares primis: ex quo censetur renunciatum ipsis secundis literis. Si autem non excommunicarentur, & procederent ipsi secundi ad aliquam mulctam contentam in primis literis, quia non compareret coram eis: tunc si alias comparuisset & opposuisset de præoccupatione facta per primos, & de contestatione facta, & de illa etiam ostendisset: tunc an valeret processus pẽdet ex dubio, de quo superius dixi: an quando constat iudici si tantum esset tutum exceptione, vt non teneatur coram ipsis respõdere, si procedat ad ipsum mulctandum, an re-

neat processus: de quo dicetur in d.c.ad audientiam. Si autem non opposuisset coram secundis de præuentione, vel si opposuisset non fecit fidem de contestatione, tunc bene teneret impositio mulctę, quia debuit comparere ad allegandum,& ostendendum de iure suo, vt in d. l.si quis ex aliena.& d.c.super literis.Et prædicta pcedūt quando secundæ literæ non reuocabant primas.Si autē secundæ reuocabant primas,tunc est magis dubium propter id,quod dixi circa primum casum:sed tamen tene id quod dixi per ea, quæ etiam dixi circa ipsum primum casum: licet do.Anto.de Bu.videatur velle, q qn secundæ reuocant primas,nō possit fieri præoccupatio per primas & q hoc casu non habeat locum c.vt debitus,sed econtra,quando præoccupatio fit per secundas, licet non faciant mentionem de primis. Sed certè ista opi.d.Ant.de But.est contra mentem gl.& doct.qui videntur velle, q possit fieri præoccupatio per primas, sicut per secundas, & vtrobique videtur esse eadem ratio,& sic idē ius,arg.c. translato.de consti.intelligo tamē q possit præueniri habens secundas,facientes mentionem de primis,quando fuit negligentia præsentandi ipsas secundas, alias videretur esse secus: sicut etiam dicimus in primis literis s̄.eo.§ autem.& j.eod.plerūq;.¶.Nec obst.si dicatur, q ex quo secundæ literæ reuocant primas ipso iure, non videtur q primi iudices habeant aliquam iurisdictionem.j.de offi. delega.ex literis.Et sic videtur, q non possint citare, nec consequenter præuenire secūdos in præoccupatione iurisdictionis.iuxta c.cum debitus.de app.quia respondere potest,q licet secundæ reuocent primas: tamen valet qđ fit per illas anteq̄ ipsis primis iudicibus sint secundæ literæ notificatę,vt patet in d.c.audita.de resti.spo.vt dictum est superius,saluo nisi secundæ reuocantes primas essent concessæ motu proprio: quia tunc an esset idem dicendū pendet ex his, quæ dixi s̄.eo.cæterum.& ex his,quæ not. Inn.j.eo.cum contingat.Si autem coram primis iudicibus non est processum ad contestationem, & obijcitur de secundis literis: & habens secundas præsentat etiam illas suis iudicibus, coram quibus etiā comparet habens primas,& opponit de suis:& dicit q primi habent cognoscere,an sua sit iurisdictio:quia prius cæperunt procedere. An tunc bene dicat, fuerunt opi.quia quidā dixerunt q sic:& tunc non habebit locum practica Decre. Alij dixerunt contrarium.& hoc placet Inno.& Ioan. And.qa poterit habens secundas dicere, q primi non debent soli cognoscere, sed debēt secundi simul conueniri cum eis, s̄m practicam huius Decretalis quia semper re integra.i. antequam sit conclusum super causa incompetentiæ,seu competentiæ,vel diffinitū admitti debent iudices aliarū literarum,si nolunt conuenire s̄m practicam Decretalis: & sic potest intelligi istud principium.Et hoc casu videt, q non possint iudices, qui cæperunt procedere excōmunicare alios, ex quo non dicitur cum effectu præoccupata iurisdictio per sententiam ante litem contestatam latam,cum possint tales velle conuenire cum eis, si hoc allegent antequam sit conclusum,seu diffinitum super causa compententiæ: & hoc maxime si offerens separatos procedere secundum formam huius Decretalis.Idem tñ videtur & si hic non offerant ex quo cum effectu non dicitur præoccupata iurisdictio antequàm sit conclusum, 20 vel diffinitum super causa competentiæ.¶†Sed aduerte, quia contra prædicta fortiter facit,quia videtur, q per solam citationē a fit præuenta iurisdictio.j.de ap.vt debitus sed potest dici, q prædicta procedunt quando illa pars q̄ quam agebatur & faceret præoccupationem non fuit in negligentia vtendi suis literis, quia tunc per solam citationem non fit præoccupatio s̄m ea, quæ notantur.s̄.eo. si autem vbi patet q pars habens secundas literas non facientes mentionem de primis non potest præoccupare contra habentem prim.s. si habens primas non erat

a ¶Præuentio an fiat per solam citationē. Et de præuētione iurisdictiōis vid p Bar. in l. si plures.ff.de le. j.per Alex. in l.si citi de ver.obl. & in d.l.si plur.ab. de le.j. & omnino per Alex. in l. sepulchri. de sepulc. viol. Adde in c.capitulum sanctę crucis. j.e. & in c.si duo.de procu.in vi.

in negligentia.& idem videtur dicendum econtra. si habens primas vult præoccupare contra habentem secundas:quia non videtur posse nisi habens secūdas sit in negligentia vtendi ipsis secundis:quia tunc potest,vt videntur velle gl.& doc.licet dn.Anto.de Bu.aliter hic dixerit vt superius dixi.Si autem coram primis iudicibus exciperet de secundis literis: & coram secundis exciperet de primis,& aliud non peteretur,quia nulla partium peteret pcedi s̄m practicā huius decretalis:tūc quilibet posset agnoscere, an sua sit iurisdictio per c.super literis.j.e. & si ferrent sententias contrarias super cōpetentia: tunc s̄n Inn.valeret sententia prima lata, quæ transiuisset in rem iudicatam. sed de hoc dicendum,vt dixi s̄.in simili, quando ferunt sententias contrarias super causa principali:nam videtur q secunda valeat, si non fuisset ostensa prima,aliàs secus.Et per prædicta etiam potest patere,qđ iuris si partes opponant contra literas coram vtrisq; iudicibus,& non obstantibus obiectis pceduut ad sententiā super competentia vel incompetentia,an valebit processus,& sentētia.Et quid si sint contrariæ sententiæ. Si aūt esset oppositum de literis,& etiam essent ostensæ:tunc si secundæ reuocarent primas, videtur q si primi procederent non valeret processus per c.audita.Sed certe illud est verum,si procederēt super principali, forte eo casu,q non esset necessaria contestatio.Nam aliàs nō pñt pcedere inuita altera parte, sine qua contestatio fieri non posset.Si autem non obst.q facta esset ostensio literarum secundarum procederent primi ad pronuntiandum super competentia,teneret pronuntiatio:quia potuerūt cognoscere,an sua sit iurisdictio per ea, quæ dixi circa primum casum.posset tamen tunc appellari,ex quo secūdæ reuocarent primas.Et pdicta procedunt, qn primo inchoatū est procedi coram primis iudicib. & postea corā secūdis fuit inchoatum procedi: & processum fuit vsque ad contestationem inclusiue,vel etiam si non fuit processum ad contestationem,& postea etiam primi volunt procedere. & opponitur coram secundis de primis literis, & coram primis de secundis: siue secundæ faciant mentionem de primis,siue non:quid dicendum, patere potest ex his, q̄ dixi circa s̄m casum:& ex his quæ dixi s̄. in simili,quādo primo fuit coram dnmis inchoatum procedi, & demum coram secundis, siue processum fuerit ad pronuntiandū super competentia, siue ad mulctam imponendam parti siue ad excommunicandum primos iudices,tanquā turbatores & quia ex supra dictis patere potest decisio, ideo non insisto vlterius. ¶Interdum aūt coram vtrisque est oppositum de literis, & petitum,vt procedant s̄m formā huius.c.tunc si iudices aliter procedunt, an tenebit processus.Inn.tetigit s̄.eo.cæterum. vbi refert aliquos tenere,q non valebit processus,vt ibi etiam dixi,cum videantur tunc procedere contra formam hic datam & sic videtur q non valeat processus per id, quod habetur.ij.q.vj. diffinitiua. & plus etiam dicunt aliqui, etiam si non esset oppositum de hac decre.& eius forma seruanda: tamē ex eo q reuocatum est in dubium de viribus literarum, & iudices sunt certificati de tali dubio, q processus erit nullus:sed communis opinio est in contrarium.vnde dicit Inno.& Ioan.An.post eum & Compostel.q securius est dicere processum valere,nisi apponatur & appelletur qa ista forma non est substantialis,sed de iustitia,& sic parat iustam causam appellādi,si non seruetur:quia iudices hñt iurisdictionē in dubio,nisi opponaē: & quia pcessus pcessus causæ ad cām non hēt vitiate, iuxta notata in l. ij.C.cō.diui.& in l.j.C.de app.Et p hoc habes expeditū casum tertium, quando coram vtrisque est processum. 21 ¶Adde tamen prædictis,q si dēdente dubio de viribus literarum, coram primis partes procederent coram secūdis in negotio principali, viderentur tacite renuntiare quæstioni motæ, coram primis.arg.j.de offi.dele.c.gratū.

Et simili

Et similiter econtra si coram secundis penderet dubium
de iurisdictione,& ipso pendēte procederetur coram pri-
mis super negotio principali, q videretur tacite renūcia-
tum quæstioni super iurisdictione motæ coram secūdis.
Et per hoc sit expedita materia huius principij, quæ tan-
gitur hic & s.eo.cæterum.licet d.Ant.de But. satis ɔfuse
in illa processit, vt patet ex his, q tetigi post notabilia,&
et super gl.j.in ver.ex hoc,& ex primo dubio. seq̄ §.qm.

SVMMARIVM.

1 *Clausula,& quosdā alios, et clausula,et quibusdā alijs quid operētur.*
2 *Literæ speciales derogant primis generalibus,quo ad contenta in specialibus.*
3 *Per literas generales, seu clausulas generales contentas in literis Apostolicis videtur attributa iurisdictio delegato.*
4 *Vices suas alteri committere in præsentando non potest patronus, antequam vacet ecclesia.*
5 *Proconsul, cui commissa est prouincia regenda, non habet iurisdictionem,antequam ingrediatur eam,& an possit committere alij.*
6 *Libellus generalis quando admittatur.*
Vices suas cōmittere alteri, an possit delegatus cū clausula generali.
7 *Citatio facta contra vnum ex correis, & sic interruptio præscriptionis facta per citationem cōtra vnum correum valet etiam cōtra alios correos,qui non fuerint expressi in citatione.*
8 *Cautionem de iudicato soluendo si præstiterit dominus pro procuratore sciente & non contradicente,si moritur ante lit.contest.non finitur mandatum datum procuratori.*
9 *Iurisdictio delegati,an finiatur per mortem delegantis.*
10 *Citatio an requiratur ad perpetuandam iurisdictionem.*
11 *Literæ generalis,an possint habere effectum simul cum specialibus.*
12 *Impetratio si est facta contra plures, vel super pluribus rebus cum clausula generali, an poterit separatum agi prius contra vnum, & postea contra alium.*
13 *Impetratio ad alium iudicem facta lite pendente non valet.*
14 *Impetratio super vna re specificè contra Titium & quosdam alios, & sic solum quo ad personas interuenit clausula generalis,an si vnus de contentis in clausula impetret super eadem re,valebit impetratio.*

Quoniam autem. Hoc intendit. Per generalem clausulā positā in
rescripto. Delegatus ante expressionem personarum,vel
rerum,in eas iurisdictionem nō exercet: valet etiam spe-
ciale rescriptum,quod ante expressionem prædictam cō-
ueniēdus per clausulam eo tacito impetrauit.h.d.Et pri-
mo ponitur duplex qō.secundò ad illas rn̄det secūda ibi,
nos igitur.Et primo ad secundā,deinde ad primam: ibi,
& si merito.¶In tex.ibi,eundem vigorem: supple quem
habebant generales. Vel dic eundem rigorem,quem sic
haberent,si non præcederent generales. ¶Item ibi,ener
uatur: & sic innuit q per generalem iurisdictionē habe-
bant super postea specialiter expressis, vt priuatio p̄sup-
ponit habitum.j.de despon.impu.ad dissoluēdum. Item
ibi,superflua.i.soluta. ¶Item ibi, & si merito supple cla-
rius loquendo.Item ibi,exprimendis.i.qui exprimi pos-
sunt virtute clausulæ generalis, vel dic exprimendis.i.vt
possit exprimere delegatus: & sic denotabit quod habet
iurisdictionem delegatus super actu expressionis rerum
vel personarum,& quo ad illud habet iurisdictionem ha
bitu & actu: sed vt procedatur contra personas nō expres
sas, vel super rebus non expressis non habet iurisdictio-
nem in actu, vt j.sequitur, sed bene habet in habitu per
1 id,quod colligit ex verbo eneruat supraposito. ¶†Not.j.
qd̄ interdum in rescripto adijcitur clausula, & quosdam
alios.interdum clausula, & quibusdam alijs rebus: & de
effectu dictarū clausularum hr̄ hic,& j.eo. sedes.& j.e.cū
in multis.lib.vj.interdum ēt ponitur simul vtraq; clausu
2 la,vt hic patet.¶†Item no. quod per literas speciales de-
rogatur primis generalibus,quo ad contenta in speciali-
bus,etiam si de illis nō fiat mentio:& sic no. illud vulga-
rum,quod generi per speciem derogatur.de quo s.eo.c.j.
3 & in regula,generi per speciem.de reg.iur.in vj. ¶†Item
no.ex verbo eneruatur,per literas generales, seu clausu-
las generales contentas in literis apostolicis videtur attri
buta iurisdictio delegato: nam alias non posset eneruari
seu tolli, cum priuato præsupponat habitum.s.ti.j.cū ac-
cessissent.& j.de despon.impu.ad dissoluēdum.& in l.de-
cem.ff.de verb.obl.in l.manumissiones.ff.de iusti.& iure.
¶Item not.ordinem soluendi dubia, vbi plures quæstio-
nes proponuntur: quia ex solutione vnius sequitur solu-
tio alterius inchoandum est a solutione illius, licet talis
quæstio fuerit posterior in propositione. facit quod habe
tur j.de verb.signi.cum olim.& no.quod licèt dubia sint
proposita tanquam distincta,tamen si habent coniūctio-
nem seu connexionē, debet simul responderi, vt hic pa-
tet.j.eod.edocceri.j.de sacra. non ite.c.j.& ij. ¶ Item nota
quod delegatus per clausulā,quidam alij, vel rebus alijs,
habet iurisdictionem super contentis in clausula etiam
ante personarum vel rerum expressionem, licet illam an
te expressionem non possit exercere. Et sic not.casum,in
quo quis habet iurisdictionem in habitu sine exercitio.
4 & sic facit secundum Io.An. quod † patronus antequam
vacet ecclesia, non possit vices suas committere alteri in
præsentando. Gl.tamen fi. hic aliqualiter facit in contra-
rium:sed de hoc dicendum, vt cōsueui dicere in c.si.j.de
concess.præben.& ibi etiam dixi. ¶ Item not.secundum
do.Car.Flo.quod potentius est id,quod est in actu,quam
id quod est in habitu,vt colligitur hic secūdum eum, in-
quantum secundū speciale derogat primo generali.¶Vl-
timo no.secundum eum ex verbo solicitè,pro commen-
datione quærentis. & hoc secundum eum obseruent in
simili causarum patroni,seu aduocati, qui resumendo ra
tiones aduocati alterius partis,illas commendant, dicen
do ipsas esse subtiles & coloratas tamen in effectu nō ha
bere obstare.Et ex prædictis etiam not.commendandam
esse solertiam quærentis declarari de dubijs occurrenti-
bus: nā quærendo & disputando veritas inuenitur.ff.de
mu.& hon.l.munerum.§.mixta. facit quod habetur in c.
vnico.j.de primicerio.¶ In gl.ij.in fi.vel dic secundum d.
Ant.de Bu.q in c.ad ordinem, vitiatur secundum rescri-
ptum ex eo, quia non fuit seruata forma in impetrando,
quæ debebat seruari, attēta forma priuilegij gn̄alis habē
tis clausulam derogatoriam cū rescripto,nisi seruaret cer
ta forma.hic aūt dicit, q ex vitio surreptionis nō vitiatur
fm scriptum spāle,licet non faciat mentionem de primo
gn̄ali.¶In gl.iij.in fi.hoc dicit gl.quia aliqui illam mate-
riam hic tractabant:sed certè melius & competentius tra
ctatur in c.ij.alle.in gl. quia hic non tractatur qualiter pe
titio,seu libellus cōcipitur,sed de virtute clausulæ gene-
ralis rerum vel personarum.¶In gl. in verbo,eneruatur,
in fin.facit quod hr̄ in c.vt debitus.j.de app.& sic vr̄ velle
gl.q si per generales facta esset expressio & citatio,anteq̄
facta esset per spāles,q tunc p̄ualerent generales ipsis spe
cialibus:& idē videtur hic tenere d.Cardi.Flo.qui dicit q
illud,qd̄ hic dicit gl.facta citatione per speciales:& sic vr̄
velle q secus si esset facta per generales: procederet hoc
fm eum etiam ante citationem,si impetrans speciale de-
sijsset dolo,vel negligentia ipso vti j.terminū per c.si aūt.
s.e.& j.e.in c.plerunq;. nā fm eum speciale habebitur p
primo,ex quo non erat facta expressio per primum: & sic
habebit locum,qd̄ dr̄ in dictis c.Sed do.Ant. de Butr.hic
tenet contra gl.dicens qd̄ stante impetratione specialis;
species eximitur a genere:& sic postea nō possit dari p̄oc
cupatio,quia paria sunt nō habere iurisdictionem,vel ha
bere & non comprehēdere casum,de quo quærit̄,seu ca-
sum specialiter exemptum.j.de offi.dele.cū olim. & ff.de
legi.tu.l.in testō.& ita tenuit Io.Mon.vt ipse refert super
regula de rescrip.lib.vj.Et ista opinio forte verior de iure
per rationem præallegatam: tn̄ propter autoritatem glo.

fortè difficile esset contra ipsam obtinere,præcipuè,quia
Io. An.& cõitet alij Doct.transeũt cum gl.¶ In gl.super-
flua.in fi. Potes clarius dicere qđ ex solutione secũdæ qõ
nis redditur prima quæstio superflua.i.soluta. nam ex eo,
ꝙ dictũ est supra in soluendo qõnem , qđ per mandatum
spãle eneruatur iurisdictio attributa per literas gñales ,
quo ad ipsam cãm spãlem, sup qua specialis facta est im-
petratio,concludit,& infert ꝙ per gñales habebaĩ iurisdi
ctio:alias enim non possit eneruari iurisdictio,q̃ nõ esset:
eum priuatio p̃supponat habitũ , vt dixi in notabilibus .
tñ quia non est perfectè declarata prima qõ , per id quod
dictũ sit eneruari iurisdictionẽ: ideo magis specificè sol-
5 uit & declarat in ver.& si meritò.¶ †In gl.fin.ibi §.vlt.ibi
dr̃ ꝙ proconsul,cui cõmissa est prouincia regẽda, anteq̃
ingrediaĩ prouinciam iurisdictionẽ non hẽt:& iõ illã nõ
committit.gl.tñ infra tenet,ꝙ in casu isto põt cõmittere.
in versi.põt ergo cõmittere:sed ad istũ §.non r̃ndet. Dic ꝙ
ibi est casus diuersus·nam ideo ibi prohibeĩ committere
ante ingressum,ne faciat moram in eundo ad prouinciã:
sed si non posset accedere,bene põt committere alteri iu
risdictionem,vt ibi patet in l.seq.q̃ incipit aliqñ.& hodie
ẽt indistinctè committit,ẽt anteq̃ ingrediaĩ;licet non sit
impeditus per id,qđ hr̃ in Auth.de collatorib⁹.§.ad hæc.
col.ix.& no.in d.l.aliqñ.& facit ẽt qđ not.j.de offi.leg.in
c.nouit.¶ In ea.gl.ibi,q.ij.c.vlti.ibi dr̃,ꝙ non vocatur q̃s
ad concilium priusq̃ sibi significetur quid opponatur,vt
veniat paratus ad r̃ndendum:& dicit Host.ꝙ illud c.vlti-
mum . non loquitur in ciuilibus , sed in criminalibus,in
quibus specificari oportet in citatorio ea, q̃ obijciuntur.
Dicit etiam Host.ꝙ in casu huius §. facta est expressio ꝑ-
sonarũ,licet non sit facta expressio rerũ : poterit tñ citare
personam expressatã,sed citatus non tenebit r̃ndere an-
te expressionẽ rerũ: quia non posset tunc bene delibera-
re quod haberet r̃ndere, ex quo nõ apparebat sup qua re
haberet r̃ndere.¶ In ea.gl.ibi,c.significantibus.istud c.fa
cit pro dictã gl.ꝙ possit committere,ex eo, quia ibi citat⁹
per libellum generalem, in quo non erat res specificata,
comparuit & fecit specificari.¶ In ea.glo.ibi §.curare.iste
§.etiam facit ex eo, quia licet de incerta quantitate pecu
niæ sit actum,vt quia petebatur interesse,iudex debet co
nari vt fiat expressio. & sic vr̃ quod valeat petitio , seu li-
bellus generalis, licet peti possit per aduersarium , ꝙ fiat
specificatio.Et de hoc hñt legistæ text.cũ glo.in l.fi.C.de
anna.exce.vbi patet, qđ libellus gñalis procedit, si non
6 objicitur.¶ †In ea.gl.ibi pertinẽtijs suis.& facit ꝙ admit-
a titur libellus gñalis : [a] & per ɔñs eodem modo vr̃ qđ de-
legatus cum clausula generali possit alteri cõmittere vi-
ces suas & istud ẽt vr̃ finaliter gl.tenere,vt patet ex sequẽ
tibus:& hoc etiam tenuit hic Host.Nec obstat ꝙ non ha
bet exercitiũ iurisdictionis ante res vel personas expres-
sas:quia verum est,vt possit procedere:sed bene hẽt exer
citium super ipsis personis vel rebus exprimendis,vt etiã
tetigi , super text. vbi hoc probatur.ij.c.vnam expositio-
nem,quam ibi tetigi & eoipso ꝙ delegat alteri exercet iu
risdictionem,quam habet:& si derogat in genere , vr̃ cõ-
mittere exercitium,qđ habet super exprimẽdis rebus &
personis,seu vt fiat expressio personarum & rerum,ideo
nimirũ si potest delegare & alteri committere vices suas
non poterit tñ subdelegatus procedere ante expressionẽ
rerum & personarũ,sicut nec poterat ipse delegat⁹ . ¶ Et
per prædicta patet,an in casu huius §.delegatus possit al-
teri committere vices suas ante factam expressionem re
rum vel personarum:& similiter an possit citare , de quo
superius tetigi.¶ In eadem gl.ibi,non intẽdit hoc est fal-
sum , quia imo intendit in specie expressata priuare pri-
mos iudices per speciale rescriptum , cum per specialem
commissionem derogetur generali.s.eo.c.j. & j.de regu.
tur.generi per speciem.lib.vj.¶ In ea.gl.ibi,quantum ad
non expressas personas. supple qñ citatio fuit facta de ꝑ-

[a] Libellus generalis , an & quando admittatur, vide per Inn. post gl. in l.j.ff. de eden. in l.n.C. de anna. exce.in c. Abbate. de re iudi.

sonis expressatis in rescripto , alias quæstio non haberet
dubium: quia si nulla p̃cessisset citatio per mortẽ delegã
tis reintegra,ex toto expiraret iurisdictio per ea, quæ ha-
bentur in c.licet.& c.gratum.j.de offi.dele.¶ In ea.gl.ibi
7 l.vlti.vbi dicitur,ꝙ † citatio facta cõtra vnum ex correis :
& sic interruptio præscriptionis facta per citationem fa-
ctam contra vnum correum valet,ẽt cõtra alios correos,
8 qui non fuerunt expressi in citatione. ¶ †In ea.glo.ibi,si
defunctus.ibi dicitur ꝙ si dominus , qui præstitit cautio-
nem de iudicato soluendo pro procuratore sciente,& nõ
contradicente,mortuus est ante litem contesta.non fini
tur mandatum datum procuratori:imo cogitur prosequi
iudicium:tamen si dñs viueret,posset ante litem cõtesta-
tam liberè reuocare procuratorem.l.ante litem.ff.de pro'
cu.cum ibi notatis.& sic vr̃ ꝙ fortior sit reuocatio expres
9 sa q̃ tacita,& per consequens facit ꝙ † non reuocetur iu-
risdictio delegati per mortem delegantis,etiam quo non
expresso:tamen contrarium tenet gl.per c.gratum.& c.li
cet.de offi.del,quę c.faciunt pro gl.hoc modo:quia rescri
ptum habens clausulam generalem videtur habere vim
plurium rescriptorum:allegat d.Car.Flo.argu.l.scire de-
bemus.ff.de ver.obli.Sed certum est,quod si super expri-
mendis & contentis sub clausula essent impetrata specia
lia rescripta,extinguerentur morte mandantis reintegra:
vt in dictis iuribus:ergo idem dicendum, quando impe-
tratio facta est cum clausula generali.nec obstat quod ha
betur in d.l.fi. de duobus reis.quia ibi est speciale in cor-
reis debendi,vt citatio facta contra vnum intelligatur fa-
cta contra alium.¶ Glo.autem hic debet intelligi in his ,
qui non sunt correi. Item non obstat l.si defunctus.quia
alio casu loquitur,vt ibi patet:& pro gl.bene facit c.signi
ficantit.j.eo.vbi patet quod ante expressionem non vide-
tur iurisdictio radicata,seu fixa in delegato:& ideo si con
ueniendus per clausulam moritur re integra,eius succes
sor per illud rescriptum contrauenire non poterit, vt hic
voluit gl.& cum gl.concor.ẽt gl.in præall.c.licet . & cum
gl.concor.Vincen.& Goffre.videlicet ꝙ reuocetur iuris-
dictio quantum ad non expressa,etiam si super expressis
sit perpetuata iurisdictio:& idem etiam voluit Host.licet
secundum eum sit arg.contra,quod habetur in l.antepe.
ff.de officio assesso.vbi dicitur, quod mortuo legato Cæ-
saris , seu principis salarium residui tẽporis detur asseso-
ribus,quia non stat per eos.Sed certe ille casus est diuer-
sus non aduersus,vt patere potest ex supradictis.Innocẽ.
vero videtur hic tenere contrarium,videlicet ꝙ durat iu-
risdictio super non expressis,dummodo ceperit vti iuris-
dictione super expressis per decreta.gratum.de offi.dele.
remittit tamen ad decretalem,licet. eo.ti.vbi tenuit con-
trarium.& sic videtur ibi tenere cũm gl.& ista videtur es-
se communis opinio , vt patere potest ex supradictis do.
Anto.de But.hic videtur concordare opiniones: nam di
cit ꝙ si personæ vel res contentæ sub clausula habent cõ-
nexitatem cum personis vel rebus expressis: tunc potest
procedere opi.quam hic posuit Inn. per l.vlti.C.de duo-
bus reis. & quia connexorum idem est iudicium.s.titu.j.
trãslato.secus si non habent connexitatem,sed sunt om-
nino separatæ:quia tunc tot videntur esse iurisdictiones,
quot sunt personę & res.l.scire debemus.ff.de verborum
obligatio. ideo tunc si facta est perpetuatio in personis ,
uel rebus expressis:quia super illis facta sit citatio,nõ in-
telligeĩ facta perpetuatio quo ad res vel personas contẽ-
tas sub clausula. Si aũt esset facta perpetuatio in persona
aliqua vel re cõprehẽsa sub clausula,quia super illis facta
sit citatio:tunc vr̃ esse magis dubium,an intelligaĩ esse fa
cta perpetuatio quo ad res alias vel personas cõtẽtas sub
clausula etiam separatas ꝓpter d.l.scire debemus. q̃ vult,
quando vnica est conceptio stipulationis continens sub
se plures res etiam separatas,censetur vnica stipulatio:pu-
ta si q̃s promittat omnes seruos suos : licet secus sit quã-
do res

do res exprimuntur in ſtipulatione, quia tunc tot videntẽ
ſtipulationes, quot res vt ibi paret. & ſic videretur, ꝙ ex
quo plures res vel perſonæ comprehenduntur ſub vnica
conceptione, vt in clauſula generali, ꝙ ꝑꝑ vnicam conce
ptionẽ cenſeatur vnica delegatio quo ad ipſas res vel ꝑſo
nas contẽtas ſub illa clauſula: & ſic videretur ꝙ perpetua
iuriſdictione per citationẽ in vna re vel perſona contẽta
in clauſula, intelligatur ẽt facta perpetuatio in alijs con-
tentis ſub clauſula. gl. tñ & Doc. videntur hic tenere con
trarium, ſed non rñdent ad l. ſcire debemus. potes dicere,
ꝙ licet qñ vnica eſt ſtipulatio comprehendens ſub ſe plu
res res ꝑꝑ vnam conceptionem, cenſeatur vnica quo ad
effectum, de quo ibi dicit Bar. quia res contenta in tali ſti
pulatione, nõ intelligetur eſſe ſpecialiter promiſſa, nec
propriè poſſit peti tanꝗ promiſſa, ſed tanꝗ incluſa in ipſa
ſtipulatione: tñ cla gñalis, de qua hic licet ſit ſub vnica
conceptione, comprehendens plures res & plures perſo
nas: ex quo ſunt ſeparatæ perpetuatio facta in vna, nõ ꝓ-
derit in alia, per ea, quæ habẽtur j. e. ſignificauit vbi ſatis
vr̃ expreſſum: Et ideo quo ad materiam noſtram, non ha
10 bet locum cõſideratio d. l. ſcire debemus. ¶ † Item aduer-
te, quia dicit hic d. Ant. de Butr. ꝙ prædicta procedunt te-
nendo, ꝙ ad perpetuandũ iuriſdictionẽ requiratẽ citatio,
prout vr̃ eſſe cõis opinio, de qua in c. licet. j. de offi. del. ſe
cus ſi teneremus, ꝙ per actum aliũ citeriorẽ conteſtatio-
ne, & ſic ẽt ante citationem poſſet fieri perpetuatio, ꝓut
tenuit Hoſt. in d. c. licet. & gl. valde notabilis in c. ne ali-
qui. de hære. in vj. Nã tũc ſm eũ, præſentatio reſcripti co
ram delegato, & acceptatio illius vel ẽt electio notarij, oc
caſionẽ reſcripti inducet perpetuationẽ, quo ad oĩa: quia
tales actus ſunt cões, ẽt quo ad contẽta ſub clauſula. Nec
ob. ſm eum, ꝙ in perſonis & rebus non vr̃ habere exerci
tiũ ante expreſſionẽ, vt hic vr̃ dici, quia illud verũ ſuper
principali, ſed ſuper præambulis bene hẽt, vnde hẽt ẽt iu
riſdictionẽ ad faciendũ exprimi res vel perſonas, vt etiã
ſuperius tetigi. ¶ Sed aduerte, q̃a ẽt tenendo, ꝙ per actũ
citeriorẽ cõteſtatione poſſet fieri ꝑpetuatio: tñ non vr̃, ꝙ
per ſolam p̃ſentationem reſcripti & acceptationẽ, indu-
catur perpetuatio: q̃a ꝑ hoc nullũ actũ exercet, circa ſibi
cõmiſſa: ſed per electionem notarij, vigore reſcripti bene
poſſet dici, ſatis exercuiſſe aliquẽ actum iuriſdictionalẽ.
Ideo tunc poſſet procedere, ꝙ inducatur perpetuatio, vt
ipſe dixit. Et p̃dicta faciunt ad q̃onem de executione, cui
fuit data poteſtas prouidendi alicui de beneficio, vacatu-
ro in certa prouincia, ſi contingat, ꝙ fecerit inhibitionẽ
in duabus eccleſijs, & poſtea moriatur delegans, an pote
rit tunc prouidere in alia eccleſia, vbi non fuit facta inhi
bitio. Concludit Compo. qđ ſi inhibitio fuit generalis, li
cet ſolũ fuerit publicata in duabus eccleſijs, intelligetur
perpetuata poteſtas, ẽt quo ad alias eccleſias: ſecus ſi ſolũ
fuiſſet facta in vna vel duabus eccleſijs: quia tunc, quo ad
alias non eſſet perpetuata: de quo Io. An. poſt Compo. in
decretali c. ſanctæ crucis. j. eo. Sed de hoc dicendũ, vt ho-
die hr̃ in c. executor. de conceſ. præb. in vj. vbi patet, an ta
lis inhibitio generalis poſſit fieri. Ideo de hoc dicendum
vt ibi. ¶ Sed cõtra gl. põt opponi, qđ ſi ante expreſſionẽ,
factam de contentis ſub clauſula generali, impetretur re
ſcriptũ ſpãle, nihilominꝰ poſſit poſtea fieri expreſſio, &
illa facta vr̃, ꝙ reſcriptum generale p̃ferẽdum ſit ſpeciali.
Nam qñ fiat expreſſio, trahetur retro ad diem datæ: quia
reſcriptũ habẽs clauſulam gñalem, vr̃ conceſſum ſub cõ
ditione, quo ad contenta in clauſula, ſi fiat expreſſio. Cõ
ditio autẽ, poſtꝗ euenit, trahitur retro ad tp̃s, in quo fuit
appoſita. l. potior. ij. rñſo. ff. qui pot. in pign. habeantur. &
facit qđ no. j. eo. ſi pro te. li. vj. do. Car. Flor. hic dicit, ꝙ iſta
potuit eſſe ratio dubitandi in hoc text. ſed ratio decidẽdi
fuit, quia licet ſit verũ, qđ conditio trahatur retro tñ tra-
hitur ſine præiudicio diſpoſitionis, factę medio tp̃e, vt in
d. c. ſi pro te, & ideo hic non trahitur retro in p̃iudicium

illius, qui impetrauerat reſcriptum ſpãle. ¶ Scđo põt op
11 poni, ꝙ † literæ generales nõ poſſint habere effectum ſi-
mul cum ſpecialibus: quia ſi habẽs gñales, conueniat ha
bẽtẽ reſcriptũ ſpeciale, ſuper alia re, ꝗ expreſſata in ſpãli
durante eodẽ iudicio, non poterit reus reconuenire acto
rem corã alio iudice, etiam ſuꝑ alia cauſa per c. diſpẽdia.
§. reus quoque. de reſcrip. lib. vj. & ſic nõ poterit ipſe reus
conuentus, tunc vti ſuo ſpeciali reſcripto. ¶ Itẽ conuer-
ſo, ſi habens reſcriptum ſpãle, conueniat habentẽ reſcri-
ptum cũ clauſula generali: quia non poterit ipſe conuen
tus, etiam ſuꝑ alia re, interim reconuenire ipſum haben-
tẽ ſpeciale reſcriptũ, & ſic vr̃, ꝙ in caſu huius §. generales
literæ nõ poſſint habere effectum ſine ſpecialibus, per ra-
tionẽ præallegatam, & ꝑ ea quæ habẽtur in d. c. diſpẽdia.
propter hoc dixerunt quidam, quod iſte §. eſt correctus.
per d. c. diſpendia. quia, vt dixi, ſiue cęperit agere habens
generales, ſiue ille, qui habet ſpeciales nõ poſſunt ſimul
habere effectum, per d. c. diſpendia. hæc ſolutio nõ eſt bo
na, cum iurium correctio ſit euitanda de elec. cum expe-
diat, li. vj. Ideo ſcđo põt dici, ꝙ id, quod hic dr̃ habebit lo
cum re integra: quia poterit habẽs generales, p̃uenire in
conueniendo habentem ſpeciale reſcriptum ſuꝑ alia re.
Et ſimiliter ecõtra, poterit præuenire habens ſpeciale re-
ſcriptum habentem reſcriptum generalẽ. ¶ Vel tertio po
teſt dici, ꝙ habens generales, ſi cõueniat habentem ſpã-
les: licet non poſſit reconueniri durante iudicio: tñ ſaltẽ
lite finita, poterit habens ſpeciales literas, ipſum haben-
tem generales conuenire, ſuper re cõtenta ſuo reſcripto
ſpeciali, ſeu literis ſpecialibus, Io. And. dicit, quod etiam
plane põt procedere, qđ hic dicitur, etiam hodie, qñ im-
petrans ſpeciales non erat expreſſus in generalibus, nec
aliam cãm habuit cum ipſo, qui impetrauit generales, ni
ſi illam, ſuper qua ſunt impetratæ literæ ſpeciales, & ſic
non poterit conueniri virtute generalium, ſed ſolum vir
12 tute ſpãlium agi poterit. ¶ † Vlterius q̃rit hic Inn. quid ſi
facta eſt impetratio contra plures, vel ſuper pluribus re-
bus, cum clauſula generali, an poterit ſeparatim agi, priꝰ
contra vnum, poſtea cõtra alium: vel prius pro vna re, po
ſtea ſecundo pro alia, & concludit ꝙ ſic: nec ob. c. in lite-
ris. j. de offi. dele. quia ibi loquitur, quando iudex eſt fun-
ctus officio ſuo, quo caſu non poteſt vlterius ſe intromit-
tere, ſed hic per pronuntiationem factam contra vnã per
ſonam, vel ſuper vna re, non poteſt dici, ꝙ ſit functus offi
cio ſuo, ex quo ſuper omnibus non pronuciauit, facit qđ
legitur & no. ff. de arbi. in l. quid tñ. Nec ob. etiam prædi-
ctis ſ. eo. ad hæc. quia ibi patet ſolutio, & etiam tangetur
13 in c. ſeq. & de materia no. per gl. in c. ij. j. eod. in vj. ¶ † Se-
cundo quærit Inno. quid ſi aliquis pendente cauſa, ſuper
qua fuit citatus, impetrat literas ſuper alia re ad alium iu
dicem, licet non poſſit reconuenire agentem coram alio
iudice, per decretalem, diſpendia §. j. j. eo. in vj. An ſaltem
finita cauſa conuentionis, poterit agere contra illum, cõ
tra quem impetrauit lite pendente. Si enim ante lit. pen-
dentiam impetraſſet, procederet tũc quod dicitur in hoc
§. & quod ſuperius etiam dixi in ſecunda oppoſitione, al-
legat Inno. quòd finita dicta cauſa, qua pendente impe-
trauit, poſſit conuenire ipſum contra quem impetrauit li
te pendente, quod habetur in c. prudentiam. §. ſexta. j. de
offi. deleg. & inſti. qui. mo. teſta. infir. §. non tamen. & l. po
ſthumius. ff. de iniuſto teſtam. vbi ab initio inutile valida
tur ceſſante impedimento: contrarium tenet Inn. quia tẽ
pus datæ eſt inſpiciendum ſ. eo. eam te. & facit quod no-
tatur j. eo. ſuper literis. ¶ Et ad contraria reſpondet, quòd
procedunt, quando tempore teſtamenti & mortis proceſ
ſus poterat dici legitimus, ſed in caſu noſtro erat illegiti-
mus tempore impetrationis. Compoſtel. vero tenet con-
tra Innocen. dicens, quòd licite potuit impetrare reſcri-
ptum, etiam lite pendente ad finem, vt vteretur illo ip-
ſe impetrans conuentione finita, & non prius, nec

aliquo iure vt prohiberi impetratio pendente lite, sed cõuentio, seu contractio ad alium iudicem. Et hoc etiam tenuit Spe. in ti. de reconuentio. §. j. versi. quid si ipse. Idem etiam videtur hic tenuisse Io. An. & do. Cardi. Flor. sed vt dicit hic do. Ant. de Butr. videtur quòd opinio Innocen. sit verior per c. dispendia. §. j. vbi satis videtur expresse, quod non valeat impetratio facta lite pendente ad alium iudi-
14 cem. ¶ † Tertio quærit hic Innocen. quid si super vna re specifice, puta super iure patronatus impetretur, contra Titium & quosdam alios, & sic solum interueniat clausula generalis, quo ad personas: an si vnus de contentis sub clausula, impetret super eadem re, valebit impetratio. Innocen. hic in effectu videtur concludere, quòd aut fit impetratio per contentum sub clausula, super ipsa re specificata, iam illo, qui sub clausula continebatur, specificato, & expresso, ac citato: & tunc non valebit impetratio, ex quo iam ipse fuerat citatus & specificatus, non ex viribus huius capituli. si tantum, sed etiam ex viribus Authenticæ, & consequenter in l. cum Papinianus. C. de senten. & interlo. om. iu. & infra eo. c. fi. & de rescrip. dispendia. lib. vj. Quandoque vero ante expressionem personæ, factam virtute clausulæ generalis, fuit facta impetratio, per vnum ex cõtentis in dicta clausula, super eadem re, super qua facta fuerat impetratio, cum clausula generali, & persona, & tunc dicit Innocen. quod si talis persona, sic impetrãs, haberet aliquam communitatem in re, super qua fit impetratio, cum illo, qui impetrauerat cum clausula generali personarum, & tunc, quia ratione talis iuris, poterat suum ius reducere coram iudicibus impetratis, per illum, qui impetrauit cum clausula generali personarũ, & sic iudices poterant dici communes, ex quo ius, super quo vult agere secundus impetrans, erat connexum vni contento sub primo rescripto, tunc non valebit impetratio coram alijs iudicibus: quia propter cõitatem iurium, primùm rescriptum se extẽdebat ad eum, & sic sm eum esset surreptitium: ideo non valeret, & de communione iuris, seu actionis, potest poni exemplum in actione pro socio familiæ erciscundæ, vel communi diuidundo, per quas plures possunt habere ius commune, vt de se patet, vel etiam secundum Inn. posset poni exemplum in actione tutelæ, intelligo directæ & contrariæ. Nam per illã, potest tutor habere actionem, cõtra illum, qui fuit suus pupillus, & similiter econtra, qui fuit pupillus cõtra tutorẽ. Idem dicebat in restitutione in integrũ, per id, quod habetur in Auth. si omnis. C. si vt se ab hære. abstineat. ¶ Et idem secundum eum, quando negotium est commune, ratione indiuidui, & vbi esset idem negotiũ ad causæ defensionem j. de app. c. si vna. Et idem dicit si fuisset impetratum super confirmatione electionis, cum tũc possint se plures opponere, facit quod no. in c. super eo. j. de elec. Si aũt impetrans secundo impetraret, super alia re, & super iure separato a specificato in primo rescripto impetrato, cum clausula generalium, tũc dicit, quod licet aliquibus videatur quod non valet impetratio: tamen verius videtur, quod valebit impetratio, ex quo primorũ iurisdictio nullo modo se extendebat ad id, super quo impetrauit secundus, comprehensus sub clausula, seu qui comprehendi poterunt sub clausula generalium personarum, alias sequeretur absurdum, videlicet quod ipse secundus frustraretur potestate agendi, pro iure suo consequendo: quia secũdum prædictorum opinionem non possit impetrare, & hac de causa non posset agere de illa alia re coram ordinario, ex quo comprehendi poterat sub clausula generali personarum, quod non est dicendum: Et ideo concludit, quod poterit impetrare sub alia re ad eosdem iudices, primo impetratos, vel etiam quo ad alios, & etiam coram iudice ordinario agere, & si prius inceperit agere coram ordinario, vel etiam coram iudicibus, per ipsum impetratis, quod citetur per literas generales, valebunt literæ & etiam processus, qui fiat coram eis, etiã dato, quod primus, qui impetrauit cũ clausula generali personarum, non postposuerit in ipsis literis de dolo vel negligentia: quia de hoc non est curandi sm Inn. ex quo facta est notificatio super alia re, quam specificata in primis. ¶ Vltimo dicit hic Compost. per hanc Decr. quod tantum valet expressio facta coram iudice, etiam absente aduersario, quãtum valeret si in literis essent expressæ res & personæ: sola tñ expressio sine citatione non æquiparatur citationi, per quam iurisdictio perpetuatur j. de offi. dele. c. gratum. & c. licet. quod est verum tenendo, quod exigatur citatio ad perpetuandum iurisdictionem, alias si ille actus expressionis, factus corã iudice ipso autorante, haberet inclusum exercitiũ iurisdictionis, & sic induceret perpetuationem: licet aũt nõ induceret perpetuatio, saltẽ valet quo ad hoc expressio: quia sup expressis non poterit fieri impetratio, nisi fiat mentio de prioribus literis & clausula generali, saluo eo, quod dr in c. plerunq;. j. eod. & dicit et Compo. quod ista expressio personarũ & rerum, poterit fieri sine citatione: vt si iudex mittat ad aliquem, qui potest cõprehendi sub clausula, & dicat, scias quod talis per tales literas te conuenire intẽdit super tali re, facit quod no. in c. ij. j. eod. in vj. & quod legit & no. j. in c. seq. & hæc sufficiant de isto §. in quo dicta do. Ant. de Bu. satis corruptæ habentur: sed per superius dicta, satis patere possit, quid dicere voluit, & quid sit tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Liberalitas commendatur in principe,*
2 *In clausula generali personarum, non intelliguntur includi maiores expressis: sed in generali clausula rerum, maiores res expressis bene videntur includi. sed agens super eis, non debet audiri, & nu. 4.*
3 *Multitudo effrenata vitanda est.*
5 *Surreptio, an ipso iure habeat vitiare rescriptum.*
6 *Genus restringitur ex iuris interpretatione, secundum qualitatem specierum præcedentium enumeratarum.*
7 *Excommunicatus, cui subtracta est gratia sedis apostolicæ, non potest impetrare.*
8 *Dictio in, in compositione ponitur quandoque pro non, & quandoque pro valde.*
9 *Maiores personæ, quæ dicantur, & quæ minores.*
10 *Grauiora negotia, quæ dicantur.*
11 *Expresso prædio, an possit per clausulam generalem agi super decimis. Expresso episcopo cum clausula generali, & quidam alij, an poterit alter episcopus conueniri.*
12 *Sub clausula generali personarum, cum dicitur & quidam alij, an cõprehendantur maiores personæ expressis.*
13 *Testator si legat uina, & omnia dulcia, comprehenduntur omnia vina dulciora expressis: licet non comprehendantur alia dulcia, quæ sunt separatæ naturæ, seu qualitatis.*
14 *Concessa villa cum omnibus iuribus suis, non intelliguntur concessa spiritualia, ut sunt decimæ, & similia.*
15 *Expresso clerico per clausulam generalem, & quibusdam alijs, an poterit conueniri laicus uel etiam monachus.*
16 *Expresso de corporali, an ueniet incorporale in clausula generali.*
17 *Concessa præbenda, & omnibus iuribus in certo loco, an comprehendantur spiritualia.*
Expressa certa quantitate pecuniæ, an per clausulam generalem poteris agi super castro, & expressione facta de mercenario, an poterit conueniri dominus, & an expressa actione reali, poteris per clausulã agi personali.
18 *Per clausulam generalem non comprehenduntur personæ, uel res diuersæ qualitatis in rescriptis.*
9 *Dictio alius, in rescriptis ad lites, contra laicos & quosdam alios, an includat clericos.*
0 *Allegans fraudem uel dolum probare debet.*

a Sedes. De multiplici sede vid. p. d. Fely remissiue tamen.

2 SEdes. [a] apostolica. h. d. Per clausulam, quidã alij vel res aliæ, appositam in rescriptis, nõ cõuenitur multitudo, nec personæ, vel res minores expressis: pares vero, vel minores sic, nisi ma-

nisi malitiose fieret expressio, & duo facit. nam primo p-
mittit constitutionis causam. In secūda submittit ipsam
constitutionem: secunda ibi: nos igitur. In qua scd'a, circa
quatuor prouidet. Primo circa personas. Scd'o circa mul
titudinem. Tertio circa res. Quarto circa fraudulentā ex-
pressionem: secunda secūdæ ibi: sed nec tertia ibi: nec su-
1 per. quarta ibi: si quis vero. ¶ †No. j. ꝙ decet principē esse
liberalem, sic etiam decet eius beneficium esse mansurū
de reg. iu. in c. indultum. lib. vj. ¶ No. ꝙ sedes Apostolica
consueuit esse liberalis, perētibus aliquid ab illa: dicebat
tñ Egi. ꝙ magna videbatur liberalitas, dare plumbum ꝓ
auro vel argento, facit quod dicetur cum gl. j. ¶ No. ꝙ nō
debet abuti quis literis Apostolicis, facit quod habetur
j. c. proxi. ¶ Not. ꝙ malitijs est obuiādum, facit j. de diuor.
a quanto. Et qđ habetur in l. in fundo. ff. de rei ven. ¶ †No.
ꝙ expressis minoribus & vilioribus personis in rescripto,
non veniunt maiores & digniores sub clausula generali
personarum, & no. bene vt hic tangit d. Ant. de But. ꝙ in
clausula generali personarum, non intelliguntur inclu-
di maiores expressis, & sic videtur, ꝙ quo ad illos ipso iu-
re non tribuatur iurisdictio, sed in clausula rerum ge-
nerali maiores res expressis bene videntur includi, sed
agens super eis, non debet audiri, vt hic dr in ver. nec su
per: & sic videtur, ꝙ quo ad ipsos maiores, tribuatur iuris-
dictio de mero iure, licet possit impetrās repelli exceptio
ne, & sic facit ad id, quod no. in c. Rodulphus. infra eo. Et
ad id, quod etiam hic tangit Inn. videlicet quid si omissa
exceptione, de maioritate personarum vel rerum litiget,
cum maiore vel super re maiori, an tenebit processus &
sententia. Nam Inn. bic tenuit ꝙ sic, propter tantam pro-
rogationem. Sed Bernardus tenuit cōtrarium, in d. c. Ro-
dulphus. de quo remittit Iō. An. ad ibi no. Nam videtur,
ꝙ in maioritate personarum procedat opinio Ber. sed in
3 maioritate rerum opi. Inn. per id quod s. dixi. ¶ †No. cui
tandam esse multitudinem effrenatam. i. absq; freno seu
certo numero, facit infra de testi. cū causam. Et quod tan
gitur hic in gl. in verbo effrenatā. & quod habetur in c.
cum in multis. infra eo. in vj. vbi hodie ista multitudo re-
4 stringitur ad quatuor, quo ad personas vbi paret. ¶ †No.
ꝙ sub generali clausula, concernente res, non veniūt gra
uiora vel maiora rebus seu negotijs expressis, facit quod
hr in Cle. non potest de procur. ¶ No. ꝙ sub clausula ge-
nerali, veniunt res vel personæ pares vel minores expres
sis, saluo nisi facta fuerit fraus. ¶ Item no. illud vulgatū, ꝙ
5 †mendax peccator carere debet pęnitus impetratis, & sic
per verbum penitus, videretur, ꝙ surreptio habeat vitia-
re ipso iure rescriptum, sed certe hoc non procedit, in li-
teris contentiosis ad lites, vt dictum fuit. s. eod. cæterū. &
6 no. infra eo. ad audientiam. & ibi dicetur. ¶ † Vltimo no.
quod genus vr restringi, ex iuris interpretatione, secūdū
qualitatem specierū præcedentium enumeratarum, facit
quod habet in l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino tritico legato.
¶ In gl. j. ibi, iustè iudicare, &c. facit qđ hr in c. nouit. in-
7 fra. de iud. ¶ †In ea gl. in fi. vel dic ſm Ho. ꝙ dr gratia ex
eo, quia excōicatus, cui subtracta est gratia sedis Aposto
lice non pōt impetrare infra eo. c. j. in vj. vel dic planius, ꝙ
est gratia in concedendo rescriptū ipsi impetranti ex eo:
quia posset nolentem impetrare, remittere ad ordinariū,
sicut facit princeps seu imperator l. imperatores. ff. de ap
pel. & in Auth. de man. prin. §. fit tibi. col. iij. & hoc in re-
scriptis ad lites. In rescriptis autem ad beneficia, pōt dici
gratia saltē in cui dādo, iuxta id, quod legitur & notatur
in c. relatū. infra. de præb. ¶ In glo. ij. ibi, ineleganter pōt
expone. i. non eleganter, hoc fit. s. ꝙ expressis minoribus
veniatur ad maiores, vel potes exponere ſm d. Car. Flor.
ineleganter. i. valde eleganter, hoc fit. s. ꝙ nominatis mi-
8 noribus, non veniant maiores, & sic † dictio in exponet
pro valde, vt in l. Gallus. §. ille casus indifficilis. ff. de li. &
posth. & vtraq; expositio bona. Sed prima vr conuenien-
tior, & ſm vtranq; bene continuatur, qđ sequitur in gl.
¶ In ea gl. in fi. pro prædictis etiam allegat Io. An. dictum
Hiero. in epistola ad Oceanum prima, vel dicit quale est
principium, talis censetur esse regula, facit qđ habetur j.
de bap. in c. maiores. ¶ In gl. iij. ibi denique, & ibi etiā de
hoc per glo. & in c. quia nonnulli. infra. de cleri. non resi.
¶ In ea gl. ibi habere dignitatem. i. meliorem statū, & sic
a impropriè accipitur dignitas [a] ibi: quia serui non pñt ha
bere dignitatem l. generali. C. de tabu. lib. x. & dr habere
meliorem statum, & sic quodammodo dignitatem seru'
scriptor, respectu serui deputati ad opera rustica. ¶ In ea
9 gl. j. xl. dist. multi. ibi dr, ꝙ ille est maior, qui est iustior, fa
cit quod hr viij. q. j. verior. in vlti. gl. ¶ In ea gl. ibi contra
ibi dicitur maior, qui est nobilis in dignitate. ¶ In ea glo.
ibi lex est, ibi dicitur maior ille, q est maior natu, hoc est,
scientia vel ætate. vt ibi colligitur iuncta gl. ¶ In ea glos.
ibi, criminationes. ibi, clerici dicuntur maiores, respectu
laicorū. ¶ Itē ibi §. parentes. ibi, post tritauum ascenden-
tes appellantur maiores. ¶ Item ibi l. maiorem. ibi appel
latur maior, cui maior summa debetur. ¶ Item ibi præsu-
mitur contra aliquem, si forte dicat si ibi violentiam ab
alio illatam: quia id nō præsumitur ex quo erat magnus,
& sic potens. ¶ In ea gl. ibi, si hoc etiam intuebitur, & sic
videtur velle gl. ꝙ relinquatur arbitrio iudicis, quæ dican
tur personæ maiores, vel minores, & quæ negotia dici de
beant minora vel maiora: quia non bene potest dari cer-
ta doctrina, vt dicit glo. Et hæc est etiam communis opi-
nio, de qua etiam in Spe. de rescrip. præsentata. §. ratione
causæ. in prima & secunda col. Innocen. tamen hic dicit,
ꝙ personæ minores & viliores, dici possunt illæ; de qui-
10 bus hr in l. humilē. C. de incest. nup. ¶ †Quæ aūt dicātur
grauiora negotia dicit, qđ causæ spirituales criminales,
vel deliberatæ, vel aliæ q scandalum grauius faciunt. Sed
vt dixi cōiter tenetur, ꝙ relinquatur arbitrio iudicis, quæ
dicantur personæ minores & viliores. & quæ causæ dicā-
tur grauiores. tñ fateor, quod poterit arbitrium suum in
formare ſm ea, quæ dicit Inno. & dicebat hic Per. obten-
11 tum fuisse, ꝙ † expresso prædio non possit per clausulam
generalem agi super decima, arg. j. de rest. spo. c. frequēs.
ad fi. li. vj. dicit etiam quod expresso epo cum clausula ge
nerali quidam alij, alter eps poterit conueniri: secus si in
clausula addatur, talis eps, & quidam alij clerici iniurian
tur super tali re &c. quia tunc non comprehenditur alius
eps, & sic non poterit per dictam clausulam cōueniri: qa
id tunc non videtur fuisse de mente scribentis, ex quo di
12 xit, & quidam alij clerici, ſm Pe. & Compo. ¶ †In ea. glo.
ibi, alij enim. pro recitatione huius versiculi posset expo
ni, ꝙ sub clausula generali personarum, cum dr & quidā
alij, cōprehendunt ēt maiores personæ: quia noie populi
continenē etiā senatores, vt hic dicitur in gl. & qa etiā di
ctio alij, non semper facit positionem. i. nō semper impli-
cat similia, & vt patet in iuribus alle. in gl. Io. ix. vbi dr, su
spēsi sunt duo alij latrones neq cum eo. Et pro pdictis ēt
pōt allegari, quia clausula generalis & indefinita vr ꝙ in-
distincte sit intelligenda, ar. j. de priui. quia circa gl. voluit
rñdere ꝙ tex. iste ꝓcedit in rescriptis, sed contraria loquū
tur in alijs casibus: & pōt esse ratio ſm glo. quare secus in
rescriptis: quia aliter proceditur contra maiores: aliter cō
tra minores, vt hic tangitur in gl. in ver. & est ratio. Et cū
gl. vr in effectu concor. Inn. videlicet ꝙ in rescriptis pro-
cedat, ꝙ fiat restrictio vt clausula non cōprehendat pso-
nas, vel res maiores vel grauiores expressis: sed potius ta
lis clausula generalis subiecta post enumerationē specie
rū restringatur, & sic in alijs causis erit secus: vnde secus
est in procuratoribus ſm Inn. & Host. Nā licet ibi noienē
psonæ minores, vel res tñ ɔtra maiores: & sup grauiori-
bus virtute clausulę generalis poterit agi. Sed contra eas
fortiter facit cle. non potest. de procu. & loquitur in ma-
teria procurationis: & tñ dicit non comprehendi maiora

[a] Dignitas est administratio rerum ecclesiasticarū, cum iurisdictione secundū Archid. in c. j. de consuet. lib. vj.

fula generali monachus, vel econtra : & similiter expres-
so episcopo vel archiepiscopo, non poterit per clausulam
generalem conueniri Dux, vel Baro, aut Imperator alle-
gat not. in Spe. de rescriptis, præsentata. §. ratione autem
causæ. in prima, & secunda col. Refert tamen Io. An. dice
re in addi. Spec. super d. §. ratione autem, ꝙ stilus curię ha
bet, ꝙ enumeratis clericis seu significatis per clausulam
generalẽm comprehẽdatur religiosus: quia licet sint qua
litates diuersæ, non tamen multum differunt, qa compre
henduntur sub eodem genere. xij. q. j. c. duo sunt genera.
vbi dicit quod duo sunt genera personarum, s. clericorũ
& laicorum, & sub verbo clericorum ibi videtur compre
hẽdere monachos. ¶ Quarto & vltimo casu, quãdo inter
expressa & illa, quæ aguntur comprehendi, non est diuer
sitas in totali qualitate, sed pticipant in parte eadem qua
litate, & in parte non, & tunc concludit quod in materia
larga talia comprehendentur sub clausula generali. Exẽ-
17 plum ponit, quando alicui conceditur prębenda, & † om
nia iura in certo loco, non comprehẽdentur ſm eum spi
ritualia ex eo, quia præbenda saltem in parte habet quid
spiritualitatis, licet habeat etiam tẽporalia. j. q. iij. si quis
obiecerit allegat not. per Inno. in d. c. ex literis. in prima
gl. & per ea quæ dixi in primo casu: etiam dicit quod ex-
pressa certa quãtitate pecunię non poterit ex vi clausulæ
generalis agi sup castro, quia videtur esse diuersum qua-
litatis, & quantitatis. Et idem dicit, ꝙ facta expressione de
mercennario, non poterit conueniri dominus vel alius,
qui illi præest eadem ratione, qa videntur differre in qua
litate, & quantitate. Item dicit, qđ expressa actione reali,
nõ poterit per clausulã agi actione psonali. Et sic vr̃ vel-
le Inn. in c. cum olim. j. de offi. delega. vbi per Ioã. An. in
nouel. in glo. quæ incipit, vnde iudices. & in gl. quæ inci-
pit, speciali: in nouella ante glos. An autem includantur
etiam criminales sub clausula generali. Inno. in loco p̃al
le. dicit, quod non, etiam si expresse sint ciuiles actiones
descendentes ex crimine, quia in dubio nõ includuntur
in rescripto causæ criminales, vt ibi voluit Inno. & facit,
quod no. de rescriptis, stipendia. li. vj. & sic transit hic do.
An. de But. qui in effectu, vt patet ex prædictis, vult quod
18 † per clausulam generalem non comprehendantur per-
sonæ vel res diuersæ qualitatis in rescriptis. & ideo exp̃s-
so clerico, vt prædixi, sub clausula generali, non compre-
hendetur laicus, nec econtra. Nec expresso prędio, venit
casttum nec econtra: nec expresso prędio, veniunt deci-
mæ nec econtra. Et similiter expresso episcopo, non pote
rit per clausulam cõueniri Rex, vel Baro. ¶ Sed aduerte,
quia si ponderetur litera ista huius c. non videretur pon-
derare diuersitatem in qualitate, sed an sint res, vel per-
sonę maiores expressis. Et ideo videtur quod expresso cle
rico, per clausulam generalem possit conueniri laicus, &
hoc expresse tenuit Vin. hic, & Specul. post eum in titu.
de rescri. præsentata. §. ratione causæ. Et hoc ideo, quia lai
cus est minor clerico, vt voluit gl. ideo per clausulam ge-
neralem an poterit conueniri laicus facta expressione de
clerico ante clausulam: licet secus econtra, quamuis Ab-
bas hic tenuerit contrarium propter diuersam qualitatẽ
professionis, vt superius dixi. Et pro prædictis etiam facit,
quia vt voluit etiam Vin. & refert Specu. in loco prealle-
ga. licet expresso episcopo non possit conueniri Rex pro
pter excellentiam dignitatis. j. de ma. & obe. solitæ. tamẽ
poterit cõueniri Comes: & sic aperte vult, qđ ẽt sub clau
sula generali contineantur illa quæ sunt diuersæ qualita-
tis. & ista opi. videtur de iure verior per istum text. qui nõ
põderat diuersitatem in qualitate, sed solum an sint ma-
iora, vel grauiora expressis: & pro hoc quia absonum vi-
detur dicere, quod expresso castro non possit quis conue
niri per clausulam generalem super prædio. Nam, & etiã
verisimiliter mens concedentis rescriptum videtur satis
fuisse, quod super prædio possit conueniri, ex quo est res
minor re expressa. Et per prædictum etiam videtur, qđ ẽt
expressa decima poterit per clausulam generalem quis
conueniri super prædio, vel super aliqua pecuniæ quanti
tate, licet secus & econtra: quia decimæ tanquam res spi-
ritualis censetur maior. j. de ma. & obe. in c. solitę. dicit ta
men Ioan. And. in addi. Spec. quod expressa decima non
poterit quis conueniri super ecclesia, cum illa censeatur
res maior. ¶ Item ibi etiam dicit, quod expressa certa re
per clausulam generalem, non poterit quis conueniri su
per actione iniuriarum: quia illa censetur esse magna cã
ex eo, quia qui est condemnatus in actione iniuriarum,
efficitur infamis. j. de re iudi. cum te. cum ibi notatis: nec
ob. prædictis inquantum dicit nõ debere simpliciter attẽ
di diuersitatem qualitatis, quod habetur in l. fin. §. cui dul
cia. ff. de vino tritico, & oleo legato. vbi genus etiam in
materia lata, prout est in materia legatorum, videtur re-
stringi ad similia in qualitate speciei enumeratæ, quia re
sponderi potest, qđ vt dicit Bart. loquitur, quando genus
ponitur in adiectiuo indeterminato, nam ibi testator re-
linquit vinum, ꝙ erat in amphoris contentum : & dulcia
omnia: & dicitur ibi, qđ veniunt illa, quæ sunt dulcia, &
sunt loco potionis, & non alia dulcia, & sic non facit cõ-
tra, quatenus hic loquitur de clausula rerum, quia ibi est
genus habens substantiuum, & non simpliciter adiecti-
uum: sed tunc videretur obstare ei illud. quod hic dicitur
de clausula personarum. sed potes dicere ꝙ ibi loquitur
in materia legatorum, in qua mens testantis esse videtur,
prout ibi dicitur: sed hic loquimur in materia rescripto-
rum, in qua debet attendi mens propriè rescribentis, quę
videtur esse vt non ponderetur qualitas: sed an sint maio
res, vel digniores personæ expressis, & in rebus seu ne-
gotijs an sint maiora vel grauiora expressis, ideo illa solũ
attenduntur: & hæc responsio potest adaptari etiã ad clau
sulam rerum. Et pro prædictis etiam facit, quod no. Ioan.
An. in d. c. cum olim. Abbas. vbi videtur velle, qđ expres-
sa actione reali veniat etiam sub clausula actio persona-
lis, nisi ex circunstantijs aliud appareret. & sic videtur in-
telligere d. Inno. ibi. Et hæc opinio videtur verior de iu-
re. Et sic videretur seruanda nisi de stilo curię aliud appa-
reret: quia tunc ille esset seruandus. j. de cri. fal. in c. quam
graui. Et ex prædictis videtur, quod do. Ant. in hanc ma-
teria non videtur ex toto omnino benè dixisse per ea quę
19 dixi superius. ¶ † An autem dictio alius, a habeat implica
a re tangit etiam hic d. Ant. de Bu. & concludit, quod si po-
nitur inter ea, quæ sunt oppositę rationis, non habet im-
plicare per id, qđ hr̃ xj. dist. in c. quis nesciat, & per illud,
qđ posuit hic glos. dum dicit, suspensi sunt duo alij latro-
nes &c. Idem dicit si ponitur inter ea, quæ sunt diuersę ra
tionis, licet non oppositæ, quia tunc etiam non implicat,
sed diuersitatem uot. vt si dicatur titius est alius a Marti-
no facit, quod hr̃ in c. cum voluntate. j. de sen. ex. & in c.
officij. de pœni. & remis. quandoque ponit̃ inter species,
quę sunt paris rationis: & tunc facit positionem, & sic im
plicat per id, quod habetur in auth. hoc inter liberos. C.
de test. quandoque vero ponitur inter genus, & spẽs, &
tunc qñq; ampliat genus ſm eum, vt in c. quid ad agen-
dum. & de procu. in vj. qñq; restringit genus ad spẽs pa-
ris qualitatis ſm distinctionem superius recitatam post
eũ, sed tu potes dicere melius & breuius, quod ex suo si-
gnificato proprio, & ex sua natura dictio alius, implicat
similia: facit qđ legit̃. & not. in l. si fugitiui. C. de ser. fu. fal
lit, si ratio subiectæ materię aliud inducat, vt in exemplo
glo. & aliqd per gl. in proœ. ff. orũ circa fi. & in auth. vt de-
fun. seu funera defun. in prin. col. v. & ibi ẽt per Ia. de Bel.
aliqd ẽt p Cy. in auth. sed ne curial̃e. C. de epi. & cle. & p
gl. in auth. q semel in glo. q̃ incipit, sic loqt̃. C. qũo, & qñ
iu. & iõ in rescriptis, qa in eis fieri dẽt stricta interptatio,
& nõ recedi a pprio significato, vt j. e. Rodulph⁹ facit po-
sitionẽ & sic iplicat silia, & p ɔñs stat ppriè, vt hic patet.

a Dictio alius, in rescripto ad lites cõtra laicos, & quosdã alios includit clericos. Rota in dec. lxxiiij. si clericus. in nouis.

¶In gl.effrænatã.in fi.Et aduerte,quia istud c. cũ in mul-
tis.hodie est c.2.j.e.in 6.& vt ibi dr̃ noĩa ipsorũ quatuor,
q̃ põt ꝯprehendi sub clausula psonarũ,debebũt exprimi
in primo citatorio:siue primo fiat citatio de expressis, si-
ue primo fiat de contentis sub clausula.Et cautum est, q̃
in ipsa citatione fiat expressio, vt ibi dicitur: tñ sufficit si
fiat in actis tempore huius primæ citationis:licet non ex
primantur ipsa nomina in primo citatorio, vt voluit glo.
in d.c.cũ ĩ multis. ¶Et no.etiã q̃ restrictio illa,q̃ fit p qua
tuor,pcedit in cla psonarũ,sed in cla rerũ nulla fit ibi re-
strictio, quia ibi hoc non dr̃: & sic videtur standum huic
c.dummodo non fiat extensio ad lites exortas post datas
rescripti.j.eod.c.fi.¶ Quid aũt si concessum fuerit rescri-
ptum cõtra oẽs,quos impetrans nominauerit: dicit Inn.
in d.c.cum in multis.q̃ restringit̃ ad quatuor, per d.c.Io.
An.ibi tenet contrarium,quia tũc est omnino vl̃is,& nõ
indefinita:de qua indefinita loquitur d.c.cum in multis.
& etiam istud:sed fortè opi.Inn.verior.quia non vr̃,q̃ te-
neat commissio generalis, per quam omnia negotia im-
petrantis cõmittuntur,vt s̃.eo.ad hæc.in prima lectione:
& ideo vr̃,q̃ si cõmittit̃ iurisdictio cõtra omnes,quos no-
minauerit,& super oib.reb.nominãdis videtur,quod de-
beamus tenere d.Inn.vt fiat restrictio,vel dicere dẽamus,
quod non valet talis commissio per ea, quæ habentur in
d.c.ad hæc.s̃.eo.¶In gl.pe.in fi.& hic de intellectu ipsius
c.ad hæc.vt ibi plene dictum fuit.¶In gl.fi.ibi, ipsum re-
pellendũ.& cum hoc concordant etiam Host.& Goff.di-
centes,q̃ in odiũ dolosi violenti præsumitur.q̃ ad grauа-
men alterius sic impetrauit facit quod hr̃ j.eo. nonnulli.
Pe.de Sanso.tenet vltimam opi.gl.hic positam per ratio-
nem positam in prin.gl.videlicet, quia ille qui dolũ alle-
20 gat,vel fraudem,† id debet probare [a] & istud etiam vr̃ te-
a nere glo.in c.cum in multis.j.eo.lib.vj.in gl.quæ incipit,
i.illorum,in ver.& si quæratur. vbi dicit quod non potest
de expressis,sed contentis sub clausula cõuenire aliquẽ,
priusq̃ cõueniat expressum, nisi forte in fraudem,expres
sisset,per hũc tex.& sic dicebat Bar.Brix.tenere in sua Ve
nereali,de qua ibi p gl.in quo autẽ poterit hoc tenẽdo cõ
stare, de hoc dicit hic Vincen. quod poterat de hoc con-
stare si probetur,q̃ Imperator hoc dixit. facit quod nota-
tur per Dy.in regula,pro possessore.de regu.iur.libr.vj.&
per Cy.in l.Fulcinius.§.quid sit latitare.ff.ex quibus cau-
sis in poss.eatur. vel ex alijs circunstantijs per ea,quæ ha-
bentur in dicto c.ij.de remis.libr.vj.¶ Vltimo potest op-
poni de c.fi.de simonia,vbi mandatum datum de dispen-
sando cum monachis, comprehendit etiam Abbatem;
sed illud ideo,quia nemini fiebat præiudicium,& erat be
neficium principis ideo ibi lata fit interpretatio,per id,q̃
habetur in l.fin.C.de constit.princi. hic verò in rescriptis
ad lites,quæ sunt restringenda,vt j.eo.c.fi.

a Dẽt probare. An autẽ,& qñ dolus cum dolo compensei, vide per do. Dy.& Im. ff.sol. mat. l.de viro.

b Tollitur p sc̃dam. An aũt lex gñalis se quẽs tollat statutũ ciuitatis præcedẽs, dic quod non, vt habetur per doc. in c.1. de const.lib.6 & ibi per Io. An. Bartol. tamen contra.in l de quibus ii. oc.ff.de le. adde Bart. in l.si quis id,quod de iur.om.iu. & in l.in fi e tando. §. ijsis.de fu.

SVMMARIVM.

1 *Lex generalis sequens,an tollat statutum ciuitatis præcedens.*
2 *Actor ante libellum porrectum, desistere potest ab agendo post impetrationem literarum,& etiam post citationem.*
3 *Renuntiare liti an videatur quis,per ista verba,nolo litigare.*
4 *Pluribus literis ab eodem super eodem negotio ad diuersos iudices impetratis vtens,perdit commodum literarum.*
5 *Literæ plures ad diuersos iudices impetratæ super eodem negotio, an valeant.*
6 *Rescriptum primum,vbi est inualidum,etiam ope exceptionis, valet secundum,licet de primo non faciat mentionem.*
7 *Trahens reum ad diuersos iudices super eadem causa, perdit causam.*

EX tenore literarum. Nõ valẽt rescripta
ad diuersos iudices super eodem negotio ab
eodem impetrata, si vtroque fuit vsus impe-
trator.h.d.Et est communis diuisio. secunda

ibi,nos igitur.¶In tex.ibi ad alios iudices,isti fuerunt iu
dices primo loco impetrati per ipsum R. Item ibi noluit
litigare,supple forte ex eo,quia nõ citatus fuisset Abbas
per ipsos primos iudices,& comparuisset:ipsum honora-
uerunt,prout erat decens ratione dignitatis suę Abbatia
lis: de quo presbyter dedignatus coram eis amplius no-
luit litigare.¶Item ibi,& j.deciditur q̃ postea impetrauit
literas ad illos,de quib. in suprascriptione: vel etiã prius
impetrauerat,& modo illis est vsus: non faciebant tamẽ
1 istæ secundæ mẽtionem de primis,vt etiã j.patet.¶†No.
ex tex.primo, q̃ fm rescriptum non faciens mentionem
de primo,non tollit illud:secus tñ est in legibus,seu con
b stitutionib.quia prima tollitur per secundam [b] illi contra
riam,licet de prima non fiat mentio in c.j.de constitu.in
vj.& quæ sit ratio diuersitatis,ibi tangitur per glo.nam ra
tio,est quia prima constitutio est inserta in corpore iuris.
& sic illius verisimiliter habetur notitia: sed nũ sic de pri
mo rescripto verisimiliter hr̃ notitia. Item cũ maiori ma-
turitate fit constitutio q̃ rescriptum, & ideo secus in con
stitutionib.q̃ in rescriptis.¶No.illud vulgatum,q̃ fraus,
& dolus nemini debet prodesse.facit quod hr̃ in c.præce.
¶No.q̃ qui cõtra vnum super eodem negotio impetrat
ad diuersos iudices diuersa rescripta,& eis vtitur,pdit cõ
2 modum illorum.¶†No.q̃ post impetrationẽ literarũ, &
& etiam post citationem, videtur actor posse desistere ab
agendo ante libellũ porrectum:secus si postea, per q̃ hr̃
in auth.qui semel.C.quõ & qñ iudex.& in c.causam quę.
j.de dolo,& contu.Et no.etiam ex prædictis, q̃ actor po-
test renuntiare rescripto a se impetrato & post præsenta-
tionem: an autem hoc facere possit inuito reo, recurren-
dum est ad notata per Io.An.post Inn.& Hosti.j.de resti.
3 spo.in c.ex conquæstione.¶†Not. q̃ per hæc verba,nolo
litigare,vr̃ quis renuntiare liti.Et no.bene, q̃ per renun-
tiationẽ litigij,lite nondum incœpta,& libello nondum
porrecto, licet interuenerit citatio, quis non vr̃ perdere
substantiam actionis.nec perdere ius deductũ in iudicio.
& sic dicit do.Ant.de But.limitare posse l.postq̃ liti.C.de
pac.de quo ibi dicendum, vt per legistas.& per Inn.in c.
veniens.j.de renun. ¶ No.practicam opponendi dilato-
riã contra iudicẽ,quia potest excipi, q̃ non debet proce-
4 dere in causa.¶† Vltimo no.q̃ ex vsu plurium literarum
impetratarum ab eodem ad diuersos iudices super eodẽ
negotio,perdit impetrans cõmodũ literarum:& sic vide-
tur,q̃ non sunt nullæ literæ ipso iure,sed solũ priuet cõ-
modo & vtilitate earum,quod vr̃ intelligendũ si oppona
tur fm do.Ant.de Bu.¶In gl.j.pro recitatione gl. põt op-
poni,q̃ debeat valere primum rescriptum,si fm non facit
mentionẽ de primo,vt patet.s̃.eo.cæterum huius timore
facta est gl.in hac materia,& gl.quæ est iuncta in c.j.s̃.eo.
satis plene tractat materia rescriptorum. & prosequitur
hic gl.qñ plures literæ super eodem negotio impetratur:
quo casu considerat duos casus principales. Nam aut est
impetrans ab eodem, aut a diuersis: & in quolibet dicto-
5 rum mca suum subdistinguit,vt in ea patet.¶†In ea.gl.ibi,
vt dixi valent.& sic vult gl. q̃ qñ impetrantur super eodẽ
negotio plures literæ ad diuersos iudices, si impetrantur
ad cautelã, valent.Et qñ dicantur fieri ad cautelam, glos.
etiam exemplificauit,vt in ea paret,& cum gl. concordat
Vin.Tancre.Goff.& Inn.& etiam Guil.in Spec.in tit. de
rescrip.præsentata.§.ratione formæ.ver.Item excipitur q̃
duo sed Host.hic tenuit contrarium per hanc literã, quæ
vr̃ ponderare impetrationem,& non vsum,in versic. nos
igitur.ibi,super eodem negotio impetrantis. Nec obstat
quod dicit glo.de morte,quia poterit impetrans sibi pro-
uidere, faciendo ibi committi dignitati, vel faciendo de
primo mentionem in secũdo,vel impetrando cum clau-
sula, q̃ si omnes &c. ¶ Et pro hoc etiam allegabat mẽtẽ
delegantis, a quo talia rescripta videntur surreptitiæ re-
tenta,ex quo sunt diuersa rescripta, & diuersi iudices.sa-

cit ff.iudi.solui.l.cum apud: quasi velit, ꝙ non videatur
esse mens delegantis velle valere secundum, velut furre
ptitiũ impetratum, si non faciet mentionem de primo.
Io.An.placet opi.glo.quæ est rationis, vt patet ex supradi
ctis: mouetur, quia non videt aliquid interesse rei, ex quo
actor altero illorum solo vtitur: & præcipue qñ vtitur pri
mo, in cuius impetratione certũ est, ꝙ non fuit vitiũ. Si
aũt vteref secundo, tũc dicit ꝙ possunt hr̃e locũ rationes
Host.& ideo ſm Io.An.sit cautus impetrans, vt vtaĩ pri-
mo rescripto, & non secundo. d. Ant.de Bu.hic dicit, ꝙ si
constat ꝙ fraudulenter sint secundæ impetratę, tunc non
valent: & sic procedat opi.Hos. Si vero cõstat, quo ad cau
telam, tunc valebunt. In dubio aũt si de hoc dubitatur: di
cit ꝙ si incæpit vti primis, videtur impetrasse, quo ad cau
telam, cũ in illis non fuerit vitiũ, vt dicit Io. An. secus si
incæpit vti secundis. Gl.tamen non videtur hic facere dif
ferentiam, an incipiat vti primis vel secũdis, dũmodo nõ
vtatur vtrisque: & cũ hoc etiã videtur sentire d. Car. Fl.
nec ob.litera.in ver.nos igitur.dum dicit impetrantis, &
non dicit vtentis, quia debet intelligi de impetratione ef
fectuali.ar.de pę.di.j.§.hęc aũt verba. & sic de impetratio
ne cũ vsu, prout hic fecit: quia vtrisque fuit vsus, vt patet
ex litera. Tutius tñ videtur esse, quod vtatur primis, si su-
peruiuant iudices ipsarũ primarum ꝑ id, quod dicit Ioã.
An. ¶ In ea.gl.ibi, & discordant in data supple. Sed con-
cordant in forma, vt bene adaptetur ratio gl.quę j.sequi-
tur. Tñ aduerte, vt dicit Host.ꝙ cũ glos.j.dicit, ꝙ nihil tũc
videtur interesse, quę valeãt: nõ vr̃ bene dicere, quia imo
etiam posset tunc interesse pp lites exortas post datã pri
mi rescripti, & añ datam secundi, ad quas extenderetur
ſm rescriptũ, si valeret. & non primũ: & ideo propter hoc
in secundo vr̃, quod sit necesse mentionem fieri de pri-
mo: ratio aut glo.non videtur probare eius dictum, quia
si nihil interest, quæ valeant: ergo ita debent valere secũ-
dæ, sicut primæ cũ tñ glo.dicat de primis tantũ, nisi dica-
tur quod gl.voluit dicere quod alterę tantum debent va
lere, ex quo non interest, quæ valeant iustius sit quod pri
mæ potius valeant, ar.offi.de iudi.in.l.qui prior.lib.vj. Et
hæc ꝓcedunt, quando discordãt in data: nec in forma ha
bet locum, quod sequitur in versi.si vero. ¶ In ea.glo.ibi,
cum non ignoretis.ibi, super eodẽ negotio quis habet le
gatum in iudicem, & etiam ordinarium loci: & sic nõ est
absonum, ꝙ quis super eodem negotio habeat plures iu
dices. ¶ In ea.glo.ibi.si vero sint diuersæ, vt quia data est
diuersa, & etiam forma: vel saltem forma est diuersa, aut
aduersa, seu contraria. ¶ In ea.glo.ibi, si autem literæ im-
petrantur. hoc pp secundum casum principalem, quãdo
diuersæ literæ impetranĩ a diuersis ꝑsonis. ¶ In ea.gl.ibi
mutuo se impediunt: vel ſm Host.consult debebit supe-
rior per ea, quæ habentur in c.sane.el ij.j.de offi.dele. qđ
dicit procedere, etiam si forma esse eadẽ cum causa, pro-
cessus posset intricari: quia possent iudices vnus rescri-
pti condemnare alii absoluere. facit quod dictum fuit s̄.
eo.cæterum & c.Pastoralis. & quia gl. tetigit quando an-
nus est lapsus a tempore primarum. tangit Io. An.quid si
non sit lapsus. Concludit ꝙ si secundæ faciunt expressam
mentionem de primis, valent secundæ. Si autem nullam
faciunt mentionem, valẽt primæ s̄.eo cęterum. Et si esset
dubium an facerent sufficienter mentionem de primis:
tunc recurrendum est ad practicam c.pastoralis.s̄.e. ¶ In
ea.glo.ibi, vt debitus.de hoc dic vt plene dictum fuit, s̄.e.
6 c.j.& c.si aũt. ¶ † In glo.in fi.Not.bene ex glo.ꝙ vbi pri-
mum rescriptum est inualidum, etiam ope exceptionis:
a valet secundum,[a] licet non faciat mentionem de primo.
Idem voluit glo.in c.cum nostris.j.de conces.præbẽ.& j.
e.in nostra.in j.glo. Et istud ẽt communiter tenetur: pro
quo bene facit quod habetur s̄.e.ex parte.s.& quod habe
tur in regula, non præstat.de reg.iur.in.vj. Goff.tamen te
nuit contrarium, vt notatur ꝑ glo.in dicta regula, nõ præ
stat. pro quo facit, quia non valet secunda electio post pri
mam, licet prima esset cassanda.j. de elec. consideramus.
sed ibi ideo, quia secunda electio reperitur facta ad eccle
siam nõ plene vacantem, ex quo electio de mero iure te-
nebat. facit quod notatur in c.inter.j.de exces.pla.in glo.
pe.& sup ea.& j.e.auditis. quæ ratio cessat in casu ꝓposi-
to. Et no. quod glo.ꝓsecuta est materiam, quando literæ
impetrantur sup eodem negotio. Si autem impetrarẽtur
plures literæ ab eadem sup diuersis negotijs, tunc recur-
rendum est ad c.dispendia.j.eo.in vj. Item quando cõtra
diuersos fieret impetratio per aliquem, & plures literæ
impetrarentur, valerent primę & secundæ, nisi forte ne-
gotiũ esset cõnexum: quia tunc coram eodem iudice de-
beret tractari, vt in l.j.& ij.ff.de quibus rebus ad eundem
iudicem eatur. & facit quod notatur in c.cum in multis.
7 & c.dispendia.j.eo.in vj.& s̄.e.Pastoralis.§.j. ¶ † In gloss.
fina.in fi.no.diligenter glo.pro intellectu l.j.§.fi.C.de as-
sertione tollenda. inquantum ibi videtur dici, quod tra-
hens reum ad diuersos iudices sup eadem causa, perdit
causam. Nam illud est speciale in casu illo fauore liberta
tis, vt hic dicit gloss.sequitur etiam Innocen. alias autem
non ꝑdit causam, licet possit condemnari in expensis, vt
hic dicit gl.& etiam Inno.Pet. tamen & Cy. post eum in
l.nulli.C.de iudic.dicunt nullam esse specialitatem in d.
§.fina. ¶ Et idem videtur voluisse glos.in c. cum dilectis.
ad fi.de purga.cano.vbi etiam dicit ꝙ si impetrato delega
to impetrans adit ad ordinarium, ꝑ hoc videtur quod de
beat ꝑdere cõmodum rescripti delegationis, & quod de-
legatus nõ teneatur ipsum audire. facit quod notatur in
Spec.de deleg.§.restat.versi.Item finitur.circa finem. sed
quo ad intellectum dictæ l.j.§.vlti.verior videtur esse op.
ipsius glos.& Inno.arg.regulæ, in pęnis.de reg.iur. in vj.
& §.fi.institu.de do. ¶ Item aduerte in eo, quod dicit gl.
ꝙ condemnabitur in expẽsis ipse impetrans, qui vsus est
vtroque rescripto. Guil. Naso tenebat contrarium, dicẽs
ꝙ sufficere debet, ꝙ priuetur cõmodo vtriusq; rescripti,
ne alias puniatur duplici pęna. Sed. Io. An.tenet glo.quæ
etiam cõmuniter tenetur, dicens ꝙ condemnabitur etiã
in expensis pp interesse ipsius rei. facit quod habetur in
c.fin.j.eo.& in cle.j.de rescriptis.quasi velit dicere ſm d.
Car.Flo.ꝙ ꝓprie condemnatio expensarum non est pœ-
na, cum fiat pp interesse ipsius rei. facit quod legitur, &
notatur in simili in l.item si mella.§.si plures.ff.ad.l.Aql.
Item etiam aduerte, ꝙ ex quo Abbas conuentus solum
excipiebat contra secundas, & non cõtra primas literas,
videtur, ꝙ Papa non debuerit pronuntiare, ꝙ impetrans
careret commodo ambarum literarum, quia id non fuit
petitum: & iuxta formam petitionis dictanda est senten-
tia.j.de ord.cog.c.ij.& de sim.licet Heli. Sed dicit ꝙ istud
facit Papa ex officio, quia ex actis constabat sibi impetrã
tem male fuisse versatum in vtroq; rescripto: iudex enim
ex suo officio de his, de quibus sibi cõstat ex actis, potest
punire.l.nullum.C.de testi. Et per hoc, quia id quod con
stat ex actis, dicitur esse notoriũ: facit quod notauit Inn. a Valet secundum. Vide hic ꝑ d.Fel.in 2. col. uer. de rescripto.
j.de appell.ex insinuatione & de testi.in c.ꝑ tuas.& quod
habetur infra.de verb.sig.in c.cum olim. & iõ etiam non
seruato ex toto ordine iuris, potest iudex ex officio sup-
plere, etiam ad commodum partis, vt hic facit Papa. facit
quod notatur j.de consue.in c.cũ venerabilis. & hoc cõ-
muniter tenetur insti. tamen dicit ꝙ ratione connexita-
tis hoc factum fuit. allegat quod habetur s̄.c.cæterum.

SVMMARIVM.

1 *Clericum se nominare debet quis in impetratione ad beneficium, quia non clericus, inhabilis est ad impetrandũ beneficium ecclesiasticum.*
2 *Nomen sanctæ ecclesiæ, in qua quis erat intitulatus, an debeat exprimi in rescripto.*
3 *Impetrans beneficium sub nomine scholaris, an valeat rescriptum.*

CVm adeo scripta. Non valet rescriptum
impetratum ad beneficium obtinẽdum,
de beneficio impetrato non faciens men-
tionem.h.d. communis diuisio. secunda
ibi,cum simi. ¶In text.ibi,fuerunt impe-
tratæ,supple & veritate tacita.& sic nõ valebant. ¶No.j.
rescripta sedis Apostolice fieri cum magno moderami-
ne: nam habent trãsire per multas manus, vt notauit Io.
An.s.e.ad audientiam.super gl.¶ Not.attendendam esse
mentem & formam literarum,ad idem s.eo.ad aures. &
j.e.cum dilecta. ¶ Nota, q non sufficit facere mentionẽ
de præbenda.nisi etiã fiat de canonicatu: & similiter ecõ
tra. ¶ No.q non clericus vr inhabilis ad impetrãdum be
neficium ecclesiasticum. facit j.de transac.ex literis. & j.
1 de insti.c.ij.cum ibi notatis. ¶ † No.q in impetratione ad
beneficium debet quis se clericum nominare, & sic etiã
seruatur stilus curiæ.¶Quid autem cum non dicat se cleri-
cum, cum esset: videt̃ q non valeat impetratio per hunc
tex.quod credit do.Ant.de But.procedere, quando alius
esset beneficiatus:quasi voluerit, q si non est alias benefi
ciatus ex hoc,non vitietur impetratio: quod tene menti.
tñ attento stilo curiæ, vt similiter non darentur literæ, si
non fit mentio q sit clericus.¶ No.quod non dr idoneus
ad obtinẽdum ille, qui habet aliud beneficiũ sufficiens.
facit de præbẽ.c.is cui. lib.vj.per quam decre.reprobatur
quædã opinio Compost. hic posita, de qua ibi in prima,
& quarta gl.& facit etiam ad prędicta quod habetur in c.
ordinarij.in fi.de offi.ord.lib.vj. ¶ No.hæc clausula,si di-
gnus est impetrans.nam tacite vr etiam subintelligi j.de
2 ele.causa in quæ.& de præsum.c.fi.¶ † No. secundum do.
Car.Flo. ex litera,dum dicit In ecclesia Modicensi, q nõ
exprimetur hic nomen sancti ecclesiæ, in qua quis erat
intitulatus:& hoc seruatur de stilo curię in ecclesia cathe
drali.de præben.quamuis.el j.in vj.& ibi notatur in glos.
pen.hæc tñ ecclesia Modicensis non est cathedralis,& ta
men in ea idem seruatur fortè ex eo, quia est ecclesia ma
tris ipsius loci.facit quod no.in d.c.item.quia hic dicitur,
quod debet fieri mentio de præbenda. tangit si quis hẽat
præbendam non in titulum,sed tanq̃ bene meritus, for-
tè ꝓpter aliqua seruitia facta ecclesiæ. facit quod notatur
per glos.s.de consti.cum M. An si tunc impetrat aliquod
beneficium sibi conferri in titulum necesse mentionem
fieri de dicta præbenda.dic q non, ex quo nõ habetur in
titulũ per no.in d.c.cum M. & sic demum debet fieri mẽ
tio de illa, quando habetur in titulum beneficij.j.eod.ad
audientiam.¶ In gl.j.ibi,oblitus fuit Vrbanus. quia non
videtur fuisse memor, an vir & vxor simul possint tenere
aliquem in baptismo, quod tamen satis videbatur expe-
ditum per c.non plures. de consc.di.iiij.& quæ habentur
in c.ij.de cogn.spiritua.in vj.Sed certe potest dici, q licet
ibi dicatur, q plures non debent tenere eundẽ in baptis-
mo, non tamẽ expresse aliquid ibi dicitur de viro & vxo
re.facit quod notat.in c.de consti. in vj.& s.eo.l.si quãdo.
¶ Et not.secundum do.Cardi.Flo.q gl.videtur sentire,q
non semper conceduntur rescripta cum maturitate, sed
ipse dicit q imò conceduntur cum maturitate in his,quę
concernunt ius per not.s.eo.ad audientiam. super gl.per
Io. An.in his autem,quæ concernunt factum,subintelli-
gitur clausula,si preces veritate nitãtur.s.eo.c.ij. ¶In gl.
in fi.licet gl.in se bene dicant, tamen dic q si quis habet
beneficium etiam minus sufficiens, non valet impetra-
tio,si de illo non faciat mentionem.j.eo.si proponẽte. &
de præben.si motu proprio.lib.vj.Et nota.etiam in gl.se-
quenti.¶ In gl.tertia ibi,si proponente.& si taceatur, non
valet etiam impetratio per id,quod habetur in c.si motu
proprio.de præben.in vj.¶ In eadem gl.ibi,cum ecclesia-
sticæ,quod est intelligendum, vt ibi plenè notatur. ¶In
eadem glo.ibi,aliter se habentibus.& ibi apponitur, vel
subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur.s.eo.
c.ij.¶ In gl.pen.in fi.Compost.dicebat hoc verum, q ille
qui non est clericus, non reputatur idoneus ad impetran
dum,nisi fortè incederet tonsuratus, vt clericus: nam va-
lerent tunc literæ ad beneficium per eum impetratæ, in
quibus se dixit clericum secundum eum. & hoc ideo q.a
iam cum destinatione videtur esse clericus. Item quia lar
gè clericus dicitur in sortem domini assumptus.j. de præ
ben.cum secundum. Item quia quis sine beneficio non
debet ordinari d.c. cum secundum. & sic si aliud dicere-
tur,sequeretur absurdum, quia semper beneficium & or
do concurrerent in vna persona,& sic non esset reperire,
cum esset clericus sine beneficio.& ideo non possit impe
trare,ex quo esset beneficiatus.& ideo videtur, q ex quo
est habilis ad ordines, censendus sit capax beneficij, ex
quo incedit tõsuratus,vt clericus. sed communis opinio
est in contrarium, videlicet quod tunc non valeant lite-
ræ,quando est laicus,licèt incedat tõsuratus, vt clericus
per id,quod notatur in c.ij.j.de insti.& per Ioan.An.in c.
ex literis.j.de transa. nec est verum quod dicit Compost.
quod nõ possit quis ordinari sine beneficio,quia imò po-
test.quando ordinatur ad minores.licèt secus sit quando
ordinatur ad sacros: quia tunc bene debet ordinari ad ti-
tulum beneficij,dicto c.cum secundum. & c.non liceat.
cum ibi notatis.j.de præben.eo.ti.si episcopus. lib.vj.di-
ctum tamen Compost.posset procedere,quando tempo-
re impetrationis haberet primam tonsuram canonicè si-
bi collatam secundum formam ecclesiæ, quia tunc satis
potest dici clericus.xxj.dis.clericos. & facit quod notatur
in procemio vj. vbi etiam tangitur, an prima tonsura sit
ordo.Item posset saluari,si in literis diceretur,facias reci-
pi talem in tali ecclesia,qui cupit militię clericali ascribi.
hoc tamẽ casu non tenetur rescriptum facere recipi, nisi
saltem ante recipiat primam tonsuram per ea, quæ habẽ
tur in c.j.de insti.sed bene valebunt literæ isto casu, quia
Papa videtur tunc ex certa scientia scribi pro non cleri-
co.facit quod notatur in dicto c. ex literis. de transactio.
3 ¶ † Quid autem si aliquis impetrat sub nomine schola-
ris,an valebit rescriptum,licèt sit clericus,si non est scho
laris.videtur dicendum quod non, & notatur in c.fin.de
præsum.& in Spe. de rescripti præsentat.§.ratione impe-
trantis.ver.sed vbi scribitur. & de actione & petitione.§.
quando super actionibus.vers.sed nũquid scholaris.¶ In
glo.fi.in fi.quid autem si Papa scribit pro indigno, dicas
quod prima facie rescriptum est surreptitium. de æta.&
qualita.eam te.cum ibi notatis in gl. ¶ Sed vbi constaret
ex certa scientia,tunc nihil opponeretur.l.vtilitatem.§.j.
ff.de confirmando tuto.& xij.q.j.§.qui autem. & xix.dist.
c.in memoriam.quod est verum, nisi esset tanta indigni-
tas, q salua conscientia prouideri non posset: quia tunc
non esset parendum.j.de temp.ord.ad aures.cum ibi no-
tatis.& de sent.excom.in c.inquisitioni.cum ibi notatis.

SVMMARIVM.

1 *Contumax dicitur quis, non comparendo, item non obediendo.*
2 *Decisio causæ & cognitio causæ, quomodo differant.*
3 *Processus legitimè factus per literas malè intellectas valet.*
4 *Processus nullus potest parte absente pronunciari nullus.*
5 *Interpretationem recipiunt rescripta a iure communi.*
6 *Præposteratio clausulæ non intelligitur alterare intentionem proponentis eam.*
7 *Clausula, quę consueuit apponi in literis, quamuis non apponatur, subintelligitur apposita.*
8 *Clausula, quantum de iure poterimus procedemus, posita in citatione, an habeat vim peremptoriæ.*
9 *Clausula, quantum de iure &c. siue apponatur in principio, siue in medio, siue in fine, refertur ad omnia, quando est eadem ratio.*
10 *Interpretatio in priuilegijs non fit secundum ius.*
11 *Statutum disponẽs idem, quod ius, an debeat intelligi taliter, quod addat ad*

dat ad ipsum ius.
12 *Dicta testium an debeant interpretari.*
13 *Clausula, non obstante collatione alteri facta, posita in rescripto, quid operetur.*
Clausula, vt alijs praeferatur, quomodo intelligatur.

CAusam quæ inter. Ordo rescripti interpretatio-
oem recipit a iure cōmuni h.d. Et in prima
ponitur excisa iudicum consultatio, vel par-
tis conquæstio. In secunda ponitur respōsio,
& iudicum instructio. secunda ibi, quia. ¶ In tex. ibi, ver-
titur & j. deciditur iudicum consultatio, quæ colligi po-
test ex bis, quæ j. sequuntur. vel partis conquęstio, q̃a for
tè iudices volebant procedere ad receptionem testium li
te non contesta. ¶ In tex. ibi, traderetis sub appellatione
remota per id, quod j. dicitur in fine. Item, ibi præcedat. i.
præcedere intelligatur. ¶ Item ibi, ibidē. id est ante clau-
sulam receptionis probationū. ¶ Nota primo ex litera,
quod rescriptum reducitur ad interpretationem iuris cō
munis per reuolutionem clausulatum, vt sic ius commo
oe, vel alterius non lædat. ¶ No. q̃ ordo rescripti nō sem-
per est attendendus, quia non debet attendi quando fie-
ret contra ius: imo potius tunc debet rescriptum reduci
1 ad intellectum iuris. ¶ † No. q̃ duplex est cōtumacia, vna
in non comparendo: alia in non obediendo. prima tamē
videtur maior, quia tollit beneficium appellādi, quod nō
videtur tollere secunda per ea, quæ legūtur & no. in l. cre
ditor. §. iussus. ff. de ap. & in cle. si ante. de do. & contum.
2 ¶ † No. q̃ aliud est cognitio causæ, aliud decisio. & sic fa-
cit quod ille, cui committitur cognitio causæ, non hēat
potestatem illam decidendi, oisi aliter sibi detur, de quo
per gl. in l. qui procuratorem dat. ff. de procur. & per Bar.
so l. a diuo Pio. in prin. ff. de iudi. Et per modernos in cle.
auditor. de rescriptis. vbi etiam per do. Ant. de But. & ibi
etiam dixi. ¶ No. quod super incidentibus, vel emergen-
tibus ꝓceditur appellatione remota, & sic videtur quod
tempore isto in emergentibus non appellabatur etiā an-
te decretalem. vt debitus j. de ap. & istud videtur voluisse
etiam Io. And. s. eo. c. j. super prima gl. Sed certe istud nō
probatur hic, quia istud in casu isto contingit virtute mā
dati Papæ, per quod mandauit tam in principali, q̃ in in-
3 cidētib' ꝓcedi appellatione remota, vt hic patet. ¶ † No.
quod processus legitimè factus per literas malè intelle-
ctas valet, oec retractatur. facit quod habetur in c. ex par
te. j. de cōces. præben. & in c. dilectus. Secus si factus fuis-
set contra ius, seu contra formam iuris, quia tunc non va
4 leret. ij. q. vj. prolatam. ¶ † Not. secundum Abb. q̃ proces-
a sus nullus potest etiam parte absente [a] pronunciari nul-
lus. allegat quod habetur ij. q. vj. prolatam. præalle. quod
est valde notandū scdm do. Ant. de But. qui tn̄ dicit q̃ oo
tabile videtur non per omnia esse verum, & plus non di
cit. potes dicere dictum Abb. procedere, quando notoriè
pateret de nullitate, quia tunc non videtur ioteresse par-
tis, si non sit præsens. contra istud tamen dictum facit, q̃a
in notorijs saltem videtur requiri citatio, vt not. per gl. in
c. ad nostram. el iij. j. de iureiuran. & ij. q. j. c. scelus. & c. q̃
lotharius. vnde potes intelligere dictum Abb. parte ab-
sente, legitimè tamen citata. ¶ Et si notoriè esset nulla, vi
detur quod sufficeret vnica citatio: licèt non peremto-
ria, per ea quæ no. in d. c. ad nostram. & j. de appel. cum sit
5 Romana. ¶ † No. quod rescripta recipiunt interpretatio-
nem a iure communi. & propter hoc Compo. hic & Inn.
& Io. An. post eos tractant aliqua de materia interpreta-
tionis, de quo ēt aliquid per gl. in ij. regula contra eum.
6 de reg. iur. in vj. & j. de resti. spo. cum ad sedem. ¶ † No. q̃d
præposteratio clausulæ non intelligitur alterare iotentio
nem clausulam apponentis, saltem quando aliàs venire-
7 tur contra dispositionem iuris. ¶ † No. quod sicut clausu-
la, quæ cōsueuit apponi in literis, quamuis non appona-
tur, intelligitur apposita. s. eo. c. ij. & s. ti. j. cum M. Ira clau
sula, quæ in certo loco consueuit apponi in literis, in illo
loco intelligitur apposita, licet alibi apponatur. ¶ Vltimò
oot. quod qualitas posita in vna oratiooe copulata cum
alia, qualificat etiam orationem procedentem, vbi nisi il
lud fieret, læderetur ius commune. ¶ In gl. j. ibi, quod es-
se non debet suppre. & sic in casu c. quia clausula. quan-
tum de iure possetis, licèt sit apposita post receptionem
probationum seu articulo receptionis probationum, ta-
men ex iuris intellectu intelligitur illum præcedere, vt
hic dicitur. ¶ In gl. ij. ibi peremptorium edictum. idest pe
remptoriam citationem, quæ etiam quādoque fit per edi
cta, in cle. j. de iudi. & ibi pleoè dixi, quando sufficiat cita
tio per edicta. in cle. j. de iud. & ibi plene dixi, qō sufficiat
citatio p edicta, facit etiā quod habetur in extrauagā. ad
reprimendum, in ver. per edictum. vbi etiam per Barto. &
quod habetur in aut. qui semel. C. quomodo & quando
8 iudex. ¶ † In ea. gl. in fi. & per id, quod dicit gl. q̃ ista clau-
sula quantum de iure potetimus procedemus, debet ap-
poni in peremptorio dicit Inn. quod est clausula quantū
de iure poterimus procedimus, apposita in citatione, nō
habet vim peremptoriam, si aliud non exprimitur. & te-
nuit Spe. in ti. de citatione. §. viso. ver. sed queritur. & hoc
etiam tenuit Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. insec.
Secus secundum Bar. si ducatur alioquin procedemus ad
seotentiam tua contumacia non obstante: quia tunc be-
ne babet talis clausula vim peremptoriam, secundū Bar.
in loco præall. facit quod habetur in l. peremptorio. ff. de
iudi. & quod no. per Inno. j. de accu. ad petitionem. ¶ In
gl. iij. ibi inquisitioni. Gl. non soluit istud cōtrarium, sed
b potes dicere quod vbi clausula, si respiciat præcedentia [b]
consona iuri, tūc clausula respicit etiam præcedentia, &
ita intelligatur hic. Si autem vbi clausula respiceret præ-
cedentia, detraheretur iuri: tuoc non respicit præcedētia,
& sic loquatur c. inquisitioni. vnde potest etiam dici, q̃d
hic eadem est ratio referendi clausulam ad omnia. ideo
9 ad omnia refertur, ibi secus. † Et potes cōcludere, q̃d siue
clausula apponatur in principio, siue in medio, siue in fi-
ne, refertur ad omnia, quando eadem est ratio per l. j. C.
de liberis piętę. & ff. de leg. j. l. talis scriptura. cum ibi no.
per Bat. alias secus. & sic debet intelligi, quod tangit glo.
¶ Et de materia etiam aliquid per glo. & doc. in d. c. cum
inquisitioni. & eo. ti. in c. ij. requiris. Potest etiam dici se-
cundum do. Car. Flo. quod in c. inquisitioni, loquitur de
alia clausula, scilicet appellatione remota, hic autem de
clausula, quantum de iure fieri potest, quæ intelligitur ēt
præcedentia respicere, vt rescriptum reguletur secundū
ordinem iuris. ¶ In gl. pen. ibi cum dilecti, in fine. dic q̃d
clausula quandoque respicit præcedentia tantùm, quan
doque sequentia, quandoque omnia, prout ratio suadet
subiectæ materiæ, per id, quod dixi super gl. præcedenti.
¶ In ea. gl. ibi, nec ordo scripturæ &c. Nec ob. quod habe
tur j. eo. cum dilecta. quia ibi loquitur in ordine respiciē-
te factum, hic in ordine respiciente ius. de quo tameo ibi
10 latius dicetur. ¶ † In ea. gl. io fi. & sic vult gl. q̃ in priuile
gijs non fiat interpretatio secundum ius: nec mirum, q̃a
illa contra ius conceduntur, cum priuilegium dicatur,
quasi priuans legem, seu ius commune. iij. dist. in c. priui
legia. ¶ Aduertendum tamen secundum Ioan. And. post
Compo. q̃ aut agitur de interpretatione rescriptorum: &
tunc reducenda sunt ad ius commune, vt hic patet. & fa
cit quod habetur j. de offi. delega. super eo. Aut agitur de
interpretatione statutorum: & tunc idem, quia recipiunt
etiam interpretationem a iure. j. de cōsue. cum dilectus.
& s. de consti. ex literis. & C. de noxalibus. in l. ij. & plenè
per Bar. in l. omnes populi. in vj. quæstione principali. ff.
11 de iusti. & iure. ¶ † Nunquid autem statutum disponens
idem, quod ius, debeat intelligi taliter, vt aliqoid addat
ad ip-

a Parte absente. An nullitas ꝓcessus possit declarari parte absente, vide ēt hic per d. Fel. in j. col. in impŝsiōe Lugdunen. ve fi. & est gl. valde in terminis.

b Respiciat ꝓcedentia. clausula an respiciat omnia præcedentia, vid̄ hic valde notabiliter ĩ 3. col. versic. clausula refertur. vbi ponit regulā cū octo limitationib.

ad ipsum ius,not.per do. Anto. de But.§.eo.c.j. & ibi dixi
post glo.interdum autem agitur de interpretatione priui
a legiorum, a & tunc vt dicit glo. videtur intelligenda con
tra ius.aduertendũ tñ, quia restringi debet ad limites iu-
ris,vt quanto minus fieri potest lędant ius commune,dũ
tamen taliter intelligantur,quod aliquid operentur . Nã
sufficit quod aliquid operentur,licet modicum per ea, q̃
leguntur & no.in c.olim.j.de verbo.signi.cum ibi not. p
Io.An.super glo.& facit etiam,quod habetur in c. in his.
j.de priui.¶ Et prædicta procedunt, quando agitur tã de
interpretatione ipsorum contra alium quam contra con
cedentem . Nam contra ipsum latè debet fieri interpre-
tatio,siue sint statuta,siue sint priuilegia per id,quod ha-
betur j.de consue.cum dilectus.Nam quo ad conceden-
tem censentur esse beneficia,quæ late sunt interpretãda,
quando agitur de præiudicio solius cõcedentis secundũ
nota.in c.si.j.de transla.præla.& in d.c.olim.de verbo.si-
gni.Sed vbi tangitur præiudicium alterius, stricta dẽt fie
ri interpretatio.j.de priuile.Pastoralis.& facit quod habe
tur in c.quamuis.de præben.libro.vj. vbi etiam in lr̃is ad
beneficia fit stricta interpretatio:quia per eas detrahit̃ po
12 testati ordinarij collatoris.¶ †Quid autem de dictis testiũ,
dicunt aliqui,quod debent interpretari secundum quod
nulli sunt captiosa,vel minus capitosa.j.de test.c.cum tu.
sed Hostien. dicit & melius , quod contra producentem
regulariter interpretantur,si necessario non probent.j.de
probatio.in præsentia.& ad materiam facit, quod not.gl.
j.de testitu.spolia.cum ad sedem.& de reg.iu. in c.cũ sint
partium.& c.contra eum. lib.vj.vbi etiam glo.tangit de
interpretationibus sententiarum,testamentorum,& cõ-
tractuum,de quo etiam in l.veteribus. ff. de pactis . facit
etiam quod notatur in c.ex literis.de spon.In dispensatio
nibus autem dic,quòd strictè sunt interpretanda, dũmo-
do aliquid operetur per id,quod habetur j.de consangui.
& affini.in c.quod dilectio.qđ intelligit.Hostien.de odio
sis & præcipuè de pluralitate beneficiorum. facit qđ ha-
betur j.de præben.non potest.li.vj. secus videtur in dispẽ
satione non odiosa per id,quod habetur in c.fina.j. de si-
13 mo.† Et per hunc tex.& supradicta dicit hic Compo. no
tabiliter,quod si per Papam confertur alicui beneficium,
non obstante collatione alteri facta , quod dicta clausula
intelligitur de collatione inualida,ne alteri præiudicetur
facit quod habetur j.de offi.delega.c. super eo. quod dili-
genter tene menti . Et si dicatur , quid operabitur dicta
clausula : potest dici quod literę non censebuntur surre-
ptitiæ,licet aliter non sit facta mentio de colorata posses-
sione alterius,vbi alias esset secus,si nullo modo facta es-
set mentio de colorata possessione, nec apposita esset di-
cta clausula per ea, quę leguntur & notantur in c. cũ no-
stris.infra.de concess.præben. ¶ Et per prædicta etiam di-
cit,quod si alicui conceditur gratia per Papam cum clau-
sula,vt alijs præferatur, intelligitur dicta clausula,nisi il-
lis alijs sit ius quæsitum,quod est bene notãdum.dicit ta-
men quod plures seruant in curia , quod tales præferan-
tur prioribus,quibus solum est ius quæsitum ad rẽ, & nõ
in re,vt quia illis alijs non est adhuc factã collatio. & pro
hoc bene facit quod habetur j.de præben.c.penul.& vlti.
lib.vj.& de concess.præben.c.si.eo.lib. & sic residet Ioan.
An.& do.Anto.de But.quod tamen tene menti. ¶ In gl.
si.in si.& sic videtur velle, quod hodie clausula , appella-
tione remota,sit superflua,quod non est verum, vt plenè
not.in c.vt debitus,huc alle.& in c.pastoralis.eodem titu.

a ¶ Interpretatione priuilegiorum. super quo nullũ alium doc. quære post do.Ioã. de Imo. ꝑterquã do.Fe. hic in vij. col.ver.interpretatio priuilegij. vbi more suo hoc elegantissimè tractat.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum,per quod mandatur prouideri de uacatura,an ualeat.*
2 *Litera ad beneficia impetrata in ecclesia numerata,non facta mentio ne de numero,non valens.& nu.15.*
3 *Allegans surreptionem, probare debet.*
4 *Statutum facere possunt decanus,& capitulum in ecclesia. & nu.16.*
5 *Numerus canonicorum statutus in ecclesia,quandoq; firmatur iuramẽto,& tunc non sufficit mentionem fieri de numero,nisi fiat etiam de iuramento.& nu.17.*
6 *Processus factus per literas surreptitias in beneficialibus, est ipso iure nullus.*
Processus vitiatur,si iudex associet sibi non iudicem.
7 *Actus,qui fit tutore putatiuo autore,an æqualiter valeat, ac si fieret vero tutore autore.*
8 *Causa si est commissa duobus cum clausula,appellatione remota,si alter illorum committat collegæ vices suas,nõ poterit procedere appellatione remota.*
Falsitas admista dicto testis,vitiat dictum testis.
9 *Factum vnius quando nocet,uel prosit alteri.*
10 *Autoritas Papæ intelligitur excepta in quolibet iuramento.*
11 *Beneficium si ex dispositione statuti sit annale,vt Papa reseruet illud, & conferat vt perpetuum,non facta mentione de statuto,an tenebit.*
12 *Canonica non potest esse sine præbenda re,& spe.*
13 *Determinatio numeri facta post monitorias , & præceptorias,an tollat vim illarum.& nu.3.*
14 *Processus quamuis sit iniustus,& contra ius partis,valet si non appellatur.*
15 *Sententia iniusta in causa beneficiali non transit in rem iudicatam , & potest quandocunque retractari.*
18 *Exceptio de taciturnitate numeri præbendarum contra rescriptum,an sit peremptoria.*
19 *Rescriptum Papæ,vt in ecclesia numerata prouideatur Titio de præbenda & canonicatu,non facta mẽtione de numero, an si tempore datæ vacet præbẽda & canonicatus, debebit ipsi impetranti prouideri.*
20 *Rescriptum Papæ, vt prouideantur de vacatura, an poterit prouideri de vacante,& sic de illa,quæ vacabat tempore datæ.*

C Onstitutus. Non valet rescriptũ executorium sup canonicatu & prębenda ecclesię vltra numerum impetratum,non facta mentione de numero prius iurato . hoc dicit. Et primo ponit impetrationem. Secundo exceptionem contra ipsam. Tertio ponit distinctionis commissionem.secunda ibi, verum.tertia ibi discretioni.¶ In text. ibi deputatis. & j.deciditur , quod decanus & capitulum adhuc noluerunt obedire literis apostolicis,& ꝑpter hoc executores ipsius.p. fecerunt processum cõtra decanum & capitulum,a quo processu fuit appellatum ꝑ parte capituli & decani.ad Innocen. surrogatum Cęlestino , qui literas concesserat,& coram ipso Innocen. comparuit p. defendens processum executorum suorum,& etiam pro cura.capituli & decani, qui impugnabat processum executorum per id,quod sequitur in vet. verum.Item ibi,impetrasse,& j.deciditur quod replicabatur per q. dictũ numerum fuisse statutum , post literas per eum impetratas per decanum & capitulum inclusionem ipsarum literarum & mandati Apostolici econtra duplicabatur, ꝙ saltẽ fuerat statutus numerus ante literas executorias , & sic non debebat valere processus executorum. & quia Papę pro tunc non potuit constare de veritate facti , commisit iudicibus,de quibus in suprascriptione,vt se informarẽt, & procederent prout sequitur in versi.discretioni.Et no. quod si habes in suprascriptione, Archiepiscopo.Senens. debes subaudire,& coniudicibus:quia Papa vni soli consueuit loqui in plurali.j.de cri.falsi.in c.quã graui.¶ No. j.stilum curię, qui vigebat secundum tempora istarũ decretalium,quando scribebatur pro aliquo beneficiando: quia tunc super eodem emanabant tria paria literarum , videlicet monitorię,præceptorię,& executoriæ.& sic s̃m ista tempora multum curialiter se habebant Romani Põtifices erga ordinarios collatores.facit quod habetur j.e. tit.in c.capitulum sanctę crucis. & c. ex insinuatione. & c.literis.¶ Et no.quod quandoque in præceptorijs deputabantur etiam executores,& sic quandoque simul dabãtur præceptoriæ & executoriæ,vt hic patet.Quandoq; vero literæ executoriæ per se dabantur, vt in dicta decretali capitulum.& c.literis.¶ Not.ꝙ interdum mãdat̃ aliquem

tecipi

recipi in canonicum & in fratrem, & ei prouideri de præ
1 bēda, si vacat aliàs de proxime vacatura. ¶ †Et sic not. qđ
valet mandatum, per quod mandatur prouideri de vaca-
tura, ꝙ est verum si fiat ab eo, qui potest dare ius ad vaca-
turam, vt est Papa. j. de conces. præben. c. proposuit. & c.
constituto. & de pręben. c. a. li. vj. secus in inferiore a Pa-
2 pa. j. de conces. pręben. c. a. ¶ †Not. quod non valent lite-
rę ad beneficia impetratę in ecclesia numerata, non facta
mentione de numero. Et sic not. quod surreptio dependēs
etiam a facto alieno de præsenti, quod tolerabiliter igno
ratur vitiat literas ad beneficia ꝙ videtur esse cōtra c. gra-
tia. j. eo. li. vj. ¶ Sed certe ibi stante validitate rescripti po-
terat reduci rescriptū ad terminos iuris, hic secus, vt ple-
ne dicetur j. eod. super literis. ¶ No. quod ad concluden-
das literas nullas ex taciturnitate numeri, oportet quod
probetur determinationem numeri præcessisse impetra-
3 tionem. ¶ †No. quod alleganti surreptionem videtur in-
cumbere onus probādi illā, de quo per Io. An. in c. j. j. de
lit. contest. in vj. ¶ Not. ꝙ ad concludendam nullitatem
gratiæ, sufficere videtur concludere surreptionem fuisse
secundum tp̄s datæ literarum executoriarum, licet nō af-
fuerit secundum tempus datæ literarum, a quibus gratia
principiabatur, de quo in gl. pe. & super ea. ¶ Et ex prædi
ctis etiam no. quod determinatio numeri subsequens li-
teras monitorias, videtur excludere vim illarum, & hoc
ideo, quia adhuc non est firmum ius acquisitum per illas
ſm vnum intellectum, de quo tangetur super glo. penul.
¶ No. quod determinatio numeri sequens post executo-
rias non tollit vim illarum, quando non pręcessit aliquis
actus efficiens beneficium: differt tamen vim earum, qa
oportet quod impetrans expectet vacaturam. ¶ Not. qđ
per mandatum de vacante, vel vacatura prouideri dēt in
ecclesia, licet illa non sit numerata ſcđm tempus datæ,
sed postea numeret, & determinetur numerus, sup quo
vide gl. notabilem, in c. fi. de conces. præben. lib. vj. vbi ēt
tangit, quid si nullo modo determinetur numerus. & ibi
cōcludit idem, videlicet quod etiam tunc in tali ecclesia
4 debet prouideri, de quo etiam inferius tangetur. ¶ †No.
at. decanū, & capitulū posse facere statuta in ecclesia, de
quo per glo. in c. a. de verbo. signi. lib. vj. & per docto. s̄. ti.
j. in c. cum omnes. quia tamen hic videtur statutum respi
cere statum ecclesiæ, videtur quod nō potest fieri sine cō-
sensu episcopi per notata in gl. præalle. Et sic videtur qđ
hic debeat intelligi ↄsensum episcopi interuenisse, aliàs
statutum non valuisset, nisi dicas quod fuerit per Papam
ex certa scientia confirmatum: nam etiam in litera videt̄
fieri mentio de ipsa confirmatione. Dicit tamen do. Ant.
de But. quod licet statutum fuisset nullum, si tamen fuis-
set iuratum, iuramentum obligasset ipsos canonicos, cū
possent illud seruare sine interitu salutis æternæ. facit qđ
habetur j. de iureiuran. c. cum contingat. & ideo de iura-
mento deberet fieri hic mentio, aliàs literæ essent surre-
5 ptitiæ, vt hic dicitur. ¶ † No. quod interdum numerus sta
tutus in ecclesia firmatur iuramento: vnde tunc non suf-
ficit mentionem fieri de numero, nisi etiam fiat de iura-
mento. quinimo si etiam sit confirmatus per sedem Apo
stolicam, non sufficiat fieri mentionem de numero & iu
ramento, nisi fieret etiam mentio de confirmatione Apo
stolica, vt hic voluit gl in verbo, & de hoc. & facit ꝙ legit̄
& notatur in c. quia sæpe. & in c. cum aliquibus. j. eo. lib.
6 vj. & in cle. dudum. ad fi. de sepul. ¶ † Vltimo no. qđ pro-
cessus factus per literas surreptitias in beneficialibus, est
nullus ipso iure. et sic surreptio in beneficialibus ipso iu
re vitiat gratiam, & executoris processum. de quo per gl.
& Io. An. j. eo. ad audientiam. & tangitur etiam hic in gl.
fi. ¶ In gl. j. ibi, cum super Abbatia. ibi, vitiatur processus,
si iudex associet sibi non iudicem. & sic videtur eodē mo
do hic in simili, ex quo simul ista duo mandata fuerūt fa-
cta, si vnum non potest impleri, etiā aliud non debeat im
7 pleri. ¶ †In ea. gl. ibi, l. j. §. j. ille §. facit potius contra, quia
ibi dicitur quod si actus, qui fit per pupillum autoretur a
vero tutore, & etiam ab illo, qui non est verus, sed putati
uus, quod valet actus æqualiter. Iste §. qui videtur contra-
riari c. cum super Abbatia. saluatur quo ad illud c. vt ibi
tangitur, & notatur. l. etiam. §. de qua. s̄. in glo. non multū
8 facit. ¶ †In ea. glo. ibi, in §. si vero. ibi dicitur si duobus est
commissa causa cum clausula, appellatione remota, si al-
ter illorū committat collegæ vices suas, vulneratur eius
iurisdictio, vt non possit procedere appellatione remota.
de quo dicendum vt ibi. & sic videtur, quod cū hic simul
ista mandata fuerint data, vitium in vno vitiat aliud. &
eodem modo potest induci c. cura. de quo sequitur in gl.
vbi dicitur, quod falsitas admista dicto testis, vitiat dictū
9 eius. ¶ †In ea. glo. ibi, quasi a contrario. nam dicit̄ in ver.
quandoque plures. allegato in gl. quod quando sunt plu-
res, quibus simul competit eadem causa defensionis, fa-
ctum vnius prodest alteri. & sic a contrario. econtra factū
vnius videtur alteri nocere, & per consequens eodē mo-
do hic, ex quo simul data sunt mandata, vitium in vno vi-
detur etiam in alio nocere. & eodem modo potest indu-
ci lex, si commune. & l. etiam. quæ j. allegantur. ¶ In ead.
gl. ibi, erit vnum mandatum. Contra solutio nō videtur
bona, cum rē vera sint duo mandata, vt de se patet. Ideo
gl. j. in ver. duo in veritate, dedit aliam solutionem, vide-
licet quod duo in veritate erant mandata, videlicet vt re
ciperent eum in canonicum, & vt eo recepto prouideret
sibi de præbenda si vacaret: tamen quia, vt reciperent eū
in canonicum, ex quo in literis non erat facta mentio de
numero iurato. erat contra sacramentum, ideo literæ tan
quam surreptitiæ non valebant, & sic non poterat adim-
pleri, quod reciperetur in canonicum, quia sic venissent
contra iuramentum, & fuissent periuri. et ideo nimirum
si etiam eum non tenebantur recipere in canonicum. Po
tes tamen concludere, quando duo mandantur si quærit̄
an alterum sit adimplendum, si potest quod quia qn̄q; vi
tium surreptionis respicit vtrunque, & tunc vitiat, & sic
neutrum poterit adimpleri: quandoque concernit alterū
tantum, & tunc aut illud est connexum alteri, & tunc vi-
tiatur vtrunque: quia tunc ratione connexitatis rescriptū
in parte surreptitium, censetur esse surreptitium in toto,
vt hic voluit sentire gloss. Nam hic erat surreptitium re-
spectu canonicatus, censetur etiam esse surreptitium re-
spectu præbendæ, cum prębenda habet connexitatem cū
canonia. j. q. 3. si quis obiecerit. & not. etiam s̄. tit. j. in c. cū
M. si vero sunt mandata separata, & non connexa, & tūc
surreptitium rescriptum in parte, illud solum vitiat. facit
s̄. eo. inter cæteras. Et per prędicta infert hic do. Anto. de
But. quod si in hospitali de pęnitentia, vbi morantur fra-
tres tertij ordinis sancti Francisci, mandatur vt quis reci-
piatur ad professionem, & etiā mandatur, vt de bonis ho
spitalis sibi tanquam vni ex fratribus prouideatur, quod
si in bonis nihil reperiatur habere hospitale, rescriptum
censebitur surreptitium, quo ad secundam partem, & nō
quo ad primam: quia recipi poterit, & sic ad professionē,
vt admittatur ad congregationem ipsorum fratrum: sed
vel debet viuere de proprio, sicut multi alij fratres de illo
ordine faciunt. ¶ In ea. gl. ibi de numero est facta mentio
istud videtur esse quędam diuinatio, quia non videtur be
ne apparere ex litera. sed Ioā. And. dicit, quod tacitè fuit
facta mentio, inquantum fuit mandatum prouideri de p̄-
benda, si qua vacabat aliàs de proximo vacatura, cum in
ecclesia non numerata non sit propriè dare vacationem.
j. de præben. c. dilecto. & j. de conces. præben. in c. ex par-
te. & ideo ex quo fecit mentionem de vacatione, tacitè vi
detur fecisse mentionem de numero præbendarum: non
tamen videtur, quod per hoc sit facta mentio de numero
canonicorum, quia potest ecclesia esse numerata quo ad
vtrunque, scilicet quo ad numerum canonicorum, & quo
ad nu-

ad numerum prębendarum.Item potest esse,quod est numerata quo ad numerum præbendarum, sed non quo ad numerum canonicorum. & similiter econtra potest esse nnmerata quo ad numerum canonicorum , sed non quo ad præbendam.facit quod dixi.s.ti.j. in c.cum M.& quod no.in c.si.de conces.pręben.in vj.& j.de præbendis.c.dilectus filius g.& ideo videtur, quod ecclesia hic erat numerata,quo ad numerum canonicorum, & quo ad numerũ præbendarum,licèt tacite sit facta mentio de numero pbendarum, ex quo facta est mentio in rescripto de vacatione præbendæ,quę non habet locũ in ecclesia,vbi non sunt præbendę numeratæ,vt est dictum. Tamẽ non videtur , quod per hoc sit facta mentio de numero canonicorum.& idem videtur quod necessario debet intelligi alio modo factam fuisse mentionem de numero canonicorũ, ex quo ecclesia erat vtroque modo numerata,puta si Papa mandasset istum recipi in canonicum,certo canonicorum numero non obstante,& mandasseretiam præbendam sibi conferri,si qua vacabat,alias proximo vacaturã: nam tunc facta esset satis mentio de numero prębendarum,& etiam de numero canonicotum, sed non de iuramento.Si autem non fuisse ecclesia numerata quo ad numerum canonicotum,sed præbendarum tamen tunc nõ posset procedere litera,vt hic etiam voluit Ant.de Bu.q̃a tunc mandatum factum de recipiendo istum in canonicum tenuisset,licet aliter non esser facta mẽtió de numero canonicorum,ex quo ibi non erat certus numerus canonicorum statutus. & similiter tenuisset mandatum de præbenda:quia satis facta erat mentio de numero præbẽdarum,ex quo erat facta mentio de vacatione.secus secũdum eum quando vtroque modo est numerara, & nõ est facta mẽtio de numero canonicorum:licet sit facta de numero prębendarum,quia tunc literæ non valent in canonicatu,quod est principale, nec consequenter in præbenda,quę est illi accessoria,& sic intelligitur iste tex. ſm do. Anto.de But.¶Sed do.Car.Floren.hic videtur velle , qđ licer ecclesia non esset numerata quo ad numerum canonicorum,tamen non tenebant literę: quia licet tacite facta esser mentio de numero prębendarum, nõ erat ramẽ facta mentio de iuramento:& ideo non sufficiebat, & sic intelligit istum tex.& in hoc videtur cõtradicere do: An. de But.Sed certe dictum do.Anto.de Bu. videtur verius : quia ex quo mandatur prouideri de prębenda si vacat,& si non vacat de proximo vacatura,nullo mõ per tale mãdatum venitur contra numerum præbendarum vel iuramentum,ex quo solum debet prouideri de vacãte,vel de vacatura.& ideo deberet tunc tenere rescriptum,& deberent literæ valere,si etiam non esset numerata,quo ad numerum canonicorum,sed solum præbendarum, licet talis numerus etiam esset iuratus.& ideo verius videtur esse dicendum quod tex.debet intelligi quando vtroq; modo ecclesia erat numerata.¶ Nam tunc bene fiebat contra numerum & iuramentum,inquantum Papa mandauit simpl'r istum recipi in canonicum & sic statim. nã per hoc veniebat contra nnmerum. & iuramentum canonicorum.& ideo non valuerunt literæ.secus dicit do.Anto. de Bu.post Ioan. Cal.si Papa mandasset isti conferri canonicatum, cum vacabit vel de vacãte:alias de proximo vacaturo.& similiter mandauerit de præbenda iuxta formã literæ: quia tunc obseruando mandatum non fieret contra numerum vel iuramentum.ideo tunc valerent literæ sed vt dixi,hic fuit mandatum simpliciter istum recipi in canonicũ,& sic statim non facta mentione de numero iurato.ideo literę non valuerũt.¶ Aduerte tamen, quia inquantum dixi q̃ oportet intelligi, quod hic facta fuit mẽtio de numero canonicorũ,licet non de iuramento:quia hoc non videtur bene in litera confirmari ; cũ ex ea non appareat aliquo modo facta mẽtio de numero canonicorum. Posser dici quod inquantum hic litera ponderat iuramentum,debet suppleri maxime: quia idem si non est facta mentio de numero canonicorum , licet non iurato. vel potest dici,quod vbi ecclesia est vtroque modo numerata:facta mentione de numero præbendarum, videt̃ & tacite facta mentio de numero canonicorum ratione cõnexitatis,quam habet canonia ad prębendam & ecõrra. facit quod no.Ioan.And.post Inn.& Compo. in c. cũ M. s.tit.j.& eo.ti.in c.translato.& tunc bene stabit glo.& dictum Io.An.inquantum volunt , quod hic satis fuit facta mentio de numero præbendarum & canonicorum.& iõ litera solum ponderauit iuramentum, de quo non fuit facta mentio.Nam per boc non valent literæ super canonicatu,cum mandaretur simpliciter, & sic statim recipi : & non erat facta mẽtio de iuramento,licet tacite videtur facta mentio de numero præbendarum,& etiam canonicorum per id,quod dixi s.Et ex prædictis patet,quare hic licet fuerint duo mandata,non impletur alterum eorũ, scilicet de canonicatu,licet non possit implere in præbẽda , quia non vacat adhuc.nam ratio est,quia literæ sunt nullę in principali,scilicet in canonicatu.ratione surreptionis:quia non est facta mentio de iuramento, & consequẽter non valent etiam in accessorijs prębendæ, sed vbi literę,valuissent,tunc procederent allegata in contrarium p gloss.¶ In gloss.super verbo,iuramento ibi, verius videtur. a istam opi.tenent aliqui,& maxime Io.de Lig. dicentes, quod tacite inest ista condictio propter rationem gl. condictiones autem,quę tacite insunt, non reddunt rem condictionalem,vt l.ↄditiones,quę extrinsecus.ff.de cõdi.& demon. & facit gl.in cle.j.de offi. deleg.sed certe licet condictio tacita non impediat transmissionem,vt d.l. condictiones. tamen videtur suspendere actum sicut expressa,vt notabiliter dicit glos.in l.item quia.ff.de pactis. vnde potes dicere,quod ista condictio non inest per modum suspensiuum, sed potius per modum resolutiuum , quia si Papa vult vti sua potestate, non obstauit iuramentum,nec illi erunt periuri , si adimpleant tunc mandatũ Papę:sed si Papa non vult vti sua potestate,tũc illi remaneut ligati suo iuramento.In dubio autem non videt̃ Papa velle vti sua potestate in tollendo iuramentum , licet mandet eis quod recipiant aliquem in canonicum,nisi faciant mentionem de numero & de iuramento,vt hic patet.& etiam videtur velle hic gl.& ideo si tunc reciperẽt , stante statuto de numero & iuramento,essent periuri.Et an tunc teneret receptio,pendet ex his, quę habentur in c.dilecto.j.de præben.& aliquid terigi s.ti.j.c. cum accessissent. Et ex prędictis patet,quod canonici dicto casu tenentur excipere contra impetrantem , si non volunt incurrere periurium.Interdum tamen quis non potest excipere propter iuramentum , licet non impediatur agere, vt habetur in c.debitores.j.de iureiuran. Aduerte tamẽ, quia si canonici scientes se non teneri , reciperent istum impetrantem,viderentur tunc tollere statutum, & consequenter iuramentum:cum id facere possint, vt patere potest ex his,quę inferius dicẽtur . Et sic in dubio etiam dẽre pręsumi,ne alias incurrãt periurium.ar.l.merito.ff.pro socio.& extra. de verb.sig.abbate.& l.3.ff.de testa.mili.facit quod not.Ioan.And.in c.j.j.de his,quę fi.a ma.par.ca. vbi aperte decidit,quod licet statutum de numero sit iuratum,tamen potest tolli statutum, & in consequentiam potest tolli iuramentum illi accessorium. Nam si iuratur statutum,intelligitur iurari, quandiu durat illud statutũ, & sic rebus in eodem statu manentibus.facit j.de iureiu. quẽmadmodum.& in l.q̃ si seruus.ff.de cõdi.ob causam. & idem etiam hic dicit Io.de Lig. si iurassent seruare statutum,& contenta in statuto; quia tunc se referunt ad statutum,& sic videtur q̃ solũmodo iuramentum liget, quã diu durat statutum.facit quod no.Inno.in c.cum venerabilis.j.de excep.in gl.sua.quæ incipit, non est verum. Et plus etiam dicit,quod si iurassent seruare statutũ,&.contenta in

a ¶ Verius videtur. vide hic per do Feyl. in iiij.co.vers.autorit: a Papę.& vide Pau. de Ca. & Ro. in l.fin.ff q satisd.cog. & ibi Gui. de Cu. Fede.de Senis in suo consilio cxcj.q̃stio talis ẽ. Inno. in c. cum cõtingat. de iureiuran. in vlti.co. adde d.Abba. in c.veniẽtes.de iure iuran. in j. colum.

tenta in statuto, & nullum recipere vltra numerum :ᵉsi
incōtinenti vltimo dictum adijciatur, adhuc erit idem se
cundū eū: quia ex quo incontinenti illud adijciatur post
talia, q̄ referūt se ad statutum similiter , & etiam illud dēt
referri ad ipsum statutum : quia quæ incontinenti fiunt,
videntur inesse.j.de elect.c.officij. & l.legitima.versi.dice
bam.ff.si cer.pet.secus dicit, si ex interuallo iurassent nul
lum recipere vltra numerum,non facta mentione de sta-
tuto:quia tunc licet tollatur statutū , remanet tamen tūc
vltimum iuramentum ſm eum,sed Ioā. An.in d.c.de his
quæ fi.a ma.par.cap.aliter dicit. Nam ibi dicit,quod si iu-
ratur statutum,& contenta in statuto: quod licet tollatur
statutum, remanebit iuramentum : ex quo iurarunt etiā
seruare contenta in statuto.secus si simpliciter iurassent
seruare statutum: quia tunc sublato statuto tollitur iura-
mentum,tanq̄ illius accessorium.argu.j.de reg. iu.acces-
sorium.li.vj. & in l.cū principalis.ff.de re.iur. & hæc opi.
videtur de iure verior, quia licet referant se ad statutum ,
quando iurant statutum,& etiam contenta in statuto:ta-
men ne secundum iuramentum sit superfluum, videt̄ in-
telligendum quod aliquid operaretur vltra primum.arg.
de priuile.si Papa lib.vj.& l.si quando.ff.de le.j.& ideo cū
primum iuramentum,per qđ iurant seruare statutum,li-
get solum q̄diu durat statutum.sc̄dm iuramentū,in quo
iurant seruare contēta in statuto : vt aliquid operetur dēt
ligare etiam sublato statuto, & multo fortius ligabit ter-
tium iuramentum,si adijciatur etiam incontinēti , quod
nullum recipient vltra numerum.potest tamē. saluare di
ctum Ioan.de Lig.quando solum modo iurarent seruare
contenta in statuto,non præcedente alio iuramento : qa
tunc non ligabit iuramentū,nisi durante statuto, ex quo
se referunt ad statutum,argu.notatorum in simili per In-
no.in d.c.cum venerabilis . sed secus, vt dixi, quando p̄-
cedit iuramentum de seruando statutum. & de materia
plene dixi in d.c.i.j.de his,quæ fi.a ma.par.ca.¶ In ea. gl.
ibi,& nō collatum dominium.Not.bene ſm do.Car.Flo.
gl.quæ vult,quod dominium rerum ecclesiæ cēseatur es-
se penes Papā,sed penes alios clericos & prælatos, & in-
telligatur esse administratio. de quo per Inno.& Io.And.
in c.cum super.j.de causa pos.& in c.præsenti.per glos.de
offi.ordi.in vj.vbi glo. tangit quale ius censeantur habe-
re clerici,& prælati in beneficijs.¶ In ea.gl.ibi, mētio nō
fiebat.& sic vult gl.quod licet in statuto & iuramento in-
ferioris a Papa,intelligatur excepta autoritas Papę,tamē
in dubio statutum & iuramentū ligat:quia Papa non in-
telligitur velle vti autoritate excepta, nisi faciant mētio-
nem de statuto vel iuramento.† An aūt in quolibet iura-
a mento intelligatur excepta autoritas Papę,ᵃ dicit do.An.
de But.quod sic,si fiat super respectante ad Papam,vt cō-
tingit in casu proposito,prout dicit glo.secus si esset præ-
stitum super re propria iurantis:quia tunc non intelligit̄
excepta,nisi esset præstitum super materia, in qua Papa
posset dispensare.facit quod legitur & no. in c. non est.j.
de voto.& per Inno.j. de renun.in c. cum inter. Et per p̄-
dicta dicit hic Vin.quod si Papa mandaret capitulo,facta
mentione de numero & iuramento , vt reciperent Titiū
in canonicum, & præbendam conferrent non obstāte iu
b ramento,vel darent sibi centum:ᵇ quod tunc si recipiunt
ipsum in canonicum,ex quo facta est mentio de iuramē-
to:non erunt periuri,licet habuerint potestatem dādo cē
tum seruare iuramentum. Nam autoritate Papæ vidētur
facere quodcunque alternatiuorum fecerint propter da-
tam electionem,factam de iuramento. secus dicit si nō fa
cta mentione de iuramento mandasset , quod reciperent
ipsum in canonicum,aut soluerent centum:quia tunc ex
quo non est facta mentio de iuramento,rescriptum surre
ptitium in altero alternatiuorum redditur surreptitium
in totum,& sic etiam non tenebuntur ad solutionem de
centum per id,quod habetur in l.quæ sub conditione. §.
si quis sub iurisiurandi conditione.ff.de condi.insti.per p̄
dicta etiam potest inferri ad id,quod tangit Fede.in con-
si.cxcj.vbi tangit,quod si clericus vel scholaris filiusfami
lias iurauerit de non discedendo de studio absque licētia
creditoris,an si reuocetur per episcopum ipse clericus, vel
filius per patrē erit periurus,si recedat petita licentia,sed
non obtenta.Nam concludit quod non, quia nondū ius
intelligitur exceptum a iuramento,sed etiam ius alterius
superioris,per id,quod habetur j.de iureiuran.venientes
& c.veniens.Nec ob.quod not.in c.significauit.j. de cēsi.
vbi si ille,qui iurauit soluere Titio, inhibeatur pendente
accusatione per iudicem,ne ipse iurans soluat:nihilomi-
nus tenetur soluere,aliàs est periurus: quia ibi ideo illud
præceptum erat iniustum,& sic imputandum est non ap-
pellanti quod autem dictum est supra,procedit quādo p̄-
11 ceptum esset iustum. † Per prædicta etiā potest inferri ad
id,quod no,Lap.de Cast.in sua ix.allegatione, vbi tangit
quid si beneficiū sit annale ex dispositione statuti, & Pa-
pa reseruet illud,& conferat vt perpetuum non facta mē
tione de statuto,an tenebit.Nam ibi dicit quod sic ; quia
illud statutum non videtur ligasse Papam ,cum eius auto
ritas intelligatur excepta.¶ Sed certe istud dictū nō pro-
cedit,vt tangit hic do.Anto.de But.quia Papa non intel-
ligitur vti potestate excepta, ex quo non fecit mentionē
de statuto per ea,quę superius sunt dicta.quod intelligit
procedere, nisi proprio motu faceret prædicta per id , qđ
habetur de præbē.si motu proprio.li.vj. Sed certe istud di
ctum do.Anto.de But.non videtur procedere , quia licet
motus proprius tollat defectum surreptionis , non vr̄ ta-
men tollere defectum intentionis, quæ in dubio non vi-
detur esse in derogando statuto , si hoc non exprimat.fa-
cit quod no.idem Lap.in sua allegatione.xiiij.¶ In ea.gl.
ibi,post datam, supple literarum executoriarum. nam de
illis videtur loqui gl.relata ad tex.¶ In ea.glo.ibi, si quis
obiecerit.ibi,dicitur quod spiritualia non possunt esse si-
12 ne corporalibus.¶ †In ea.gl.ibi,percipiuntur. dic clarius
quod canonia non potest esse sine pręb enda , scilicet re
& spe:licet quandoque re ipsa sit sine præbenda:tamē nō
est sine spe ipsam consequendi. facit j. de pręben.te latū.
& similiter etiam potest dici,quod canonia potest esse si-
ne rebus corporalibus,non tamen sine cura:ex quo per-
cipi possunt corporalia tunc,vel saltem in futurum. facit
quod no.in c.Ioannes.j.de regulari.¶ In gloss.penul.ibi,
tempus datæ,scilicet literarū executoriarum , vt patet ex
litera.¶ In ea.gl.ibi. item nō dixit.pro recitatione huius
versiculi possit opponi: nam Papa hic videtur ad nullita-
tem literarum vel gratiæ velle, quod sufficiat determina-
tionem numeri pręcessisse literas executorias tantum: &
13 sic videtur velle , † quod determinatio numeri facta post
monitorias & præceptorias tollat vim illarum. sed hoc vi
detur esse falsum,quia ex quo determinatio numeri prę-
cedit solas executorias, illas tantum videtur reddere sur-
reptitias,non autem monitorias & pręceptorias: quia nō
artabatur quis ad faciendum mentionem in eis de nume
ro,qui nondum erat.& sic videtur, quod non deberēt vi-
tiare monitorię, ex quo in illis non fuit surreptio , & per
consequens gratia non deberet ex toto vitiari,si determi
natio numeri facta est ante solas executorias,& post mo-
nitorias:cuius contrarium litera hic videtur innuere. gl.
hic voluit soluere,quod istud ideo est, qa per literas mo-
nitorias nullum ius quæritur:& ideo cū superueniat sta-
tutum nullo iure adhuc quęsito,tollit vim & effectum ip
satum literarum,quas reperit in fieri,vt erant ipsæ moni-
toriæ.& ex quo non præcessit aliqua affectio, non erāt li
gatę manus illorum de capitulo ad determinandum nu-
merum in pręiudicium gratię impetrantis.quinimo plus
videtur ſm do.Ant. de But. quod neque etiam per datio-
nem executorię erant ligatæ manus, nisi forte in eis fuis-
set decretum : vel nisi dicatur sc̄dm eum,quod eo ipso q̄
datus

a ¶ Autoritas Papę. vide in apostilla superiori, q̄ melius hic situata esset.

b ¶ Sibi centum. de hoc vide hic per do. Fe.in v.ro. ver amplia expliciter.

datus est executor,cẽseantͤ ligatæ manus ordinarij ad ali
quod agendum,per quod gratia ex toto perimeretur: sed
non quo ad hoc,vt differatur per id, quod habeẽ in c.tibi
qui.de rescrip.lib.vj. secus qñ non est adhuc datus execu
tor.Sed tu quantum ad hoc, an & quando per dationem
executoris ligentur manus, recurre ad notata plene in
decretali,si capitulo. & in c.si soli.& ibi plenius de ꝯces.
præben.lib.vj.& cum gl.inquantum vult,quod per moni
torias non quęritur ius.concordat hic Inn.Nec ob.secun
dum eum,si dicatur ꝙ negotiũ videẽ esse ꝯptum per mo
nitorias.j.eo.literis.quia illud est verum de honestate ſm
eum,& sic de honestate debeat profici, non quo ad iuris
necessitatem.Sed certe ista solutio glo.& Inno.non videẽ
bona:quia per monitorias videtur aliquod ius quæri, vi-
delicet officium iudicis,vt no.in c.veniens.alleg. in glos.
& ĵ.de cõces.pręben.c.j.lib.vj.& sic videtur quod tale ius
quæsitum per monitorias debeat remanere, ex quo non
fuerunt surreptitiæ, licet ante executorias fuerit taxatus
numerus.propter hoc Petr.de Saxo.hic dicit,quod Papa
grauauit hunc impetrantem in vno,videlicet vt si añ exe
cutorias & post monitorias iuratus esset numerus, nõ va
lerent literæ, quod ſm eum fuit grauamen, cum de iure
debuerit inspici tempus præsentationis literarum.ĵ.de p̃-
bendis.dilectus.ij. & sic tempus præsentationis monito-
riarũ in alia alleuiauit,scilicet qđ si certus numerus fuis-
set statutus,& confirmatus sine iuramento, quod valent
literæ tacentes talem numerum.hęc solutio non videtur
bona,quia non est verisimile,quod Papa grauat quem cõ
tra dispositionem iuris,argu.c.super eod.j.de offi.delega.
& c.ex parte.vnde Hostiẽ. aliter dicit,videlicet qđ iste p.
se obligauit ad probãdum, quod post executorias fuerat
numerus determinatus:alias autem idem fuisset dicẽdũ,
si post monitorias in elusionem mandati Apostolici fuis-
set factum statutum.ĵ.de appell.meminimus.& c.sugge-
stum.vel subaudiri potest idem esse,si post monitorias fa
ctum sit statutum,ne alias fiat illusio literis Apostolicis.
vel ſm Io.An.ideo litera hic dicit de executorijs, quia de
ipsarum processu quærebatur.& ideo tempus datæ ipsa-
rum debuit ponderari,quasi velit,quod monitorię rema-
neant valide, si ante eas nõ fuit determinatus numerus,
licet fuerit determinatus ante executorias:sed tunc exe-
cutoriæ non valebunt.& sic vbi terminatio præcedit mo-
nitorias,habet nocere monitorijs:sed vbi non p̃cedit mo
nitorias,sed executorias.tunc executorię non valebunt,
sed monitorię sic.& ista videtur esse mens Hostien.& Io.
And.& idem etiam videtur voluisse do.Cardi.Floren.sed
certe,vt dicit do.Anto.de But.iste intellectus videtur cõ-
tra mentem literæ,quæ videtur voluisse, quod istæ literæ
ex toto repellanẽ,si ante executorias numerus fuisset sta-
tutus:& sic videẽ velle quod tunc etiam non valeant mo
nitoriæ.vnde ipse dicit,quod verum est etiam illas nõ te-
nere:sed non est vitium surreptionis, quia nulla fuit sur-
reptio in monitorijs,sed ex eo, qa gratia expirauit re in-
tegra per mortem Celestini, per id quod habetur in c. si
cui.an fi.de præbendis.lib.vj.& quod legitur,& no. in c.si
super gratia.de offi.deleg. eodem lib.Non enim desijt es-
se res integra per processum executorum:quia processus
ipsorum fuit nullus,ex quo literæ fuerũt surreptitię,pro-
cessus autem nullus: sicut nec citatio,quæ est nulla, non
facit rem desinere esse integram,vt notat gl.in c.cum plu
res.de officio delega.in vj.& facit quod legitur & notatur
4 in l.si pater.C.de statu defunctorum.¶ † In gl.finali,in fi-
ne.Sed contra hoc facit,quia processus,quãuis in iustus,
& contra ius partis,valet si non appellatur.ĵ.de re iudica.
in c.cum inter vos.& c.j.soluit Innocen.hic,& s̃.eo.ad au
res,quod speciale est in causa beneficiali,vt sentẽtia in iu
sta non transeat in rem iudicatam,& sic posset quãdoque
retractari:sicut dicitur in matrimonio carnali j.de re iudi
ca.in c.tenor. & c.lator.& c.consanguinei. & sic idem in
matrimonio spirituali,secundum eum,argu.c.ij.ĵ.de trãs-
la.Et ratio esse potest, qa in beneficijs omnis puritas dẽt
adesse.j.q.j.c.si quis.& idem voluit Inno.in c.cum Bertol
dus.j.de re iu.& c.cum olim.ĵ.de causa poss.In contrariũ
tamen videẽ esse casus in c.cum dilectus.ĵ.de elec.vbi in
causa beneficiali sententia videtur transire in rem iudica
tam.potes dicere,quod si executores procedant vt execu
tores,& non iudicialiter:tunc procedit,quod hic dicitur:
quia si literę sunt surreptitiæ,sunt nullæ ipso iure,& con-
sequenter ex potestate processus erit nullus.Si autẽ pro-
cedant,vt iudices,quod facere possunt ſm not.in cle.j.de
offi.delega.& ĵ.de præsump.c.fin. tunc sententia in causa
beneficiali,si non appellatur transit in rem iudicatã, quo
ad partem,sed non quo ad iudicem,ſm no.superius in iu
ribus præalleg.& in c.j.ĵ.de concess.pręben. de quo plene
15 dicetur ĵ.eo.ad audientiam.¶ † Secundo potest opponi,
quod nõ vitietur rescriptum ex taciturnitate numeri:qa
non vitiatur rescriptum speciale per generale,s̃.e.c.j. sed
solue,vt ibi dictum fuit quia ibi loquitur in rescriptis ad
lites,quando rescriptum speciale concurrit cum genera-
li,sed hic loquitur in literis ad beneficia, quæ redduntur
surreptitiæ, si concurrunt cum statuto vel iuramento, si
18 de illo non fiat mẽtio in literis,vt hic patet.¶ † Tertio ẽt
potest opponi, quod non fuerit necesse facere mentionẽ
de statuto:quia videtur,quod non valuerit,cum non ap-
pareat factum de ꝯsensu episcopi,ſm no.in c.ij.ĵ.de verb.
signi.per glo.sed potest dici,quod hic debet intelligi con
sensus episcopi interuenisse,vel fuit valida, tum per cõfir
mationem sedis Apostolice,vel dato, quod non valuerit
ex quo interuenerit iuramentum, debuit fieri mentio de
iuramento:quia non est verisimile,quod Papa vellet, qđ
veniant contra iuramentum arg.quod habetur in c.cum
contingat.j.de iureiuran.Et adde, quod habetur in c.ij. j.
de institu. vbi tangitur an prælatus Ecclesiæ inferioris a
cathedrali,cum consensu capituli absque autoritate epi,
17 possit facere statutum.¶ † Vlterius etiam potest opponi:
quia videtur,quod hæc exceptio ex taciturnitate numeri
censeatur peremptoria,& sic videtur,quod non possit op
poni ad processum,nec vitiet impetrationem, per id, qđ
habetur in c.j.de lit.contest.in vj.soluit Inno.& Io. And.
quod contrarium loquiẽ in literis ad lites, in quibus taci-
turnitas exceptionis peremptoriæ non vitiat literas, nisi
in casibus ibi positis,sed hic loquimur in literis ad bene-
cia,in quibus est secus. Et ratio diuersitatis est:quia in li-
teris ad beneficia,eodem instanti creatur ius,& dãtur iu-
dices seu executores,& tribuiẽ iurisdictio sup iure, quod
competebat ante literas:& ideo non faciliter sic vitiãtur,
facit quod no.gl.& Inno.in d.c.j.de lit.contesta.in vj.Et p
prædicta concludi potest,ꝙ qñq; tacetur exceptio perem
ptoria, & sic ius peremptorium quandoq; tacetur ius di-
latorium:primo casu procedit,ꝙ superius est dictum : qa
distingui dẽt inter literas ad lites, & literas ad beneficia.
Scđo casu,qñ taceẽ ius dilatoriũ; exemplũ si ꝓmisisti nõ
impetrare literas, vel iurasti nõ impetrare literas, & tunc
hæc exceptio dẽt ante lit.cõt.opponi.l.fi.C.de exce. Qñ-
que vero ius dilatorium nõ recipit processum,sed effectũ
actionis,vt differatur:puta,vt quia promisisti me non cõ-
uenire vsque ad pasca,& tunc habet locum,quod legitur
& no.in c.j.ĵ. de plus peti. Quandoq; potest exceptio re-
spicere processum & merita causæ: exemplũ in exceptio
ne,quæ oritur ex pacto,ne me conuenias inito tecũ, vel
ne uegas contra me,& tunc videtur velle Inn. quod hæc
exceptio non solum poterit opponi ad processum,imo ẽt
ad merita:sed contrarium videtur voluisse c.j.de lit. con-
testa.in vj.sed do.Anto.hic dicit quod opinio Inn.de qua
hic potest procedere,in pacto de non conueniendo : qa
respicit processum,allegat, quod habetur in c.si diligẽti.
ĵ.de so.compe.Sed opinio de qua in d.c.j. videtur ꝓcede-
re in pacto de non agendo: quia non dẽ quis agere añ lit.
conte.

conte.sed agere velle l.amplius.ff.rem ratam habe.ideo, secundum eum videtur respicere processum, & actionẽ seu substantiam actionis: ideo poterit opponi ad processum & ad merita, secus in exceptione pacti de non petendo: quia illa solum ad merita causæ poterit opponi. Et sic residet do. Anto. de But. sed certè videtur, quod potius eõ dicere debuisset do. Anto. de Butr. videlicet quod opinio Inno. videtur procedere in pacto de nõ agendo, licet opinio Inno. in d. c. j. de lit. contesta. in vj. videatur procedere in pacto de iuramento de non conueniendo aliquem. Tu potes dicere, quod Inno. sic voluit, quod si iuro nõ cõuenire aliquem, quod exceptio resultans ex hoc iuramẽto, poterit opponi ad processum, & etiam in vim peremptoriç, post lit. contest. sed contrarium ipse sentit in d. c. j. de lit. cõtest. in vj. vbi videtur velle, quod solum possit opponi ad processum, nisi dicas, quod ibi loquitur, quando quis iurauit non agere, hic quando iurauit non conueni te aliũ. Sed certe ista non videbitur bona differentia: qa multo magis iuramentum respicit processum, quãdo qs iurat non conuenire alium, q̃ quando iurat non agere cõtra illum. Nam quando iurat non agere, proprie dicit̃ cõuenire, quado agit contestando litem: qa ante litem contest. non dicitur, quis agere, sed agere velle l. amplius. ff. rẽ ra. habe. & ibi not. p Bar. sed si quis iurat non conuenire alium, fit contrauentio per citationem, vt probatur in l. quamuis. ff. de in ius voc. & no. per Barto. in d. l. amplius. & sic magis videtur, respicere processum iuramẽtum de non conueniendo alium, quam iuramentum de nõ agẽdo: ideo videtur, quod si exceptio resultans ex iuramento de non agendo, debet opponi ante lit. contesta. multo fortius exceptio resultans ex iuramento de non cõueniẽ
18 do alium. ¶ Item aduerte, quia voluit Inn. in d. c. j. quod si quis iurat, non petere a Titio 10. vel aliam rem: licet istud iuramentum videatur respicere merita causæ: tamen propter veritatem iuramẽti. poterit obijci exceptio ad processum, quod tene menti, secus dicit, vbi esset simplex pactum de non petendo sine iuramento: quia istud non potest obijci, nisi in vim peremptoriæ post lit. cõtest. secus tamen dicit, si sit pactum de non agendo, licet sine iuramento sit factum: quia tũc poterit opponi ad processum. Et sic ad impediendam contestationem, & istud ẽt sequitur Bar. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. Et idem videtur dicendum, si fiat pactum de non conueniendo. Nõ autem poterit opponi post lit. contest. quia videtur inducere exceptionem dilatoriam, per ea, quç supra dixi, licet Inno. videatur aliter hic sentire. ¶ Item aduerte, quia videtur, quod ex quo ista gratia, de qua in literą ante mortẽ Celestini non fuit sortita effectum intelligatur fuisse reuocata per reuocationes, quæ consueuerunt fieri per Romanos Pontifices post mortem prædecessorum suorum, vt patet in c. penul. de præben. lib. vj. Potes dicere, quod secundum tempora harum decretalium, non emanabãt tales reuocatoriæ, sed cçperunt emanare tempore Bonifacij vij. qui fecit sextum. vt patet ex his, quæ habẽtur in d. c. penul. de prçben. in vj. ¶ Vltimo potest opponi contra decretalem: quia videtur, quod non procedat. Nã aut tenemus opinionem, quod per mandatum, vt prouideatur de præbenda vacante, si non vacat, alias de vacatura non possit prouideri, in Ecclesia nõ numerata, in qua nõ est dare vacationem. vt j. de præben. dilecto. quod tenuit hic Compost. & tunc videtur, quod ex quo ista ecclesia, de qua litera non erat numerata, secundum tempus harum literarum: licet ex postfacto fuerit numerata, nõ videtur quod virtute dictarum literarum, possit in dicta ecclesia prouideri, cum attendendum videatur tempus datæ s. eo. c. eam te. & facit, quod habetur in regula, non firmatur. de reg. iur. lib. vj. Aut tenemus, quod rescriptum super vacante præbenda, extendatur ad ecclesiam, in qua scribitur: licet non sit numerata, vt sic illius virtute possit & debeat prouidere, quod tenuit Host. & Ioan. And. post eum in c. ij. de concess. præben lib. vj. in gl. magna. Et tũc videtur, ꝙ non debuerit hic expectari, ꝙ præbenda vacet, imo videtur, qđ statim debuerit ꝓuideri, licet ecclesia nõ esset numerata tempore datæ. Cuius contrarium hic dici videtur. Sol. dicit hic do. Anto. de Butr. ꝙ possumus tenere opinionem Host. & Io. An. qui voluerunt, ꝙ per mãdatum de vacante prouideri debeat, etiam in ipsa ecclesia: licet non fuerit numerata. Et ad hunc tex. poterit responderi, quod iste tex. limitat opi. prædictam. Nam aut contingit, ꝙ pendẽte gratia non determinatur numerus in ecclesia, & tunc debebit statim prouideri, nec expectabitur alia vacatio, & sic intelligatur, quod notatur in d. c. si. Aut contingit, quod ante executionem mandati, determinatur numerus in ecclesia, & tunc vt satisfiat formæ mandati, quatenus fieri possit prouidebitur sibi de vacãte, si vacabit, alias expectabit proximè vacaturã, & sic intelligatur tex. iste, facit quod notauit Lap. in sua alle. xiij. vbi etiam videtur sequi opi. Hostien. & si diceretur, quod ideo hic Papa mandauit prouideri isti: quia ecclesia fuit postea numerata, & sic si fuisset non numerata, videt̃, qđ non debuisset prouideri, nec etiam text. expresse hoc dicit, quod tunc debebit prouideri, non videtur hoc bñ dictum: quia vt dixi, videtur attẽdẽdum tempus datç: & iõ, ex quo tempore data non erat numerata: & tamen Papa vult, quod prouideatur, si postea numeretur. Idem videtur dicendum, etiam si non fuisset numerata, cũ talis numeratio, superueniens post datam, non videtur omnino attendenda, nisi quo ad id, quod dixi, videlicet vt inquantum fieri possit satisfiat formæ mãdati, & istam partem tenuit hic in versi. alio quin demũ circa si. c. videtur tenuisse contrariũ, videlicet quod si ecclesia non fuisset hic numerata ex post facto, non debuisset prouideri isti impetranti, cui mandatum fuerat prouideri, tanquam in ecclesia numerata, quo ad præbendas, & ponderat, quod Papa hic non mandauit prouideri, si numerus non fuisset determinatus ex post facto: & ideo de rigore iuris, secundũ eum videtur, quod tunc sit vera opinio Compost. & tenẽdo istam opi. potest responderi secundum eũ, ad id, quod dicitur, quod debet inspici tempus datæ, quod illud procedit, vbi a principio literæ non valerent ex defectu surreptionis: quia tunc ex postfacto nõ validantur, de rescri. si eo tempore. lib. vj. & de reg. iur. non firmatur. e. li. secus vbi literç non habẽt effectum ex defectu intentionis, eo quia non adest qualitas, verisimiliter contemplata seu cõsiderata per rescribentem, attentis verbis rescripti: quæ tamen non est inductiua mentis rescripti, ad concedendũ, rescriptum: quia tunc rescriptum non est nullum, sed recipit pendẽtiam, donec in ecclesia reperiatur qualitas verisimiliter considerata, vt contingit in casu proposito s̃m eum: quia istud mandatum de vacante factum, vt prouideatur in ecclesia non numerata, nõ deficit ex surreptione, secundum eum, ex eo, quia Papa etiam alias esset cõcessurus, etiam in ecclesia non numerata, subsistentibus ibi competentibus redditibus: & ideo istud mandatũ nõ videtur deficere ex surreptione, sed ex sola intẽtione: qa Papa non videtur velle comprehendere ecclesiam nõ numeratam, ex quo facit mentionem de vacatione. Talis autem intentio secundum eum recipit intellectum, ꝙ prouideatur de præsenti si vacat alias prouideatur, cum vacabit, & sic si casus accidat, quod in ecclesia determinetur numerus, ita quod possit ibi cadere vacatio: & ideo tunc poterit prouideri per talem mandatum, secus secundum eum, si nullo modo determinatur numerus in ipsa ecclesia, & sic secundum eum, iste text. potius faceret contra opi. Host. & Io. And. Sed certe, si litera ponderet̃ hæc opi. d. Ant. de Bu. nõ vr̃ esse de mẽte lr̃ę. nã nõ vr̃ Papa, iõ mãdare ꝓuideri: qa numer' fuerit determinat' post ipsas executorias, & sic, quia possit tũc dari vacatio, sed potius

ex eo:quia dicta determinatio numeri post executorias,
videtur facta in elusionem literarũ Apostolicarum, & iõ
non deberent nocere,sicut noceret, si non esset facta, &
sic videtur esse mens Papę, quod etiam si nõ fuisset facta
post executorias,debuisset nihilominus prouideri impe-
tranti,& sic erit ille casus pro opi.Host.& Io.And. fateor
tamen, quod si reperiatur determinata post ipsas execu-
torias,antequam gratia sit executioni mandata,quod tũc
vt satisfiat formæ mãdati,prouideri sibi debebit si vacat,
alias de vacatura,vt superius dixi primo loco post do.An
19 to.de Butr.¶†Quid autem,si scribitur in ecclesia nume-
rata,vt prouideatur Titio de canonicatu & præbenda, nõ
facta mentione de numero,an si tempore datæ vacet prę-
benda & canonicatus,debebit ipsi impetranti prouideri,
Compo.tenuit, quod nõ ex quo ecclesia est numerata,&
non est facta mentio de numero,sed Ioan.And.dicit hoc
verum, si tempore datæ non vacabant canonicatus & p̃-
benda:quia tunc literæ sunt surreptitiæ,cum per illas mã
detur recipi,non facta mentione de numero, secus si va-
cabant canonicatus & præbenda tempore datæ: quia tũc
non frangitur numerus nec iuramentum, si seruatur mã
datum:ideo debebit prouideri, licet non sit facta mentio
de numero expresse,nec tacite,do. Anto.de But. dicit, ꝙ
dubium in casu isto pendet in hoc, a quo surgat effectus
intentionis scribendi in ecclesia numerata, quando non
fit mẽtio de numero.Nam si surgit a derogatione nume-
ri,procedit opi.Ioan.Andr.quia demum infringetur gra-
tia,in qua non fit mentio de numero,si numero detraha-
tur,& sic non infringetur, quando non detrahitur.Si au-
tem surgatur defectus intentionis ex eo : quia dicatur, ꝙ
priuilegium sit ecclesię numeratæ, vt non includatur in
literis Apostolicis, nisi fiat mẽtio de numero,siue illi de-
rogetur,siue non,tunc procederet opi.Compo. Sed vt di
cit do. Anto.de Butr.prius dictum videtur verius, videli-
cet quod potius surgat defectus intentionis a derogatio-
ne numeri,& sic videtur verior opi.Ioan.An.Nã ex quo,
secundum tempus datæ vacat vtrunque, nulla fit nume-
ri violentia vel iuramenti,si tali prouideatur,& præsumẽ
dum est verisimiliter,mentem Papę fuisse,quod in tali ca
su possit prouideri,ex quo,per eius mandatum non fit cõ
tra numerum vel iuramentum, & sic videtur verior opi.
Ioan.And.licet Compo.& Io.de Lig.hic aliter dixerunt.
20 ¶†Hĩc aduerte,quia potes addere quid iuris, si Papa man
dat prouideri de vacatura, an poterit etiam prouideri de
vacante,& sic de illa,quę vacabat tempore datæ.Nam gl.
ordinaria,quæ notabilis est dicit,quod sic quæ est in Cle.
vnica,de conces.præben.quam intelligit Ioan. de Ligna.
si Papa ignorauit vacationem,secus ſm eum, si sciuisset:
quia tunc videretur secus,ex quo non mandauit illam cõ
ferri,quę tunc vacauit,sed certe de mẽte gl. in dicta Cle.
videtur fuisse,quod indistincte prouideatur de ipsa vacã-
te,attenta ratione glo,quæ colligitur ex l. verbum erit.ff.
de verbo.significa.Nam illud quod de præsenti vacat, po
test etiam dici vacaturum,respectu futuri,antequam con
feratur,per ea,quæ habẽtur in d.l.verbum erit.¶ Vltimo
potest quæri:quia hic mandatur assignari præbẽda, si qua
vacat,quid si non vacaret.dicit Host.quod expectabit, &
interim viuet de cõmunibus reddibitus j.de præben.dile
ctus.el ij.Sed certe,vt dicit Ioan.An.illa decretalis loqui-
tur,quando capitulum contempsit conferri præbendam,
de qua mandabatur,hic secus,& sic non facit multum ad
propositum: dicebat tamẽ Io.de Lig.hic,quod si iste fuit
receptus in canonicum, licet nondum haberet præben-
dam:quia poterat interesse diuinis,per ea, quæ habentur
supra.titu.j.cum.M.debebit habere distributiones quoti
dianas,de quo ibi dictum fuit:potes tamen dicere, quod
ibi tangebatur numerus per rescriptum Papæ,faciẽs mẽ-
tionem de numero, sed hic erat secus, & videtur casus
diuersus.

SVMMARIVM.

1 *Decisio opinionum spectat ad Papam,etiam inter legistas, & eius decisioni debet stari,etiam in foro ciuili.*
2 *Opiniones sunt ad concordiam per distinctionem reducendæ.*
3 *Rigor quandoque capitur pro ordine iuris.*
4 *Ignorantia & simplicitas quomodo differant.*
5 *Dolum committens,impetrando tacita veritate vel expressa falsitate, non debet aliquod commodum reportare ex rescripto.*
Allegans dolum in impetrando commissum, probare debet. & nu. 8.
6 *Tacere verum, & dicere falsum paria sunt, & si ex simplicitate vel ignorantia taceatur veritas,vel exprimitur falsitas, quam tacita vel expressa,nihilominus delegans dedisset literas,saltem in forma communi rescriptum,non est prorsus nullum.*
7 *Testamentum,in quo filius in potestate est præteritus, est nullum filio hoc volente.*
9 *Possessionem an perdere debeat,qui aduersarium venientem cum multis & expulsionem minãtem aufugit, & an & quo interdicto sibi succurretur.*
10 *Homicida, an possit esse iudex.*
11 *Exceptio peremptoria si obijciatur,& offerat se quis incontinenti probaturum,an impediet contestationem.*
12 *Processus iudicis nullam iurisdictionem habentis(si illud sit certum iudici)non valet,sed si sit dubium iudici & partibus vel saltem iudici poterit cogi cõscere an sua sit iurisdictio.*
13 *Iurisdictionem habens,sed exceptione elidibilem potest cognoscere an sua sit iurisdictio & si procedit etiam in principali valebit processus si non appelletur.*
14 *Iudex licet nullam iurisdictionem habeat:potest tamen in dubio cognoscere an sit iudex quando hoc procedat.*
15 *Instrumentum procurationis coram iudice productum si obijciatur esse falsum & iudex pronunciet esse verum, an prę iudicabit domino absenti.*
16 *Appellasse si quis se dixerit & non appellauit vel dicit se appellasse infra tempus debitum & appellauit post si fiat commissio & delegatus uirtute talis commissionis procedat valebit processus in dubio si hoc non constitit iudici.*
17 *De iurisdictione cognoscere potest iudex inter duos quorum unus dicit se promisisse decem in tali castro quod dicit esse de iurisdictione huius ciuitatis & alter negat, & dicit se esse de iurisdictione alterius nec fiet prę iudicium alteri iudici in proprietate.*
18 *Excipiens de surreptione an probare debeat an agens.*
19 *Exceptio litis finitę si obijciatur excipiens debet hoc probare.*
20 *Exceptio quæ obijcitur contra rescriptum posito quod attingat merita causæ qualiter debebit probari,an plene,an semiplena probatio sufficiat.*

Butr. ¶ Sed certe, vt dixi ſuper gl.ij.non videtur, ꝙ ſit ne-
ceſſaria negligentia per totum annum, ſi ante de illa ap-
pareat per id, quod habetur ſ.eod.ſi autẽ.fateor tamen, ꝙ
licet de illa aliter non appareat, ſatis probabitur ex tranſ
curſu anni, vt hic voluit glo.fi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius, ſi a pluribus delegatis recipit mandata contraria, quid agere debet.*
2 *Delegatus Papæ maior eſt quolibet ordinario.*
3 *Contraria ſimul ſtare non poſſunt.*
4 *Euidens & manifeſtum videntur pro eodem ſupponere.*
5 *Negatiua, ſi eſt coartata ad certã ſcripturã, poteſt manifeſtè probari.*
6 *Proceſſus habitus a non iudice, quando valeat.*
7 *Partes iudicis aſſumere non dicitur quis propterea, quia ſuper aliquo facto notoriè ſe informat.*
8 *Executor, an & quando poſſit admittere exceptiones contra id, quod eſt exequendum propter defectum poteſtatis.*
9 *Scire an dicamur, quod ab alijs audiuimus.*
Executor an debeat parere delegato, ſi ab aliquo leuis opinionis audiuit ſuam iuriſditionem eſſe reuocatam.
10 *Executionem ſuſpendere, an debeat executor, ſi poſtquam factum eſt ei mandatum, vt denunciet quem excommunicatum per primos iudices, & ſi compareat pars, de qua mandatum eſt, & dicat ſe habere literas reuocatorias primarum, quas infra breuem terminum oſtendere ſe offert paratum.*
11 *Executores quando in literis beneficialibus dantur a Papa poſſunt aſſumere partes iudicis, & etiam poſſunt non aſſumere, & eligere viam executoris.*
12 *Sententia excommunicationis retractari poteſt, quando pars purgat contumaciam iurando de obediendo mandato iudicis.*
13 *Duo ordinarij an poſſint ſimul conuenire ad decidendum dubium iuriſditionis inter reos, quando dubitaretur quis eſſet eorum iudex.*
14 *Executor, cui fuit mandatum per delegatos, ſi dicit ſe dubitare de reuocatione literarum eo caſu, quo non erat dubitandum, quomodo puniatur: & ſi illo caſu excommunicet, an tenebit excommunicatio.*
15 *Literæ ſecundæ ſi directè reuocent primas, non eſt neceſſaria exceptio: & an tali reuocationi partes poſſint renunciare.*
16 *Litera ſecunda ſi reuocant primas indirectè, neceſſaria eſt exceptio.*

CVm contingat. Inſtruit ordina
rium quid face
re debeat, cum a diuerſis delegatis recipit
mandata cõtraria.& hoc ſit loco ſummæ,
quia propter pluralitatem dictorũ non po
teſt breuiter ſummari. ¶ Et diuiditur prin-
cipaliter in tres partes. Nam primo ponit dubitationem.
Secundo ſolutionis ipſius diſtinctionem. Tertio ordina-
rij duplicem inſtructionem.ſecunda ibi, ſuper quo. tertia
ibi, cæterum. Et ſecunda inſtructio ibi, licet autem. Et vt
dicit Io. An. raro practicatur hæc decretalis in executori-
bus cauſarum, ſed in executoribus gratiarum Apoſtolica
1 tum ſæpiſſimè practicatur. ¶ No.j.quid† facere debeat or
dinarius, quãdo a diuerſis iudicibus delegatis recipit mã
2 data contraria.nã ſatis clare exprimitur in litera. ¶ †No.
ij.ꝙ delegatus Papæ maior eſt quolibet ordinario inferio
re a Papa.facit ĩ.de offi.deleg.ſanè.& quod habetur in c.j.
xciiij.diſt.& ex hoc inſurgit, ꝙ ordinarius debet manda-
tum ipſius delegati Papæ exequi.de quo in c.ſignificaſti.
& c.ſi quando.ĩ.de offi.deleg. & eo.ti.paſtoralis.§.quia ve
3 ro. ¶ †Nota ꝙ duo contraria ſimul ſtare non poſſunt. de
4 quo ĩ.de bap.maiores.verſi.ſed adhuc. ¶ †No.ꝙ euidens,
& manifeſtum videntur ſupponere pro eodem facit ĩ. de
5 accu.in c.euidentia. ¶ †Not.ꝙ negatiua, ſi eſt coartata ad
certam ſcripturã, poteſt manifeſte probari. & ſic facit, ꝙ
negatiua interdum poſſit tranſire in notorium. de quo ꝑ
do. Ant.de But.in c.veſtra.ĩ.de coha.cler.facit etiam ꝙ cõ
ſuetudo poſſit eſſe de negatiua.de quo per Ioan.An.in c.
Ioannes.ĩ.de cleri.coniug. ¶ No.ꝙ non debet quis aſſere
re dubium, vbi non eſt dubitãdum: nec dicere ſe dubiũ,
vbi eſt certus. ¶ Nota, ꝙ quis debet habere conſcientiam
prouidam, puram, & diſcretam, præcipue iudex, & execu
tor.facit quod habetur in c. ſtatutum.§.aſſeſſorem.ĩ.eod.
titu.in vj.& intellige puram, ſcilicet a corruptela ratione
pecuniæ, fauoris, vel odij.facit quod habetur xj.q.iij.in c.
quatuor.& ĩ.de ſent.& re iudi.cum æterni. lib.vj. ¶ Not.
ꝙ executor per hanc decretalem nullam recipit poteſta-
tem ſuper iuriſditione inter delegatos aut partes, ſed ſo-
6 lum quandam inſtructionem. ¶ †Nota ſecundum Abb.
caſum, in quo cognoſcit qui non iudicat, & qui iuriſdi-
ctionem non habet.& ꝙ valet proceſſus habitus non a iu
dice, quod videtur eſſe contra l.de qua re.ff.de iudi. & cõ
tra id, quod habetur ĩ.de offic.deleg.in c.ſignificantibus.
Sed certe potes dicere, ꝙ cognoſcit extraiudicialiter ſe
informando: & ſimiliter proceſſus eſt extraiudicialis per
modum informationis, ideo nimirum ſi valet: alias non
valeret proceſſus factus coram non iudice per ea, quæ ha
bentur in c.ſua.de offi.vicarij.& in l.fi.C. ſi a non compe
ten.iudice. ¶ Nota, ꝙ illud dicitur euidenter conſtare, qđ
conſtat ex inſpectione inſtrumenti aut literarum, ſuper
quibus nulla cadit dubitatio: alias eſſet ſecus. & ex hoc
poteſt inferri, quomodo cognoſcatur, an ſentẽtia habeat
in ſe euidentem errorem, quia ex inſpectione ſententiæ
nulla cadit dubitatio, alias ſecus. facit quod notauit Inn.
in c.P.et G.ĩ.de offi.dele.& quod notat do.Anto. de But.
7 infra eo.ab excommunicato.& in præal.c.veſtra. ¶ †No-
ta, ꝙ quis poteſt ſuper aliquo facto notoriè ſe informare,
& prout veritatem reperit exequi, vel non exequi: non ꝑ
hoc dicitur quis partes iudicis aſſumere.facit quod notat
glo.infra.de iudi.cum veniſſent. & ſic reſidet domi. Ant.
de But.

de But.Sed certe hic loquitur in executore, qui non habet iurisdictonẽ in casu isto,vt hic dicitur. Sed iudex bene potest super facto notorio iudicialiter se informare seruando ordinem,qui requirit notorium : licet non seruet solennem ordinem iudiciorum,vt j.de iureiur.ad no
8 stram.el ij.¶†Vltimo nota hunc text.qui declarat, an & quando executor possit admittere exceptiones cõtra id, quod est exequendum propter defectũ potestatis. de alijs autem exceptionibus,an & quando possit admittere,plene notatur in c.pastoralis.§.quia vero.de officio deleg. & j.de re iudi.in c.de cætero.& aliquid etiam tangitur in c. quo ad consultationem.eo.ti.& per Bart. in l.a diuo Pio.
a in prin.ff.de re iudi.¶In gl. [a] j.in fi.primam opi. simpliciter tenet hic domi.Car.Flo.& secundam dicit intelligendam esse secundum primam: quia qualiscunque notificatio sufficiet, vt dicitur in secunda opin.scilicet si sit talis, cui verisimiliter debeat credi per c.cum in tuo. infra qui ma.ac.pos.& per id, quod dicitur in prima opi. nec obst. secundum eum litera,dum dicit, nihil omnino sciuisti :
9 quia secundum eum nihil dicitur † scire ille, qui audiuit ab homine leuis opinionis,cui non debeat credi: cum tales sæpe dicant varia,& non vera. Do.Ant.de But.hic facit differentiam,ꝙ aut executor solum audiuit a parte volente impedire executionem,& tunc nõ sufficiat:aut audiuit per famam,vel etiam ab vno teste: & tunc hoc sufficit, vt possit supersedere, vt non excommunicetur. & si contra eum procedatur ad excommunicationem,ad hoc vt non ligetur,debebit aut exequi mandatum,aut dicere ꝙ est paratus procedere secundum formam huius decre. vt sic petat præsentari literas. & si aliter obediat ostendẽdo literas,& altera pars non ostẽdat.poterit obedire mãdato iudicis,cuius literæ ostenduntur:nec poterit excommunicari, quandiu paratus est procedere secundum formam huius c.& si excommunicetur,non valebit excommunicatio,cum tunc non sit contumax. Sed certe litera ista non videtur distinguere,a quo audiuerit:& simpliciter etiam dicit,nihil omnino sciuisti: & ideo videtur sufficere a quocũque audiuit, ad hoc vt possit vti practica decretalis.nam non generatur ex hoc alicui magnum præiudicium.cum de facili infra breue tempus possit executor se informare secundũ formam huius c. quid agere debeat. & ideo de facili erit remedium contra fictiones. & intellige, ꝙ poterit petere sibi exhiberi copiam ambarũ literarum, quando intellexit quæstionem suscitatam super iurisdictione: licet vnicum mandatum tantum receperit. secus si intellexit tantummodo secundum rescriptum esse impetratum,etiam si intellexerit per ambos iudices fore processum,vel per alterum eorum. Si tamẽ nõ intellexisset quæstionem adhuc suscitatam super iurisditione: nam solum in duobus casibus videtur recipere potestatem petendi copiam ambarum literarum.s.quãdo recipit mandata contraria. Item quando recipit vnum mãdatum tantum, sed intellexit quæstionem suscitatam super iurisditione.& hoc etiam tenuit hic dom.Car.Flo.& do.Anto.de Bur.videlicet ꝙ solum in dictis duobus casibus potest petere copiam ambarum literarum: licet semper possit petere literas iudicis dantis sibi mandatum per c.cum in iure.j.de offi.deleg.dicit tamen Io.An.ꝙ eo casu,quo audiuit ab homine leuis opinionis, posset illi nõ credere:& potius exequi mandatum,quam permittere se excommunicari.dicit tamen, ꝙ de iure non possit excõmunicari quandiu paratus esset procedere secundum formam huius c.& subdit etiam, ꝙ si infra terminum ab ipso statutum neutra partium ostendit rescriptum, neutra obediet: si altera tantum illa obediet. Et si vtraque tunc informabit se ex tenore literarum quid agere debeat, vt
10 hic dicitur in litera. ¶†Et per prædicta potest inferri,ꝙd si postquam est factum mandatũ executori,vt denunciet quem excommunicatum per primos iudices, ꝙ si comparet pars,de qua mandatum est,vt denuncietur excommunicata coram executore, & dicat se habere literas, ꝙ expresse reuocant primas,quas ipse infra breuem terminum offert se paratum ostendere:an tunc ipse ordinarius cui factum est mandatum,ꝙ denuntiet ipsam partem excommunicatam,debebit suspẽdere executionem. Nam do.Ant.de Bu.hic in hoc variè fuit locutus. Primo enim dixit ꝙ licet forte ex æquitate possit suspẽdere executionem considerata qualitate personæ & considerato ꝙ non debuit diuinare,nec venire cum sacco paratus.ff.de sol.l. quod dicimus. tamen de iure non debebit supersedere: quia ista decretalis põderat,vt possit supersedere, ꝙ inter iudices sit contentio super literis, seu iurisditione suscitata,vt etiam videtur hic sentire Compo.Demum alternatiuè loquendo dixit, ꝙ supersedere debet etiam de iure,non ex viribus huius c.sed ex eo, quia allegatur defectus potestatis,& non exigitur alia discursio,quam ex inspectione literarum.& ideo debet ipsam admittere secũdum eum per id,quod habetur in c.cum in iure. de offic. del.Et sic residet in prima quæstione hic posita per eum. ¶Demum in versi.circa secundum.in ver. ego credo.dicit ꝙ licet non compellatur supersedere si non vult,tamẽ potest si vult,& iuste facit admittere secundum impetrãtem volentem secundas literas ostendere, per quas primæ reuocentur: quia secundum eum ante executionem potest discutere & extraiudicialiter: quare est de potestate mandantis.& si de illa sibi non constat, vel de eius defectu,non tenebitur exequi per c. cum in iure. Sed certe videtur, ꝙ non debeat audire ipsam partem, ex quo non recepit mandata contraria,nec audiuit quæstionem suscitatam super iurisdictione. & ideo videtur, quod debeat exequi mandatum primorum iudicum.Nec habet obstare prædictis c.cum in iure. quia loquitur de literis ipsius mandantis,quæ bene debent exhiberi: alias non tenetur exequi literas,ut secundus non potest facere exhiberi,nisi in casibus hic positis:nec videtur etiam, ꝙ illas debeat admittere,nisi in duobus casibus, de quibus superius est dictum. & qui in litera hic ponuntur. ¶Et per prædicta etiam potest decidi, quid si facta executione mandati facti per primas literas pars, quæ fuit denunciata excõmunicata,compareat coram ipso ordinario,qui denuntiauit illam excommunicatam ad mandatum primorum iudicum, & dicat se habere secundas literas reuocantes expresse primas,& per hoc petat,ꝙ reuocet ipsam denũtiationem,& denunciet ipsam absolutionem:an debebit talis ordinarius audire ipsam partem, si aliter non recipit mandatum contrarium.Nam certe videtur dicendum,ꝙ non per prædicta.¶In gl.iij.ibi, per decretales prædictas licet hoc possit allegari,quod dicit gl. quo ad casum c.pastoralis.§.eo.tamen quo ad istum tex. non bene procedit secundum Host.quia hic solum se habet informare ex inspectione literarum,vt patet ex litera. & sic non habet se intromittere de exceptione surreptionis,quanquam opponat pars contra secundum rescriptum:& ideo propter illam non debebit supersedere, si ex inspectione literarũ non appareat, ꝙ expresse secundæ non reuocant primas. Si autem pateret ex literarum inspectione, ꝙ non reuocarent primas expresse, tunc exequi deberet mandatum factum per primas literas. si autem remaneat dubius facta inspectione literarũ,debebit supersedere donec quæstio fuerit sopita secundum formam c. pastoralis.§.eodẽ.
11 ¶†Et ex prædictis potest inferri, quid iuris quando dantur executores a Papa in literis beneficialibus, qui licet possint assumere partes iudicis, possunt tamen si nolunt etiam non assumere,& eligere viam executoris, vt patet per no.per Innoc.in c.fi.j.de præsump.& in cle.j.de offic. delega.Nam si eligunt viam executoris, & partes opponunt aliquid,per quod dicunt non debere fieri executionem:nunquid executores debeant audire partes,an vero poterunt

a In gl.sup hac materia,vide hic per Felyn. a prin.huius c.vsq: quasi ad fin. & per Ab.hic in versi. in gl.j. in fin.
Executor quãdo possit admittere exceptiones.

poterunt parte in audita procedere. Nam videtur ꝙ si allegarur aliquid euidens, ꝙ pateat ex literis sufficiens ad expediendam executionem, impedietur executio: secus si alia dubitatio extrinseca occurrat, quæ non possit ex literis patere: qa tunc videtur, ꝙ illa nō obtenta debeat fieri executio. Sed do. Anto. de But. hic concludit, ꝙ debebit etiā partes audite, & se extraiudicialiter informare: aliàs dicetur grauare partes. Nec ob. iste tex. ſm eum, quia hic loquitur in executoribus, quibus ius nullam dat potestatem, nisi super cognitione notoria, & ex euidenti inspectione literarum. Aliud est in executoribus datis in literis beneficialibus, in quibus semp saltē tacite inest clausula, si preces veritate nitantur. Et ideo vedeſ, ꝙ licet executor non assumat partem iudicis, tñ non excluditut ab eo extraiudicialis informatio: & ideo debebit se a partibus super dubio occurrente informare, & admittere exceptionem: licet ſm eum sit dubium de illis exceptionibus, quæ opponuntur in persona, an debeant admittere, vt voluit Inn. in c. proposuit. de cōcel. pręben. de quo plene dixi in c. fi. j. de præsum. Et successiue etiam concludit ꝙ si ex informatione extraiudiciali redditur certus pro literis, debebit illas exequi. Si autem redditur certus contra literas, nō debebit exequi. Si autem remanet dubius, & tunc habebit duplicem viam: vel quod supersedeat, & intimet superiori, vel ꝙ iudicis partes in hoc assumat: dicit tamen quod hodie practicatur communiter & male, quod leuato velo procedunt ad executionem, nec vllatenus se informant: & propter hoc partes appellant, & deuoluitur causa ad curiam. Dicit etiam, quod si executor datus in literis beneficialibus se informauerit, quod valebit processus, quando clausula posita in literis sonat in monitionem, licet contra veritatem clausulæ processerit: poterit tamen tunc tanquam surreptitiæ retractari, vt dicit gloss. in c. j. infra. de offic. dele. Instruit etiam executorem do. Anto. de But. quod desistat a pronunciatione: vnde si super aliquo, qđ dubitabile fuerit, aliquid declaret pronuntiādo, videretur assumere partes iudicis: ideo non valent, ꝙ faceret parte non audita. facit quod habeť j. de cau. pos. in c. j. posses tamen ſm eū dicere, dico ꝙ mihi euidenter constat talem esse dignū, & sic rescriptū pro digno habeo: sed non dicat, pronuntio rescriptum esse dignum, quia per hoc assumeret partes iudicis. Idē sit dicendum in eis, quod hic dicitur in executoribus, de q̃bus in litera: & sic videtur velle, ꝙ differentia, quam facit do. Ant. de But. non procedat: de executoribus tamen ad beneficia dic, vt plene no. in d. c. fi. de præsump. & ibi etiā plenarie dixi. ¶ In ea. gl. in fi. no. bene, ꝙ regula legis Arrianus, alleg. in gl. habet locum quando fundata iurisditione surgit dubietas sup meritis causę, & eius probationibus: non autem habet locum, quando non est fundata iurisdictio: & maxime in casu isto, in quo executor nō habet condemnare vel absoluere: sed solum exequi, vel nō exequi. dicta autem regula habet locum in illo, ad quem spectat absoluere vel condemnare. facit quod not. per gl. in c. cum ad sedem. j. de restit. spolia. ¶ In gl. in versi. præcipimus. in fi. aduerte, quia gl. j. videtur sibijpsi contraria. Nam primo vult, ꝙ executor possit præfigere terminum partibus ad præsentandas literas, & tamen postea dicit ꝙ non habet iurisditionem inter partes. Nam terminus cū causæ cognitione dari consueuit. in q. 8. §. spatium. & sic videtur, ꝙ ex quo potest illum dare, dicatur iurisditionē habere. Soluit Innocen. ꝙ contrarium procedit in termino, qui datur pro testibus producendis, & ad instructionē causæ: secus in alijs terminis, qui dantur, vt quis possit se informare: & ita loquitur hic, quia statuebat terminum ad exhibendas literas, vt ex illis posset se informare. dicit tamen Hostien. ꝙ licet executor in casu huius decre. possit precipue exhiberi per literas: & propter hoc ille, q̃ non exhibet, sit censendus in obediens, tamen hoc casu ratione talis inobidientiæ iurisditionē non habebit. ¶ In glo. in ver. hæsitandum. ibi, contraria mandata supple. vel nisi intellexerit suscitatam electionem inter iudices sup iurisdictione. ¶ In ea. gl. in fi. & sic videtur velle gl. per ea, quæ notantur in gl. præce. circa fi. & quæ habēťur in c. cū in iure. j. de off. deleg. qđ etiam dato, ꝙ non sint contraria mādata præsentata, sed vnum tm̃: ꝙ petatur exequi, ꝙ poterit ille cui mandatur, vt exequatur, petere copiam literarum vtriusque rescripti. licet quidam voluerint quod tunc demum possit artare partes ad pręsentandas literas, quando susceepit mandata contraria: vel quando intellexit suscitatam esse quęstionem inter iudices super iurisdictione quam opinio. videtur hic tenuisse Compo. sed ſm do. Anto. de But. melius videtur dixisse gl. dicit tamen ꝙ non compellet personas ad exhibendas literas extra casus prędictos per hanc decret. de quo per pręalle. decre. & iura: & tunc præsentatis literis, aut certum erit de iurisditione mandantis exequi, & tunc debebit exequi: aut certum erit, ꝙ non habet iurisdictionem & tunc non tenebitur exequi. Si vero erit dubium, tūc in dubio debebit parere. facit qđ etiam no. j. de tempo. ordi. in c. ad aures. saluo, nisi quando mandata ꝯtraria reciperet: quia tunc debebit supersedere, si erit dubius, donec quæstio diffiniatur de iurisdictione ſm formam c. pastoralis. s̃. e. & sic resi det do. Anto. de But. ¶ Sed do. Cardi. Flo. hic dicit ꝙ c. cū in iure. de offi. delega. solum probat, ꝙ ille qui recipit mādatum de exequendo, potest petere sibi exhiberi copiam rescripti ab illo delegato, qui mandat aliquid exequi: nō autem dicit, ꝙ possit petere literas alias sibi exhiberi & iō tenet ꝙ nō potuit peti copia secūdi rescripti, nisi in duobus casibus hic positis: videlicet quando iudex secūdi rescripti mandauit contrariū eius, quod mandauit primus: vel nisi ei constat inter primum & secundm iudicem esse ortam contentionē de iurisdictione: alias debebit exequi primum mandatum, nec poterit petere sibi exhiberi secundas literas per istum text. & ſm p̃dicta dicit esse intelligendum id, quod dicit gl. præced. & ista opinio videtur verior de iure. facit quod dixi super glo. iij. ¶ In glo. ij.

a loco. in fi. Sed certe ª ſm Ioan. And. glo. in effectu nō soluit contrarium, sed potius illud repetit. Ideo Ioā. An. post Hostiē. dicit, ꝙ istud quod fit autoritate putatiui rescripti & reuocari, hoc cognito bene reuocatur: & ita loquitur hic. facit habetur C. plus valere, ꝙ agiť in rubro & nigro. & præcipue in l. j. sed illud quod fit autoritate veri rescripti non debet reuocari, vt in contrarijs, sed certe hic dicit do. Ant. de But. ista solutio videtur esse contra tex. d. c. audita. quia etiam ibi primū rescriptū erat reuocatum, & tamen factū p iudices ante notitiā reuocationis non reuocaſ pp hoc sotte Vincen. hic dixit, ꝙ † hic loquitur in sententia excommunicationis, quæ potest retractari, quādo pars purgat contumaciam, iurando de obediendo mandatis iudicis. facit quod habetur j. de verb. sig. ex parte. & quia, vt dicebat etiam Phi. potest esse, ꝙ quis tūc vere debuit excommunicari, quando fuit excommunicatus, & nunc vere absolui contrarium autem loquatur in sententia diffinitiua: & idē vř dicendū in alia sententia interlocutoria, q̄ habet transire in rem iudicatā: & sic habet esse suū absolutum. vt dicebat hic do. Cardi. Floren. & iō tūc illud quod legitimè est factum, ex facto subsecuto nō reuocatur. facit de reg. iu. factum legitime. li. vj. & idem voluit hic do. Ant. dicens, ꝙ excōmunicatio non habet esse perpetuum, qa purgata cōtumacia debet tolli. d. c. ex parte. j. de verb. sig. & ideo secus in sentētia diffinitiua, & in alijs quæ transeunt in rem iudicatam, & sic habent esse perpetuum. ¶ Et dicebat etiam hic domi. Cardi. Floren. quod per absolutionem nō reuocatur excommunicatio ex tunc, imo interim tenuit: sed tollitur ex nunc, quia cēsetur temporalis, donec satisfiat. s̃. c. j. & c. super literis. Et hoc etiam videtur esse mens gl. ſm eum. Sed aduerte,

a Sed certe. Eadem fere verba ponit hic d. Abb. vide eū hic, in iij. colū. ver. in glo. in versi. secūdo loco.

12 (beside: car pp hoc sotte Vincen.)

Absolutio reuocat excommunicationē ex nunc, non ex tunc.

quia istud dictum potest procedere, quando propriè quis
denuntiatur absolutus ratione absolutionis factæ ab ex.
communicatione:sed vbi denuntiatur absolutus.i.nõ li-
gatus,prout videtur esse mens literæ hic,tunc retro dete-
gitur etiam non ligatus & detegitur excommunicationē
fuisse nullam,ex quo literæ secundæ reuocabant primas:
& nõ valuit excommunicatio lata per iudicem primi re-
scripti, ex quo erat eius iurisdictio reuocata, licet hoc
ignorasset, vt hic satis videtur probari: licet secus videa-
tur in alijs actibus iudicialibus factis per primum iudicē
ante notitiam reuocationis literarum per ea, quæ haben
tur in d.c.audita.Si autem ipse primus iudex sciuisset iu
risdictionem suam esse reuocatam, licet executor ignora
ret,attenderetur scientia ipsius iudicis, & non ignorãtia
executoris,cum factum executoris accessoriæ veniat ad
processum ipsius iudicis:& sic debet factũ executoris es-
se nullum,sicut & factum iudicis,arg.regulæ, accessoriũ.
de regu.iu.libro vj.¶ Extra gl.potest quæri,an hæc decre-
ta.locum habeat in duobus ordinarijs eiusdem personæ,
puta si quis habeat ecclesiam in vtriusque diœcesi : forte
ex dispensatione per sedm,vt no.de rescrip.gratia.li.vj.di
cit Inn. ꝙ non. & ideo si vnus eorum mandat illum denũ
tiare excommunicatum,alter qui est sibi par non poterit
iubere illum denuntiari absolutũ, vel nõ ligatum: quod
est intelligendum,quãdo sunt duo ordinarij, quorũ vnus
non est maior altero:secus si alter sit maior, puta si vnus
est diœcesanus,alter est legatus: quia tunc parebitur illi,
qui est maior, & sic legato : facit quod habetur in c.j. &
c.studuisti.j.de offi.dele.& in c.ij.de off.leg.in vj.Et sic pa
tet ꝙ hæc decre.non habet locum in duobus ordinarijs,
sed in duobus legatis,quando est quæstio super literis. &
de hoc casu locum habet decre.pastoralis.s̄.eo. ſm Inno.
13 ¶ † Do.tñ Ant.de But.in c.super literis.s̄.e.in vlti.charta,
in j.co.videtur velle,ꝙ interdum duo ordinarii possint si-
mul conuenire pro decidendo dubium iurisdictionis in-
ter reos,quando dubitaretur quis eorum esset iudex per
id,quod not.Io.An.in regula,in obscuris.ad fi.in Mercu-
rialibus.de regu.iu.in vj.& in c.j.de priui. in nouel. & fa-
cit.quod notat Ioan.An.in c.sane.j̄.de fo.compe.¶ Quid
autem si solum vnice literæ sint impetratæ, & dicatur il-
las impetratas per dolum,vel falsi suggestionem:an nihi-
lominus tunc debebit executor parere mandatis iudicis.
dicit Inno. ꝙ sic per id,quod habetur in c.si quando. & c.
sane.& c.ex literis.j.de offi.dele.quod intellige,vt hic tã-
git do.Anto.de Bu.dummodo appareat ipsi executori de
potestate ipsius mandantis saltem prima facie: vt quia li-
teræ,ostendũtur absq; aliquo vitio extrinseco facit quod
habetur in c.cum in iure.j.de offi.deleg.Nam si in literis
est certus taliter de iurisdictione,debet parere:& etiam si
esset dubium, in dubio debet parere per ea,quæ haben-
tur in iuribus pręalleg.& j̄.de temp.or.ad aures. ¶ Vlte-
rius quęri potest,quid si ille,cui fit mandatum per delega
14 tos,† dicit se dubitare super reuocatione lr̄arum eo casu,
quo non est dubitandum, an aliqua pœna possit puniri:
dic ꝙ ſm leges debet puniri xxx.librarum auri.l.ij.ad fin.
C.de legi.quia non debet malitiose declinari mandatum
principis,vt ibi patet.& facit quod habetur j̄.de of.deleg.
pastoralis.Sed tunc quæritur,quid in casu prædicto,qñ di
cit se dubitare eo casu non est dubitandum,& ꝓpter hoc
excõmunicetur:an tenebit excommunicatio.dicit Inno.
& Compo.quod si dubitatio,q̄ allegabat ordinarius, est
nimis crassa vel supina,tenebit excommunicatio per id,
quod habetur in d.c.pastoralis.Si vero dubitatio esset ex-
cusabilis,tunc nõ tenet:licet dubitet, vbi sapiens non du
bitaret:quia tunc non resistit per cõtumaciam, vel iuris-
dictionem perturbat,in quibus casibus tantum potest in
illũ animaduertere,vt in d.c.pastoralis.de offi.dele.& eo.
ti.c.j.& idem si dicat se certum vbi est dubitandũ,& exe-
quit:& propter hoc ab alio delegato iudice excõiecē. Nã

Differẽtia, est an secũdæ lrę reuocent directe an indirecte primas.

tenebit sententia,si dubium est probabile.nam turbat il-
lius iurisditionem,cum in tali iurisdictione dēat su ꝑse de
re,vt hic patet. Et propter hoc etiam dicunt quidam ſm
Inno.ꝙ ligabit sententia, etiam si postea appareat iurisdi
ctionem excommunicatorum reuocatam:quia constat il
lum in dubio habuisse iurisdictionē, quam ille turbabat
ſm Inno.¶ Vlterius,quia litera hic dicit circa fin.quod ꝑ
id,ꝙ hic dicitur nulla tribuitur iurisdictio executori : pōt
quæri,quis sit intellectus literę : dic quod intentus literæ
est dicere,quod ad executorem nõ spectet inquirere vel
audire aliquas exceptiones,quæ tangant iurisditionem :
quia illas dimittat partibus proponendas coram iudici-
bus,& per ipsos iudices sicut de iure fuerit finiendas : nã
executor ex sola inspectione literarum motum sui animi
habebit informare,vt patet hic in litera:dicebat tamē Io.
gl.quod nulla attribuatur potestas executori super iuris-
ditione eo excepto,ꝙ de falsitate inquirere poterit a par-
tibus:sed certe hæc opin.est contra tex.vt hic dicit Hosti.
¶ Vltimo est sciendum,ꝙ Inno.hic,vt tetigit Ioan.And.
super glo.3. facit dr̄iam,an sec̄dę literæ directè † reuocent 15
primas:an vero indirecte. Nam primo casu nõ est neces-
saria exceptio:exemplum si dicit Papa, reuoco commis-
sionem tali iudici factam:siue dicat hoc motu proprio,&
non in fauorem partis, & ad eius petitionem: & tunc qđ
postea ille facit non tenet: quia non est iudex. facit quod
habetur j̄.de offi.vic.§.penul.& ff.de iud.l.iudicium solui
tur.¶ Refert tamen Inno.aliquos dicere,ꝙ etiam huic di-
rectæ reuocationi partes renuntiare possunt tacite & ex-
presse,etiam postq̄ iudices hoc sciunt, quando scilicet in
fauorem partium hoc est factum, & sic ab impetratione.
secus si proprio motu esset facta reuocatio, & sic non fa-
uore partis,quia tunc non possent partes renuntiare:fate
tur tamen ꝙ etiam tunc teneret,ꝙ ante scientiam reuoca
tionis esset factum per id,quod habetur in l.si forte.ff. de
offi.præsi.& j̄.de ꝓcur.in c.mandato.finaliter tamen Inn.
plus videtur placere,ꝙ quando directa est reuocatio facta
motu proprio sine vlla expressione & absque aliqua sciē-
tia fiat reuocatio.facit quod habet̄ j̄.de appella.vt nostrũ.
& quod no.Innocen.in c.j.j̄.de conces.præbendę.lib.6.&
quod ibi notat Io.And.in nouel.in gl.dicit Inno.in versi.
sed quid de literis.vbi Innocen. videtur tenere opinio. ꝙ
teneat factum ante sciētiam reuocationis : & quando re-
uocatio sit motu proprio,& quæ opinio sit verior, dixi in
16 c.cæterum.s̄.eod.¶ † Secundo casu quando reuocatio est
indirecta:exemplum si in secundis literis dicatur,nõ ob-
stantibus alijs literis super hac causa impetratis ad tales
iudices:& tunc dicit ꝙ necessaria est exceptio:& si nõ ex-
cipiatur, tenebit quod factum fuit ab ipsis primis iudici-
bus,quia de mero iure remanent iudices,si non opponi
tur:& hanc differentiam inter directam reuocationem,
& indirectã satis sonare videtur diuersitas verborum. An
autem de iure ꝓcedat,Io.An.hic nihil declarãt,sed trãsit
simpliciter cũ Inn. dic vt plene dixi in d.c.cæterum. s̄.eo.

SVMMARIVM.

1 *Narrans in rescripto plura operantia diuersos effectus, non sufficit ad consequendum vtrunque effectum probare alterum, & nu. 15.*
2 *Credendum an sit relationi iudicum delegatorum.*
3 *Dictio iterum, quandoque notat binam iterationem: quandoque verificatur, quoties opus fuerit.*
4 *Collatio beneficii potest fieri alicui recipienti nomine alterius.*
5 *Citatio, ad hoc vt habeat vim peremptorij, debet esse trina.*
6 *Citatus an possit cogi comparere personaliter.*
7 *Contumax potest excommunicari, & fructus beneficij sui possunt interim sequestrari. & nu. 17.*
8 *Excommunicatus propter contumaciam debet absolui prestita cautione de parendo mandato iudicis.*
9 *Iuramentum an debeat prestari de parendo mandato iudicis, an sufficiat sola promissio.*

10 *Absolui*

10 *Absolui an possit excommunicatus parte non citata.*
11 *Falsanti literas delegatorum imponendum est perpetuum silentium super petitis. & nu. 13.*
12 *Clausula in dubio debet referri ad omnia superiora, si illud commodè fieri potest. & nu. 16.*
14 *Confessio facta duobus vel tribus delegatis, non uidetur praiudicare confitenti. & nu. 18*
19 *Credi an debeat iudicibus de actis coram se.*
20 *Confessio in criminibus non ualet, nisi perseueret quando fit metu tormentorum.*
21 *Confessio, quæ fit calore iracundiæ, potest incontinenti reuocari.*
22 *Confessio extra iudicium facta, in criminibus non plenè probat: facit tamen indicium ad torturam.*
23 *Confessio licet facta sit coram iudice, si non fiat in loco iudicij, dicitur tamen extraiudicialis.*

1 OLim ex literis. † Cum in rescri-
pto plura narran-
tur operantia diuersos effectus, ad vtrun-
que effectum consequendum: alterū pro-
bare non sufficit. hoc dicit. Et in prima po
nitur consultatio: secundo responsio. secū
da ibi, nos igitur. Prima subdiuiditur in tres. nam primo
ponit relationem primorum iudicum. secundo commis-
sionem factam secundis. tertio dubitationem emergētē.
2 secunda ibi, nos igitur. tertia ibi, verum. ¶ † Not. primo ꝙ
relationi iudicum delegatorum non videtur credendum
etiam si sint plures: nam referebant partem fuisse cōfes-
sam de rasura, & tamen Papa mādat postea de illa inqui-
ri: & sic non creditur literis testimonialibus eorum. facit
j. de probatio. quoniam contra. de quo aliquid infra. de
purg. ca. cū dilectus. & infra. de testibus. cum a nobis. &
infra. de probatio. post cessionem. ¶ Nota, quod interdū
post primum mandatum emanat secundū, forte quia ne-
gligitur mandari executioni ipsum primum. facit quod
habetur s. eod. in c. constitutus. & infra. eod. capitulum. &
3 xviij. q. ij. c. dudum. ¶ † Et nota etiam hic de dictione ite-
rum, quæ videtur denotare binam iterationem. Interdū
autem verificatur, quoties opus fuerit per id, quod habe-
4 tur in l. veluti. ff. de edendo. ¶ † Nota, quod collatio bñfi-
cij potest fieri alicui recipienti nomine alterius. de quo
infra. de præben. accedens. & eodem. ti. si tibi absenti. lib.
5 vj. ¶ † Not. ꝙ citatio debet esse trina: quod intellige verū,
ad hoc vt habeat vim peremptorij. l. tres denuntiationes.
C. quomodo & quando iudex. & infra. de sen. excō. in c.
sacro. & an aliquo casu sufficiat vnica citatio, tangitur p
Inno. in c. ad petitionem. infra. de accu. & per Barto. in l. si
finita. §. Iulianus. ff. de dam. infecto. & l. consentaneum. &
6 auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. ¶ † Not. ꝙ
citatus debet per se vel per alium idoneum comparere.
An autem possit cogi personaliter comparere, dic ꝙ non
regulariter. fallit in casibus, qui habētur in c. j. infra. de iu
dicijs. in vj. & facit etiam quod habetur in c. ij. in eo. titu.
7 & li. ¶ † Nota, quod contumax potest excommunicari, &
ꝙ fructus beneficij sui possunt interim sequestrari. facit
quod habetur infra. de appel. pastoralis. & quod habetur
in c. j. infra. de eo, qui mit. in posses. cau. rei seruā. læ. in sex
to. vbi patet, quod quando agit̄ de beneficio ratione con
tumaciæ, non debet fieri missio in possessionem: ideo tūc
8 pars ↄtumax potest excommunicari, vt hic patet. ¶ † No.
ꝙ excōmunicatus ꝓpter contumaciam debet absolui p̄-
stita cautione de parendo mandato iudicis. de quo infra.
9 de ver. sig. ex parte. ¶ † Et no. ꝙ non videtur necessarium
præstari iuramentum de parendo mandato iudicis, si suf-
ficere videtur promissio. de quo in c. cum desideres. infra.
10 de sen. excom. ¶ † Nota etiam argumētum, excōmuni
catum posse absolui parte non citata. de quo an indistin-
cte procedat, dic vt notatur per Ioan. And. in c. qua fron-
11 te. infra. de appellatio. ¶ † Nota. quod falsanti literas dele-
gatorum imponendū est perpetuum silentiū sup petitis
& sic perdere debet cām, tanq̄ falsificans acta causæ. facit
l. in fraudem. §. neque. & quod ibi notatur. ff. de iure fisci.
¶ Nota, ꝙ illi qui obtinent in beneficio, assignari debent
12 fructus. facit qđ habet̄. j. de elec. quia sæpe. li. vj. ¶ † Nota,
quod clausula in dubio debeat referri ad omnia superio-
ra, si id ↄmode fieri potest. de quo in l. talis scriptura. ff. de
13 leg. j. & in c. inquisitioni. j. de ap. ¶ † Not. quod licet vitiū
falsitatis sufficiat, ad hoc vt silentium perpetuum debeat
imponi super eo, de quo agitur, falsitatem committendi:
nō tamen sufficit, vt per hoc aduersario debeat illud adiu
dicari, nisi aliter de suo iure docuerit. & hoc clarū in be-
neficialibus, quæ sine titulo canonico haberi nō possunt
j. de regu. iur. c. j. lib. vj. In ꝓbandis aūt, si actor ꝓderet cau
14 sam, reus debet absolui. l. qui accusare. C. de eden. ¶ † Vl-
timo potes notare, ꝙ cōfessio facta duobus vel tribus de-
legatis, non videtur præiudicare confitenti. facit quod ha
betur j. de offi. deleg. causam matrimonij. de quo j. aliqd
tangetur post gl. ¶ No. ꝙ de iure superueniente cōtra reū
lite pendente, potest opponi contra reum, licet non hēat
cām vetustiorem ipso iudicio. facit qđ habetur in c. Ab-
bate. de re iudi. in vj. & qđ not. Bar. in l. j. ff. de excep. ¶ In
gl. a. in fi. sed certe, vt hic dicit Io. An. hic non disputatur
a de viribus sequestrationis a, nec etiā in c. ex literis hic al-
le. vnde an sequestratio tenuerit, recurrendum est ad ea,
quæ notantur per Io. And. in d. c. ex literis. & dicebat hic
Abbas quod hic iudices multipliciter peccauerūt ex eo,
quia duplicem pœnam imposuerunt. Tum quia fructus
sequestrari fecerunt, tum quia non fecerunt satisfieri de
expensis. Item etiam, quia absoluerunt, aduersario nō vo
cato. & sic residet Io. An. Sed do. Anto. de But. hic dicit,
dici posse ꝙ isti non peccauerunt fructus sequestrando,
cum & illis priuetur excommunicatus ratione excōmu-
nicationis. infra. de app. pastoralis. §. j. Sed dictū Abbatis
posset procedere, quando non ꝓcessisset excōmunicatio.
de quo tamen dicendum, vt notatur in dicto c. ex literis.
15 ¶ † In gl. 3. ibi, dic vt dixit glo. in c. ex parte. hic alle. dicit,
ꝙ prima pars est vera, si astrinxit se ad probandum vtrun
que. facit quod habetur. j. de proba. licet alias procedit se
cunda pars: & hoc quando plura præponuntur ad eundē
effectum, quorum quodlibet per se sufficit. Si vero ꝓpo-
nantur ad diuersos effectus, vt erat hic: & tūc debet vtrū-
que probari, ad hoc vt quis vtrunq; effectum exequat̄ &
ita loquit̄ hic, de quo plene dictum fuit in dicto c. ex par-
16 te. ¶ † In ea. gl. in fine. dic, ꝙ clausula quandoque refertur
ad præcedentia: quandoq; ad sequentia, prout natura q̄-
stionis & facti, seu subiectæ materiæ reqrit, s̄m Compost.
17 de quo in præalleg. c. inquisitioni. infra. de appel. ¶ † Extra
gl. potest opponi, quia videtur, ꝙ fructus debuissent resti-
tui excommunicato, quando fuit absolutus, cum fuerint
sequestrati propter contumaciam per id, quod habet̄ in
c. quoniam. §. in alijs. infra. vt li. non contest. ¶ Sol. potest
dici, ꝙ iudices id facere debuerūt, sed si non fecerunt, de-
buit pars appellare: non autem literas radere, & sic falsita
tem in literis committere: vel potest dici secundo, ꝙ non
debuerunt restitui propter præcedentem excommunica
tionem iniustam, quæ illum priuauit redditibus. infra. de
18 appel. pastoralis. §. j. ¶ † Secundo potest b opponi, quia vi-
b detur, ꝙ ex quo iste p. semel fuerat confessus de rasura &
falsitate, non debuerit Papa mandare amplius inquiri de
illa, argu. infra. de regu. iur. eum qui. lib. vj. Nam confessio
satis videbatur probare contra eū, vt infra. de confes. c. fi.
19 † Sol. potest dici primo, ꝙ iudicibus nō creditur de gestis
coram se, nisi quatenus constat per acta. infra. de ꝓba. qm̄
contra. hic autem de cōfessione solum constabat per rela
tione iudicū: quibus non debuit credi, vt dixi. Nec ob. si
dicatur, ꝙ erant plures: & sic videtur eis fuisse credendū
per id, quod habetur infra. de test. cū a nobis & de electio
cum dilecti. quia illud habet locum, quando ꝓducunt̄ in
testes de his, q̄ fuerunt corā eis agitata, qđ fieri pōt. infra.

a ¶ Sequestrationis. tamen do. Fel. hic tractat materiam sequestrationis j. col. quem vide. & vide hic do. Abb. in 1. co. versi. in glo. in verbo, sequestrari.

b ¶ Secūdo potest. Super hoc cōtrario ponit do. Abba. sex sol. quas post eū examinat hic do. Fely. in ij col. ver. circa sex solutiones.

de exceſ.p̄la.inter dilectos.ſm Abba.& ſic erant hic ſimplices relatores,non autem producebantur vt teſtes, qui
20 ꝯſueuerunt citari,& iurare.j.de teſti.fraternitatis.¶†Vel poteſt dici ſecundo ſm Phi. ꝙ ideo hic iterato mandauit inquiri,quia confeſſio non nocet in criminibus,niſi quis perſeueret.l.j.§.ſi quis vltro. ff. de quæſtionibus.ſed certe illud habet locum,quando confeſſio fit metu tormentorum:ſed vbi fit ſponte,non exigitur perſeuerantia,vt notatur in d.§.ſi quis vltro.& in l.ij.C.de cuſtodia reorũ. & in l.ſi cõfeſſus.ff. de cuſto.reo. dicit tñ hic do.Ant.de Bu,
21 ꝙ † vbi confeſſio fit ſub calore iracundiæ, poteſt incontinẽti reuocari per id,quod no.gl.in c.ex literis.j̄. de diuor. & ſimiliter etiam ex interuallo poteſt reuocari,ſi probaretur error per id,quod habetur in l.error.C. de iur.& facti igno.& j̄.de confeſ.c.ſi. ¶ Tertio poteſt dici, quod ex abundantia hoc factum fuit,& circa cautelam facit quod habetur in ſimili in c.bonæ.el j.j̄.de electio.¶Quarto dici poteſt,ꝙ confeſſio hic facta fuit extra iudiciũ : & ſic nõ probabat per id,quod legitur & notatur in c.ſi.j̄. de confeſ.& hoc etiam qđ habetur in l.capite quinto.ff.de adul:
22 vbi patet,† ꝙ confeſſio extra iudiciũ facta, in criminibus nõ plene probat:licet faciat iudicium ad torturam. Et dicit do.Anto.de Bu.hic notabiliter,ꝙ quando ciuiliter agitur de crimine, non videtur præiudicare confeſſio extra iudicium facta ipſi confitenti, vt cogatur in illa perſeuerate:ſecus quando agitur criminaliter per id, quod nota. Inno.in c.per inquiſitionem.j.de elec.& ſic debet limitari dictum ſuum per hunc text.ſm eũ.& eſt diligenter no-
23 tandum.†Et nota etiam,quod licet confeſſio ſit facta co-
a ram iudice,ᵃ ſi non ſit facta in loco iudicij,dicitur eſſe extraiudicialis.facit quod no.glo.in d.c.ſi. & quod habetur in l.iubemus.& l.interrogatio.C. de liberali cauſa. & qđ not.do.Anto.de But.in c.noſtra.de coha.cleri. ¶ Quinta ſolutio poteſt eſſe,quod confeſſio fuit facta abſente parte,& ideo non præiudicabat.l. certum. §. ſi quis abſente. ff.de confeſ.¶ Sexto dici poteſt,ꝙ confeſſio fuit facta coram iudicibus,ex tribus datis ſine clauſula: ideo non valuit tanquam iudicialis, cum iuriſdictio ſolum per ipſos tres poſſit tunc exerceri.j̄.de offi.dele.in c. cauſam matrimonij.¶ Vltimo poteſt opponi,quod hic non fuerit ſcrupulum falſitatis:imo aperta falſitas, ex quo iſte abraſit,& propria autoritate ſubſcripſit facit quod habetur in l.j.ff. ad leg.Corn.de fal.dic ſm Abba.quod ideo ſic dicit,quia potuiſſet hoc feciſſe de mandato iudicum : & ſic nõ fuiſſet falſitas.Melius dici poſſet,vt hic tetigit do.Cardi.Flo. quod ideo vſus fuit hic dictis verbis, quia videbatur hoc nõ eſſe præiudiciale aduerſatio. ſed de iure communi ſequeſtratio non valuiſſet.& dato quod valuiſſet, tamen cũ fuiſſet facta propter cõtumaciam, debebat ceſſare ceſſante contumacia per l.quoniam.§.in alijs. vt lite non cont. dato tamen quod ſic eſſet, ſibi non fuit licitum falſificare literas,ſed potius debuiſſet appellare, ſi iudices ipſum grauabant Goffre.tamen hic dicebat, quod quãdoque vitium reſcripti eſt viſibile,vt quando acuto ingenio, & p̄ſpicaci oculo poteſt perpendi.& de talibus habet̃ j̄.de cri. falſi.licet.Quædam vero ſunt inuiſibilia , vt eſt ſuggeſtio falſa;priora inficiunt ipſo iure reſcriptum, poſteriora vero non,niſi opponantur ſm eum:ſed certe licet hoc dictũ ſit in ſe verum , non tamen multum facit ad declarandũ textum.

a ¶ Confeſſio facta coram iudice, extra tamen locum iudicij, dicitur extraiudicialis.no. hæc dicta, & vide hic per do.Fely.de iſta confeſſione extraiudiciali co.ij. verſiculo. ſed omiſſa

SVMMARIVM.

1 *Defendere poteſt iudex ſententiam ſuam. & nu.7.*
2 *Diœceſis nomine,non continetur ciuitas.*
3 *Remoueri ab eccleſia poteſt quis propter graues exceſſus , & manifeſtos.*
4 *Literæ ſunt ſurreptitiæ,ſi cauſa eſt talis, qua expreſſa non cõcederent.*
5 *Excommunicatus quando poſſit literas impetrare ſuper eo,ſuper quo ſaltem eſt excommunicatus.*
6 *Viſitator an poſſit aliquem remouere a beneficio. & nu.2.*
7 *Iudex,qui tulit ſententiam,an debeat citari ad defendẽdam illam,ſeu ſuum proceſſum.*

DIlectus filius. Reſcriptum impetratum ſuper reſtitutione beneficij non valet,ſi de cauſa excommunicationis & amotionis ipſius impetrantis mentionem non facit. h.d. Et in primo facti narratio.in ſecunda iudicis inſtructio.ſecũda ibi,nos igi-
1 tur.¶† Not.primo arg.ꝙ iudex ſit admittendus ad defendendum ſuam ſententiam: intereſt enim eius, qui venit condemnandus in veram æſtimationẽ litis, ſi iniquo animo,ſeu doloſe pronuntiauit: & ſi per imperitiam pronũtiauit,tunc venit condemnandus inquantum viſum fuerit iudicanti.C.de pœna iudicis,qui male iudi.l.j.& 2.inſti.de ob.quæ ex quaſi delic.naſcun.in prin. & facit quod habetur j̄.de ſen.excom.venerabilibus.lib.vj.& c.j. de re iud.eod.li.& ij.q.vj.c.hoc etiam.poteſt tamen dici ſm Cõpo.ꝙ hic non defendebat proceſſum, ſed intimauit Papæ illud,quod fecerat:de iſta materia per Innoc.j̄.de tranſla. in c.de cætero.& j̄.de proc.in noſtra.¶Nota.ꝙ interdum Papa committit officium viſitationis alicui prælato generaliter in ciuitate aliqua & eius diœceſi. Quale autem debeat eſſe officium viſitatoris , colligi poteſt ex c.placuit.
2 x.q.j.& de cenſi.Romana. li.vj. ¶ † Nota.ꝙ appellatione diœceſis non continetur ciuitas.de quo J.c. Rodulphus. No.ꝙ viſitator datus a Papa poteſt quem remouere a beneficio,de quo hic per Ioan. And.& per eundem j̄.de ſta.
3 mo.in ſingulis.¶†No.quod ſolum propter graues & manifeſtos exceſſus quis debet ab eccleſia remoueri , ſecus ſi eſſent leues.68.diſtin.c.j.vbi de hoc.xv.q̃.viij.in ſumma.& j̄.de tempo.ordi.ex tenore.& per do.Anto.de Butr. J.de iudicijs.cum non ab homine.¶ Item ſecus , ſi eſſent exceſſus occulti per id,quod habetur.j. de tempo.ordi.c. vlti.nam ſuper illis non fit inquiſitio,iuxta id quod habetur j̄.de accuſatio. inquiſitionis. ¶Nota , ꝙ dictum eſt in ſummario, ex quo nota duas cauſas inficientes reſcriptũ ad lites, ſcilicet quãdo excommunicatus impetrat tacita excommunicatione: & quãdo impetrat ſuper reſtitutione beneficij tacita ſententia amotionis præcedente.¶ Et not.etiam duas exceptiones,quæ admittuntur cõtra agẽtem poſſeſſorio recuperandæ.infra.de excep.exceptionẽ. & exceptio deſcendens ex ſententia, qua priuatus eſt facit quod notatur per glo.infra:de procu.ex inſinuatione.
4 ¶†In gl.j.in fi.dic,quod ſi cauſa eſt talis, qua expreſſa p̄ſumendum eſſet,ꝙ literæ non fuiſſent conceſſæ,tunc redduntur literæ ſurreptitiæ: & ſic debet intelligi quod dicit glo.ſm Inno.de cauſa.In eo autem, quod dicit de modo, dicit Inno.ꝙ illud eſt verum,quando modus eſt cauſa dãdi vel denegandi literas:nã aliter ſcribit Papa,ſi eſſet proceſſum in modum inquiſitionis , aliter ſi alio modo.infra.de accuſatio.qualiter.el ij.de ſimo. licet Heli. & facit quod habetur ij.q.j.in primis.¶In glo.ij.ibi non ſit priuilegiata , ſupple quominus illam intentans non poſſit repelli exceptione excommunicationis: licet alias ſit priuilegiata in aliis.infra de reſtitu. ſpolia. in literis. & c.item cum quis.& hoc etiam tenuit gl.in c. ex inſinuatione. in gl.penul.infra.de procura. vbi gl. vult quod petenti reſtitutionem obſtet exceptio excommunicationis.facit etiã quod notauit glo. in c.in nomine domini.in princi.di.Et de materia eius, qđ tetigit gl.ſ.tangetur etiam in gl.ſeq. ¶ In ea.glo.ibi,quæ incipit,ſed mirum.vult glo.allegare glo.ipſiuſmet Bar. qui gloſſauit etiam decretales Innoc. iiij.inter quas erat decre.pia,quæ hodie eſt in titu. de exceptio.lib.vj.& eſt gloſſata per Ioan. And. aliter quam p̄ Bernar. ideo in gloſſ.vj. non reperietur hæc gloſſ. & facit quod dicetur in gloſſ. ſequen. ¶ In gloſſ.fina.ibi , & ita

duabus

duabus de cauſis ſupple, quia fuit tacita ſentẽtia amotio
5 nis, a qua fuit appellatum.¶ †In ea.glo.in fi.ibi, tali caſu,
quaſi velit glo. facere differentiam an impetrentur literæ
per excommunicatum ſuper eo, ſup quo ſaltem occaſio-
naliter eſt excommunicatus, vt tunc non valeant literæ,
ſi taceatur excommunicatio. & ita loquitur hic. An vero
impetrentur ſuper alio omnino diuerſo, puta ad agendũ
mutui vel depoſiti, vt tunc valeant, licet taceatur excom
municatio: ſed poſſet impetrans exceptione repelli, quã-
diu ſit excommunicatus, ſed non eo abſoluto, ſed quic-
quid dicat glo. tene, quod ſi impetrans erat excommuni-
catus tempore impetrationis, etiam in ſecundo caſu, de
quo ſ̄. reſcriptum erit ipſo iure nullum, vt eſt tex. in c.j.j.
eod. in vj. vbi patet, ꝙ excommunicatus non poteſt impe
trare, niſi in duobus caſibus ibi poſitis: & ideo non recõ-
ualeſcent eo abſoluto per id, quod habetur in regula, nõ
firmatur. de regu.iu.libr.vj. ſecus quando tempore impe-
trationis nõ fuiſſet excommunicatus, ſed poſtea, vel quã
do ꝓceſſus fieret corã ordinario. & hoc vltimo caſu pro-
prie loquitur c.pia, de quo plene ꝑ glo.in d.c.j.¶ Et nota,
ꝙ extra duos caſus ibi poſitos non poteſt impetrare excõ
municatus, vt dixi fallit quando quis eſſet occulte excõ-
municatus a ſuo epiſcopo: & hoc ignorans impetraret li-
teras in cauſa accuſationis contra eum, vt nota. in Spe. in
titu. de reſcrip. præſenta. §. ratione autem impetrãtis. ver.
ſed pone. Item fallit, quãdo impetrat in cauſa reuocatio-
nis ſententiæ, quæ non trãſit in rem iudicatam, vt voluit
glo. j. in c. ſignificauit. j. de offic. ordi.¶ An autem aduer-
ſarius inuito excommunicato poſſit vti reſcripto per eũ
impetrato, tangitur per Ioan. And. in c. j. præallega. & per
Inno. in c. prudentiam. §. x. extra de offi. delega. & nota. ꝙ
reſcriptum redditur ipſo iure nullum in caſu huius c. ꝑ
excommunicationem tacitam: ſed non redditur ipſo iu-
re nullum ex eo, quia fuerit tacita ſententia amotionis,
quæ tranſiuerat in rem iudicatam: quia per hoc non red-
debatur ipſo iure nullum, ſed annullãdum ope exceptio
nis: quia exceptio rei iudicatæ poteſt opponi cõtra reſcri-
ptum, & contra proceſſum, licet non poſſit obijci in vim
peremptoriæ & merita. j. de lit. conie. c. j. in vj.¶ Extra gl.
poteſt opponi, ꝙ literę non debuerint iudicari falſæ, cum
fuerint impetratæ in forma communi per id, quod habe-
tur in c. penul. j. de cri. fal. Sed dicit, quod prima facie non
iudicantur falſæ, nec præſumuntur quo ad ſcripturam, ex
quo ſunt impetratæ in forma communi: quia forte aſſe-
ruerunt ſe iniuſtè ſpoliatos, ſed bene iudicantur ſurrepti
tiæ, quo ad cauſam & tenorem, vt hic patet: nam vbi ali-
quis dicit ſimpliciter ſe amotum, in dubio intelligitur ſi-
ne cauſa & ideo ſi cauſa ſubſiſtenre fuit amotus, vitiatur
reſcriptum tanquam ſurreptitium, & multoſortius ſi ex-
6 preſſe dicit ſe ſpoliatum iniuſte.¶ †Secundo poteſt oppo
a ni, quia videtur ꝙ viſitator [a] non poſſit quem remouere a
beneficio per id, quod habetur j. de ſta. mo. in c. in ſingu-
lis. Soluit Io. An. ꝙ generales viſitatores nõ poſſunt amo
uere a beneficio per d. c. in ſingulis. vbi etiam de hoc per
Ioan. An. niſi eſſent delegati per Papam per id, qood ha-
betur j. de re iudi. cum i. & a. & j. de accu. qualiter. el j. & c.
ſeq. & ſic vr̃ velle, ꝙ aliud ſit in generali inquiſitore, aliud
in ſpeciali. Pe. vero & Abb. hic dixerũt, ꝙ viſitator datus
a Papa poteſt a beneficio remouere: alij non per præalle.
c. in ſingulis. ideo autem remouere poteſt viſitator datus
a Papa, qa cũ ſit datus ad corrigendum, & forte nõ poteſt
aliter corrigere, niſi remoueat a beneficio: ideo poterit re-
mouere per id, qđ habet̃ in d. c. cum i. & a. & j. de accu. ad
petitionem. & j. de exceſ. præla. c. ex literis. & ad id, quod
dicit de generali viſitatione, facit qđ habet̃ in c. licet. de
offi. vic. in vj. & ſic reſidet hic Io. An. Sed ipſe Io. An. in d.
c. in ſingulis aliter dicit. nam dicit, ꝙ ſiue ſit viſitator gñа-
lis, ſiue ſpecialis, nõ poteſt remouere, niſi etiam datus ſit
judex: & iſtud videtur hic ſequi do. Anto. de Butr. qui di-
cit, quod in c. in ſingulis. fuit viſitator gñalis, & nõ datus
a Papa, & non fuit datus iudex, ideo non potuit remoue-
re a beneficio: ſecus quando eſt datus viſitator, & iudex
delegatus per id, quod habetur in d. c. qualiter. el j. & facit
ẽt, quod habetur j. de elec. per inquiſitionem. Subdit tñ,
ꝙ in dubio viſitator datus a Papa poterit remouere, quia
habet mandatum ad corrigendum: & forte nõ poſſit cor-
rigere, niſi remaneret: & ſic videtur reſidere in opinione
Petri. allegat iura ſuperius alleg. ſed do. Cardi. Flo. hic di
cit, ꝙ Paul. de Liaza. & Io. de Lig. poſt eum dicunt ponde
randam eſſe formam cõmiſſionis, & plus non dicunt. Tu
potes dicere, ꝙ aut in forma commiſſionis exprimitur, ꝙ
non poſſit a beneficio amouere, & tunc nõ poterit. & ita
proprie loquit̃ c. in ſingulis. aut exprimitur ꝙ poſſit amo-
11 ¶†Et ex prędictis videtur,quod interdum licitum est opponere de iure tertij. de quo per Legistas in l.cum seruum.C.de ser.fugi.vbi per Cy. & per Bart. in l.j.ff.de excep.rei iudi.& remittit etiam do.Car.Flo.ad no.infra.eo. mandatum.Et not.etiam quod verbum relaxetis,est verbum priuatiuum. & sic videtur præsupponere habitum, cum priuatio præsupponit habitum infra.de despon.impu.ad dissoluendum.& l.decem.ff.de verb.ob. & sic litera videtur innuere,quod sentẽtię censurę hic latę valuerũt: sed de hoc dicendum,vt dictum est superius. Nam verba priuatiua sui natura præsupponunt habitum, vt patet ex his,quæ dicta sunt s̃.¶Extra gl.est sciendum q̃ Io.An.hic
a tractat de ista dictione capitulum, a quam dicit habere varias significationes, de quibus dat versum : & sic.

Distinguit,minuit,locat,& collatio fertur.

Secundũ primũ modũ,put distinguit,dicimus, & allegamus capitula hui' libri. Iuxta s̃m est diminutiuũ capitis, & sonat idest paruũ caput.Iuxta tertiũ sumit̃ p loco.j.de ele.in causis.Ibi fores,idest portas capituli. Iuxta quartũ sumitur pro cõgregatione,vt hic: & alio nomine dicitur conuentus.s̃.eod.edoceri. Et licet aliqui dicant conuentum esse religiosorum,& sic esse secularium clericorum: tamen quandoque etiam religiosorum appellatur capitulum.j.de transac.contingit & j. de præben. nisi essent. & ibi per Io.And.Secundo tractat an collectiuo singulari possit dari verbum vel nomen pluralis numeri,de quo dic vt dixi in ootabi.licet ipse hic instet,& Io.Cal. & etiã
12 do.Ant.de But.¶†Tertio potest opponi, q̃ non potuerit capitulum excommunicari,vt infra.de sent.excõ.Romana.§. in vniuersitatem. lib. vj. Sol. quod hic noo dicitur capitulum excommunicatum fuisse,sed quod in eosdem scilicet de capitulo,fuit lata excommunicatio.Vel hic loquitur scđm simplicitatem iuris antiqui. facit j. de exec. significauerunt.hodie secus,vt ibi.Ista nõ vr̃ bona,qa sapit corruptionẽ. Vnde potest & tertio dici, q̃ sñia excõicationis non debet ferri in capitulum, vt ibi:tamen lata tenet, & ita loquatur hic.prima solutio placet Ioan. An. vltimam opiniomem videtur tenere domi.Anto. de Bu. quam etiam videtur tenere glo.in §.vniuersitatem. & cõcludit, quod si constat, quod quis vult excommunicare capitulum vt capitulum, non tenebit excommunicatio: quia capitulum est persona ficta, & repræsentata a iure, vt plene oota.per Ioan.And.in d.§.vniuersitatem.facit

cit l. mortuo. cum ibi no. ff. de fideiusso. & sic caret etiam
suo vigore. & ideo nõ potest ligari per excommunicatio-
nem. Si autem constat, quod excommunicando capitulũ
vellet excommunicare quemlibet de capitulo: tunc tene
bit excommunicatio. facit quod habetur in c. si sentẽtia.
de senten. excom. in vj. In dubio autem, vt res potius va-
leat, quam pereat, argu. in c. Abbate. j. de verb. signi. si ex-
communicatur capitulum, videntur excommunicari sin
guli de capitulo. facit quod habetur in d. c. si sententia. &
ideo tenebit excommunicatio, licet taliter ferri non de-
13 buerit. ¶ † Quarto quia hic innuitur, quod excommunica
ti possint quem recipere in canonicum, potest opponi de
c. postulasti. infra. de cleri. excom. mi. sed dic vt dixi in no.
& no. per Ioan. And. in c. pro illorum. in glo. penul. infra.
de præben. ¶ Quinto potest quæri. Quia hic dicitur quod
præfertur qui prius mandatum Apostolicum reportauit:
nunquid hoc præcedat etiam si fuerit mandatum moni-
toriũ, licet alter habuerit prius executorias, q̃ habuit il-
le, qui impetrauit monitorias. dicit Compo. sic fuisse ob-
tentum in ecclesia Modiceñ. in qua fuit prælatus, habẽs
prius monitorias. secũdo qui prius habebat executorias
quam primus, non faciendo mentionem de alterius mo-
nitorijs, quæ præcesserant, & sic fuit litera executoria sur
14 reptitia. Et subdit Compost. † qđ licet in executoria secũ
di esset clausula, non obstante, si p alio scripserimus: nõ
tamen intelligitur Papa scribere capitulo super prima p̄
benda vacatura, super quam iam monuerat capitulũ pro
alio. Nam talis clausula non impedit primum nisi etiam
sit adiecta clausula anteferri. Sed contra prædicta facit s.
eo. constitutus. vbi monitoriæ non videntur præstare im-
pedimentum: sed dic vt ibi plene fuit dictum. Et per præ-
dicta dicit Compost. quod si primo fuit receptus habens
executorias, & secundo fuisset receptus habẽs prius mo-
nitorias, quod tunc in prima præbenda, vel post vacante
præferretur primus, intellige in data: & sic q prius habuit
monitorias, & fingetur primo receptus. Sed si præbenda
ante receptionem ipsius primi esset collata secundo rece
pto, valeret ipsius collatio sm Compo. qđ est intelligen-
dum secundum determinationem, quæ hodie habetur j.
eo. tit. c. si tibi, qui. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio trahi potest ad præterita, quando hoc exprimitur.*
2 *Pensio & beneficium quomodo differant.*
3 *Surreptio in beneficialibus, an vitiet ipso iure.*
4 *Renuntiatio literarum cum pacto consequendi pensionem, vel aliud beneficium, ex causa compositionis est licita.*
5 *Pensiones si fiant in fraudem, sunt prohibitæ.*
6 *Exceptio dilatoria potest opponi in causa appellationis, si ex ignorantia fuerit omissa in causa principali.*
7 *Literæ ad lites si sint surreptitiæ, regulariter sunt validæ, secus in literis ad beneficia.*
8 *Processus factus per literas surreptitias, an valeat.*
9 *Exceptio surreptionis, quando possit obijci.*
10 *Gratia Papæ, an possit probari sine literis, & an expiret per mortem Papæ si literæ nondum erant confectæ super gratia.*
11 *Sententia, quæ non transiuit in rem iudicatam, quo remedio retractabitur.*

AD audientiam. Si habẽs literas Pa
pæ ad beneficiũ eis
renũtiauit pp annuam pensionem, non valẽt
literæ ad beneficiũ. quas postea hoc tacito im
petrauit. hoc dicit. Et in prima, facti narratio.
1 Secundo prouisio. secđa ibi, fraternitati. ¶ † No. j. q consti-
tutio trahitur etiã ad præterita, qñ hoc exprimit. de quo
in c. fi. s. ti. j. hic tamen ad defectum futurorum respicit p̄-
2 teritum, vt patet ex litera. ¶ † No. arg. pro, & contra, diffe-
rentiam esse inter pẽsionem & bñficium: tñ sm do. Car.
Florẽ. proprie sunt diuersa, qñ pensio cõstituit̃ p capitulũ
de bonis cõibus alicui impetranti: nam non hẽt tunc cõ-
uenientiam cũ bñficio ecclesiastico, p id qđ habetur in
c. j. j. vt eccle. benefi. & per id, qđ not. & dictum fuit s. e. in
3 c. postulasti. ¶ † No. q factũ p literas surreptitias i benefi-
cialibus videtur esse ipso iure nullũ, & sic videtur hic ca-
sus, quod surreptio in beneficialibus vitiet ipso iure. facit
s. eo. constitutus. & c. ad aures. de quo hic in glo. magna,
& per Host. s. eo. dilectus. & per In no. in d. c. constitutus.
& c. ad aures. & per Compost. in c. præcedenti. ¶ Not. si-
cut est necesse facere mentionem de beneficio ex vi pri-
marum literarum obtẽto, ita etiã necesse est facere men-
4 tionem de pensione vigore literarum obtẽta. ¶ † Vltimo
potes notare, q licita videtur renuntiatio literarum cum
pacto consequendi pensionẽ, vel aliud beneficiũ ex cau-
sa compositionis. de quo dicendũ, vt tangitur in glo. ij. &
5 super eadem. ¶ † In glo. j. a in fi. dic q si pensiones fiant in
a fraudẽ, sunt prohibitæ, vt dixit glo. secus si non fierent in
fraudem: puta vt si capitulum de bonis cõibus sine præiu
dicio alterius tertij fecit, vel constituit pensionẽ. Nã tunc
illa esset licita, & sic põt intelligi hic. facit j. de præben. in
c. quis. in vj. ¶ In glo. ij. ibi licite deducuntur no. bene, q
non est simonia, si deducitur in pactum id; quod alias de
iure erat fiendum. de quo in c. significasti. j. de ele. & j. de
præben. significatum. & c. relatum. & aliquid etiam dictũ
fuit s. ti. j. cum omnes. & per glo. etiam, & Arch. viij. q. iij.
in summa. ¶ In ea. gl. ibi, nullum ius spirituale. Sed certe
licet per literas non consequatur quis ius ad ius spiritua
le, vt no. in c. veniens. j. de renuntia. Et ideo videtur, q si
ex pacto pensio consistens in temporalitate data fuerit vt
renuntietur literis, fuerit simonia; secus si sine pacto in-
teruenientibus communibus amicis quis pure & simpli
citer renuntiet, & capitulum sibi postea prouideat de pẽ-
sione: quia tunc non est simonia, sm Hosti. ¶ Aduerte tñ
quantum ad intellectum, q siue fuerit simonia, siue non,
procedit litera: quia non valebunt secundæ literæ, nisi fa-
ciant mentionem de primis, vel de pensione habita pro-
pter illas, per istum tex. & dicit Io. An. q non sufficeret fa
cere mentionem de primis, & de pensione habita ppter
illas, per istum tex. & dicit Io. And. quod non sufficeret fa
cere mentionem de ipsis literis inualidis ratione denun-
tiationis ex eo, quia non debet esse melioris conditionis
delinquens, q̃ non delinquens, vt j. de præben. eum, qui
in vj. & etiam quia pensio succedat & surrogatur loco be
neficij. facit infra. vt lit. pen. ecclesia. ideo de illa debet fie
ri mentio, sicut de beneficio. ¶ In glos. fi. ista gl. facit plu-
ra. nam primo quærit & arguit ad partem affirmatiuam,
quod lrę non valeãt. Secundo arguit ad aliam. Tertio po-
nit opi. Io. Quarto opinionem suam. Vltimo ponit opi-
nionem, q distinguatur inter literas ad beneficia, & lite-
ras ad lites. secunda ibi, ecõtra. Tertia ibi, circa istũ. Quar
ta ibi, tu dicas. Quinta ibi, vel potest dici. ¶ In ea. gl. ibi, ẽt
altera parte absente, supple videtur posse pronuntiari su-
per surreptione. ¶ In ea. gl. ibi, in quibus agitur de falso,
videtur æquiparare glo. literas impetratas per falsi sugge-
stionem, & sic surreptitiè literis falsis: sed re vera non est
bona comparatio, vt patet ex not. per Innoc. s. eod. super
literis. ¶ In ea. gl. ibi. §. primæ legis. ibi dicitur, q si aliquis
agit contra patrem actione de peculio ex contractu filij,
qui putabatur mortuus iam lapsu anni, si fuerit repulsus
propter lapsum anni, si post ea reperiatur eum viuere, cõ
tra talem sententiam si iterato agatur, & de illa excipia-
tur, poterit replicari. ¶ In ea. glo. ibi, non ex falsis. & hoc
intellige, vt not. in l. fi. C. de peti. here. & in d. l. cum ex fal
sis. ¶ In ea. ibi, licèt testamentum sit falsum, melius dixis-
set falso rumore prolato factũ: quia testator putauit mor-
tuum esse hæredem, quem volebat instituere. ¶ In ea. gl.
ibi, se ignorasse. & sic a cõtrario videtur velle gl. q si sciue
rit exceptionẽ sibi competere in causa principali, non po
terit illã obijcere in causa appellationis, ex quo scienter
illam amisit in principali. & h. d. do. Ant. de Bu. esse notã-
dũ p litatiõe eius, qđ cõiter dr̃ videlicet q nõ appositũ in

a ¶ In gl. j. de materia pensionũ tractat hic vald' ordinate do. Fe. in ij. co. ver. de pensionũ ipositione, p sex nouas conclusiones.

principali opponam in appellatione iuxta l. per hanc. C. de tempo. appel. & iuxta nota. in c. fraternitatis. j. de testi. quia illud habet locum, nisi scienter sit facta omissio. sed certe de iure contrarium videtur verius per d. l. per hanc. quæ indistincte loquuntur: licet forte tunc posset haberi cō sideratio, an teneatur ad expensas ille, qui scienter omisit ſm ea quæ habentur in simili in decretali, exceptionem. j.
6 de excep. ¶ † No. etiam ex gl. ista, ꝙ exceptio dilatoria potest opponi in causa appellationis si ex ignorantia fuerit omissa in causa principali: qđ credo verum si ex errore facti sit facta omissio per no. p gl. in l. error. C. de iur. & fac. igno. secus videt si ex errore iuris per l. non fatetur. ff. de
7 confes. ¶ † In ea. gl. ibi, vel potest dici hęc vera. & cōiter tenetur,ᵃ vt sit differentia inter literas ad lites, & literas ad beneficia. vnde conclude ꝙ literæ ad lites licet sint surreptitiæ, regulariter, sunt validæ: sed potest obijci exceptio fallit in casu c. j. j. eo. in vj. vbi sunt nullæ ipso iure. Itē fallit ſm Inno. & do. Ant. de Bu. qñ literæ essent obreptitiæ, vt dixi in c. cum dilecta. s. eo. sed hoc non placet, per ea q̄ ibi dixi. ¶ Item fallit, qñ datæ essent a non habente potestatem, vt j. de offi. vica. in c. sua, & sic potest intelligi opi. Ioā. dum dixit, vel si per literas nulla datur iurisdictio, &c. licet non declarauerit quando illud sit: nam potest intelligi in casu prædicto. si aūt literæ essent funditus falsę, tūc clarum, qđ sunt nullæ, vt no. Inno. s. e. super literis. & ibi dictum fuit. Et per prędicta patet, ꝙ regulariter valent literæ ad lites, licet surreptitię: & similiter processus, q fieret per eas: qđ intellige nisi obijciatur exceptio. & si non admittatur appelletur: quia tunc processus postea non valeret, velut factus post appellationem legitimam, vt j. de app. non solū. lib. vj. & de sent. excom. licet eo. lib. & dictū fuit s. e. cæterum. Si aūt solum opposita esset exceptio, & non esset appellatum: tunc iudex procedendo ad vlteriora videtur exceptionem reijcere, vt j. de app. ex parte m, & ideo valeret processus. & hoc in literis ad lites. ¶ In literis vero ad beneficia, si sunt surreptitiæ, dic ꝙ sunt ipso iure nullę, vt hic patet, & s. eo. constitutus. & c. ad aures. & in illis etiam per Inn. & s. eo. super literis. Idem dicas, si literę surreptitię sint impetratæ super priuilegijs, vel dispensationibus, ꝙ sunt ipso iure nullæ. de fi. præsby. c. j.
8 in vj. & no. Inno. s. eo. super literis. † Si vero quæratur, an processus factus per literas surreptitias valeat: dic quod si fit per literas ad lites, valet nisi obijciatur exceptio & appelletur, vt s. dixi. fallit in c. j. j. e. in vj. vbi est processus ēt nullus nedum literæ contentiosæ in casu illo. & intellige ꝙ regulariter valet processus, ꝙ fit per literas surreptitias ad lites etiam si sint literæ ad lites concessæ super beneficijs, seu super quęstione beneficiali, vt si sint concessæ super lite vertente inter duos super beneficio. Nam eadem ratio est in illis, quæ in alijs, & per consequens idem ius. s. ti. j. translato. Si vero processus fit per literas beneficiales, & ipsarum vigore, puta per executores illarum: tunc conclude, vt etiam voluit hic Compo. & Io. An. ꝙ si processus fit sine causæ cognitione, forte per executorem, q assumit partem meri executoris: qđ facere pōt, ſm not. p glo. in cle. j. de offi. dele. & per Inno. in c. fi. j. de præsump. tunc processus erit nullus, sicut & ipsæ literæ vt s. eo. constitutus. qa si non tenet principale, nec etiā accessorium, vt j. de fi. instru. inter dilectos. §. cæterum. Si vero assumit partes iudicis, & sic cum causæ cognitione procedit, qđ facere potest, ſm not. per gl. in dicta cle. j. & per Inno. in c. fi. j. de præsum. & tunc tenebit processus, si non appellet. j. de elec. cum dilecti. ad fi. Et sic videtur, qđ sententia tūc transibit in rem iudicatam: quod intellige verum, qñ vitium sententiæ est per partes remissibile, vt qñ pronūtiatur quem esse amouendum a beneficio: nam tunc transit sententia in rem iudicatam ad præiudicium eius, contra quem fertur, si non appellat, vt est glo. nota. in c. j. infra de conces. præben. Imputet enim sibi tunc, qui nō appellauit, vt ibi not. Si autem vitium non sit per partes remissibile: tunc dic ꝙ sententia transit in rem iudicatā ad præiudicium partis, quæ non appellat, per id quod habet in d. c. cum dilecto. non tamen transibit ad præiudiciū superioris, quo minus ex officio possit inquirere de non canonico. facit j. de accu. ad petitionem quinimo nec etiam transibit ad præiudicium partis, quominus possit denuntiare arg. eorum, quæ habentur in c. quēadmodū. j. de iureiur. & no. Inno. s. eo. ad aures. Et facit etiā, qđ ipse nota. in c. cum olim. j. de do. & contu. & de re iud. cum Bertoldus. Ad præiudicium autem tertij non transit in rem iudicatā, si veniat ratione priuati interesse, & ignorauerat causam agi: alias secus, per id quod nota. infra. de accu. de his. & in prealleg. c. cū dilecti. ad fi. Sed si veniat rōne publici interesse: tunc nocebit, nisi doceatur de collusione: vel nisi veniat p viam denuntiationis, per id quod nota. in d. c. cum dilecti. ad fi. & j. de elec. cupientes. §. cæterum. lib. vj. & quod dixi s. qñ executor assumit partē meri executoris, non valere processum, procedit regulariter. fallit, si vitium fuisset purgabile per partes, vt est videre in casu c. constitutus. s. eo. Nam si fuit datus executor per literas surreptitias, non facientes mentionem de numero ad cōpellendum capitulum, vt aliquem recipiant, & ad mādatum executoris capitulum, sciens ius & factum recipit illum, cum nō teneretur, tenebit receptio: quia potest spōtaneē recipere. & ita dicit Inn. in d. c. ad aures. s. eo. Si capitulum sciuit factum, licet ius ignorauerit: secus si ignorasset ius & factum. & hoc sequitur hic do. Ant. de Bu. qñ capitulum ignorauit ius & factum: vel etiam solū factū. Si vero ius ignorauit tunc dicit, ꝙ videtur quod etiā tunc non præiudicetur capitulo: sicut etiam non prorogatur iurisdictio, si interuenit iuris error. l. si per errorem. ff. de iurisdi. om. iudi. cum ibi no. ¶ Sed aduerte, quia contra prædicta facit: qa licet ignorauit ius & factum, videretur qđ teneat receptio, ex quo habebat potestatem capitulum: licet putasset se obligatum, cum non esset, per l. j. ff. de cōdi. inde. licet tunc esset iusta causa agendi, vt remoueretur receptus propter surreptionem, quando interuenisset error facti: & istud de iure verius. tene tamen menti
9 dictum Inno. & do. Anto. de Butr. ¶ † Ex prædictis patere potest, quando possit obijci exceptio surreptionis: quia si est casus, in quo subreptio habet reddere iudicium retro nullum, potest quandocunque opponi, per id quod legit & nota. in c. in nostra. infra. de procura. & in l. licet. C. de procura. alias debet in iudicio opponi, vt nota. in c. inter monasterium. infra. de re iudi. & quæ sit ratio diuersitatis inter literas ad lites, & literas ad beneficia, colligi potest ex nota. per glos. in c. j. ad fi. de lit. contest. in vj. quia ratio est ex eo, quia literæ ad beneficia tribuunt ius: sed literæ ad lites tribuunt iudicem, & non ius: & sic primæ sunt maioris præiudicij, & ideo facilius inficiuntur. & pro hoc, quia literæ in beneficijs secundum Compost. supra. eod. super literis. sunt loco tituli. & ideo si sunt surreptitiæ, & sic vitiosæ non conferunt titulum: quia non potest beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione possideri. infra. c. j. de regu. iur. Arch. vero in d. c. j. de lit. contesta. in vj. dicit dictū Compo. intelligendū esse, vt literę sunt titulus beneficij remotus: sed collatio est titulus proximus beneficij. j. de conces. præben. c. fi. li. vj. vbi autem in literis non est facta collatio, sed per illas est facienda: tūc literæ habentur loco tituli ſm Arch. ibi, & p do. Car. Flo. de quo etiam per do. Ant. Ioan. Cal. & do. Anto. de Bu. in c. seq. veritas tamen esse videtur, quod proprie loquendo literæ non sunt titulus, sed probatio tituli, quando in literis facta est collatio: si autem in literis non est facta collatio, sed datur mandatum vt fiat: tunc etiam literæ non sunt titulus, sed sunt probatio potestatis, vel mandati dati super beneficio conferendo. facit quod habetur in l.
10 contrahitur. ff. de pigno. † An autem gratia Papæ possit probari

ᵃ ¶ Communiter tenetur. vide hic per do. Fel. in xij. col. ver. literæ ad lites. vbi val de bene tractat.

probari sine literis.& an expiret per mortem Papæ,si nõ-
dum literę erant confectæ super gratia,recurrendũ est ad
nota.per Ioan. And.in proęmio vj.in verbo,trãsmisimus.
1 & facit quod not.glo.in c.j.de censi.in vj.¶† Vltimo quo
remedio sententia, quæ non transiuit in rem iudicatam
retractetur, dic quod per viam annullitatis, implorando
officium iudicis per ea, quæ tanguntur per gloss.in c.ex
parte.de resti.spo.& facit etiam quod nota.per glo.xxxv.
q.ix.in summa,& infra.de restit. in integ. ex literis.ibi ta-
men videtur, quod sit necessaria restitutio in integrum,
sed dic illud verum, quando vellet reintegrari ad instan-
tiam, vt ibi not.alias non est necessaria restitutio.

S V M M A R I V M.

1 *Negatio præposita signo vniuersali.facit æquipollere suo contradicto-
ria,post posita vero contrario.*
2 *Plura beneficia de iure nemo debet habere.*
3 *Receptus in vna ecclesia,videtur renuntiare iuri, quod habet vt recipia
tur in alia ecclesia.& nu.9.*
4 *Molestare,& impetere differunt.*
5 *Litera impetrata ad beneficium, debent facere mentionem de benefi-
cio,quod habet impetrans tempore impetrationis.*
6 *Plurium literarum impetratio ab eodem,ad plura beneficia eodem in
stanti an valeat.*
7 *Spoliatus beneficio si impetrat litteras ad aliud beneficium, an debebit
facere mentionem de illo.*
8 *Beneficium,quomodo cognoscetur,quod sit ecclesiasticum.*
10 *Ecclesiam habens pacifice,si recipit secundam cum lite,propter quam
impeditur ipsius possessionem habere,non perdit primam.*
11 *Receptus per literas Apostolicas non potest molestare aliam ecclesiam
occasione aliarum literarum Apostolicarum:sed an hoc procedat si-
ue ista alię fuerint impetrata antequam reciperetur in alia ecclesia
siue post.*
12 *Clausula,non obstante quod alibi beneficiatus existat,vel quod in alijs
ecclesijs scripserimus pro eodem, non sufficit in secundis literis, sed
debet dici in dictis literis,non obstante quod per nostras literas in
tali ecclesia sit receptus.*
13 *Qualitas primi beneficij an sit exprimenda, quando impetratur se-
cundum.*

a IN nostra. a Hæc decretalis potest
dupliciter intelligi. Vno
modo de his,qui simul impetrant binas li
teras:& istud amicatur principio capituli.
Secundo modo de his, qui sunt recepti per
primas,& impetrant secũdas:& istud ami
catur fini capituli. & secundum vtrunque intellectũ hoc
intendit. Receptus per literas Apostolicas,licet præben-
dam expectet per alias literas hoc supprimentes: in alia
etiam recipi non debet.hoc dicit.In prima facti narratio,
ex quo resultat quæstio.Secundo ponit mandatum.Ter-
tio illud determinat.Secunda ibi,mandamus. Tertia ibi,
nisi.Ioan.tamen Cal.& do. Car.Flo. post eum tenent sm
intellectum, & sm illum hoc intẽdit. Suppressio iuris ad
rem vitiat rescriptum beneficiale.hoc dicit.facit quod di
1 ecĩ cum glos.¶†Not.q interdum dictin negatiua præpo-
nitur signo vniuersali,& tunc æquipollet suo cõtradicto-
rio:si autem post poneretur,tunc æquipollet suo contra-
rio,vt no.glo.in l.legitimas.§. illegitimis tutoribus. & ẽt
2 tangit hic Ioan.Cal.¶†Nu.ex tex.regulam,q quis nõ po
test de iure habere plura beneficia.de qua & casibus ex-
ceptis plene not.j.de elec.dudum.ij.ad fin.& aliquid in c.
gratia.j.eo.in vj.per glo.& Io.And. per modernos in cle.
gratiæ.eo.titu.Dicit tamen hic Gos.quod ɔsuetudo mul-
tum aduersatur: de quo an de iure aliquid possit operari,
tangitur per gl.& doc.in d.c.gratia.¶ No.q licet quis sit,
receptus in canonicum, non tñ dicitur bñficiũ ecclesia-
sticum assecutus.& sic demũ dicitur ɔsecutus beneficiũ,
quando cõsequitur præbendã.¶ Not.tamen,q de tali re-
ceptione fienda est mentio in literis. & sic etiam de iure
ad rem quinimo etiam debet fieri mentio de impetratio-
ne,licet nondum esset receptus,vt plene no.per Io. And.
in regula,iuris ignorantia,in Mercu.de reg.iu.in vj.¶ Et
no.q attendi debet,an quis sit consecutus, vel speret cõ-
sequi beneficium ecclesiasticum: & sic a contrario secus
si beneficium sit temporale,quia de illo non est fiẽda mẽ
3 tio,vt dictum fuit s.eo.postulasti.¶ † Not.qđ receptus in
vna ecclesia videtur renuntiare iuri, quod habet vt reci-
piatur in alia ecclesia.facit qđ habetur in cle.gratiæ. hoc
4 eo.titu.¶†No.differentiam inter impetere,& molestare.
Nam sm Ioan.Cal.primum importat molestiam iudicia
lem.facit quod habetur in c. cũ ecclesia.j.de cau. pos.vbi
reus absoluitur ab impetratione actoris. Molestare vero
importat molestiam extraiudicialem.allegat qđ habetur
5 in c.dilectus.j.de simo.¶†Nota.q vt valeant literæ impe-
tratæ ad beneficium,debet fieri expressa mentio de bñfi-
cio qđ habet impetrans tempore impetrationis:& sic nõ
sufficit generaliter dicere, nõ obstante q alibi beneficia-
tus existat.de quo per glo.in cle.ij.de offic.ordi. & tangi-
6 tur etiam hic per Io. An.& Compo.¶†Vltimo potes no
tare, quod valere videtur impetratio plurium literarum
ab eodem ad plura beneficia eodem instãti, vel etiam in
diuersa data omnibus literis pendentibus,& nondũ exe-
cutis vel cęptis exequi: ita tñ q si excipiatur ex alteris,
aliæ expirẽt.& sic videtur q nõ inficiatur impetratio plu
rium literarum ex solo actu impetrationis, sed solum ex
vsu.de quo hic tetigit Inno.& tangetur super glos.j.¶ In
glo.j.ibi,prius fuerint præsentatæ.dic melius, q non dẽt
attendi tempus præsentationis.sed tempus datæ, vt pro-
batur s.eo.c.sm verum intellectum.& ibi dictũ fuit.¶ In
ea.glo.ibi,cum teneamur.& ex hoc q dixit glos. colligit
ratio decidendi in decretali,qđ do.Cardi.Floren.plenius
explicando dicit aduertendum, q primus intellectus, de
quo tetigi ante summarium, non procedit; quia si semel
essent impetrata plura rescripta beneficialia, non proce-
deret id,qđ hic dicitur in eo,qđ mandatur, quod sint cõ-
tenti receptione facta per alteras literas:quia imo secun-
dum eum ambæ lræ,tanq̃ surreptitię,non tenent, ex quo
vna non facit mentionem de alia,vt etiam hic voluit Ho
stien.& ideo si teneremus prædictum intellectũ, oporte-
ret dici,qđ in eo,qđ hic præcipitur, qđ sint ɔtenti de re-
ceptione facta per alteras,istud fuerit de gratia:sicut ẽt in
simili contingit.in c.penul.j.de supplẽ.negli.pla. Sed cer
te hic non ponit aliquod verbũ, qđ innuat decretalẽ lo-
qui de gratia,& pro hoc etiam quod not. p gl.in c.penul.
j.de tempo.ordi.vbi gl.dicit,qđ in dubio decretalis vide-
tur ponere ius cõmune:& sic iste intellectus non videtur
bonus.& pro hoc etiã,quia huic intellectui videtur repu
gnare litera hic i fine,dũ dicit,nisi de receptione sua,&c.
Nam si ambæ literę fuissent simul impetratæ, non pos-
set in alteris fieri mentio de receptione,quæ nondum fa-
cta esset, & sic non vr iste intellectus literæ conformari:
& pro tanto tenet secundum intellectum,quem dicit es-
se verum.& quem sequitur etiam Ioan.Cal.per rationem
superius dictam. Et ratio decidendi secundum istum in-
tellectum est,qa non intendit Papa ꝓuideri vni in pluri-
bus beneficijs,vt tetigit gloss.Inno.vero hic videtur vel-
le,q quando simul plures literæ impetrantur ab eodẽ, vt
sibi prouideatur in diuersis ecclesijs,q teneat impetratio.
& per consequens, q si ex alteris earum quis fuerit rece-
ptus,q teneat receptio.& de hoc videtur esse hic casus se
cũdum vnũ intellectũ:repelletur tñ si postea velit p alias
molestare aliã ecclesiam,vt hic dicitur. Et tex. satis videt
hunc intellectũ sonare:excepto ver.nisi.Do.Ant.de But.
hic vr concordare opi.Nam dicit, quod si ab eodẽ impe-
trant plures literæ ad bñficia, qđ tunc nõ valeat impetra
tio,ex quo de alijs non facit mentionẽ in alijs. Et sic ꝓce
det opi.Host.& Io.Cal.Sed vbi aliquis impetrasset literas

a ¶ In nostra. Super isto c. pro oibus additionibus vide hic per d. Fel. qui ponit quasdam agitatas correlata, de quibus fit faciend. mentio in impetratione literarũ ad beneficia.

ad beneficium, & procurator suus eodẽ tempore ipso ignorante impetrasset alias literas: tunc dicit quod valebunt ambę, per id quod habetur j.eo.gratia.lib.vj.Et erit in electione domini, an velit vti literis impetratis per se, an vero velit vti literis impetratis per procuratorẽ. Si tamen fuerit receptus per alteras illarum, non poterit postea vti alijs, vt hic patet.Et ista procedunt, quando simul plures literę fuerunt impetratæ ad beneficium pro eodẽ: vbi autem non eodem tempore, sed successiue fit impetratio, tunc secundę non facientes mentionem de primis videntur surreptitię.& ideo non valerent, per id, quod dixi in notabilibus,& quod dicetur super glos. sequenti.Et hoc esset clarum, quando post receptionem factam vigore primarum impetrarentur secundæ: quia tunc nõ valerent secundę, si non fieret mentio de primis,& de receptione facta per illas, vt hic satis probatur.¶ In ead.gloss. in fi.Doc.communiter tenent contra glo.& maximè Io. Cal.& sequitur do.Cardi.Floren.& do.Ant.de Bu.ex eo, quia de quocunque iure etiam modico, fienda est mẽtio in literis beneficialibus: alias redduntur surreptitiæ, & ꝑ consequens nullę, vt j.eod.si proponente. & de pręben. si motu proprio.libr.vj. Nec obstat, quod notatur s.eodẽ. ex tenore. quia ibi loquitur in rescriptis ad lites, in quibus surreptio non viciat ipso iure: secus in rescriptis ad beneficia, vt dictum fuit in c.pręcedenti. vnde dicit domi. Cardi.Floren.quod præsumptio est, quod si Papa sciuisset de primis literis, non dedisset secundas, & si sciuisset, quod primis obstaret surreptio exceptionis: nã interim donec sint cassatæ, videtur quod de ipsis debet fieri mentio, ne contingat quod ille consequatur plura beneficia contra mentem Papæ: si tamen intelligeres, quod contra primas erat opposita exceptio.& pronunciatum quod non valerent: tunc bene procederet glo. nisi per primas fuisset aliquid cõsecutus per id, quod habetur s.tit.proximo. Sed aduerte, quod licet prædicti sic transeant, tamen videtur, quod de iure glo. possit sustineri per id, quod notat gloss. s.eod.ex tenore. in fine magnę gloss.& j.de concess.pben. cum nostris.& per id, quod habetur s.eodẽ.ex parte.s.in quibus patet, quod de rescripto inualido ope exceptionis non est necesse facere mentionem. Nec obstat ratio superius allegata: quia fateor, quod de iure quantumcunque modico dum effectuali debet fieri mentio. & sic loquuntur iura per Docto. allega. secus quando est ius non effectuale, prout est hic quando potest per exceptionem elidi, vt patet ex iuribus superius allegatis.Et ex prędictis & his quę superius sunt tacta, habes tres casus expeditos: vnus est quando simul ab eodem plures literæ impetrantur: alius est quando successiuè post primas impetratas validas impetrantur secundę.¶ Tertius est, quãdo impetrantur successiuè secundę post primas inualidas: & quid iuris in omnibus prędictis casibus, patet ex superius dictis.Et latius prosequitur hic domi. Anto.de Butr.¶ Et adde circa primum casum, quod licet in literis contentiosis sustineri possit quo ad cautelã, quod plures literę possint super eodem negotio impetrari secundum no. s.eo. ex tenore.& sic non sufficiuntur, nisi per abusum, quando vteretur vtrisque. Nam tunc interest aduersarij nõ sic fieri: tamen in literis ad beneficium, quia ille, non vitiantur propter interesse, sed potius ratione surreptionis. Ideo videtur quod non valeant, quando simul impetrãtur, vt dixi s.post Hostiẽ. nam ſm eum videntur fraudulenter impetrari eoipso, ꝙ in alteris nõ fit mentio de alijs. Nam Papa verisimiliter non daret alias si haberet notitiam aliarum.& ideo videtur, quod vera sit opi. Hostien. quam sequitur Ioan. Calde.& do.Cardi. Floren.cum limitatione tamen, de qua dixi supra post domi. Anto. de Butr. ¶ In glo.fin.ibi, ius canonię.sentit glo.a contrario, quod si nõ esset consecutus canoniam, valerent secundæ literę: licet non facerent mentionem de primis.sed cõtrarium tenet hic Ioan. An.si facta erat pręsentatio primarum literarũ. Idem dicit, si non erat facta: quia per literas est quęsitum ius ad rem.j.de renun. veniens. cum ibi notatis: & quia Papa verisimiliter non dedisset secundas literas, si sciuisset de primis. Ideo secundę non facientes mentionem de illis, sunt nullæ, arg.s. eo. postulasti. Et hoc etiam tenuit Io.An.in regula, iuris ignorantia.de reg.iu.in vj.vt etiam
7 dixi in notabilibus. An autem si aliquis sit † spoliatus beneficio: & impetrat literas ad aliud beneficium, debebit facere mentionem de illo. dic quod sic: quia habet actionem sibi competentem ad recuperãdum illud, vt j.de restitu.spo.per totum.& qui actionem habet, rem censetur habere.l.qui actionem.ff.de regu.iuris. ideo nimirũ si de tali beneficio debet facere mentionem. & pro hoc facit, quia alias posset aperiri via fraudi contra id, quod habet j. de diuor. c. quanto.nam posset quis procurare spoliari per amicum suum, vt sic possit postea impetrare nõ facta
8 mentione de tali beneficio.¶ † Quomodo autem cognoscatur, an aliquod sit beneficium ecclesiasticum, tãgit hic Io.Cal.& dictum fuit supra.cod. postulasti. Nam ex circũstantijs hoc poterit colligi: puta quia non confertur nisi per prælatum, nec cõfertur alteri ꝗ clerico: vel habet qd spirituale annexum, vt dictum fuit in dicto c. postulasti. nam censetur tunc beneficium ecclesiasticum, in quo nihil potest laicus, nisi haberet priuilegium a Papa, secundum not.per Inno.infra.de elect.quod sicut. vel nisi esset ius patronatus, quod potest competere laico, secundum ea, q habentur j.de iudi.quanto.¶ Vlterius per hunc tex.
9 inquantum hic dicitur, † quod receptus in vna ecclesia, videtur renuntiare iuri, quod habet vt recipiatur in alia: dicunt quidam a simili, quod si litigans super electione vel præsentatione de se facta recipit aliud beneficium, quod per hoc intelligitur cessisse, seu renũtiasse liti.quod est verum secundum Innocẽ.& Compost.ũ beneficium, quod recipit, non possit simul teneri cum beneficio, sup quo litiget: alias secus. Et ratio est secundum eos, quia si in his quę simul teneri non possunt per receptionem secundę ecclesię, intelligetur renuntiare ecclesię prius pacificè possessę, prout de iure intelligitur.j.de præbend. de multa. ergo multo fortius intelligetur renuntiare liti pendenti super alio beneficio, cum id sit minus quam renunciare ecclesiæ, pacificè possessæ, argumen.c. ex parte.el 3. j.de deci.& hoc clarum, si recipiens aliud beneficium pẽdente lite super alio nõ fuit protestatus. Si vero fuit protestatus, quod intendebat recipere ecclesiam seu beneficium saluo iure suo in lite iam mota, tunc promotio esset vitiosa secundum Innocen. quia non reperiretur tunc consensus purus interuenire, prout requiritur a iure.infra.de elec.c.ij.lib. vj. nec reperiretur etiam consensus ꝑpetuus, sed temporalis. quia propter protestationem vellet in effectu posse dimittere beneficium, quod recipit si contingeret eum in lite obtinere, qđ esse non debet.vij. q.j.pastoralis.cum ibi notatis, & sic non valet. Intellige protestatio tanquam contraria facto, attenta dispositione iuris, vt voluit gloss. in clem.gratia. de rescriptis. & facit
10 quod habetur in c. fin. infra. de conditio.appo. ¶ † Sed cõtra prędicta facit, quia si habens ecclesiam pacificè recipit secundam cum lite, propter quam impeditur ipsius possessionem habere, non perdit primam.infra.de pben. de multa.cum ibi notatis.ergo econtra recipiens ecclesiã pacificam, non debet perdere primam litigiosam.¶ Soluit Innocen.quod non est eadem ratio in casu isto, quę in casu præcedenti. nam in pręcedenti est vitiosum initium, seu ingressus vitiosus: sed hoc casu non est vitiosus ingressus in prima nec in secunda: quando primam pacificè possidet & recipit simpliciter secundam cum lite, quia tunc nec in prima, nec in secunda reperitur vitiosus ingressus.secus in casu præcedenti, qñ interuenit ꝓtestatio.¶ Potes dicere clarius ſm do. Ant.de Butr. ꝙ ratio

ratio diuersitatis est, quia ad hoc vt per adeptionem secū di beneficij perdatur primum, requiritur φ adeptus sit pacificam possessionem secundi, vt patet ex his quæ habentur in præallega. c. de multa. & in clem. gratia. de rescrip. Sed econtra quando quis habet pacificam possessionem secundi, non exigitur quod habeat pacificam possessionem primi incompassibilis cum secundo: ideo tunc per adeptionem secundi intelligitur renuntiatum iuri, quod habet in primo. & tene prædicta licet Hostien. nec aliter dixerit eo casu, quo rescriptur secundum cum protestatione. sed melius dicit Inn. vt hic voluit Io. An. & glo. in palle. cle. gratia. & facit etiam quod no. per gl. in c. si pauper, de pben. in vj. ¶ Item intellige prædicta fm Compost. qn̄ quis habuit pacificam possessionem secundæ ecclesiæ. Si aūt pendente lite super prima curata reciperet secūdam, de qua etiam mouetur sibi lis, per quam impeditur habere possessionem: tunc dicit Compo. φ non vr̄ tunc liti renuntiare, cum hoc nō sit in iure statutum. Postea subdit dici posse φ videatur renuntiasse: quia eligendo vnum de duobus, quæ simul non possunt haberi, vr̄ φ alteri intelligatur renuntiari. l. j. C. de fur. Sed præcedēs opinio plus placet Io. An. q̄ proxima. vnde dicit se iam de facto consuluisse, φ habens gratiam ad dignitatem, quam duceret acceptandā, non perderet gratiam consentiendo electioni de se factæ ad aliquam dignitatem, etiam si ad epalem dignitatem esset facta: & etiam si confirmationem petat. Nec ob. si dicatur quod prima gratia fundatur super potestate & voluntate acceptandi: & sic acceptando electionem ad dignitatem epalem, vel aliam, vr̄ præclusisse viā acceptationi contrariæ præfatam acceptando, arg. c. j. de postu. prela. in vj. & de electio. vt quis duas. eo. lib. & d. l. j. C. de fur. quia rńderi potest, φ id non sequitur ex eo, quia certum est quod acceptatio collationis factę, quæ tribuit ius in re, vt j. de preben. si tibi absenti. in vj. non perimit gratiam, nisi deueniatur ad pacificam possessionem, vt in præalleg. cle. gratia. nec perimeret etiam gratiam factam in forma pauperum. d. c. si pauper. Si ergo illa nō perimit gratiam: multo minus ista acceptatio electionis, quę non tribuit ius in re, sed ad rem. de concesf. preben. c. vlti. in vj. perimet gratiam. fatetur tamen Ioā. And. φ si ex vi gratię acceptaret dignitatem, & ipsius possessionem pacificam haberet: vel per ipsum staret quominus haberet, periret ius ex electione quęsitum fm veram opin. φ habet, φ ante confirmationem electionis potest renūtiari sine superioris autoritate. de qua infra de transla. c. ij. & de elec. in c. si electio. & vtrobique per gl. lib. vj. & similiter dicit, φ habita confirmatione epalis electionis, & possessione epatus & bonorum eius: & consecratione secuta vel lapso tempore de cōsecrandis perempto erit gratia, & non prius per id, qđ habetur de ele. cum in cunctis. & facit qđ no. de regula beneficium. in vj. post prin. magnæ gl. ¶ Ad allegata in contrarium respondet Io. And. φ ibi erat contrarietas circa idem, & incompassibilitas: hic vero erat varietas circa diuersa, & circa compassibilia añ adeptionē, vt patet ex supradictis. ¶ Ad id autem qđ dictū est de acceptione respondet, φ consensus vel acceptatio electionis nō fit in casu prædicto ex vi gratiæ habita per literas: & ideo talis acceptatio non habet nocere. ¶ Iuxta prædi-

11 cta potest quæri, quia hic dicitur φ † acceptatus per literas Apostolicas non potest molestare aliam ecclesiam occasione aliarum literarum Apostolicarum: an hoc procedat siue istę alię fuerint impetratę anteq̄ reciperet in alia ecclesia, siue post. dicit Inno. φ sic: quia non est præsumēdū, quod Papa pro vno scriberet sup pluribus vacaturis: si autem post receptionem impetraret literas ad beneficium vacans, tunc dicit Inno. quod si vult renuntiare iuri sibi competenti ex prima receptione, valent literæ: qa non est talis veritas tacita, quæ si fuisset expressa, literas non habuisset, ar. s. e. super literis. Sed contra istud dictū

facit fm Compost. quia non est verisimile φ Papæ sic scriberet pro eo, cui alias gratiam fecerat, sicut si nunquam pro eo scripsisset. & hoc dicit verius esse Ioan. An. s. quod dictæ literæ non valent tanquam surreptitiæ: quia tales literæ sunt ambitiosæ: & sic restringendæ, vt infra. de præben. quamuis tibi. & facit quod notat Io. And. s. eo. postulasti. vbi etiam videtur Inn. dixisse contrarium eius, quod hic tenuit, vt ibi tetigit Ioan. An. Et istud videtur esse verius. vt ibi etiam dixi. licet Inno. posset defendi a contrarietate, quia hic loquit de impetrante non adepto beneficio, sed solum recepto, ibi de adepto. ¶ Et ad materiam facit, φ notat Io. An. super regula, iuris ignorantia. de regu. iur. in vj. in quæstione ibi posita. Et nota. quod in casu decretalis non sufficit facere mentionem de primis literis, si non fit etiam mentio de receptione fm Inno. quia nedum de literis, sed etiam de pcessu debet fieri mentio, vt

12 j. de re iudi. inter. ¶ † An aūt sufficiet in secūdis literis dicere, non obstante φ alibi beneficiatus existat: vel quod in alijs ecclesijs scripserimus pro eodem. dic φ non, p istū tex. q̄ requirit expressam mentionē fieri: & ideo non sufficit mentio pdicta, quæ est generalis imo requiritur, φ dicat, non obstante φ p literas nostras in tali ecclesia sit receptus, vt hic patet p Host. & probatur in cle. ij. de off. or. & ibi etiam per glo. Sed Compost. tenuit ꝯtrium, dicens vtranque formam præmissam sufficere. Et pro eo facit e. is cui. de præben. in vj. Sed certe ibi fiebat gratia habenti conferre beneficiū: ideo non debuerunt beneficiū nominare hic, qñ sit gratia habenti recipere beneficiū. Itē pro Compost. facit j. de præben. nō potest. ad fi. li. vj. Sed pōt dici, φ ibi p partem fuit expressum beneficiū, φ ius scriptum non habuit noiare, & ibi etiam reprobatur rō Cōpost. qui dicebat per illā formam patere, φ Papa volebat illū habere vtrunq; beneficiū: qa illud nō est verū, vt ibi patet. ¶ Item aduerte quia do. Lapus de Castilli. sua alle. xxxix. versi. modo dicit, φ dato φ pendeat gratia per aliū impetrata: dato, φ sciret qs illud, si impetrario est facta sine suo mandato, & non acceptauit, φ valebit impetratio facta per eum de alio beneficio non facta mentione de pdicta impetratione. & plus etiam ibi dicit, φ si alieni absenti facta sit collatio, & non acceptauit, licet sciret illam sibi factam, tenebit impetratio non facta mētione de collatione pdicta per dictū Archi. in c. gratia. de rescripis, in vj. vbi ad literam, dum dicit nescires, supple maximē. ¶ Sed certe gloss. & Ioan. And. ibi, super ea. videtur velle contrarium in hoc vltimo. & ideo hoc dictum non videtur tutū, licet do. Ant. de But. transeat cum illo. ¶ Itē adde, qđ notant do. de Rota sua conclusione ccxxj. alias est ccxv. vbi dicunt, quod si habens gratiam primam cū secunda, & fuerit consecutus beneficiū, φ si anteq̄ sit cōsecutus secūdā gratiam, seu eius effectū, impetrat tertiā facta mentione de secunda, & non de prima, φ non valebit impetratio tanquam surreptitia, de quo dicendum vt ibi.

13 ¶ Vltimo tangit hic Io. Cal. an † de qualitate primi bñficij sit facienda mentio, qñ impetratur secundum, de quo per gl. in cle. j. in ver. alteri. de pben. vbi concludit, φ in dispensationibus fienda est mentio de qualitate primi beneficij, & sic an sit dignitas, & qualis, & an sit curatū. Sed in impetrationibus gl. ibi videtur velle, φ de iure non reperitur cautum φ sit necesse exprimi qualitatē primi bñficij, vnde in hoc seruari deberet stilus curię, si de illo appareret, vt j. de cri. fal. quam graui. Ioan. tamen Cal. hic videtur dicere, quod satis videtur, φ deberet exprimi, an sit dignitas: quia si solum exprimeret se habere aliud beneficium, fieret interpretatio contra eum, & intelligeretur de simplici, argumento c. quamuis. de præben. in vj. dicit etiam φ videtur quod de qualitate curæ deberet fieri expressio per id, qđ habetur de prebē. is cui. in vj. Nā si de illa debet fieri expressio cū gratia sit collatori, vt ibi patet, fortius videtur φ sit fienda, quando sit impetranti:

cum prima censeatur fauorabilis,secunda odiosa.& simi-
liter de qualitate continuæ residentiæ videtur, ꝙ debeat
fieri mentio:quia de illa videtur iudicandum, sicut de cu
ra.per nota.ſm doc.de cle.non residen.c.si. secus dicit de
qualitate ordinis annexa beneficio,ar.c.ei cui. de præbē.
in vj.de qualitate autem beneficij,an sit sufficiens , vide-
tur ꝙ sit fienda mentio,vt s̄.eo.cum teneamur. tamē hoc
non bene reperitur cautum.dicit tamen, ꝙ tempore suo
fiebat expressio hoc modo:qa dicebatur,ꝙ tenebat bñfi-
cium quando non excedebat certam mensuram vel sum
mam.& sic residet Io.Cal. Potes dicere ꝙ in isto seruādus
est stilus curiæ si de illo apparet,alias de iure videtur stan
dum gl.in d.cle.de præbē. & per hæc sit expedita hæc de-
cretalis,quam commentauit Ioan.Cal.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum quod procurator reuocatus, & de hoc certificatus impe-
trauit extra iudicium,nō valet:sed si impetrat in iudicio,valet rescri
ptum:si iudex & aduersarius ignorabant reuocationem.*
2 *Capituli appellatione non continetur is,qui praest capitulo, nisi aliud
exprimatur.*
3 *Decanus, & capitulum excommunicare possunt,si super hoc habent
priuilegium Apostolicum.*
4 *Plures controuersiæ possunt simul eodem iudicia agitari.*
5 *Falsus procurator dicitur etiam ille,qui habuit mandatum:sed fuit re
uocatum.*
Literæ impetrata per falsum procuratorem,non valent.& nu.11.
6 *Procurator potest reuocari ratione suspicionis,etiam post litis contesta
tionem.*
7 *Excommunicatus potest constituere procuratorem ad se defendendum.*
8 *Exceptio vna dilatoria,licèt fuerit repulsa, nihilominus pōt alia pro-
poni.*
9 *Literæ impetrata per coniunctam personam sine mandato,valent si do
minus ratum habet.*
10 *Reuocatio procuratoris ad hoc,vt valeat debet transire in notitiam
ipsius procurataris.*
12 *Agens procuratorio nomine domini domino sciente & tacente, & non
contradicente,videtur tacitè ratum habere.*
13 *Fundare se an posit aliquis ex eo,quod improbauit.*
14 *Reuocatia procuratoris in iudicialibus,debet notificari iudici.
Et quid in extraiudicialibus.*
15 *Matrimonium contractum per procuratorem non valet.si procura-
tor fuit reuocatus antequam matrimonium cōtraheret:licèt ipse hoc
ignorauerit.*
16 *Mandatum generale habens cum clausula ratihabitionis, vel cum
clausula,ꝙ posit facere idem,quod dominus,an posit attentare ea,
quæ requirunt speciale mandatum.*
17 *Mandatum habens ad substituendum alium: si substituit,non pate-
teris reuocare substitutum,qui susceperit mandatū,nisi de hoc fiat mē
tio in mandata.*
18 *Procurator ad negotia potest alium substituere:sed procurator ad agē
dum, regulariter non potest alium procuratarem dare, seu substi-
tuere.*

1 EX parte decani. ¶Non † valet re-
scriptum, qđ pro-
curator reuocatus,& de hoc certificatus ex-
tra iudicium impetrat.Si vero in iudicio im-
petrauit,valet rescriptum, si iudex & aduer-
sarius reuocationem ignorabant.hoc dicit ſm lectu.quæ
placet Io.An.licet aliæ tres colligi possint ex glo.vj.& vij.
coniunctis his,quæ ibi addit Io.An.& de quibus in eis di
cetur.Et duæ sunt partes principales.Nam in prima poni
tur facti narratio: in secunda iudicum instructio.secunda
ibi,quia vero. Prima potest subdiuidi. Nam primo poni-
tur causæ cognitio.secundo exceptio.tertio replicatio,&
interlocutoriæ prolatio. quarto iterum excipitur. quinto
iterum replicatur.secunda ibi,dictus.tertia ibi, eis. quar-
2 ta ibi,petente.quinta ibi,quas literas.¶†No.j.ꝙ appella-
tione capituli non videtur contineri caput capituli, seu
ille qui præest capitulo, nisi aliud exprimatur, de quo in
c.post electionem.j̄.de concessio.præben. & in cle. vt hi,
3 qui per glo.de æta.& quali.¶ No.ꝙ † decanus & capitu-
lum habent potestatem excommunicandi: si super hoc
habent priuilegium Apostolicum a cōtrario, ergo secus
de iure communi, nisi sit casus vbi ius exprimat contra-
rium,puta sede vacante.j̄.de maio.& obe.cum olim.& c.
his,quæ.¶Quomodo aūt prælatus habens gladium spiri
tualem & temporalem potest ad defensionem suæ iuris-
4 dictionis vtroq; vti habetur j̄.de sen.ex.c.dilecto.¶† No.
ꝙ de pluribus controuersijs simul in eodem iudicio agi
potest,& similiter in eodem libello.Ad idem. l. hæredes.
§.de pluribus.ff.fami.ercis.& ff.pro soc.l.cum duobus.§.si
plures.& facit quod habetur in l.nō est nouū.ff. de actio-
nibus empti.¶ Nota sensu contrario, ꝙ regulariter valēt
literæ per alteram tantum partem impetratę.fallit qñ im-
petrarentur contra formam datam in priori rescripto, vt
hic patet.Itē qñ primæ essent impetratæ de consensu par
tium:quia non valerent secundæ impetratæ per alteram
partem tantum,cum fieret mentio de primis,& de ɔsen-
su in impetratione illarum præstito.s̄.eo. cæterum.¶ Itē
non videntur valere, qñ altera pars, in cuius præiudiciū
sit impetratio,est in curia, & non reperitur tempore im-
petrationis,de quo dicendum vt habetur in c.cum olim.
j̄.de re iudi.per gl.& Io.And.& per Inn.ibidem. & s̄.eod.
5 cum dilecta.& facit.qđ dixi s̄.eo.cæterum.¶ †Not.ꝙ non
valent literæ impetratæ per falsum procuratorem.Et no.
ꝙ falsus dr̄ etiam illæ qui habuit mandatum, sed fuit re-
6 uocatum.de quo in gl.& C.de fur.in l.falsus.¶†No.ꝙ ra-
tione suspicionis potest reuocari procurator etiam post li
tem contest.de quo in l.post litem.cum seq.ff.de procura.
7 & hic in gl.& in c.ij.j̄.de procu.in vj.¶†Nota,ꝙ excōmu-
nicatus potest constituere procuratorem ad se defenden-
dum.facit j̄.de iudi.intelleximus.& de exceprio.c.cū in-
ter.¶No.cautelam, ꝙ qñq; obijcitur exceptio contra iu-
risdictionem iudicis:si videatur iudici illam non obstare
feret interlocutoriam,per quam pronuntiet procedendū
esse ad vlteriora.facit quod notat Inno.in c.j.de offi.dele.
in vj.¶Et nota bene,ꝙ videtur valere talis pronuntiatio,
etiam si obiecta fuerit exceptio, per quam dicatur iudicē
ipso iure non habere iurisdictionem, vt hic patet. Et idē
etiam voluit Lap.in c.j.j̄. eo.in vj. vbi dicit,ꝙ licet quādo
rescriptum est impetratum per excōicatum, ꝙ tūc rescri-
ptum sit ipso iure nullum, vt ibi patet.tamē si de hoc fue
rit reuocatum in dubiū, an tempore impetrationis impe
trans fuerit excōmunicatus, & iudex non obstante dicta
exceptione pronuntiauerit procedēdum esse ad vlterio-
ra,vel se esse iudicem competentē, tenebit pronuntiatio
si nō fuerit appellatum, & consequenter tenebit proces-
sus,qui fiet per ipsum iudicem.quod no.pro limitatione
dicti c.vbi aūt rescriptum non esset ipso iure nullum,sed
exceptionis:tunc clarum,ꝙ valet pronunciatio,si pronū-
tiet esse procedendum ad vlteriora,vt dictum fuit s̄.c.cæ-
8 terum.¶ † No.ꝙ licet vna exceptio dilatoria fuerit repul
sa.nihilominus alia potest proponi,de quo j.de excep.pa
storalis.& de re iudi.inter monasterium.Et ex hoc not. ꝙ
actus contradictorius super dilatoria exceptione, non ha
bet vim contestationis: ideo præcludit viam alteri dila-
toriæ.secus videtur in actu contradictorio,q. fit circa me
rita causæ per id,quod no.per gl.in c.j.in ver.absentia.de
elec.in vj.de quo dicendum,vt ibi. Et tetigi etiam in c.esi
M.super j.gloss.supra.titu.j.¶Not. quod pars capituli re-
torquebat responsionem nobilis contra eum,quia reuo-
cationem mandati, quam primo nobilis allegauit pro
se contra primas literas, postea capitulum vltimo loco
allegauit contra ipsum nobilem contra secundas lite-
ras. Et sic nota. secundum Hostien. pro prouerbio vul-
gari,ꝙ non est discretū colligere virgas, cum quibus col
ligēs verberet.facit qđ habetur Lucæ xix.c.ibi de ore tuo
te iudico,serue neq̄. ¶ Not.ꝙ ex facto,qđ qs impugna-
uit quo

uit quo ad iuris effectum, non quo ad substantiam facti,
a de a prædictis, qa do.Car.Flo.hic dicit, quod confessio facta in vno iudicio, nō habet ꝓiudicare in alio inter alias personas.l.fin.ff.de inter.actio.sed inter easdem sic. Et idē est in aliis ꝓbationibus. facit.j.de fi.instru. c.j. & sic in effectu reprobat dictum Inn. fatetur tamen, qd facilius reprobantur aliæ probationes, q̄ confessio, & in hoc sit differentia. Sed potes saluare Inn. quia probationes factæ aliter, quam per confessionem, ēt inter easdem personas, nō videntur præiudicare in alio iudicio ad alium finem.j. de testi.veniens. el ij. & sic in hoc erit secus in confessione, & poterit procedere opin.Inno.

S V M M A R I V M.

1 *Arandum non est in boue & asino, quomodo intelligatur.*
2 *Electio facta de non professo, est ipso iure irrita.*
3 *Religiosi non professi, debent cogi ad profitendum regulam illius religionis, in qua sunt, vel exire.*
4 *Consuetudo longa, licet irrationabilis, probabilem inducit dubitationem iudici.*

Vm in causam. Si non professus eligat ad regimē eccliæ regularis, cassabit electio. h, d. Et est communis diuisio, consultatio, & risio. secunda ibi, qa igit. ¶ No. debere attendi id, quod de iure est fiendum, & non id quod de facto est factum. facit l.sed licet.ff.de offi.
1 præsi.& l.penul.ff.de iusti.& iure. ¶ † Nota. autoritates illas, qd non est arandum in boue & asino.& quod qs non debet indui veste lino lanaque & contexta. & expositionem huius autoritatis ponit gl.fi.hic, & videtur importare qd quis non debet esse duplex, habendo vnum in corde, & aliud in ore: & ambo ad hunc effectum tendunt, q in eodem corpore seu collegio non debet esse diuersitas. facit l.eum, qui ædes.ff.de vsucapio.& qd no.Io. An.in c.
2 Ioannes. in tertia oppositione.j. de testa. ¶ † Nota. quod sedm ista tempora electio facta de non professo, non erat

a Et adde. Polui §. in princ.c. postillam. de hoc q hic dicitur.
b Quod sicut. Super hoc c. principaliter q̄ritur, nunqd electio facta possit ratificari. de hoc vid hic disti.d. Hen. Boy. inpune.c.
c Nominatioe. An autem nominantes possint variare, ex quo noiatio est præsentata superiori. vide Cald. consi. v. de electio.

irrita, sed irritanda: hodie vero est ipso iure irrita.j.c. nullus.lib.vj.& facit etiam qd habetur in cle.j. hoc eod. titu.
3 ¶ † No.q religiosi non professi, debent cogi ad ꝓfitendū, regulam illius religionis, in qua sunt, vel exire ecclesiam. & hoc intellige, quando lapsus est annus, & non est facta professio, ꝓut habetur hodie in clē.eos, qui.de regulari. & facit etiam quod habet in c.j.de reg.iu.in vj. ¶ No.q in istis spiritualibus exuberat iudicis officium, etiā vltra petita. facit §.eodem.cum nobis olim.& no.§.titu.j.bonæ.el
4 j. Potes etiam notare, † quod consuetudo longa, licet irrationabilis, probabilem inducit dubitationem iudici.& facit ad no.de postu.prælato.c.vno.in vj.per gl.& §.de ꝯsue. cum venerabilis. ¶ In gl.ij.ibi, ius commune non pręscribitur: bene dicit contra istud ius: quia erat irrationabilis. facit cle.j.hoc eo.tit. secus si fuisset rationabilis: quia licet esset contra ius commune, posset præscribi, vt plene not. in c.fi.de consue. ¶ In gl.super verbo, asino. ibi, in vno officio. supple, ita quod sint vnum corpus. secus si tanquam singuli etiam ad vnum officium associarētur, vt patet in c. Ioā. j. de testa. vbi laicus & clericus associant in executione testamēti.de quo ibi p Io.An.in tertia oppositione.

S V M M A R I V M.

1 *Ante pallij receptionem, non debet Episcopus vel Archiepiscopus in missa in qua consecrat, ordines conferre.*
2 *Ex nominatione simplici, quæ fit in tractatu electionis, non quæritur ius nominato: secus in illa, quæ fit in scrutinio.*
3 *Electio præsentari debet Principi, vel Regi.*
4 *Absens, si est in loco, de quo dēt vocari: si vocatus nō venit, valet electio.*
5 *Vocatio absentium non est de substantia electionis.*
6 *Consecratus in Episcopum, non potest eadem die, qua est consecratus, alteri conferre ordines.*
7 *Ante pallij traditionem, Archiepiscopus non habet exercitium eorum, quæ sunt ordinis, nec eorum, quæ sunt iurisdictionis. & nu. 19.*
8 *Vendere res ecclesiæ non est licitum, etiam de cleri, & populi voluntate.*
9 *Dilapidatio bonorum ecclesiæ, est sufficiens causa de iure quem repellendi a prælatura.*
10 *Iura spiritualia, an possint ex priuilegio Papæ cadere in laicum.*
Laicus, an possit ex priuilegio Papæ eligere prælatum ecclesiasticum.
11 *Nuntio referenti se citasse, an credatur, & an sufficiat probare contrarium per iuramentum.*
12 *Electio, quæ a principio est aliqua: licet possit cassari, potest tamen confirmari.*
13 *Ratificare, siue ratum habere, an possim, quod meo nomine gestum non est.*
14 *Successor prælati succedit in bonis per prædecessorē occasione ecclesiæ quæsitis: sed in canonico secus.*
15 *Contemptus in electione si moriatur, an substitutus loco ipsius debeat consentire, vel prosequatur contemptum.*
16 *Ordines sacri debēt cōferri rō missa, sed minores possunt sine missa cōferri.*
17 *Laico an possit dari potestas excommunicandi, remissiue.*
18 *Consecratio an valeat, si vnus consecrat & alter dicat missam.*
20 *Pænitentia an admitti debeat post delictum perpetratum.*
21 *De contemptu agere an possit aliquis alius a contempto.*
22 *Sententia lata in causa electionis tanquam in causa publica, an præiudicet omnibus etiam ignorantibus.*
23 *Electio, quæ est nulla, an possit confirmari. & si confirmetur, an confirmatus sit prælatus.*

b Vod sicut. b Simplex nominatio, vel appellatio eius. cuius nō inter est, electionē impedire nō pt: quę si fiat cōtempto eo, q vocē habebat: nisi postea eā ratā hēat. eo petente cassabit. † Et Episcopus in missa, in qua consecrat, vel Archiepiscopus ante pallium receptum ordines conferre non dēt. h.d. Et sunt duæ partes principales, quæ patent. Quia in prima tanguntur quædam, quæ respiciunt formā, & sunt tria. In secunda alia tria, quæ respiciunt ꝑ-
2 sonam. secunda ibi, super eo. ¶ † No.q ex simplici nomi-
c natione, c quæ fit in tractatu electionis, non quæritur ius noiato: secus in illa, q̄ fit in scrutinio. de quo.j.eo.publicato. ¶ No.q noiatio fit de pluribus, & in hoc differt a postulatione. de quo §.ti.j.c.bonę.el j.i gl.fi.& sup ea. ¶ No. q electio

ꝙ electio interdum ponitur pro monitione. ¶ Not. ꝙ per
solam nominationem, quæ fit in tractatu non impeditur
subsequens electio. ¶ Not. ꝙ electio fienda est in ecclesia
vacante, si fieri potest. de quo s. eo. cum terra. ¶ No. ꝙ ap-
pellatio non impedit id, quod fit post appellationem, nisi
etiam fiat contra illam. de quo s. e. cum inter canonicos.
3 & c. cum nobis olim. ¶ † No. ꝙ regi, vel Principi non de-
bet simplex nominatio, sed electio præsentari: nec valet
consuetudo cōtraria. de quo in præal. c. cum terra. ¶ Not.
laicum quantumcunque in dignitate positum, nō posse
ex consuetudine acquirere ius consentiendi electioni, quæ
est in fieri: & sic non debet requiri consensus Regis, vel
Principis in electione fienda, sed in iam facta. facit præal.
c. cum terra. ¶ No. ꝙ licet de iure cōi electio Archiepisco
pi spectet ad capitulum. s. eo. c. j. tñ interdum ex iure spe-
ciali etiam alij extranei debent interesse facit s. titu. j. bo-
næ. el ij. ¶ No. de quo loco quis debeat vocari ad electio-
nem: quia qñ est in loco, de quo commode, & sine pericu
4 lo potest vocari. de quo j. eo. coram. ¶ † Not. ꝙ vbi absens
est in loco, de quo debet vocari, si vocatus non venit, va-
let electio: nec per eum potest impugnari ratione contē-
ptus. secus si non fuerit vocatus: quia tunc licet valeat, tñ
erit cassanda. intellige ipso contempto instante & prose-
quente contemptum. alias secus. facit j. de præben. cū in
5 ecclesijs. lib. vj. ¶ † Et ex hoc no. ꝙ vocatio absentium nō
est de substantia electionis, sed de solennitate & eius iu-
stitia. facit j. eo. ecclesia. el ij. ¶ No. ꝙ tūc dicta electio pōt
ratificari, ex quo a principio non est nulla: aliter esset se-
cus, vt j. c. proxi. & j. de regu. iur. non firmatur. lib. vj. ¶ In
6 ver. super eo. No. † ꝙ consecratus in Epm non potest ea-
dem die, qua est consecratus, alteri conferre ordines saltē
intermissarum solennia suæ consecrationis. ¶ No. qđ or-
dines debent conferri cum missa. & similiter fieri debet
consecratio Epi, de quo in gl. ¶ No. qñ debeat consecra-
ri Romanus Pontifex: quia post hymnum Angelicū, hoc
est Gloria in excelsis deo. qui hymnus primo fuit ab An-
gelis decātatus. de conse. dist. j. hi duo hymni. ¶ No. ꝙ po
stea incipit & finit Romanus Pontifex missarum solen-
nia. Ex hoc no. ꝙ missa vř incipere post hymnum Angeli
cum. ¶ No. quod excepto Romano Pontifice alij Pontifi
ces consecrantur inter epistolam, & euangelium. ¶ Not.
quod tunc consecratus dř concelebrare, cum principali
celebrante, & ideo ne diuidatur mysterium vnitatis. i. ip-
sius missæ, non debet inter illam ordines celebrare. ¶ Ex
hoc no. missam esse mysterium indiuiduum. facit vij. q. j.
nihil. ¶ No. quod non est licitum Archiepiscopo conuo-
care conciliū sine pallio, nec consecrare ecclesias, vel Epi
scopos, nec ordines cōferre: alias debet puniri. Et sic not.
7 † quod Archiepiscopus ante traditionem pallij non hēt
exercitium eorum, quæ sunt ordinis, nec eorū, q̄ sunt iu-
risditionis, si sint maxime potestatis, vt conuocare conci
lium. ¶ No. quod concursus maioris potestatis interdum
confundit vires potestatis minoris, & absorbet in tantū,
vt quod quis poterat vt minor, maior factus non possit,
ſm do. Ant. de But. d. Car. Flo. hic colligit, quod quis sem
per in dubio præsumitur, seu intelligitur facere actū sub
perfectiori modo, quo fieri potest. allegat quod cōsueuit
dici in simili, quod appellatione dñij intelligitur de dire-
cto. l. j. §. qui in perpetuum. cum ibi notatis. ff. si ager vecti
galis, vel emphy. pe. & sic similiter appellatione snīæ in-
telligitur de diffinitiua. l. j. §. biduum. ff. qñ appellandum
sit canonizata ij. q. vj. sed certe hoc non vř bene hic colli-
gi. Nam non dicit, quod videatur facere tanq̄ Archiepi-
scopus: sed dicit quod deberet facere tanq̄ Archiepisco-
pus, & quod non pōt facere vt Episcopus, ex quo est pro-
motus ad Archiepiscopatum. Nec etiam vt Archiepisco
pus ex quo nondum recepit pallium. ¶ Aduerte tñ, quod
potest dici prædicta procedere, si quæratur de potestate
electi in Archiepiscopum, quo ad facienda ea, quę dicun
tur in tex. ¶ Sed si quæratur, an si illa faciat, videatur face
re tanq̄ Archiepiscopus, & sic sub perfectiori modo: licet
eo modo non possit, potest dici, quod procedat dictū do.
Card. Flo. ipse tñ vř expresse velle, quod tanq̄ Episcopus
posset, si hoc vellet: sed in dubio vř facere tanq̄ Archiepi
scopus, & sic modo perfectiori, licet non possit: quod est
mirandum ſm eum: quia potius deberet intelligi facere
modo licito, sed non credo dictum eius verum, inquantū
vult quod tanq̄ Episcopus possit, per id quod dř in gl. pe.
saluo tñ casu. de quo ibi dicetur. ¶ No. argumentū de di-
ctione tanquam, de quo in c. cum inter vniuersas. s. eod.
8 ¶ † Vltimo no. ꝙ non est licitum vēdere res ecclesiæ, a et
a de cleri & populi voluntate. Intellige, nisi in casu a iure

a Res ecclesię. Imo Episcopus alienās res ecclesiæ tenet de suo resarcire, vt p Aret. consi. 143.

concesso, & solennitate debita interueniente, de qua xij.
q. ij. sine exceptione. ¶ No. tñ, ꝙ facilius dispensatur cum
tali vendente, qñ id facit de consensu cleri & populi, dū-
modo reddat ecclesiam indemnem. Et ex hoc etiam no.
9 † quod dilapidatio bonorum ecclesiæ est sufficiens causa
de iure quem repellendi a prælatura. de quo j. de simo. li-
cet Heli. de offi. dele. venerabili. cum suis simi. ¶ In gl. ij.
ibi, causæ spirituales. secus in secularibus. j. de immuni.
eccl. decet. in vj. ¶ In gl. impedire. ibi, vt suum præstat as-
sensum, & si ꝯsentiat, bene quidem: si autem ꝯdicat, non
nocebit, nisi rationabilis causa subsit, vt quia princeps di
cat eum suspectum sibi per id, quod hř in c. petitio. j. de
10 iureiuran. & per Inn. j. de accu. super his. ¶ † Et tangit hic
Inn. an iura spiritualia possint cadere in laicum ex priui-
legio Papæ: & tenet quod sic. vnde concludit quod ex pri
uilegio Papę laicus potest habere potestatem eligēdi pla
tum ecclesiasticum etiam Epm i similiter vř quod possit
habere potestatem excōicādi ex priuilegio Papæ, vt not.
gl. quæ fuit additio in c. bene quidem. in versi. præter Ro-
manum. xcvj. dist. Et facit quod hř per Ioan. An. in c. ij. de
præben. in vj. ¶ In glo. nequeunt. in fin. solue, vt ibi no. in
gl. iiij. quia ibi non poterat comparere per se, nec per ꝓ-
curatorem ꝑꝑ locum non tutum. ideo potest procedi ad
electionem, siue vocatus voluit venire, siue non possit. &
sic procedit tex. ¶ In gl. ꝙ si eos. ibi, præsumitur quis non
vocatus hoc non bene colligitur hic, si habeatur in lite-
ra, si eos nō vocatos fuisse cōstiterit, prout hř cōiter. Sed
si haberetur in litera: sed si eos vocatos fuisse non consti-
terit, tunc posset procedere gl. Et ad contrarium infra for
matum posset dici ſm do. Ant. de But. quod hic loquitur
in actu extraiudiciali: sed in c. bonę. s. eo. loquitur in actu
iudiciali, sed certe etiam in actu iudiciali nō crederetur,
nisi snīa transiuisset in rem iudicatam per id, quod not. p
11 Inno. in præal. c. bonæ. & j. de renun. in præsentia. ¶ † An
autem credatur relationi nuntij referentis se aliquem ci-
tasse. gl. hic vř velle, ꝙ non. de quo etiam in c. qm̄ contra.
j. de proba. & j. de app. cum parati. & plene in Spe. de cita
tione. §. sequitur. ver. sed nunquid credetur. & ibi plenissi
me per Io. And. in addi. ¶ Legistæ communiter tenent, ꝙ
credatur relationi nūtij iurati, nisi probetur oppositum.
& per hoc dicit Bart. esse casum in extraua. ad reprimen-
dum. in verbo, nūtium vbi plene de hoc per eum. Potes
concludere, ꝙ in dubio stetur dictæ relationi: posset tamē
probari contrarium indirecte per modum, qui hř in c. ex
tenore. j. de testi. & in l. optimam. C. de contrahen. stipu.
¶ An autem sufficiat probare contrarium per iurām. Spe.
in loco præal. vř velle, quod sic. sed Io. And. post Host. ibi
vř velle hoc arbitrarium, inspecta qualitate nuntij, & ip-
sius citati, & qualitate negotij, de quo agitur. Nam secū-
dum eum absonum vř, ꝙ si esset nuntius vilis persona, &
citatus notabilis persona, & ex contumacia generaretur
graue præiudicium citato, ꝙ deberet potius credi relatio
ni talis nuntij, q̄ assertioni iuratæ ipsius citati, & hæc opi
nio forte vera de iure. Statuta tñ qñque aliter prouidet.
Illud tñ præcipue no. ꝙ licet crederetur relationi nuntij,
non tñ crederetur eum habuisse cōmissionem de citādo,
nisi

nisi hoc appareat:licet in relatione dicat,retulit talis nūtius de mādato talis iudicis talem citasse. facit l.neminē. C.de exhi.reis.& istud tenet Ioā. And. in fi.magnæ additionis in loco præalle.& hoc tene menti, quia in practica vidi sæpe errari: quia in actis non apparebat de commissionibus iudicis. ¶ †In glo.consentire.ibi.ꝙ ab initio.soluē,quod si electio a principio est aliqua: licet possit cassari,illa bene potest confirmari,& sic loquitur hic,& in cōcordantijs hic positis:sed si a principio est nulla, tunc nō potest ratificari.& sic loquitur c.auditis.j.e.Intellige,nisi per Papam ex certa scientia,iuxta not.in c. ꝙ sit.de elec.
12
13 in vj.& in cle.j.de elec.per gl.& Doc. ¶ †In ea.gl.ibi,circa spiritualia.quasi velit,ꝙ licet rīr non nomine meo gestum non possum habere ratum.j.de reg.iur. ratum.li.vj. & l.si pupilli.§.sed si ego.ff.de nego.gest.tamen hoc fallit in spiritualibus.glo.tñ infra,ver.item non potest dici.aliter videtur soluere:sed hęc solutio non vr̄ bona per id,qđ habetur in c.cum quis.de sen.excom.in vj.ideo potes dicere,ꝙ non nomine meo gestum non possum habere ratum quo ad hoc, vt censeatur a me gestum,& habeatur pinde,ac si ego fecissem, seu gessissem: sed bene possum habere ratum:alias ad meum præiudicium.l.mater.C.de rei ven.cum ibi notatis. Potes etiam dicere, ꝙ hic ꝓprie non est ratihabitio:sed consensus vel iniuriæ remissio.facit quod no.in præal.regula,ratum.& quod no.j.eo.eccle sia. el ij. vbi ratificatio contempti non auget numerum. ¶ In ea.gl.ibi,sed contra vr̄ hæc vera.nec ob.c.bonæ.ꝗa hic loquitur in electione,ibi in postulatione,anteꝗ sit ꝓsentata superiori.Nec ob.etiam c.quanto. quia prout ibi no.debet intelligi s̄m no.j.eo.publicato.¶ In ea.glo.ibi, quod non credo hæc vera,præsertim: quia hic non ꝓprie agitur de ratihabitione, sed de consensu , vel iniuriæ re-
14 missione,vt s.dixi.¶ †In ea.gl.in fi. melius facit eo.ti.rela tum.el ij.vbi licet mortuo prælato in bonis per eum quæsitis occasione ecclesiæ succedit successor: tamē secus est in canonico,quia etiam si prębendæ sint distinctæ, vt ibi dicit Inn.non succedit sibi successor,sed capitulum. Capitulum autem in casu proposito non potest contradicere,ex quo eligit.Et no.bene hanc gl. quam reputo singularem,ꝙ non sic proprie dr̄ canonicus habere successorē,
15 sicut prælatus,& cum illa transeunt doc. ¶ † Aduerte tñ, quia forte de iure potest dici,ꝙ ius prosequendi contemptum,non trāseat etiam in successorem in prælatura : ꝗa illud est quoddam ius iniuriæ,vt s.dixi gl.in ver.sed dic. & ideo vr̄,ꝙ non transeat in successorem , ex quo prædecessor illam non fuit prosecutus , per id quod habetur in l.his solis.& l.fi.cum ibi notatis.C.de reuo.don.& in c.fi. j.de dona.¶ Item videtur,ꝙ ex quo istud iure ratione ipsius canoniæ specialiter competat,quod deberet transire in successorem,sicut transit ad successorem prælati,sed m gl. quia eadem videtur ratio.Nec ob.c.relatum.quia quo ad aliud propositum loquitur,vt ibi patet . Item non ob. c.relatum.quia non loquitur de his,quæ specialiter rōne ipsius canoniæ competunt.¶ Credo tamen, ꝙ gl.seruare tur in practica:quia vt dixi,Doc.cōmuniter cum illa transeunt:illud tamen,quod dictum est de prælato, procedit quando eo viuente fit electio:secus si eo mortuo,j.c.scriptum.quia tunc non potest vocari prælatus, qui non est: nec etiam debet vocari capitulū, quia non succedit in voce,quam habebat prælatus.j.ne se.vacan.c.illa. ¶ In glo. super ver.diuidatur.ibi,exemplum habes.sup.qn̄ ille, qui
16 incœpit officium,non prosequitur:sed alius. ¶ †In ea.gl. ibi, & ordinum.sup.sacrorum , quia illi debent conferri cum missa,sed minores possunt conferri sine missa. facit quod no.in c.sane.j.de temp.& qua.ordi. & fuerit glo.s.a contrario sensu , dum dixit in collatione sacrorum ordinum.¶ In ea.gl.ibi,hæc additio.Bernar. a & hæc fuit vltima additio Bernar.vt dicit hic Io.And.ideo libri, qui habent hanc conditionem incorporatam, verisimiliter habebant alias.Similiter dicamus de glossis Decreti,ꝙ libri qui habent incorporatam additionem,quæ est in prin. ꝗ incipit quoniam.& illam,quæ est in c.vnde quidē.in ver.
17 præter Romanum.xcvj.dist.quæ tractat, † an laico potest concedi potestas excommunicandi,habent verisimiliter etiam alias additiones.Et si habent Paleam in c.restamē tum.§.sed pensandum.vj.distin.incorporatam.& Paleam Constantinus.xcvj.dist.verisimiliter habent alias.& sic fuerunt Paleæ quędam capitula, quæ originaliter nō fuerūt per Gratianum posita : sed postea super addita per quēdā eius discipulum,qui vocabatur Pocapalia, vt tangitur in. additionibus Spe.per Io.And.in tit.de dispu.& alle.circa. ¶ In ea.gl.ibi,si necessitas esset, sed certe secūdū Host. non videtur esse necessitas:quia fuerunt alij episcopi præsentes,& quia ordines sacri debent conferri in sabbato quatuor temporum.j.de tempo.ordi.c.sane,Consecratio aūt Episcopi fit in die dominica: ideo exponit tunc.i.eadem die.Potes etiam dicere,vt hic sentit do.Car.Flo.ꝙ si finita missa aliam celebret,posset conferre ordines minores, non dico sacros,quia in die dominica non possunt cōferri: sed ante primam missam finitam non posset etiam minores conferre,vt hic probatur:& hoc modo saluetur gl. Fateor tamen ꝙ non deberet celebrare aliā missam eadē die:quia sufficit vnam celebrare in die. de conse.distin.j.
18 sufficit.& j.de cele.mis.c.cōsuluisti.¶ †Et adde etiam,ꝙ vera est opi.Hug.quod si vnus consecrat, & alter dicat missam,tenebit consecratio.licet fieri non debet: quia teneret etiam si sine aliqua missa fieret consecratio vel sacratetur,vt superius dictum fuit.¶ In gl.fine pallio.ibi,inferioris ordinis.supple, ab episcopatu. nam a'ijs Episcopis
19 bene posset committere,vt j.sequitur in gl.¶ †In gl.pen. in fi.sed an procedat tex.iste indistincte, inquantum vult ꝙ electus in Archiepiscopum : licet sit consecratus, non posset ante pallium receptum ordines celebrare.Concludo,ꝙ si ab alio episcopo non est inuitatus,procedit litera: sed vbi ab alio ep̄o est inuitatus,an tūc posset ordines celebrare.fuerunt opi.Inno.tenuit ꝙ sic s.eod. suffraganeis, sed hic tenet contrarium.¶ Concorda s̄m Host.ꝙ si sit inuitatus ab Ep̄o suæ prouinciæ,non potest id facere : quia infra suam prouinciam vtitur Pallio,vt j.de vsu pallij.nī, si.& c.ad hoc.& sic vr̄ facere tanꝗ Archiepiscopus,quod non potest ante pallium receptum: secus si fuerit inuitatus ab Episcopo alterius prouinciæ,quia extra prouinciā non vtitur pallio,vt habetur in dictis iuribus:& sic cessat ratio prædicta iuxta proxime dicta. In ea.gl.in fi.& ad c.si quis qualibet.responde,vt ibi no. per gl.vel dic,quod deber intelligi dispēsatiue, prout etiam intelligitur istud c.
20 ¶ † Ad alia autem iura superius allegata, primo loco potes respondere,quod speciale est in illis,ꝙ admittitur pœnitentia post delictum perpetratum,rīr est secus.l.qui ea mente.& ibi per Bar.ff.de fur.& facit quod no.gl. in regula,mora.j.de reg.iur. in vj. Er an sit licitum purgare mo-
21 ram,tangitur per Bar.in l.si insulam.ff.de ver.ob. ¶ †Extra glo.adde, & diligenter tene menti id,quod dicunt hic Doc.videlicet,ꝙ nemo potest agere de contemptu,nisi il le,qui fuit contemptus: nec iudex ex officio etiam circa hoc potest se interponere . & pro hoc etiā allegatur c.cū in ecclesijs.de præben. in vj.tamen ille text.non sic clare exprimit.¶ Item aduerte,quia tangit hic Inn.& Compo. an & quando contra electum possit excipi contra formā electionis,vel contra eius personam: & prolixe & aliqualiter intricate loquuntur do.Car.Flo.hic expedit se breuiter, & dicit ꝙ si facta est confirmatio secundum formam c.vlt.j.eod. in vj. ꝙ non audietur volens excipere contra electionem,vel contra personam, si non est appellatū ab ipsa confirmatione.Adde,quia pro hoc tamē facit, quod no.gl.in c.cum dilecti.ad fi.infra eo.& in cupientes.§.cæ
22 terum.ad fi.lib.vj.vbi gl.dicunt , † ꝙ sententia lata in causa electionis,tanꝗ in causa publica, præiudicat etiā omnibus

a Addicio Bernar.vide hic Ab in nri. col. ver.in ead. glo. vbi de hoc.

nibus ignorantibus, nisi doceatur de collusione vel nisi
quis velit prosequi proprium interesse, & doceat de igno
23 rantia.¶†Item adde & aduerte,q̄a tangit hic Inno.an ele
ctio, quæ est nulla,possit confirmari:& an si confirmetur,
confirmatus sit prælatus, qđ tangit hic Compo.& Inno.
infra.eo.cū dilecti.& in secundo concludit,ꝙ non est prę
latus,licet valeant gesta propter publicam vtilitatem, &
sic intelligit.l.Barbarius.ff.de offi.pręto.vnde no.ꝙ in hoc
Inno.vr̄ sequi opi.Vltramōtanorum, quod ibi Barbarius
non fuerit prætor:sed citramontani communiter contra,
vt ibi plene no.Circa primum, licet ponat opin.vr̄ illam
approbare, quod si est nulla propter defectum solennita-
tis iuris positiui, possit confirmari:secus si sit nulla ꝓpter
defectum iuris nālis,puta ꝑ defectum consensus: vt q̄a
electus non habuit cōsensum maioris partis capituli. Io.
An.in c.q̄ sic.de elec.in vj. & in cle.j.de elec.& in c.si q̄s.
infra.eo.in vj.vr̄ tenere, quod etiam si sit nulla de iure po
sitiuo,non possit confirmari,nisi ꝑ Papam ex certa scien-
tia. & do.Cardi.Flor.ēt hic subdit,quod non posset Papa
confirmare electionem, si ibi est defectus iuris naturalis,
seu consensus.Sed forte potes dicere,ꝙ si electio est con-
firmata causa plene cognita, & non habeat sententia er-
rorem in se expressum, qđ teneat per id,quod habetur in
c.fin.per Ioan.And.infra.e.in vj.& in c.j.de re iudi. & l.ij.
C.qn̄ prouo.non est necesse. & vr̄ transire in rem iudic.si
non appelletur per id,quod habetur in c.j.infra.de cōcef.
præbē.fateor tn̄, quod licet transeat in rem iudicatam ad
præiudicium partis, non tn̄ transibit ad præiudicium su-
perioris,vel etiam partis, si velit venire per viam denūtia
tionis,ex quo sententia est lata super spiritualibus, per id,
quod no.Inno.in c.ad aures.& c.constitutus.s̄.de rescrip.
Et idem ēt eadem rōne si electio peccaret in consensu,vt
q̄a facta fuisset a minori parte capituli:& multofortius vi
deē, quod Papa ex certa scientia posset talem electionem
confirmare, quicquid senserit do.Car.Floren.de materia
etiam consueui dicere in d.cle.j.

SVMMARIVM.

*1 Testis si dicat,scio quod Titius promisit Seio decem, quia audiui an debeat
adijcere, & intellexi.*
2 Decanus habet primam vocem in capitulo.
*3 Electio, quæ a principio est nulla, non potest per sequentem consensum ra-
tificari.*
4 Dictio maxime, de sui natura est implicatiua.
5 Quod nullum est, non potest de iure amplius annullari, vel cassari.
*6 Electio prima, si est cassata per sententiam hominis vel iuris, valet secunda
dummodo fiat a maiori parte capituli.*
*7 Electio vel postulatio facta post appellationem legitimam, an sit nulla.
Electio, qua eligitur criminosus, forte adulter: an sit nulla.*
8 Collatio præbendæ facta homicidæ, an teneat.

AVditis. Electio facta per minorem partē
capituli non tenet, nec per subse-
quentem consensum ratificari potest.h.d. Et
primo ponit diffinitionis causas. Secundo dif-
finit ibi, nos igitur.¶No.j.ꝙ superior nedum debet audi
re,sed etiam intelligere merita causarum. Et ex hoc not.
quod possibile est quem aliquid audire, licet non intelli-
1 gat.& sic faciat,†quod nō sufficit testem dicere,scio quod
Titius promisit Seio decem, quia audiui nisi etiam adie-
cerit,& intellexi,sed certe licet illud sit de cautela,non ta
men videtur necessarium per id,quod habetur in c.ij.s̄.de
consuetu. & per Bar.in l.j.ff.de auto.tut.& in l.testium.C.
de testa.¶Not.ꝙ electio facta cōtra formam canonicam,
2 est inualida. ¶†No.ꝙ decanus habet primam vocē in ca-
pitulo, super quo dic standum esse consuetudini illa vero
cessante,dic qđ ille debet primam vocem habere, qui est
maioris autoritatis,vt no.xvj.di.Isidorus.& facit qđ notat
per Inn.in c.j.j.de maio.& obe.& quod hr̄ in c.cum olim.
3 j.de re iudi. & per Bar.in l.j.ff.de albo scriben. ¶†Not.qđ
electio,quæ a principio est nulla,non pōt per sequentem
consensum ratificari.de quo s̄.proxi.& j.de regu.iur.non
firmatur.in vj.¶No.quod etiam id,quod nullum est, irri
tatur:intellige,quatenus de facto processit.facit quod no.
per gl.in l.j.§.j.ff.de ferijs.Posset etiam exponi irritatur.i.
irritum nuntiatur.facit quod notatur in gl.pe.& no.secū
dum Io.An.quod vtraque electio fuit facta a minori par-
te capituli:nam cantor remansit cum paucioribus, quia
alij accesserunt ad partem decani post factā electionē per
eum.ideo vtraque irritatur, de quo tangeť in gl.pe. ¶Et
no.ēt s̄m eum pro intellectu tex. qđ decanus a principio
in tractatu electionis noīauit R.vt sic præsentiret intētio
nem cantoris,an ip̄e cū vellet consentire,non q̄a haberet
animum eligendi ipsum R. & eodem mō cantor non mi
nus fuit cautus.& quia suspicabať, ne decanus vellet eli-
gere Guil.Archi.vt præsentiret,an hoc esset verum, noīa
uit illum:non tn̄ habebat intentionē finaliter ipsum eli-
gendi, sed potius ipsum R. & ita postea fecit. & similiter
decanus eligit Guil.Archi.& per hoc cessant aliquæ intri
cationes literæ,quas Inno. nititur corrigere in principio
sui voluminis.¶In gl.ex postfacto.ibi, irritando de iure.
hæc expositio violat text.& verba literæ improperat, qđ
in dubio fieri non debet, per id quod legitur & notatur
in c.intelligentia.& c.præterea.j.de verbo.sig.nec obstat
tex.in fi.quia posset rn̄deri vt j.tangitur in gl.pe. ¶In ea.
gl.ibi,maxime pro tantum. hæc expositio violat literam,
4 quia † dictio maxime,sui natura est implicatiua,vt voluit
gl.sequens.& no.in c.ad abolendam.j. de fil.presby. & ꝑ
gl.in l.illud.ff.ad l.Aquil.vnde dicit Inn.quod ēt si renun
tiet appellationi,non cōualesceret electio,q̄ fuisset nul
la.& pro hoc bn̄ facit c.licet.de sent.excō. in vj. & in hoc
vr̄ bene dicere Inno. si electio fuerit nulla.sed vbi electio
fuisset aliqua,prout s̄.tetigit gl.tunc satis videretur ꝓce-
dere dictum gl.qđ si vellet renuntiare appellationi, non
possent consentire electioni:q̄a essent tunc sibi ꝯrij,& sic
non deberent audiri,vt in c.solicitudinem.all.in gl. & in
l.j.C.de fur.veritas tn̄ esse vr̄, quod electio hic fuit nulla
ipso iure ex eo,quia fuit facta a minori parte capituli. &
hoc ēt expresse litera dicit,dum dicit quod erat irrita ipso
iure:ideo gl.merito remisit ad no.in gl.fin. ¶In gl.maxi-
a me.ᵃ ibi, citra appellationem.i.& si non penderet appel-
latio.& s̄m hoc facit pro dicto Inn. de quo dixi s̄.gl. præ-
cedenti.pōt etiam exponi,citra app.i.ēt si non esset appel
5 latum.& vtraque expositio in se bona. ¶†In gl.pe.ibi,de
facto intellige.No.bene ex gl.qđ licet illud,quod est nul
lum,non possit de iure amplius annullari vel cassari, vt j.
de despon.impu.ad dissoluendum.& in l.nam & si.§.rum
pēdo.ff.de inius.testa.tn̄ pōt de facto cassari,quatenus de
facto ꝓcessit.facit quod notatur in l.j.§.j.ff.de fer. ¶In ea.
gl.ibi,ponitur improprie.& non mirandum,si idem ver-
bum relatum ad plura interdum ponitur proprie & im-
proprie.quia sic etiam contingit interdum in l.ij.in fi.ff.
de offi.procon.& lega.¶In ea.gl.ibi,secunda nō erat nul
la.hoc verum s̄m vnum intellectum,secundum quem fa
cta a maiori parte capituli contemptis electoribus primę
electionis,& ob hoc erat cassanda.s̄.eod.quod sicut. Sed
alius fuit intellectus,quod etiam alia fuisset nulla:quia fa
cta etiam a minori parte capituli, vt tetigi in notabilibus
& tunc quo ad vtranque,dum litera dicit irritandam, de-
beret exponi.s. quatenus de facto processit, vel.i.irritam
pronuntiādam.& hoc respectu vtriusque electionis.¶In
gl.fi.ibi,& plurimorum approbatur assensu.intellige dū
modo sit maior pars capituli, quia nō sufficit habere ma-
iorem partem comparatione minoris in electione præla
ti,vt j.eo.quia propter.& c.ti.sicut lib.vj. licet secus sit in
præsentatione fienda per patronos.j. de iure patron.c.iij.
Item intellige,ꝙ valet electio a maiori parte facta,quan-
do eodem contextu fiunt plures electiones, nisi maior
pars fuisset priuata potestate eligēdi ante electionem fa-
ctam

ᵃ Maxime. De hac dictione maxime, vide Fran.Aret. cons.50.& per Ab.in c. damnamus. s̄. de sum.tri. & fide catho.

ctam a minori,vt hic etiam tangit Io.An.¶ In ea.glo.ibi,
locum habet distinctio.s.quæ sequitur,& intellige qñ ele
ctiones fiunt a diuersis partibus:secus si ab eadem secun-
dum Host. quia tunc indistincte non valet secunda.j.de
excessi.præla.inter dilectos. Sed Inn.dicit idem,vt tũc di
stinguaẽ,an prima sit nulla,vel nõ. & hanc opi.Ioan.An.
vr̃ sustinere.& rñdet ad c.inter dilectos. quod loquitur in
collatione,q̃ habet in se vim cõfirmationis.facit quod no
tatur.infra.c.j.lib.vj.hic in electione, q̃ nondum est con-
firmara.¶ In ea.glol.ibi, possit elidi per exceptione quasi
tunc præstet impedimentum secundæ: quia tũc non ple-
ne vacat ecclesia, ex quo electio de mero iure est aliqua.
facit s̃.e.qd̃ sicut.¶ In ea.glo.ibi, euidens est primam nõ
tenere.& sufficit ſm Inno.qd̃ hoc sit euidens tempore se-
cundæ electionis.¶ Sed do.Card.Floren.hic non vr̃ cura-
re,an sit euidens,vel non: qa satis est,ꝙ sit nulla,dummo
do possit probari nulla.sed forte gl.possit sustineri: quia si
est probabile dubium,an sit aliqua,vel non:vr̃ ꝙ non de-
beat procedi ad secundam prima non cassata ꝑp colorẽ,
quæ vr̃ habere tunc prima electio. facit quod habetur in
simili.in c.cum nostris.infra.de concef.præben. & hoc si
sit probabile dubium iuris. Idem vr̃, si sit probabile du-
bium facti,cũ talia videntur æquipatari per id,quod nota
tur in c.j.de postu.præla.lib.vj. & istud etiam vr̃ aliquali-
ter fuisse de mente domini Anto.de Bu.¶ In ea.gl.ibi,vn
de videbatur nulla supple. & sic videtur,ꝙ non debuisset
impedire secundam,per regulam non præstat.de reg.iur.
in vj.& tamẽ hic videtur innui oppositum. Sed dic,ꝙ ista
fuit in hoc allegato partis. vel dic secundum do.Anto.de
But.ꝙ cum ista decretalis sit ante c.quia propter. poterat
esse probabile dubium,an prima teneret, licet facta esset
a minori parte capituli, ex quo ex postfacto ad illã acces-
serunt,& eidem consenserunt ita, ꝙ deuentum est ad ma
iorem partem capituli: ideo non debuit stari tali probabi
li dubio ante hanc decre.deuenire ad secundam. ¶ In ea.
gl.ibi,de renuntia. quod in dubijs.sed certe ibi actus non
erat omnino nullus, ideo aliquid operatur: secus vbi est
omnino nullus,vt in dicta regula,non præstat.¶ In ea.gl.
ibi,§.accusationem. ibi de mero rigore tenebat accusa-
tio,licet posset præscriptione repelli. ¶ In eadem glo.ibi,
cum in secundo,ibi testamentum tenuit, licet postea nõ
haberet effectum propter defectum conditionis. ¶ In ea.
gloss.ibi,audientiam. sed ibi non erat nullum,quo ad in-
ducendam publicæ honestatis iustitiam:ideo aliquid ope
ratur.¶ In ea.gl.ibi l.qui pro donato.sed certe manumis-
sio non fuit nulla,quo ad effectum perdẽdæ possessionis,
quam perdere voluit manumittens: ideo interrumpitur
vsucapio.¶ In ea.gl.ibi, ad dissoluendum ibi fuit interdi-
ctum Papæ.¶ In ea.glo.ibi,in stipulatione aliud supple q̃
in electione. quia in electione requiriẽ plenaria vocatio.
Sed in stipulatione consideratur,an intersit secundam va
lere,vt notatur in l.si dati. hic allegata.¶ In eadem gl.ibi,
quidam,tum hi,distinguunt. hæc opinio de iure reproba
tur,quia non declarat,quando dicatur nulla iure actionis
& exceptionis, & quando tantum iure actionis. Tamen
do.Cardi.Flor.dicit ꝙ forte voluit distinguere, an prima
sit omnino nulla, an vero iure exceptionis venit annullã
do.Sed certe ista non est de mente gl.quę vult, ꝙ in casu
huius c.non sit nulla iure exceptionis.& tamen erat nul-
la ipso iure.d.Ant.de But. dicit ꝙ forte voluit distinguere
an sit omnino nulla: vt quia ius resistat, vt quando fit de
indigno, nam tunc etiam eneruantur effectus naturales,
ar.l.si non fortem.in prin.cum ibi notatis.ff.de condi.in-
de. an vero non omnino resistat,sed desistat: vt qa forma
non est seruata, nam tunc vr̃ aliqua de iure nãli. & sic vr̃
velle, ꝙ tũc p̃stet impedimentum secundæ,quasi ẽt tunc
dicatur hẽre colorem, ex quo inspecto iure nãli vr̃ habe-
re validitatẽ:vt qa facta est a maiori parte capituli. forma
substantialis nõ seruata.de quo in c.quia ꝑp. sed istud non
credo verũ,qa ex quo est electio ipso iure nulla ꝑp defe-
ctũ solennitatis iuris positiui,vr̃ ꝙ nõ præstat impedimẽ-
tũ secundæ, per ea q̃ habenẽ in regula, non præstat. j.de
reg.iu.lib.6.Et istud etiam vr̃ de mente Io.An.hic,qui cõ
6 cludit, ꝙ † vbi electio prima est cassata per sententiã ho-
minis vel iuris, valet secunda,dũmodo fiat a maiori par-
te capituli:nec poterit impugnari, si primi eligentes fue-
rint vocati, si non erant priuati potestate eligendi. secus
si fuissent exempti,vt s̃.etiam voluit gl.nec ex eo, ꝙ post
appellationẽ fiat electio,priuatur quis potestate eligẽdi:
quia non reperiẽ iure cautũ. & pro hoc etiam bene facit
iste tex.¶ In ea.gl.ibi.s̃.eo.considerauimus. Sol. ꝙ in pri-
ma electio erat aliqua,hic autem prima fuit nulla.Nã ibi
fuit facta contra priuilegia ecclesiæ, quæ non habebant
decretũ,iõ valuit, sed venit cassanda. secus si habuissent
decretũ ſm Inn.hic vero fuit facta a minori parte capitu-
li.¶ In ea.gl.in fi.bene dicit gl. si electio scd̃a fuit facta a
minori parte, quia licet a principio cantor habuisset ma-
iorem partem,tñ anteq̃ eligerent,tot recesserunt ab eo,
ꝙ remãsit cũ minori parte,& ſm hoc vtraque electio fuit
facta a minori parte.¶ Itẽ adde p̃dictis inquantũ dixi de-
bere vocari electores primæ electionis, quia illud verũ,
qñ scd̃a fit ex interuallo,secus si fiat incõtinenti ex eodẽ
scrutinio,vt hic voluit Inn.& in d.e.ꝯsiderauimus.Et fa-
cit qd̃ hr̃.j.e.qa ꝑp.¶ Extra gl.aduerte,qa Io. An.hic ꝓ-
sequiẽ x.vel xj.casus, in qbus electio est ipso iure nulla.
ꝓsequiẽ ẽt quatuor,vel quinque, in qbus est annullãda.
7 ¶ †Circa primos casus dubitaẽ de duobus.primo nunqd
electio,vel postulatio facta post appellationẽ ltĩmam, sit
nulla. & refert aliquos dicere postulationem esse nullã,
cũ illa sit debilior cum innitatur gratiæ. secus in electio
ne,quia innititur iuri cõi. & hanc opin. vr̃ tenuisse Ioan.
And.s̃.eod.bonæ.Sed Compost.hic, cum quo transit ip-
se Io.An.tenet,ꝙ nec postulatio, nec electio ex hoc solo
redditur nulla,quia fiat post appellationem, & contra il-
lam,sed ita demum,si cã propter quam appellatur,sui na
tura reddit illam nullam.& ista opi.vr̃ verior,quia appel-
latio extraiudicialis, est quædam prouocatio ad causam.
j.de appel.cum sit Romana.& ideo solum operatur deuo
lutionem negotii ad superiorem. ¶ Item dubitat scd̃o,si
eligatur criminosus,forte adulter,an tũc electio erit nul-
la.Et concludit,ꝙ non,sed venit cassanda,per c.inter dile
ctos.j.de excef.præla.& c.cum in cunctis.s̃ e.¶ Rñder, ꝙ
ibi non dicit electionem nullam,si eligentes talem scien
ter essent priuati.& sic intellige tex.ibi,dum dicit,qui vi-
ta & moribus cõmendandus existat. & sic trãsit Io.And.
& pro hoc etiam facit,quod notat Inn.in c.cum nostris.
8 j.de concef.præb.vbi tenet † collationem præbendæ,etiã
factam homicidæ,tenere.facit qd̃ notatur per eum in c.si
celebrat.de cle.excommu.mini.sed forte poterit dici, ꝙ
talis electio est nulla,quia tex.in c.cum in cunctis. prohi
bet talem eligi.ergo per consequens,si eligaẽ electio, est
nulla per id, quod hẽ x.di.in c.vides.& in l.non dubiũ.C.
de legi.& ad c.inter dilectos.posset rñderi, ꝙ ibi loquitur
in collatione, quæ habet in se virtualiter inclusam cõfir-
mationẽ,vt notaẽ in c.j.j.eo. in 6. secus in electione.facit
quod dixi post Io. An.circa principium gl.fin. Et ſm p̃di-
cta põt ẽt saluari dictum Inn.in d.c.cum in nostris.¶ VI-
timo adde inquantum vult, ꝙ electio veniat cassanda,qñ
fit ex interuallo post primam non cassatam, quæ nõ erat
nulla.nam hoc non videtur verum,nam si prima nõ erat
nulla,ergo non sentiebatur ecclesia vacare, & sic per cõ-
sequens electio scd̃a debet esse ipso iure nulla.j̃.de ꝯcess.
præb.c.j.& sic vbi reperiatur, ꝙ talis electio sit cassanda,
debet exponi.i.cassa & irrita nuntiãda,facit qd̃ notat hic
gl.pe.& finalis potissime & inquantum dicit, ꝙ vbi pri-
ma est aliqua, licet possit elidi per exceptionem, præstat
impedimentum secundæ.

SVMMARIVM.

1 *Potestas eligendi data compromissariis re non integra, an reuocari possit.*
2 *Capitulum congregari debet per sonum campanæ.*
3 *Res, quando dicatur esse integra: & quando non integra. nu. 5.*
4 *Postulatio potest comprehendi sub electione.*
6 *Mandatum factum procuratori, potest reuocari re integra: sed re non integra, secus.*
7 *Compromissarii in electione, an possint re non integra reuocari.*
8 *Congregatio vniuersitatis castri, in qua sunt centum numero: si fiat autoritate superioris, & in illa congregatione compareant tantum triginta: illi poterunt actum expedire.*

1 IN causis. † Potestas data a compro-
2 missarijs de eligẽdo re nõ
integra. i. postq̃ habuerunt de eligẽdo tra
ctatum, reuocari non potest. b. d. Et sunt
très partes principales. In prima ponit alle
gationem postulati. In secunda ponit alle
gationem electi. In tertia negotium partim diffinit, & par
tim diffiniendum committit. secunda ibi, nuntij vero. ter
tia ibi, quia vero. ¶ No. j. q in actibus capitularibus debet
capitulũ se capitulariter congregare. facit j. eo. in Genesi.
¶ No. q non est curandum de numero compromissario-
rum, quia possunt esse duo, vel etiam quinq; : secus vr̃ de
numero scrutatorum. j. eo. quia propter. ¶ No. q illud, qđ
faciunt omnes cõpromissarij concorditer, vel maior pars
ex eis, debet obtinere. & hoc clarum, quãdo exprimitur.
idem tñ si non exprimatur. j. de arb. c. j. ¶ Nota, q cautius
est compromittere in illos de capitulo, quam in alios ex-
traneos: quia illi præsumũtur melius scire quid expediat
ecclesię, & fidelius procurant. ¶ No. q nedum electio, sed
etiam postulatio publicanda est capitulo. seruatur etiam
secũdum Io. An. q publicatur ẽt postulatio, sicut de ele-
ctio. ¶ Not. quod ſm ista tempora tenebat electio, si quis
eligatur in postulandum. hodie dic, vt in c. vno, de postu.
præla. in vj. ¶ No. q in potestate substituẽdi prælatum da
ta compromissarijs, venit potestas prouidendi per viam
electionis, & etiam per viam postulationis. ¶ No. q in po
testate eligendi prælatum alteri concessa, videtur etiam
concessa potestas postulãdi: quod videtur esse mirum, de
quo etiam in gl. ¶ No. pro vulgari rusticorum, quãdo pręcipiunt ex parte Papę, vel superioris; ne aliqd fiat. de quo
etiam per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. circa le
cundam lec. illius §. ff. de no. ope. nun. vbi concludit, q ẽt
si sine licentia superioris fiat talis inhibitio, & arripiatur
iter ad superiorem: si aliquid interim attẽtetur, veniat re-
2 tractandum, quod tene menti. ¶ † No. capitulum congre-
gari per sonum campanæ. & hoc clarum secundum dnm.
Card. Flo. quando consuetudo est in ecclesia: sed vbi non
esset consuetudo, tunc an sufficiat cõgregari per sonum
cãpanæ. dic q in paruis negotijs sic, & quo ad præsentes:
sed in magnis, & quo ad absentes non, de quo hic p Inn.
& Io. And. ¶ No. q electio facta ab habentibus potestatẽ
a capitulo, intelligitur facta a toto capitulo. facit l. itẽ eo-
rum. §. si decuriones. ff. quod cuiusq; vniuersitatis. ¶ No.
q potestas data compromissarijs, non potest reuocari re
3 non integra. ¶ Et no. † quando dicatur, re non integra:
quia qñ processerunt ad tractandum de electione, & pro
hoc dicit Io. An. q cauti debẽt esse compromissarij, vt ci-
to faciant tractatum: quia processus ad tractatum faciunt
desinere rem integram esse: aliter tamen sumitur rem es-
se integram in c. vbi periculum. in §. sane. infra eo. libr. vj.
¶ No. q licet quis sit Episcopus, tamen põt esse indignus
alio episcopatu. de quo infra eo. scriptum. in glos. antepe.
¶ No. q talis debet eligi in Epũ, qui possit vitia subdito-
rum extirpare. & bene facit ecclesiastici vij. post princ. dĩt
dicit, noli quęrere fieri iudex, nisi per virtutem possis irrũ
pere iniquitatẽ. facit j. q. j. nõ est putãda. ¶ Not. vltimo ar.
secundum Hosti. quod ex postulatione facta propter ne-
cessitatem ecclesiæ ius oriatur. de quo plene. supra. c. cum
monasterium. ¶ In glos. j. in fi. gl. ista procedat in terminis
decretalis propter formam mandati: sed cessante forma
mandati, licet de iure ciuili deberet præstari tamen de iu-
re canonico necessarium non est præstandum, vt no. glo.
in c. cum dilectus. s̃. de consue. ¶ In gloss. electio non ibi,
mirabilem significationẽ. sed potes dicere, q hic nõ. sim-
pliciter dixit electionem, sed subiunxit, quam de postulã
do episcopo fecerunt. ¶ In gl. potestatem. in fi. vnde cau-
tius dixisset, si quam eis commiserat. facit infra. de exce-
ptio. cum venerabilis. ¶ In glo. quia no. postulatio. in fin,
& sup. quia sunt talia, in quibus requiritur speciale man-
datum. Et pro intellectu gl. conclude, q interdum datur
potestas substituendi, vel prouidendi de prælato: & tunc
bene venit potestas eligendi & postulandi, quia hoc satis
potest includi sub significato dictorũ verborũ. facit quod
notatur in c. si compromissarius. infra. eo. libr. vj. & quod
notatur per Bar. in l. ij. ff. de adop. lega. interdum datur po
testas eligendi: & tunc si vult postulatus postulatione mi
nus solenni, planum est q potest, quia illa est proprie præ-
paratoria electionis. Exemplũ patet de elec. in ca. nullus.
& c. si religiosus. lib. vi. Si vero vult facere postulationem
solennem, quia promouẽdus est intelligibilis propter de
fectum: & tunc dicit Hug. q licet de rigore nõ videtur in-
cludi sub mandato, tamen ex benigna interpretatione in
cluditur, vt hic patet. & pro hoc bene facit. l. iam tamen.
§. in hac. ff. iudi. solu. & quia secundum do. Ant. de But. vi-
detur dans mandatum potius considerasse finem proui-
sionis ecclesiæ, quam modum prouidendi. & pro hoc di-
cit, q etiam de iure includitur potestas postulãdi. ¶ Quid
autem econtra, si data esset potestas postulandi: an inclu-
datur potestas eligendi. Archidia. tenuit, q non in c. nul-
lus. lxj. dist. & sequitur hic d. Car. Floren. & potest esse ra-
4 tio diuersitatis, licet non dicat, quia † postulatio sublata
significatione potest comprehendi sub electione: quia il-
le, qui postulat, etiam vr̃ præeligere personam postulatã:
& sic electio vr̃ se habere lato sumpto vocabulo, tãquam
genus ad postulationem. facit quod habetur & notatur in
c. vlti. de elec. in vj. Et propter hoc forte potest dici, q ra-
tio domini Anto. de Bu. non esset perfecta inquantum di
xit, q videntur potius finem prouisionis considerasse, q̃
modum: quia illa videretur concludere, q etiam sub pote
state postulandi includeretur electio. ¶ In gl. cum res nõ
esset integra. in fi. conclude, q vtraque opinio potest sal-
uari. nam si constat, quod translata fuit potestas in com-
promissarius ex causa donationis animo donandi potesta
tem eligẽdi illa vice, procedit opi. Io. & sic prima opi. hic
posita in fi. gl. Si autem constet, quod nõ fuit translatum
animo donandi, sed propter prouisionem ecclesiæ facien
dam: tunc procedit vltima opi. hic posita, vt distinguatur,
an res esset integra, vel non. in dubio præsumitur, quod
fiet ob prouisionem ecclesiæ, & non animo donandi: qa
donatio in dubio non præsumitur. l. quod de indebito. ff.
de proba. nisi ex circunstantijs aliud apparet, vt quia com
promissarij petijssent sibi donari potestatem eligendi pro
illa vice: nam tunc si illi de capitulo admittunt talem pe-
titionem, videntur velle donare potestatem illam. arg. l. si
defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. & facit,
quod notat Innoc. infra. de conces. præbend. constitutus.
5 ¶ † Quando autem dicatur res non esse integra. b Dic quã
b do deuentum esset ad substantialia negotij pertractanda:
alias secus. ideo licet fecissent cantare missam de spiritu-
sancto, vel ingressi essent capitulum non dicitur res desi-
nere esse integra, secus quando incipiunt tractare de ele-
ctione. facit quod notatur per gl. in l. mandatum. C. man.
vbi glo. etiam videtur in effectu istud tenere, quando tra-
ctatur de reuocatione mandati, quo ad materiam tamen
contractuum innominatorum aliqui dicunt istud nõ suf-
ficere, quod deuẽtum sit ad substantialia pertractanda, de
quo

a Potestas data. Verũ potestas data compromissarijs eligẽdi, vel potestas data alicui, vel aliquibus beneficia conferẽdi, an possit reuocari. vide pulchram dist. per Henri. Boich. i c. cõstitutus. j. de pben.

b Res, quã do dicatur non esse integra. vide Spec. de de leg. §. v. & an per citationẽ, per Alexã. in l. & quia. x. & pen. col. ff. de iuris. om. iudic.

seriori a cathedrali electio prælati spectat ad capitulũ.s̃.e.
c.j.sed aliorum beneficiorũ spectat ad p̃ronum, si est p̃io
nata.j̃.de iure patronatus.nobis. Si vero non sit patrona-
ta,tunc sunt opiniones Do.Anto.de Butr.hic vult,ꝙ ele-
ctio canonicorũ spectat ad prælatũ & ad capitulũ.In alijs
beneficijs idem,si sunt infra ecclesiã: sed si extra ecclesiã
sint beneficia intra limites parochiæ in fundo ecchæ, vel
si sit dotata de redditibus ecclesiæ parochialis mr̃cis,tũc
spectat ad prælatum cũ capitulo præsentare, & ad Episco
pum confirmare seu instituere,vt in c.ea noscit.j̃. de his,
quæ fiunt a præla. Do.Cardi.Flo.hic concludit, ꝙ si bene
ficia sunt infra ecclesiam, tunc spectabit collatio ad Ep̃m
quia non reperitur iure cautum , ꝙ hoc casu ad inferiorẽ
spectat potestas eligendi.& non obstat c.ea noscitur.j̃. de
his,quæ fiunt a præla.nec c.ad audientiam.j̃.de eccle.ędi.
quia loquuntur,quando extra ecclesiã sunt beneficia ita,
ꝙ ecclesia habet iuspatronatus.& hęc opinio do.Car.Flo
ren.est verior de iure , quia non reperitur iure cautum in
ecclesia collegiata, nisi solum ꝙ ad capitulum spectat ele
ctio prælati:& ideo videtur,ꝙ debeat collatio dictorũ bñ-
ficiorũ spectare ad Episcopum.xvj.q.vij. omnes basilicæ.
& c.sequẽti.& x.q.j.regenda. & non obstat c. ea noscitur.
s̃.allega.quia loquitur,quãdo ius p̃sentandi spectabat ad
prælatũ & capitulũ , & sic quando ecclesia collegiata ha-
bebat iuspatronatus in beneficio, de quo conferendo tra
ctatur. vt quia forte esset constructũ in fundo ipsius eccle
siæ,vt superius est dictum.In ecclesia autem non collegia
ta, ad quam spectat confirmatio vel collatio beneficij in-
ferioris,infra a rectoratu ipsius ecclesiæ,recurre ad tex. &
glo.in c.penul.j̃.de iure patro. ¶ In glo.super verbo, iniu
riam.in fi.& adde quod no.per glo.xj. q.iij.si quis vero. &
notatur etiam de materia in regula,locupletari.de reg.iu.
in vj.& in l.j.§.denique.ff.de aqua plu.arcen. ¶ In glo.lon
ge melius.ibi,cum de iure communi.not.diligẽter ex gl.
6 ista,quod † vbi vtraque pars ęqualiter probat per testes,fa
uendum est illi parti,& illis testibus, pro quibus facit ius
commune:& illis magis est credẽdum,vt notabiliter vo-
luit hæc gl.& idem Innoc. in c.auditis.j̃.de præscrip. ¶ In
gl.pe.in fi.gl. ista in se potest sustineri. potest etiã dici ſm
d.Card.Floren. ꝙ vtraq; petitio claudebatur sub interdi-
cto vti possidetis,in quo petitur,vt desistatur a molestatio
ne præterita & præsenti,& vt etiam in futurum nulla mo
lestia inferatur , iuxta notata in c.licet cãm. infra de p̃ba.
& in l.vna.C.vti posside.

S V M M A R I V M.

1 *Compromittentes tenentur recipere electum a compromissarijs si sit dignus & si secundum formam compromissi elegerint.*
2 *Si per compromissum detur potestas eligendi prælatum, canonici debẽt vnanimiter consentire, & vno contradicente fieri non posset.*
3 *Confirmatio electionis Episcopi spectat ad metropolitanum, seu Archiepiscopum.*
4 *Sententia, quæ fertur super ætate, debet esse declaratoria. Et an præiudicet omnibus.nu.18.*
5 *Compromissarius non debet excedere formam mandati.*
6 *Compromitti potest in aliquos sub hac forma, vt eligant illum, inquantum omnes de capitulo, vel maior & sanior pars consenserint.*
7 *Si per compromissum datur potestas aliquibus eligendi aliquem de gremio ecclesiæ, non habent necesse eligere illum, in quem maior pars capituli consenserit.*
8 *Obligare potest se aliquis ad aliquid probandum sub pœna priuationis beneficij.& nu.17.*
9 *Sñia etiam interlocutoria, a qua non est appellatum, transit in rẽ iudicatã.*
10 *Sententia suspenditur per appellationem.*
a Electio. Ita sumat hoc ca. do. Ab. in hoc c. quæritur vtrũ excõmunicati, suspẽsi, vel interdicti ad mittanẽ ad electionẽ. vid hic pulchram dis. per d. Her. Borch. in prin.c.

quali.ꝙ teneret electio: qa separatus est actus cuiuslibet
de capitulo dantis vocē,ideo non vitiabiť vtile per inuti-
le.& speciale dicit esse qñ admittitur excōicatus, vel su-
spensus.sed Inn.hic voluit cōtrariū,dicēs idē dictū Host.
quod dictū est s̄.de excōicato,si admittať alius inhabilis,
dūmodo nō sit in ptāte admittentiū illū habilitare, vt est
in casu capituli cū Vintoniē.s̄.e.& hæc opi.Inn.forte ve
riot,qa licet separatus sit actus cuiuslibet dantis vocē,tñ
intendunt coeligere, & videntur fateri se non posse sine
illo eligere:ideo vř ꝙ electio iudicetur nulla,at.c. cū sup.
j̄.de offi.dele.¶ Ad materiam facit quod no.Io.An.in di-
cta regula,quod alicui.de re.iur.lib.vj.

S V M M A R I V M.

1 *Postulatio si concurrat cum electione, quid agendum.*
2 *Prælatus debet habere notitiam legis naturalis, Mosaicę prophetice, euangelicæ, apostolicæ, & canonicæ.*
3 *Eligentes & postulantes possunt constituere procuratores ad prosequendū negotium electionis, & postulationis.*
4 *Instrumentum publicum, an faciat plenam fidem.*
5 *Confessio procuratoris quando noceat domino.*
6 *Ius eligendi participare possunt canonici personis de extra collegium, vt secum eligant.*
7 *Postulatio si concurrit cum electione, præfertur postulatio, si est facta a duplo maiori parte, & postulatus est dignus.*

1 SCriptum est. †Quando ª postu-
2 latio cū electione
concurrit, si numerus postulātium est du
plo maior,& postulatus est idoneus,postu
latio admittiť:si vero est indignus , & hoc
maior pars postulātiū ignoret. postulatio,
tio,& electio reprobať.Si aūt hoc sciuit,& electus idone⁹
cōfirmať electio.Idē si numerus postulantiū nō est duplo
maior:qa tunc fiiř confirmať electio , si est idoneus.h.d.
Et primo ponit arengā decisam.scd̃o narrat factū electio
num.tertio cōmissionis causam.quatto cōmissionis for-
mā.scd̃a ibi,sane.tertia ibi,verum.quarta ibi, per aposto-
licā.Et illa quarta subdiuidiť. primo ponit ꝓcessum , quē
hēt facere delegatus partibus inuitis.secūdo ibi,& si par-
tes ponit.ꝓcessum,seu diffinitionē,quā hēt facere, si par-
tes consentiant,vt ipse diffiniat,quatuor casus declarādo:
& in primo admittitur postulatio.In secundo electio . In
tertio vtraque cassatur.In quarto confirmať electio secun
dus casus ibi,ꝙ si.terti⁹ ibi,si vero quartus ibi , nisi.¶ No.
primo argumentum ꝓ exordijs faciendis. facit ꝙ notatur
in procemio Decretalium.¶ No.ꝙ quatuor animalia , de
quibus in apocalypsi,possunt intelligi quatuor parochia-
les sedes, quæ sunt in circuitu Romanæ sedis. de quibus
in c.antiqua.j̄.de priui. ¶ Nota argumentum , ꝙ non sit
iniuria,si dicetur alicui,tu es animal,fm do. Car.Flo. di-
cit tñ in hoc considerandam consuetudinem regionis.fa-
cit quod habetur in l.item apud Labeonem.§.conuitium
ff.de iniurijs licet ipse non alleget.¶ Nota,ꝙ prælatus de
bet esse plenus oculis,scilicet discretionis , & prouiden-
tiæ in considerando præsentia , & in prouidendo futura
in spiritualibus & temporalibus:ideo debent esse in cōtē
platione,vt bene prouideant ad instar columbæ residen-
tis iuxta fluenta aquarum,quæ contemplatur in aqua ad-
uētum accipitris,vel alterius auis, quę possit sibi nocere.
2 xxxvj.dist.in §.ecce ꝙ sacrarum. ad fi. ¶ †Not.ꝙ prælatus
dēt hr̄e sex alias,id est notitiā sex legū:naturalis.s.Mosai
cæ,Propheticæ Euangelicæ Apostolicę,& canonicæ de q
bus per Io.An.post Host.in c.j.s̄.de sum.trin. & in Spe.in
j.& ij col.& facit quod habetur xxiij.di. episcopus. & qd̄
no,per Inno.s̄.eo.cum in cunctis.& super rubr.s̄.de sum.
3 trini.¶ †No.ꝙ eligentes,& similiter postulantes, possunt
constiuere ꝓcuratores ad prosequendum negotium ele-
ctionis,& postulationis : idem videtur de electo. facit qd̄
habetur s̄.eo.c.postq̄.& j̄.eo.q̄ sit.li.vj. secus videť de po-
stulato iuxta id, quod habetur in c.cupientes.§.denique.
4 de electi.li.vj.¶ †Not arg. ꝙ instrumentum publicū non
facit plenam fidem.sed potes dicere, ꝙ hic non erat origi
nale instrumentum:alias secus,vt in c.j. & ij.j̄.de fide in-
stru.vel potes dicere , ꝙ bene faciebat fidem de numero ,
& de illo non mandatur infra inquiri.sed an de consensu
partium fuerint admissi ad eligendum , & postulandum
illi , qui non erant de capitulo,vt fuerunt præpositi,cleri,
5 & prælati ecclesiarum,& conuentualium. ¶ †Not.ꝙ con
fessio procuratoria nocet dño,nisi fuerit incontinenti re-
uocata. de quo in gloss.& j̄.vt lit.non contesta.c.j.ad fin.
Nota, ꝙ in cā electionis principaliter est de duobus vel
de tribus quærendū,s.de meritis electorū, & de forma eli
gendi,& de studijs eligentium . ¶ Et not. in quo loco ta
lia inquisitio dēt fieri:quia in loco,vbi verisimilis fieri po
6 test veritas.facit.j̄.de præsum.in c.quosdā.& c.q̄to.¶ †No
ta,ꝙ canonici possunt participare ius eligēdi personis de
extra collegium . vt secum eligant:nec mirum,qa pñt &
totaliter ius eligendi in alium transferre.s̄.eo. causam.&
sic multofortius alijs cōicare ex igitur tñ hoc casu om-
nium consensus.ad quod ius eligendi spectat:qa de om-
nium particulari præiudicio agiť.facit de constit. cū oēs.
& quod ibi no.¶ No.ꝙ tanti ponderis est vox illorū, qui-
bus est participatum ius eligendi, quāti ponderis est post
participantium, quibus de iure id competit.¶ Not.ꝙ id,
qd̄ dř,quem non posse interesse electioni per aliū, nisi sit
impeditus est verum,inuitus canonicis:sed etiam volen-
tibus bene potest. Et sic debet limitat.j.eo. quia pp.in §.
illud.¶ No.ꝙ vbi duo corpora simul iunguntur ad actum
eligendi non vt corpora , seu vt vniuersitas:sed vt perso-
narum capita,voces ponderanť fm numerū capitū,& nō
fm numerum corporum,vel vniuersitatis patet hic, quia
erat vniuersita canonicorum , & vniuersitas prępositorū,
& vniuersitas prælatorum.& sic patet , ꝙ si considerentur
tres vniuersitates,cum sint tres, & tres deberent esse vo-
ces:& tñ cōsideramus capita, seu personas quaslibet ipsa
rum vniuersitatū . ¶ No.ꝙ in electionis actu potest qs ha
bere voces plurium,& pro pluribus eligere.¶ Nota,quod
voces ponderanť fm numerum constituentium,& nō se-
cundum numerū procuratorū constitutorum. ¶ Nota,ꝙ
in iure eligēdi cōpetēte prælato accidentaliter rōne par-
ticipationis sibi factæ non succedit capitulum vacante se
7 de.¶ †No.ꝙ vbi postulatio cōcurrit cum electione, ꝑferť
postulatio,si est facta a duplo maiori parte , & postulatus
sit dignus.idem dicas,si a dupla parte,vt voluit glo.in ver
bo duplo maior.ibi,nisi duæ partes. & seqť Io.An.hic &
j̄.c.si quando.libr.vj. ¶ Not.ꝙ vbi postulatio nō est facta a
duplo maiori parte,ꝑfertur electio , si electus est dignus:
qd̄ est mirum,& singulare , & non habetur alibi : qa fm
hoc eueniret,ꝙ electio cōfirmabitur, licet sit facta a mino
ri parte capři. Nā sufficiet, ꝙ sit facta minori,q̄ a tertia par
te,etiā si in vno solo excedatur tertia pars , & pōt esse rō,
qa via postulationis innititur gratiæ , via electionis iure
cōmuni.¶ No.ꝙ quando postulatio est facta a duplo ma-
iori parte,& postulatus est indignus : regulariter cassatur
postulatio,& electio. fallit, si maior pars postulantiū sciē
ter postulauerit indignum:quia tūc confirmatur electio,
si dignus est electus.Et est ratio, qa cū hoc casu postulan
tes scienter sint priuati ipso iure, & sunt maior pars ipso
rum postulantium : tunc electio etiam si sit facta a tertia
parte, reperieť facta a maiori parte capituli respectu illo
rum,qui non sunt priuati,& sic a contrario : secus quan-
do maior pars postulantium fuit ignorans,quia tunc ces-
sat ratio prædicta.¶ In glo.j.ibi, si de aliquo interuallo.&
hæc casu non est necesse probare errorem.sed si vellet ex
interuallo reuocare:tūc nō posset,nisi ꝓbaret errorē iux-
ta no.i c.fi.j̄.de cōfes.& C.de iu.& fac.ign.l.error . ¶ In
gl.cōsenserit:ibi,diffinitiua fm qd̄ inferius continetť.me-
lius

ª Quando in vna postulatione sūt plures electiōes, vel postulationes, si quæ ras quæ illarū valet, sic distingue secundum Hē. Boych.

lius diceret, q̧ solum requiritur, q̧ partes consenserint, vt
iste diffiniat, sed non in modo diffiniendi. alias decretalis
ista non contineret ius cõe, & ideo ista expositio gl. pce-
dit, q̄a ſm vnum intellectũ, quem tangit gl. in verbo, con
firmes. s. q̧ hæc decretalis non contineat ius cõmune. sed
ille intellectus cõiter non tenetur, sed alius quem dixi. Et
dicit Compo. sic curiam intelligere istum tex. ¶ In gl. per
alios. in fi. forte voluit gl. quod demũ per aliũ possit face-
re, qñ est impeditus, per id qđ habetur in c. q̄a propter. §.
illud. Sed potes dicere ſm Inno. q̧ illud verũ, nisi canoni-
ci sponte velint recipere pcuratorem constitutum a non
impedito: & sic põt intelligi hic. ¶ In glos. duo. in fi. secus
dicit Inno. si quælibet istarum vniuersitatũ habuisset vnã
vocẽ, & non oẽs singulares psonæ ipsius vniuersitatis ha
buissent vocem, prout fuit in hac decretali: nam si vniuer
sitas canonicorum haberet vnã vocem, & vniuersitas p̄la
torum aliam, &c. sic essent tres voces tantummõ: tunc q
haberet vocem p̄latorũ & p̄positorum p̄ferreť illis, q ha-
berẽt vocẽ ab vniuersitate canonicorũ, licet canonici nu
mero essent duplo plures: q̄a illud non attendiť, sed si cõ-
sideraretur, qđ habes vocẽ a p̄latis & prępositis hẽt duas
voces ex tribus, & sic debet præferri tanq̃ habens duplã
partem. & idem videtur si vniuersitas canonicorũ com-
promittit in a. & vniuersitas prælatorũ in b. & vniuersitas
præpositorum in c. quia electus a duobus præfereť: nam
isti simul habent ptãtẽ eligendi, sicut habent dantes eis
potestatem. & hoc tene ſm Hosti. licet Inno. aliter dicat.
¶ In gl. tunc temporis ibi, q̄a diuersi. sed certe eadẽ ratio
hic videtur. vnde dic melius, qđ illa iura nõ corrigũt hãc
decretalẽ. Nam illa loquunť de potestate iurisditionali, q̃
transit in capitulum vacante sede. j. ne se. va. illa. & e. ti. c.
vno, lib. vj. Et p̄sertim in casu isto, in quo de iure speciali
id cõpetebat, & nõ de iure communi. facit qđ not. Inn. in
c. verum. j. de fo. compe. ¶ In gl. duplo maior. ibi, nisi duæ
partes. Nota bene gl. quæ vult, q̧ sufficiant duæ partes: &
sic necessario nõ exigatur, q̧ sit duplo maior pars. & illud
etiam cõiter sequunť Doc. vt dixi in notabilibus. ¶ In ea.
gl. in fi. & de hoc etiam j. eo. si quando. lib. vj. ¶ In gl. cõfir
a mes.[a] ibi, in his duobus. supple, inq̃tum admittiť hic po-
stulatio, licet sit facta a dupla parte, cum sit facta in discor
dia, videlicet tertia parte non consentiente. ſcđm specia-
le est, quod cõfirmetur electio facta a maiori parte capitu
li, qñ postulatio non est facta a dupla parte. & istũ sequiť
hic gl. vt patet ex eo, qđ sequitur. sed alius est intellectus,
quod ista decretalis non cõtineat gratiã, nec ius speciale:
sed ius cõe, prout tetigit glo. præcedens in verbo, duplo
maior. & istum intellectũ communiter sequunť Do. Nec
obstat litera in ver. sed si partes consenserint. q̄a dẽt intel
ligi, qđ ꝯsenserunt in potestate diffiniendi, vt sic ille, cui
scribitur, possit diffinire, vbi alias ex forma ꝯmissionis nõ
poterat, sed debebat referre ad Papam cãm instructã: nõ
autem intelligas, qđ consenserint in modũ diffiniendi. &
ſm istum intellectũ responderi debet ad ꝯ̃rium formatũ
in gl. qđ electio facta a minori parte capituli non dẽt con
firmari, qñ alij nõ sunt priuati potestate eligendi. fallit in
isto casu, quando electio cum postulatione concurrit: q̄a
tunc est speciale, quod confirmari debet electio, licet sit
facta a minori parte, dummodo postulatio non sit facta a
dupla parte. Nam hoc casu magis faueť tali electioni, cũ
electio sit via iuris communis, q̃ postulationi, quæ est via
iuris specialis, & innititur gratiæ. s. de postu. præla. c. pen.
& vbi postulatio est facta a dupla parte, ideo non ꝯfirmaẽ
electio, quia tunc in tali electione non videtur reperiri si-
ne illa virtute iuris capitularis, quæ ꝯsistit in duabus par
tibus. l. plane. ff. q̧ cuiusque vniuer. & s. eo. licet euitanda.
ad fi. quæ rõ cessat, quando postulatio nõ est facta a dupla
parte. ¶ Aduerte tñ, quia in casu istius c. etiam cõcurrit, q̧
dederunt vocem illi, qui de iure cõi aliter non habebãt,
sed de gratia fuerunt admissi. & electus habebat maiorẽ
partem capituli, seu ipsorum canonicorũ, ad quos de iu-
re communi spectat electio, vt s. eo. c. j. istud tñ cõiter non
ponderant Doc. sed simpliciter dicũt, q̧ vbi postulatio cõ
currit cum electione, debet distingui, an postulatio sit fa-
cta a dupla parte, vel nõ. vbi autem postulatio cũ electio-
ne, vel electio cum postulatione ꝯcurrit, tunc stari debet
maiori, & saniori parti capituli. j. eo. q̄a propter. & p hoc
patet hic glo. non bene dicere inq̃tũ dicit, q̧ de iure cõi si
maior pars postulet aliquem dignum, licet non sit dupla
pars, & alia pars eligit dignũ, qđ pręfertur postulatio, quę
est contra istum tex. quẽ cõiter sequuntur Doc. & facit q̧
dicetur cum gl. fi. ¶ In gl. præsumptione. in fi. vel potes di
cere, q̧ a principio fuit dignus: sed ex post facto commisit
crimen, propter quod factus est indignus. facit qđ habeť
in c. accepimus. alle. in gl. & in c. j. j. de confir. vti. vel inu-
ti. & de excep. cum venerabilis. per Io. An. ¶ In glo. super
verbo, maior. ibi, quod vtile non vitiatur per inutile. hoc
ar. hic non bñ colligitur, quia factum a maiori parte igno
rantium non fuit vtile, quia postularunt indignum. ¶ In
ea. gl. ibi, vtraque debet reprobari. sed cõtra hoc facit, q̄a
si maior pars postulantiũ ignorauit, & sic ex triginta duo
bus xvij. & alij quindecim, qui sunt maior pars de trigin-
ta duobus, ignorarunt videtur, quod debet cõfirmari ele-
ctio, quia non videntur computandæ voces postulãtium
scienter, cum sint priuati, vt hic dicitur: & sic cum rema-
neant solummodo xvij. postulantes. ex quo xv. sunt eligẽ
tes, deberet electio confirmari: quia tunc postulatio non
videtur fieri a dupla parte illorum, qui habent ius eligen
di. Sed dic, quod ad hoc, vt cofirmetur electio facta a mi-
nori parte capituli, oportet q̧ ab initio postulatio non sit
facta a dupla parte, vt hic patet. Et ideo si a principio sit fa
cta a dupla parte, licet per actum postulationis aliqui pri-
uentur voce, istud non attenditur: nihilominus talis vox
computatur in numero. facit quod habetur in simili in c.
quorundam. infra eod. in vj. & in cle. quod circa eo. titu. &
quia pro hoc etiam est casus exorbitans a regula. c. quia
propter. ergo stricte debet intelligi, & non ampliari. j. de
reg. iu. in c. quæ a iure.

SVMMARIVM.

1 *Tempus statutum ad electionem faciendam in cathedrali & regulari eccle-*
sia, est tempus trium mensium, infra quod si negligentes fuerint, deuolue-
tur potestas, ad proximum superiorem.
a *Electio, & confirmatio, quando spectet ad eundem.*

b NE pro defectu. Si illi,[b] ad quos spe-
ctat electio, negli-
gent eligere prælatum cathedralis vel regu-
laris ecclæ infra tres mẽses a tpe vacationis,
pximus superior ecclesiam ordinabit, qui si
infra tres alios menses hoc non fecerit, canonice punieť.
h. d. Et in prima constitutionis causam. In secunda cõsti-
tutio. secunda ibi, statuimus. Illa secunda facit quatuor:
quia primo statuit tempus electionum. secunda priuat eli
gẽtes ibi, & infra quos. tertio ad superiorem deuoluit ibi,
ac ipsa. quarta punit ipsum superiorẽ, si negligat ibi, is ve
ro. ¶ No. primo quod propter defectum prælati sæpe oc-
currunt pericula animarũ subditis ex instigatione demo
nis: & sic patitur etiam ecclesia detrimentum in faculta-
tibus. facit quod habetur j. eo. quia sæpe. li. vj. ¶ No. q̧ de-
mon, lupus rapax appellať, & de diuersis nominibus eius
notatur per Io. And. in c. ij. s. de sum. tri. ¶ Nota, q̧ p̄latus
appellatur pastor, etiam si sit Abbas, vt hic videtur pba-
ri. de quo j. eo. quia propter in j. gl. & super ea. Et de diuer
sis nominibus ipsorum tangitur in c. j. de consti. in vj. &
1 infra de regu. iur. c. penul. per Ioan. And. ¶ 1 Not. tempus
statutum ad electionem faciendam in cathedrali & regu
lari ecclesia: quia est tempus trium mensium. ¶. No. q̧ iu-
stum impedimentũ impedit cursum tẽporis fundatũ su-

a In glos. Cõfirmes. sup hac gl. vide hic d. Abb. in iij. colũ. versi. in gl. i verbo, confirmes.
b Si illi. si q̃raẽ, q̃ tempora in electionib' ecclesiarũ vacantiũ seruari deant. vid per Io. An. infra e. c. si electio. in gl. pe. li. vj. & p Hẽ. Boych. infra. l. co. cel. p... c. nullus. ij.

per negligentiã. ¶ Nota, ꝙ propter negligentiam debentium eligere in cathedralibus, & regularibus ecclesijs, ꝑ lapsum trium mensium deuoluitur potestas ad proximũ
2 superiorẽ. ¶ † Et nota, ꝙ deuoluitur potestas eligendi. Et sic videtur, quod habeat primo eligere ex iure deuoluto, & postea confirmare. facit s̄. eo. cum inter vniuersas. sed cõtrariũ facit litera hic, cũ dicit ordinare. & sic videtur, ꝙ possit vnico actu prouidere seu conferre. facit j. de iur. pa. in c. iij. & in c. cũ ꝓꝓ. & quod habetur in c. compromissarium. & c. si postq̃. §. fi. j. e. li. vj. Et per illos text. dicit Ioan. An. ꝙ in electione erit ipsius superioris, an vnico actu ꝓuideat seu conferat: an vero eligat, & postea confirmet. An aũt si illi, qui sunt priuati ex negligentia, debebant ex certo gremio eligere, debeat & sic ipse superior eligere de dicto gremio, & nõ aliunde tetigit glo. in cle. q̃a regulares. de sup. neg. præla. & plene per Io. An. in regu. q̃ cõtra eũ. de re. iu. in vj. ¶ Nota. ar. ꝙ in potestate deuoluta ad superiorem capitulum hẽt cõiõnẽ cũ prælato: qđ vr̃ esse contra not. per Inn. in c. cum in cunctis. ad fi. s̄. e. Sed istud arg. cessat tenẽdo id, qđ tenet gl. pe. circa fi. ¶ In gl. j. in fi. & de multis alijs tꝑorib. de ista materia vide per gl. in c. si electio. de ele. li. vj. ¶ In gl. ij. ibi, regulares prælaturas. intellige, qñ est prælatura principalis ipsius ecclesię: q̃a per illam proprie dr̃ ecclesia viduari. Itẽ intellige, qñ ibi est collegium, ad quod spectat electio, & per hoc patet, quod nõ hẽt locum in alia prelatura, q̃ sit sub principali prælato in eadẽ ecclesia. Itẽ nõ hẽt locũ in prælatura ecclesię nõ collegiatæ, Item non habet locũ in prælatura ẽt ecclesiæ collegiatæ vbi nõ ꝓuideat̃ per viã electionis, sed per viã promissionis: qđ est clarũ, qñ esset prelatura tẽporalis, sed non manualis: tũ idem sentit gl. si sit ꝑpetua, in cle. q̃a regulares. in vij. gl. de supplen. neglig. præla. licet Inn. hic aliter dicat. secus vbi per viam electionis ꝓuideret, quocũque nomine censeatur prelatus, siue Abbas, siue prior, siue prepositus, siue archipresbyter, vt hic tãgit Io. An. ¶ In gl. iij. in fi. & si essent impediti petere, possent tunc ꝓtestari. Et no. bene, ꝙ iustum impedimentum facit ipso iure tempus non currere in casu isto: nõ autem est necessarium petere restitutionem, in integrum. ne alias dilataret̃ prouisio ecclesię, vt hic voluit Io. An. ¶ In gl. ea. vice. in fi. tene gl. licet aliqui contra, vt not. in c. si electio. eo. tit. li. vj. vbi est bona gl. ¶ In gl. deuoluatur. in fin. adde oĩno, quod hr̃ in c. q̃q̃. in fi. j. eo. in vj. ¶ In glo. pen. in fin. istam regulam, in qua residet glo. tenet cõiter Doc. & rñdent ad c. quanto. & c. nouit, quod ibi loquitur in his, in quibus ab ipso initio est dispositum, quod hẽat illa tractare eum cõsilio sui capituli: sed hic simpliciter a principio est dispositum, quod ad solum proximum superiorẽ deuoluitur potestas, & nihil dr̃ de capitulo. ¶ Itẽ nõ obstat infra eo. cũ in veteri. quia illud operat̃ forma mandati: credo quod gl. seruaretur in practica propter autoritatẽ Doctorum. ¶ Posses tamen dicere, ꝙ de iure deberet requirere consilium: licet non ipsum consensum, per istum text. & per id, quod habet̃ in d. c. cũ in veteri. & in c. cũ olim. de arbi. Nam licet a principio nihil dicatur de capitulo, satis est, quod ex postfacto adijcitur de ipso capitulo: quia sequentia determinant præcedentia: facit l. non est nouum. cũ seq. ff. de leg. ¶ In gl. fi. ibi, quia pęnæ restringendæ, &c. Nec ob. si dicatur, ꝙ isti delinquerũt, & sic ꝑꝑ eorum delictũ, non debet eligi: quia potest dici secundũ Inno. ꝙ aliqui fuerunt absentes vel impediti. vel secũdũ Hostien. proprie non debent dici deliquisse, sed contempsisse ius suum per l. fi. C. de anna. excep. ¶ Nec obst. prędictis si dicatur, ꝙ etiam non debet cõfirmari electio, qñ postulatio est facta a dupla parte, & maior pars postulantium postulauit scienter indignũ: ex quo a principio postulatio est facta a dupla parte: quia potest responderi, qđ ex quo maior pars postulantiũ sciẽter postulauit, fuit priuata: & sic reperitur, ꝙ hoc casu electio est facta a maiori

a Statuit. Ita ẽt summat hoc c. do. abb. i ef fectu ꝙrit super hoc c. i quib' ecclesiis, vel dignitatib. dẽat fuari de necessitate forma huius cõci lii generalis, vid' h c xt. Hē. bon. dr pulchrã in prin. huius c.

parte illorum, penes quos residet ius eligẽdi: ideo ius voluit hoc casu electionem confirmari, dũmodo ex ordine postulatio præcesserit. itaq; electio reperiatur facta iã priuata maiori parte postulantium. facit qđ no. j. eo. congregato. & s̄. eo. dudum. quæ ratio cessat. quando solũ maior pars postulantium postulauit scienter indignum: q̃a tunc non reperitur facta a maiori parte illarum, penes quos residet ius eligendi: ideo non debet confirmari, vt j. eo. quia propter. ¶ Extra gl. adde, quod Inn. hic voluit; quod si aliqui negligerent eligere infra tempus trium mensium, & alij eligunt, & electio postea non habuit effectum, q̃a forte electus renuntiet, qđ ex quo lapsum est tempus trium mensium, non poterunt illi, qui fuerunt negligentes venire ad electionem cum alijs, ex quo fuerunt priuati. Sed contra istud facit: quia videntur priuati pro illa vice, vt hic dicit tex. & ideo videtur, qđ ex quo alia electio imminet. debeat cum alijs admitti: nisi dicas, ꝙ hic loquitur, qñ ad superiorem deuoluitur potestas.

S V M M A R I V M.

1 Electionis tres sunt formæ. scilicet scrutinij, compromissi, & inspirationis & vna earum non seruata, non valebit electio; & priuandi sunt potestate eligendi contra formam eligentes.
2 Procurator an possit constitui in negotio electionis fiendæ.
3 Abbatis nomen potius est oneris, quam honoris.
4 Electioni interesse non debent impuberes, & etiam non existentes in sacris.
5 An sufficiat quem esse electum a maiori parte illorum, qui volunt interesse.
6 Dictio mox, ex sui significatio importat tempus breue, & instantaneum: potest tamen ex mente disponentis verificari in maiori tempore.
7 Scrutatores quot esse debeant, quando electio fit via scrutinij.
8 Scrutatores an debeant esse de collegio eligentium; & quæ sint substantialia scrutinij.
9 Compromissum in electione debet fieri ab omnibus, nemine discrepante. Compromissarij an debeant esse de capitulo.
10 Compromissarij possunt vti verbo prouideo, vel eligo.

a QVia propter. Statuit cõciliũ tres formas electionũ, scrutinij, cõpromissi, & inspirationis: sc̃d'm quas ꝓuideri dẽt ecclesijs viduatis: & cas-
1 sat electiones aliter factas: † & iubet ẽt cõtra facientes eligẽdi ptãte priuari. ¶ Sc̃do principaliter ꝓhibet̃ in electionis negotio ꝓcuratorẽ cõstitui, nisi certa cõcurrant, quæ in lr̃a exprimunt̃. ¶ Tertio ꝓcipit electionẽ publicari statim, & reprobat clandestinas. sc̃d'a
d pars principalis ibi, illud. tertia ibi, electiones. ¶ Nota. qđ olim variæ erãt formæ electionis ꝓlatorũ & clericorũ. facit s̄. eod. cũ terra. ¶ Nota tres formas hodie approbatas. scilicet cõpromissi, scrutinij, & inspirationis. & adde quod hr̃ j. e. cũ expediat. in vj. vbi ẽt approbat̃ forma cõpromissi mista cũ forma scrutinij. ¶ No. particulariter, q̃ sint de forma, seu solennitate cuiuslibet formæ electionis, q̃ patent ex lr̃a. ¶ No. ꝙ electio facta non seruata forma, vna ex ꝓdictis nõ valet, vt hic colligitur, & j. eo. si cui. li. vj. Et ex hoc no. paria esse aliquid fieri cõtra, vel ꝓter. facit qđ no. glo. in c. si cui. ꝓalle. & hoc verũ, qñ in actu est data certa forma, aliꝰ non sunt paria contra vel ꝓter. Nam stipulatio pœnalis, quæ adijcitur dispositioni ꝓambulæ contra l. nõ valet: secus si fit ꝓter legem. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. & in l. pacta, q̃ cõ. C. de pac. cũ ibi no. ¶ No. pęnã eligẽtiũ cõ formam a iure approbatã, quia priuandi sunt potestate eligendi, nõ aũt sunt priuati ipso iure: q̃a hic posuit supra verbũ futuri tp̃s priuentur, & non præteriti vel præsentis. facit qđ notatur j. eo. q̃ sit. lib. vj. & in l. in criminali. C. de iurisdi. om. iudi. ¶ † Not. ꝙ regulariter in negotio
2 electionis fiendæ de prelato, non potest quis constituere
1 procuratorẽ. fallit in casu hic posito, cõcurrentibus his, quæ in lr̃a exprimuntur. de quo j. eodẽ. c. pe. in vj. ¶ Nota. electiones clandestinas a iure reprobati. ¶ In gloss. j. ibi,

cum

cum habeant episcopum.supple, qui potest agere pro il-
3 lis, vt infra de succes.ab intesta.c.fi. ¶ † In ea.gl.ibi,& re-
gulares prælaturas, sed certe in istis etiã habet locum ra-
tio superius tacta per glo. vnde propter illam,& quia no-
men Abbatis videtur potius nomen oneris quam hono
ris.xxxij.q.ij.hic tñ vr̃,ꝙ non habeat locum: quia non vr̃
proprie dici pastor.sed cõtra communiter tenetur, quod
immo etiã dicitur pastor.s̃.eo.officij.& ideo tene cum gl.
Nec ob.ꝙ Episcopus potest agere vacante sede: quia non
minus dicitur ecclesia esse sine defensore, vt voluit Inno.
infra de testi.spo.olim.& facit quod not.in cle.j.de rescri-
ptis.¶ In ea.glo.ibi,de illis prælatis. istud etiam commu-
niter tenent Doc.per rationem,quæ sequitur in gl.sed nõ
habet locum in electionibus canonicorum,nec aliorum
prælatorum,qui non sunt principales prælati. licet Host.
tenuerit cõtrarium,& non bene.facit quod not.in c.sicut
4 per formam.infra eo.in vj.& in c.si cui. ¶ † In gl.ij.in fi.&
etiam hoc dicit, vt excludat illos, qui non debent inter-
esse, vt sunt impuberes, vt infra eo.ex eo ꝙ.lib.vj.vel non
existens in sacris, vt in cle.vt qui.de æta.& quali.vel excõ
municati maiori,vel suspensi ab officio, vt s̃.de cõsuetu.
5 cum dilectus.¶ † In gl.iij.ibi,sine illo. facit quod notatur
in cle.quo circa.hoc eod.ti. Et nota bene,quia per hunc
tex.iuncto eo,quod infra dixit de maiori parte. videt̃ hic
probari, quod sufficit quem electum a maiori parte illo-
rum,qui volunt interesse: & sic non vr̃ expediens, quod
duæ partes sint principales.Et istud tenet Comp.per hũc
tex.& secus dicit de iure ciuili per l.nulli.& l.plane.ff.qđ
cuiusque vniuer.nomine.& l.nominationum.C.de decu
rionibus.lib.x.Io.tamen An.tenet,ꝙ debeant adesse duæ
partes vocandorum infra de his, quæ fiunt a ma.par.ca.j.
licet non requiratur, ꝙ sint duæ partes totius capituli, &
secundum illam opi.oportet supplere istum tex.in quan-
tum vult, quod sufficiat quem electum a maiori parte il-
lorum,qui volunt interesse, dummodo ibi sint duæ par-
tes vocandorum.sed forte opi.Compo.est verior de iure,
per istũ text.& quia in actibus capitularibus absentes nõ
sunt vocandi,nisi quatenus reperitur expressum,vt nota-
uit gl.valde notabilis in c.præsentium. in ver.residentiũ.
de testi.in vj.& quia ista opin.magis vr̃ expedire ecclesijs,
vt sic celerius prouideatur eis. ¶ In glo.tres de collegio.
ibi,quia ipsi non eligunt.s.prælatum, & ideo facilius illi
de capitulo in tales cõsentiunt,quam in prælatum: & sic
non procedit,quod dixit gl.in sui principio,¶ In ea.glos.
ibi,per quoslibet de capitulo,melius dixisset de collegio
eligentium,seu eorum,qui intersint electioni,vt patet ex
litera:nam non est necesse, ꝙ sint de capitulo ecclesiæ va
cantis per hunc tex.¶ In ea.gl.ibi,fide digni. & in dubio
quilibet præsumitur dignus, nisi aliud appareat. infra de
scruti.c.vnico.Et an possint esse plures,vel pauciores quã
tres,tangit gl.infra in verbo,maior.¶ In gl.secreto, in fi.
& sic patet quod verisimilius quis magis libere deponit
votum,quando a principio secrete deponit, licet votum
postea publicetur: quia sic etiam cõtingit ex dicto testis,
quod a principio secrete deponitur.& tñ postea publica-
tur,vt patet in c.cum clamor.infra de testi.cum multis si.
¶ In gl.redacta.ibi,vel per tabellionem. sed an possit esse
laicus,fuerunt opi.Potes dicere,ꝙ tutius est, quod adhi-
beatur clericus tabellio,argu.infra eod.Massana.tamen si
adhibitus fuerit laicus, ex quo non est aditus ad eligẽdũ,
sed vt melius appareat votum per eius scripturam,nõ vi-
tiabitur electio,per id quod hic tenet Compo.facit quod
notatur in simili per gl.in cle.j.de priui.& per Io.An.in-
fra eo.nihil.ad fi.¶ An autem possint adhiberi testes, qui
intersint tempore depositionis voti: communiter tenet̃,
quod non,sicut nec intersunt, quando recipitur dictũ te-
6 stis:licet aliqui contra,& non bene.¶ † In gl.mox.in fine,
a Nota bene,licet dictio mox, [a] verisimiliter ex sui signifi-
cato notat tempus breue,& instantaneũ:tamen ex men-
te disponentis potest etiam verificari in maiori tempore,
& interdum etiam in anno,quod videtur mirum:& sic fa-
cit ad ea, quæ notantur in l.iij.§. cum igitur.ff.de vi & vi
armata.vbi gl.dicit, quod licet incontinenti vim vi repel
lere liceat,& non ex interuallo: tamen interdum dicitur
fieri incontinenti,etiam si differatur vsque ad sex mẽses:
vt si forte inspecta qualitate personarum & rerum nõ pos
sit forte citius quis se præparare contra violentiam. & sic
facit pro castris violenter occupatis,vt dicantur inconti-
nenti recuperata, etiã si interuenerint interualla aliquo-
rum mensium in præparando se pro recuperatione con-
tra violentiam prædictorum . facit quod notatur in l.j.C.
vnde vi.¶ In gl.collatione.in fi.ista gl.videtur procedere,
quando duo essent electi in discordia:nam tũc potest fie-
ri collatio numeri ad numerum,zeli ad zelum, & meriti
ad meritum: sed si vnus tantum est electus, non videtur
posse fieri dicta collatio.Imo aliqui dicunt,quod istud qđ
hic dicit̃ de collatione,non debet referri ad casum, quan
do omnes eligerunt vnum.sed certè istud videtur contra
literam, quæ videtur referri ad vtrũq; casum.vnde potes
dicere,ꝙ licèt collatio nõ fieret respectiue, ex quo alius
non est intellectus: tamen poterit fieri simpliciter de nu-
mero,zelo,& merito, prout hic tetigit.Io.An.de quo hic
per eum.¶ In glo.maior ibi,vtroque tamen casu non va-
let sed certe secundum hoc vtroque casu debet dici irri-
7 ta,& non irritanda,nisi quatenus de facto processit.¶ † In
eadem glo.ibi, superflua non vitiant, quasi velint ꝙ non
possint esse pauciores q̃ tres.sed bene plures, sed certe cõ-
muniter tenetur,ꝙ tantum modo tres debeant esse: quia
in dubio non est recedendum a verbis literæ,dummodo
talis numerus possit in ecclesia obseruari.j.de deci.ad au
dictiam. Si aũt nõ possit obseruari, vt qa forte in ecclesia
essent tãtummodo duo vel tres facit quod hr̃.s̃.eo.c.j.tũc
nõ hẽat locũ forma huius.c.vñ possent ẽt tũc vota publi
co dati:fieri tñ deberet publice electio, vt i c.i genesi.j.e.
de quo etiã in c.j.s̃.eo.titu.& facit qđ dixi in c.cum in iu-
8 re.s̃.eo.¶ † In ea.gl.ibi de eodem collegio,cõiter tenetur
contra. per istum tex.& quia illi de collegio verisimiliter
fideliùs se habebunt,q̃ extranei.Aduerte tamen,qa suffi-
cit ꝙ sint de collegio eligentium, licet non sint de colle-
gio capituli ecclesiæ vacantis, vt dixi s̃.in alia glo, in ver-
bo,tres. vt clarius habeas substãtialia formę scrutinij, dic
quod sunt infrascripta. Primum est,qa debent collegiali-
ter esse congregati habentes eligere.Secundo debent as-
sumi scrutatores,& sic non dẽnt se ingregere.s̃.eo.quali-
ter. Tertiũ est,ꝙ sint tres. Quartum est, ꝙ sint de collegio
eligẽtium. Quintum est,ꝙ sint fide digni,licet hoc in du
bio præsumatur.Sextum,ꝙ secreto scrutentur.Septimũ,
ꝙ sigillatim quemlibet scrutentur.Octauum, ꝙ oẽs scru-
tent̃,ita ꝙ nemo remaneat: adeo ꝙ etiam debent scruta-
tores.nam duo ex eis poterunt scrutari tertium; alias vi-
tiaretur electio,si etiam vota scrutatorum nõ essent scru-
tata,& cautius est,ꝙ ab initio scrutẽtur ipsorum vota, ne
alias in fine post aliorum vota habeant deponere sua sic
in eorum potestate facere ꝙ electio valeat. Nono requiri
tur, qđ sint redacta in scriptis. Decimo ꝙ publicentur in
communi. Vndecimo ꝙ statim post perfectum scrutiniũ,
licet aliqui aliter dicãt. Duodecimo, ꝙ fiat collatio. Ter-
tiodecimo,ꝙ fiat statim post publicationem scrutinij.j.e.
cum post. Decimo quarto,ꝙ fiat electio,Decimoquinto,
ꝙ fiat statim facta colatione.Decimo sexto, quod fiat de
illo,in quem omnes,vel maior pars, vel sanior consense-
rit Decimoseptimo,quod fiat verbalis.j.eo.ecclesia. De-
cimo octauo,quod non sit clandestina, vt hic in fi. Deci-
monono,quod prędictorum ordo seruetur,& duo adijciũ
tur per iura noua,s. ꝙ electio fiat per vnum vice capituli,
& per verba singularis numeri,vt in c. cũ ab vno. de sen,
9 excõ.li.vj.¶ † In gl.aliquibus viris.ibi, viri religiosi. expo-
ne,id est clerici:quia nõ est necesse. quod sint professi. Et
nota

a Dictio mox. vide de hac dictione in l. tutores. per glos. & Doc.C. de admi. tu. Bar.in l. tutor,qui repertoriũ. ff de admi. tuto.

a Eligẽtes. Super hoc ca. si q̃raẽ, vtrum, & quando clerici secum admittẽtes laicos ad eligẽdũ per abusum potẽtiæ secularis, eligẽtes icurrãt pœnam huius ca. vide hic per do. Hen. Boyc. in princ. c.

nota bene, q in hac forma compromissi non est necessa-
rium, q sint de capitulo, nec etiam numerus est de substã
tia: quia potest esse vnus, vel duo. vnde de substantia hu-
ius formæ est, q compromittatur in personam idoneam,
quæ in dubio præsumitur idonea, dũmodo saltem sit cle-
ricus, ita quod compromissum fiat ab omnibus nemine
discrepante, vt tangit glo. seq. vnde vnus solus posset im-
10 pedire viam compromissi. ¶ † Et no. q cõpromissarij pos-
sunt vti verbo prouideo, vt hic patet. possent etiã vti ver-
bo eligo, secundum Io. An. quia translata est potestas eli
gendi: debet tamen, quando sunt plures, per vnum eorũ,
& per verba singularis numeri fieri electio, vt in præal. c.
sicut cum per formam. j. eod. lib. vj. Item aduerte, quia est
tertia forma, quasi inspirationis, de qua in litera: & illa re
quirit ad sui substantiam, q ab omnibus communiter sit
facta absque vitio, scilicet practicæ vel simoniæ. & ista ap
pellatur quasi inspirationis, quia hic nullum est euidens
signum voluntatis diuinæ, sed vera inspiratio esset, quã
do euidens signum apparet, vt erat olim quando descen-
debat columba super promouendum. Et no. q hanc for-
mam, s. inspirationis viciaret contradictio vnius, & simi
liter practica præambula. ¶ An autem sequi debeat cõ-
munis electio, fuit opi. & licet tutius esset illam facere: ta
men ex quo litera hoc nõ requirit, videtur qđ ex hoc nõ
vitietur. & per hoc patet, quod si petitur confirmatio, ta-
lis electionis non debet dici, quod talis habito diligenti
tractatu per inspirationem ab omnibus est electus, quia
illa verba, Habito diligenti tractatu, videntur repugnare
huic formæ: nam ex hoc debet cassari electio, vt hic tãgit
Io. An. ¶ In gl. priuetur ea vice. in fi. & per istum text. &
gl. dicit hic Inno. & Compo. & sequitur Io. Cal. q ex hoc
non sunt priuati potestate eligendi ipso iure, quod si fa-
ciant secundam electionem de digno, & canonice, quod
tenebit electio, tanquam facta ab habẽtibus potestatem
eligendi, ex quo non sunt priuati. nec erit cassanda, quia
non videtur fieri suspitione pœnæ, dummodo fiat de di-
gno: quia expedit ecclesijs, vt sibi prouideatur, ne diu va-
cent. sed Host. dicit hoc verum, quando alij, qui non pec-
carunt, non contradicunt: secus si contradicunt, maxime
si appellent: quia tunc electio erit cassanda, & ista pars vi-
detur rationabilior: quia quando pars, quæ non peccauit,
contradicit, videntur peccantes deprehensi in crimine:
ideo si procedunt ad electionem, videtur id fieri ex suspi
cione pœnæ euitandæ, arg. l. fi. ff. de bonis eorum, q mor.
sibi consciuerunt. & ar. notatorum per Bar. in l. post con-
tractum. ff. de don. & pro hoc facit, quod alias semper de
facili posset elidi pœna huius c. & sic esset imposita verbis,
& non rebus contra c. commissa. §. porro, j. eo. lib. vj. ¶ In
gl. pen. ibi, dubium posset esse. præterea potest esse, quod
vellet dare procuratorem: ideo debet citari. ¶ In ea. glos.
ibi, debeat iuramentum præstare. qualiter debeat præstã-
ri iuramentum, vide per gl. in c. pen. j. eo. in vj. ¶ In ea. gl.
ibi, tenentur recipere illum, sed certe hoc est verum, qñ
constituitur procurator ille, qui est de collegio, & vult ac
ceptare indirecte, excludetur, vt est tex. in c. pen. j. e. in vj.
¶ In ea. gl. ibi, per literas suas. hæc practica non est bona
per text. dicti c. pen. ¶ In gl. fi. in fi. Inno. dicit, q publica-
tio non sit de substantia, & sufficit q publice facta sit ele-
ctio in c. per istum text. dummodo non agatur inter eos,
quod teneatur secrete: nam tunc bene esset clandestina,
& vitiaretur, & sic intelligit istum tex.

SVMMARIVM.

1 *Consentiens electioni de se factæ per abusum secularis potestatis, ineligibi-
lis efficitur ad dignitatem, & electio est nulla.*
2 *Electio facta clericis per impressionem laicorum, an sit aliqua.*
3 *Per verbum futuri temporis, an & quando irrogetur pœna ipso iure.*
4 *Dispensare, an possit episcopus cum electo, qui electione de se per abusum
facta, & qualibet alia ipso iure priuari debet, cui consensit.*

a Qvisquis electioni. Eligentes a
per secula-
ris potestatis abusum a beneficijs & offi-
cijs triennio suspenduntur: & tũc sunt eli
gẽdi potestate priuati, & electus si tali ele-
ctioni consentiat, fit ineligibilis, nec valet
electio. h. d. Et sunt duæ partes. prima punit electũ cõsen
tientem. secunda punit eligentes, & electionem vitiat. se
1 cunda ibi, qui vero. ¶ † No. primo pœnam consentientis
electioni de se factæ per abusum secularis potestatis, quia
non valet electio: & talis est ineligibilis nedum ad illam
dignitatem, sed etiam ad alias. & sic a contrario non im-
peditur eligi ad simplex beneficium. facit j. de præb. c. fi.
¶ No. q vbi canon loquitur per verbum futuri temporis:
licet regulariter sit canon ferendæ sententiæ, vt patet ex
notatis s. e. proxi. & j. de foro compe. si diligenti. tñ istud
fallit, quando ex his, quæ sequuntur, apparet esse de men
te, quod sit canon latæ sententiæ, vt hic patet iuncta glo.
c. ne pro defectu. s. e. & facit quod habetur in c. quam sit.
j. eo. in vj. ¶ In gl. i. in fi. per hoc patet, q cum hic puniantur
tur eligentes, quod non loquitur text. quãdo per vim vel
per impressionem fit electio. Do. tamen Car. Flo. hic vide
tur velle q etiam ex alia causa hic nõ loquatur de electio
2 ne facta per impressionem. † Nam secundum eum, si ele-
ctio fiat a clericis per impressionem laicorum, electio es-
set aliqua: licet veniret cassanda, sicut alias regulariter ge
sta per metum, vt notatur in c. Abbas. j. eo. quod me. cau.
sed certe gl. tenuit oppositũ, quod immo electio est tunc
nulla ipso iure, vt in c. bonæ. j. vbi dixi s. eo. ¶ In gl. ij. ibi,
& sic periret libertas. supple, licet forte a principio laici
spõte fuissent admissi, & forte inuitati a clericis. ¶ In gl.
iij. ibi, videtur tamen q ipso iure. & hæc vera. Nec obst. q
3 † vbi apponitur verbum futuri temporis, non irrogetur
pœna ipso iure. facit quod notatur in c. si diligenti. infra
de for. comp. & l. iubemus. C. de iuris. om. iu. Illud verum,
quando simpliciter profertur: nec aliud subijcitur, per qđ
appareat mentem disponentis fuisse pœnam irrogari ip-
so iure: alias secus, vt hic patet. & facit quod notatur in c.
quam sit. j. eo. lib. vj. ¶ In ead. glo. ibi, sed ibi supple in c. si
quis deinceps: nam ibi est suspensus ab ingressu ecclesiæ
ex eo, quia recipit ipsum beneficium de manu laici: & ta
lis suspensio durat secundum id, quod hic sequitur. hic au
tem solum consensit electioni de se factæ: & sic casus est
diuersus. adde etiam quod c. præterea. de iu. patro. secun-
dum Doc. loquitur in minoribus beneficijs, sed istud in
maioribus: tamen si ponderetur illud, etiam videtur loq
quando de manu laici quis recipit ipsum beneficiũ. ¶ In
ea. gl. ibi, per actum contrarium restituitur. facit quod no-
tatur in c. cum bonæ. j. de æta. & quali. & in cle. j. de deci-
4 mis. ¶ † In ea. gl. ibi, credo q sic. Host. quem videtur sequi
Io. An. & do. Ant. de But. tenet contrarium, quia non in-
telligitur permissa dispensatio episcopo, nisi reperiatur
expressum. infra de temp. ordi. cum dilectus. & quia in c.
graue. infra de præben. non videtur posse dispensare & ta
men ibi est minus delictum. sed do. Card. Flo. tenet cum
gl. & credo, q bene: quia hic satis videtur permitti dispen
satio, cum litera dicat, nec absque dispẽsatione &c. Et sic
innuit, q possit dispensare. nec obstat q non permittit ibi
expresse Episcopo: quia non est necesse secũdum veram
opinionem, quando apparet, q ius permittit dispensari:
nam tunc eoipso intelligatur permissa Episcopo, ar. c. nu
per. alle. in gl. secus quando non reperitur permissa dispẽ
satio, quia tunc bene intelligitur prohibita Episcopo. &
sic loquitur c. cum dilectus. infra de temp. or. & de mate-
ria in c. at si clerici. §. de adulterijs. infra de iudi. Item non
ob. q in c. graue. non permittitur, quia ille casus est diuer
sus ab isto: & de separatis non fit recte illatio. infra qui fi.
sint legi. per venerabilem. & l. Papinianus. ff. de min. ¶ In
gl. suspendãtur. ibi, & isti priuati sunt. melius dixisset, su-
spensi

spensi sunt.& hæc sol.bona,iuncta cum seq. ¶ In gl.pen.
ibi,respicit totum triennium.sed forte potest dici,ꝙ si oc-
currat electionem fieri per non peccantes,& cassari infra
triennium anteq̃ priuentur, potestate suspenduntur ab
officijs & beneficijs, posset procedere opinio primo loco
posita in gl.tamen communiter Doct. transeunt eum gl.

SVMMARIVM.

1 *Promouentes indignos ad ordines sacros, qualiter puniri debent.*
2 *Electi exempti debent petere confirmationem a Papa per se, vel personas instructas.*
3 *Electi immediate subiecti Papæ, si in concordia electi sunt & valde remoti, interim administrant. & nu.6.*
4 *Episcopi an possint dispensare super ætate.*
5 *Pœnæ variæ quando imponuntur, electio est iudicis.*
6 *Electi exempti administrare non debent ante confirmationem, si distantia est modica.*
7 *Administrare potest Papa ante confirmationem, & similiter Imperator.*
8 *Gesta per eum, qui est in quasi possessione prælaturæ, & sic pro prælato cõmuniter reprobatur, valent.*
9 *Prælatus agens contra debitorem nomine ecclesiæ, dummodo sit in possessione prælaturæ, & communiter reputetur prælatus, non repelletur.*
10 *Laicus si fuit deputatus vicarius episcopi, cum forte hoc ignoraretur, & fuit communiter reputatus vicarius, sententia per eum lata non posset redargui, licet postea probetur eum fuisse laicum.*
11 *Damnum, an & quando sit compensandum cum lucro.*

a NIhil est. Si prælatus [a] per suam negli-
gentiam cõfirmat indignum
electum ad regimen animarum, perdit po
testatem confirmandi primum successorẽ,
& a perceptione beneficij suspenditur, &
promotus deijcitur. Si vero per malitiam id fecerit, gra-
uius punitur, & electi immediate subiecti Papæ per se,
aut per personas instructas adire debent Papam pro con
firmatione, si sint in concordia electi, & vltra Italiam in-
terim administrant, ita tamen quod nihil alienent: bene-
dicuntur etiam, & consecrantur, sicut consueuerunt. h.d.
Et sunt duę partes principales. in prima ponitur constitu
tionis causa. in secunda constitutio. secunda ibi, irrefraga
bili. illa secunda habet tres partes. prima prouidet circa
confirmationem eorum, qui eliguntur ad curam anima-
rum. secunda circa promouendos ad dignitates, & ordi-
nes sacros. tertia circa priuilegia exemptorum. secunda
ibi, episcopi. tertia ibi, cæterum. ¶ Nota primo illud, ad
quod sæpe allegatur decretalis: scilicet, qđ nihil est, quod
magis noceat ecclesiæ, q̃ promotio indignorum. ¶ Not.
ꝙ etiam quilibet curatus late potest dici prælatus. facit ꝙ
habetur j̃.eo.licet canon.libr.vj.& s̃.de iudi.decernimus.
¶ Nota crimen per similitudinem appellari morbum.fa-
cit j̃.de iura.cal.cęterum. ¶ Nota de ista dictionem unus,
quæ importat idem, quod beneficium: & de eius multi-
plici significato habetur in l.munus.ff.de verb.sig. ¶ No.
qđ ad confirmatorem principaliter spectat de duobus in
quirere: scilicet de forma electionis, & de persona electi:
quod intellige etiam ex officio nemine instante, vt tan-
git gl.j. ¶ No.pœnas confirmantis indignum, quæ in lite
ra exprimuntur. Et no.bene, ꝙ cæteris paribus plus puni
tur per malitiam, vel per dolum delinquens, quam delin
quens ex negligentia. tñ quandoque ista parificantur,
vt s̃.de rescri.si autem & c.plerunque.de quo dic, vt ibi di
1 ctum fuit. ¶ †No.episcopos promouentes indignos ad or
dines sacros, & ad ecclesiasticas dignitates debere puni-
2 ri, licet de facto quandoque non puniantur. ¶ † Nota, ꝙ
exempti debent petere confirmationem a Papa. Et nota,
ꝙ debent per se, vel per personas instructas comparere.
3 hodie circa hoc dic, vt in c.cupientes.j̃.eo.in vj. ¶ †Nota
casum, in quo ex sola electione quis consequitur potesta
tem administrandi. regulariter contra s̃.eo.qualiter. in c.
transmissam. ¶ Nota, ꝙ interdum dispensatio interdici-
tur a iure, quandoque ab homine. j̃.de iudi. ar si clerici.§.
4 de adulte.j.q.vj.§.nisi rigor. ¶ †In gl.ætatis.in fi.cõclude,
quòd si non potest dispensare, punitur: sed si potest di-
spensare, tunc si expresse dispensat, non punitur: forte ta-
men hoc non poterit, nisi causa subsit, per id quod nota-
tur in c.de multa.per Ioan.post Hostien.infra de pręben.
¶ Si autem expresse non dispensat, tunc si ꝓmouet non
pręmissa causæ cognitione super causa dispẽsationis, nõ
inducetur dispensatio. secus si illa præmissa scientes pro-
mouet, per id quod not.in c.ij.j̃.de schis.& j̃.de fi.presby.
5 veniẽs. facit qđ no.in c.j.de æta.& qua.in vj. ¶ † In glo.su
spendant.ibi, diuersæ pœnæ, &c.& aliquid dicit glo.ꝙ vbi
varię pęnę imponuntur, electio est iudicis.xxxiiij.di.in c.
fraternitatis.& xxv.di.q.ij.in summa.glos. autem hic non
tradit aliquam doctrinã. Pet.& Ab.dant suam doctri.& si
militer Hosti.suam.de quibus hic per Io. An. Potes dice
re, ꝙ diligenter ponderanda sunt verba canonis. Nã si lo-
quuntur in diuersis casibus, tunc quælibet pœna in suo
casu locum habebit: si autẽ loquuntur in eodẽ casu, tunc
potest procedere doctrina gl.in d.c.fraternitatis. saluo ni-
si appareret, ꝙ secunda veniret augmentatiue ad primã,
vt in c.nullus.cum ibi nota.l.di.& facit etiam quod no.ꝑ
Legistas in l.sanctio legum.ff.de pęnis.& per Cy. in l.qui
sepulchra.C.de sepul.vio. ¶ In glo.grauiori.ibi, cum non
determinetur. vel scđm Io. And. erit pœna depositionis.
lxxxj.di.tantis Daniel.& lxxxiij.dist.in c.vbi satis puto, ꝙ
possit superior istam pœnã arbitrari per iura prealle. licet
do.Cat.Flo.dicat, quod illa iura non omnino clare ꝓbãt.
Sed certe c.tantis Daniel.bene facit si põderetur. ¶ In gl,
vltra Italiam.ibi, consuetudini stetur.potest intelligi du-
pliciter. primo, ꝙ stetur consuetudini, an habeant priuile
gium, vel non. secundo potest intelligi, quod stetur con-
6 suetudini, s.in hoc, quę distantia dicatur modica.† Aduer
te tamen, q̃a gl.vult, ꝙ cessante cõsuetudine de iure: si di-
stantia est modica, non habeant priuilegium exempti, ẽt
vltra Italiã existentes: exemplum, si curia esset apud Tau
rinum. Nam Ebredunensis Episcopus, qui est exemptus
& vltra italiam parũ distaret, & scđm gl. non haberet tũc
priuilegium: & sine dubio ante factum tutius est abstine
re, tamen post factum dicit Io. An. ꝙ non incurrit pœnã:
q̃a adhuc stant verba literæ, quod est vltra Italiam & est
exemptus: & in pęnis mitior debet fieri interpretatio, &
odia sunt restringenda. de re.iur.in pœnis.li.vj. Si autem
curia esset vltra montes, an tunc exempti in Italia, qui es-
sent valde remoti a curia, habebant hoc priuilegium. Ho
sti.dicit, ꝙ sic. quia eadem est ratio: & quia quo ad existen
tes vltra montes, illi qui sunt in Italia, possunt dici vltra-
montani: sed Io. And.dicit ponderandum, ꝙ hic non pri-
uilegiantur vltramontani, sed existentes vltra Italiam. Iõ
existentes infra Italiã, nullo modo habebunt priuilegiũ.
¶ Quid aũt de Epĩs existentibus vltra Italiam, curia exi-
stente vltra montes: an habebũt priuilegiũ. fuerunt opi.
tamen finaliter Io.An.tenet, quod sic. quia adhuc verum
est dicere, quod sunt vltra Italiam: & ideo habebunt pri-
uilegium. Tutius tñ est ante factum abstinere. facit quod
notatur in cle.j.de priui.& ista opi.placet do.Car. Flor.tñ
Io.de Fantutijs tenuit contrarium, quem sequitur hic do.
Ant.de But.& dicit, ꝙ existentes valde remoti a curia, ha
bent priuilegium siue curia sit in Italia, siue vltra mõtes:
& siue tales sint Italici, siue vltramontani. mouetur ꝑ istũ
text. dũ dicit valde remoti. Nec obstat, quod subdit vltra
Italiam, quia illud ponitur gratia exempli: sed eos iõ non
restringit dictum l.damni infecti stipulatio pertinet.ff.de
dam.infec.& facit quod notatur in gl.in c.j.ne clerici, vel
mona.& istam partem olim sequebatur do.Cardi.Flo.&
postea murauit opi.& tenuit eum Ioã.An.per istum text.
dum dicit vltra Italiam. Nec obstat, quod illud ponaẽ gra
tia exempli, quia illud ꝓcederet in dispositione iuris cõ-
munis:

a Si prelatus. Idem in effectu sumat hic do. Ab. vide dist. do. Hé. Boy. in prin. c.

munis: sed hic loquitur in materia concessionis priuilegij, & ideo non est extendendum ipsum priuilegium vltra casum expressum etiam ex identitate rationis. j. de priuilegijs. c. sanc. quod & notatur in c. non solum. & c. constitutionem. j. de regnla. in vj. & j. de regu. iur. quæ a iure. in vj. & pro hoc faciet, quia aliter illud verbum vltra Italiam. esset superfluum contra ea, quæ habentur in c. si Pa-

¶ An dam num sit cō pēsandum cū lucro.

7 pa. de priul. in vj. & ista opi. videtur tutior. ¶ † In gl. fi. ibi, Romano Pontifice. similiter & in Imperatore, vt notatur in c. venerabilem. s. eo. & j. in c. auaritiæ. eo. ti. lib. vj. Item est speciale in casu c. indemnitatibus. §. si vero. j. eo. in vj. ¶ Aduerte tñ, quia licet in casu huius c. possent administrare ante confirmationem: non tñ possent recipere obedientiam a subditis, vel iuramenta a vasallis, vt hic voluit Compost. nam talia respiciūt indubitatum prælatum, q non est in casu isto, cum adhuc pendeat confirmatio, & possibile erit ipsam cassari, vt etiam tangit gl. licet Arch. aliter senserit in d. §. si vero. ¶ In ea. gl. ibi, sed contra videtur. No. bene hanc determinationem pro eo, quod dixi s.

vt etiam seruat consuetudo vniuersalis ecclesiæ.& sic qđ
dixit glo.de vestimentis sacerdotalibus, habet etiam lo-
cum in alijs vestimentis clericorum inferioris ordinis a
sacerdote.Contra illos autem,qui effodiunt sepulturā cā
derobandi vestes,est statuta pœna sacrilegij, vt hr̄ in l.ꝑ-
git.C.de sepul.vio.& in aut.item qui domum ibi posita,
est statutum, quod ibi nouem dies a die mortis defuncti
6 nō debeat quis molestari ex persona defuncti. ¶ †Extra
gl.dicit hic Io.And.quod inquantum hic prohibetur pal
leum commodari,dēr intelligi qn̄ cōmodaret̄ ꝑ vsu vidē
di:puta,vt sartor posset reuidere iam eam aliud faciendo.
7 tāgit ēr,qđ si Archieps̄ trāsferat̄,†qđ nec poterit vti prio
ri,vt habes de postu.p̄l.c.bonæ.el ij.ad fi. Quid fiet tp̄e
mortis. & dic ꝙ debebit cū ambobus sepeliri. & poterit
primo poni primū palleum, postea super illud poni scđm.
¶ Alij vero dixerunt,ꝙ corpus vestietur.s.vltimo palleo,
& primum ponet̄ super corpus, vel sub capite sm̄ Inn.&
hoc vr̄ rōnabilius Host.& quod dictū est de duobus pal-
leis,idem erit dicendum si Archieps̄ ad plures ecclesias
fuisset translatus,& sic plura pallea habuisset.& no.bene
practicā,qa ꝑ eā videt̄ ꝙ primū palleū nō remaneat in ec
clesia,ad quā Archieps̄ primo fuit ꝓmotus: sed debeat ip
sum secū portare,licet illo nō debeat amplius vti: sed no
uo sibi dato pro ecclesia, ad quam est translatus gl. tn̄ vr̄
sentire contrarium in d.c.bonæ.el ij.ad fi. videlicet quod
primo datū remaneat in prima ecclesia :sed doc.hic hoc
non tenent,vt patet ex superius dictis.

SVMMARIVM.

1 *Ante pallei traditionem non debet quis appellari Archiepiscopus.*
2 *Maleficium prælati palliare licet.*
3 *Simulatio bona approbatur.*
4 *Honorem suum præferre alterius honori licet.*
5 *Electus in Episcopum ante consecrationem,non debet appellari Eps.*
6 *Commodum proprium facere in damnum alterius,an liceat.*

NIsi specialis. Per palleum transfert̄
plenitudo pontificalis
officij.& etiam nomē Archiep̄ale.h.d.¶ Et
primo decise narrat factum.Secundo illud
aggrauat . Tertio concludit . secunda ibi,
sane,tertia ibi,tu ergo. ¶ In tex.ibi.& j̄.for
te deciditur, quod Papa dicebat , nisi fuisset dilectio,
quā habebat ad ipsum acriter puniuisset ex eo , quod de
derat licentiam, qn̄ Ep̄s Troian.postquam transiuerat ad
ecclesiā Panormitanam,vt j̄.sequitur,se appellauit,vt Ar
chiepiscopum.Nam hoc facere nō debuit:vel dic qđ de-
ciditur id,quod hr̄ in c.nisi.j̄.de offi.deleg.qđ est pars hu
1 ius.¶ †No.j.ꝙ ante traditionē pal.non confertur per ali-
2 quem actum plenitudo pontificalis officij : nec nomen
Pontificale,seu Archiepiscopale,& sic patet , ꝙ ante pal-
lei traditionem quis non debet appellari Archieps̄. ¶ Et
ex hoc no.quod nomen sequitur post plenariū officiū &
cōplemētum plenarie factum ꝑtātis, & per hoc vr̄ , qđ a
nemine licitū sit arguere ꝑ effectu, qđ vr̄ ꝓcedere in no
mine appellatiuo.facit qđ no.ꝑ Legistas in l.ij.§.appella-
ta.ff.si cer.pe,& in l.cū.ff.de verb.sign.secus in noie pro-
prio

prio:qa imponiẽ ad beneplacitum.l.fi.§.pen.ff. ad mu.&
no.per Bar.ſuper rub.ff.ſol.ma.& facit quod hẽ in l.ad re-
cognoſcendos.C.de inge.& ma.¶ No. tñ ꝙ ante accepta
tionẽ pallei non conſequitur quis nomen Archiepi, nec
plenitudinẽ Pontificalis officij : tñ per actum confirma-
tionis recipit poteſtatem,quo ad illa,quæ ſunt iuriſditio-
nis.ſ.de ele.trãſmiſſa.& dictum fuit.ſ.tit.j.c.j.quod intel-
lige ſaluo q̃ in maioribus,ſicut conuocare cõcilium pro
uinciale,vt in c.ꝙ ſicut.§.præterea.ſ.de ele.& etiã patet in
d.c.tranſmiſſam.vbi exceptanẽ maiora, ſeu maiores cau
ſæ poteſtas aũt in his , quæ ſunt ordinis demum hẽ poſt
receptionẽ pallei.d.c.qđ ſicut.§.pterea.& c.diſt.c.j.& ſ.ti.
2 ij.per totum.¶†Item no.ꝙ maleſactum prælati põt.& de
bet licite palleari, & emendari . ne tranſeat in exemplũ
populi, vt ſcandalum enitetur:intellige quod iuſtum eſt
palleare,dum tñ mentiatur:qa hoc non eſt licitum.xxij.
q.ij.palleare mentiendo dñmodo poteſtas fuerit ſup hoc
a ſede Apoſtolica data:cum vero nõ eſſet,ſed poterit hoc
modo palleare ſm Inno.quia in ſuis ſermonibus,& excu
ſationibus poterit vti verbis duplicibus, dicendo qđ qui
qui eũ reprehendunt,non viderunt ſua priuilegia,qđ bñ
eſſet ſupinus , ſi ſpecialiter reſeruata Papæ ſine ſpeciali
mandato Papæ facere præſumat. & in his ſinam per quæ
mentitur,ſed palleabit quod fecit.& de iſtis verbis dupli
cibus,quo ad materiam, etiam poſuit.Spec. in tit.de ad-
3 uo.§.iam nunc in principio.& ad prædicta facit:†qa bo-
na ſimulatio approbatur.ſ. qđ met. cauſa.c.j.& Salua-
tor noſter etiam finxit diſcipulis longius ire,qñ apparuit
vt peregrinus poſt reſurrectionem.j.q.j.§.ex his . ¶ Item
no.quod vbi ex facto inferioris ſequi poteſt confuſio ip-
ſius ſuperioris ad verecundiam ſubiecti eius, dicat quod
interuenit illius culpa,quæ lædit ſuum honorem ex hoc
potes notare illud vulgatum , ꝙ prima charitas incipere
debet a ſeipſo . facit quod habetur.C.de ſerui.& aqua.l.
4 preſes,potes etiam notare,†quod quis debet, & licite po
teſt ſuum honorẽ alteri pferre.facit l.mulcta. C. ſi qs ob
5 cauſam teſta.¶†In gl.j.ſimiliter, nec electus Epiſcopus
debet appellari Epiſcopus anteq̃ ſit conſecratus : vnde
promotus in Archiepiſcopũ ante pallei receptione,licet
ſit conſecratus in Epm ſeu ordinẽ Epiſcopalẽ: non tamẽ
appellabitur Archiepiſcopus , ſed appellabitur electus.
& ſimiliter ille,qui eſt electus ad Epiſcopatum ante con
ſecrationem appellabiẽ electus, & nõ Eps, vt etiam not.
6 gl.j.de reli.do. in c.j.¶†In gl.fi.in fi.Io.vt no.in cõtrarijs
per glo.j.de reg.iur.locupletari.lib.vj. concluſio eſt , qđ
ſi quis faciat aliquid, quod tendit ad commodum ſuum,
& facit illud principaliter,vt alteri noceat, hoc non eſt li
citum:& ſic debẽt intelligi ꝯria. ſecus ſi hoc faceret prin
cipaliter propter commodum ſuum licet in conſequen-
tiam alius damnum patiatur : quia tũc hoc eſt licitũ dũ-
modo als iuridice hoc fiat,vt patet.ſ.de ele.cum eccleſia
Vulterana.& in l.j.§.denique.ff.de aqua plu.arcen.

SVMMARIVM.

1 *Palleo ſemper vtitur Papa in miſſarum ſolenniis in omni loco , quo eum celebrare contingit.*
2 *Palleo vtuntur Archiepiſcopi in eccleſiis ſuæ prouinciæ tantum:& ſolum certis temporibus.*
3 *Dictio ſemper denotat tempus:dictio vero vbique notat locum.*
4 *Scena quid ſit.*
5 *Palleum peti debet infra tres menſes a die conſecrationis:alias carebit potere debens commiſſa dignitate , & hæc ſententia feretur a Papa ſolum, & non ab inferiore.*

AD honorem. Romanus Pontifex ſem-
per vbique vtitur palleo:
alij vero tantummodo in ſuis eccleſijs,& cer-
tis diebus tantum.hoc dicit. ¶ Et duo ſunt di-
cta,quæ patent. Secunda ibi,alij autem.& ratio vtriuſq;
1 aſſignaẽ,vt patet ex lrã . ¶†No. ꝙ ſolus Papa ſemper vtiẽ
palleo in miſſarũ ſolẽnitatibus in oĩ loco, in quo ꝯtingit
eũ celebrari.¶ Et no.ꝙ palleum in Papa ſignificat pleni-
tudinem ptãtis:in inferioribus aũt nõ ſignificat plenitu-
dinẽ ptãtis,ſeu plenitudinẽ Pontificalis officij,vt patet ſ.
c.pxi.& ſic no.ꝙ vnum & idẽ aliud ſignificat in perſona
vnius,aliud in pſona alterius. facit ꝙ hẽ j.de ſacra vnctio-
2 ne.c.vnico.& de pſum.in c.illud.¶†Item no. ꝙ Archiepi
ſolum vtunẽ palleo in eccleſijs ſuæ prouinciæ, & ſolũmo
do certis tẽporibus.& qua ſunt illa tempora,ſeu illi dies ,
3 tangit hic gl.¶†Item no.ꝙ dictio ſemper denotat tps:di-
ctio vero vbiq;, locum.& de iſta dictione hẽ in c.j.ſ.de re
ſti.in inte.& ff.ſo.ma.in l.j.in quibus patet,ꝙ ẽt qñq; non
denotat tps.¶ In gl.j.ibi,de corpore beati Petri, &c.in al
tari conſecrato in honorẽ beati Petri,vt no.per gl.de ele.
ſignificaſti.¶ In ea.gl.ibi,tribus diebus.Hoſtien. dicit de
quatuor.& dicit Io.An.ꝙ ſibi plus vẽ credẽdũ, qa fuit pal
leatus ex eo,qa fuit Archieps,licet poſtea factus fuit Car
di.¶ In ea.gl.in fi.no.bñ ex gl.qbus diebus de iure poſſit
vti Archieps palleo.vñ in alijs diebus non poterit vti,ni-
ſi aliud habeat in priuilegũ eccleſiæ ſuę,vel ſibi ꝯceſſum.
¶ In gl.iſta ſecunda ibi,cũ cingulo, ſcilicet militari.¶ In
ea.gl.ibi,in l.j.ſed ſecus etiam in Archiepiſcopo,q nõ vti
tur palleo,niſi in ſua prouincia,vt hic,& j.c.proxi.& q̃ ſit
4 ratio diuerſitatis,ibi dicetur.¶†In ea.gl.ibi, in ſcena.dici
tur ſcena locus vmbratus cortinis,in quo fiebant ludi ad
placendum populo,vt tangit glo.in l.ij.in fi. ff.de his,qui
no.infa.vel ſm Io.An.ſcena erat locus inter theatrum ad
modũ domus cũ pulpito,vbi ſtabant recitãtes comedias,
& tragędias ad placẽdum populo, & forte certa veſte vte
bantur in tali loco.& ideo appellabatur veſtis ſcenica.vñ
ex qualitate veſtis vẽ , quod habens vſumfructum illius
veſtis,non vtaẽ niſi in ſcena.¶ In ea.gl.in fi.ſolue, qđ ibi
dicebaẽ ex priuilegio,vel ꝯſuetudine competere ius por
tandi inſignia extra puinciã.hic autẽ dicit, ꝙ de iure cõi
non eſt licitum illa deferre extra puinciã.& nõ ob.factũ,
qđ dẽ in c.vlti.de ferijs.extra gl.dicit.Io. An. ꝙ palleũ dẽt
fortiter,ſeu magna inſtãtia,& frequẽter poſtulari.c. di. in
c.priſca.niſi de gratia aliud fiat.ſ. de poſtu.pla.c. bonæ. el
5 ij.& de elec.c.ſignificaſti.¶†Itẽ debet palleum peti infra
tres menſes a die conſecrationis.& ſi hoc non fiat , care-
bit commiſſa dignitate.c.di. in c.j. & feretur hęc ſentẽtia
contra ipſum per Papam:quia inferior hoc non poſſet.ij.
q.vj.accuſatus.& hæc vera,niſi fuerit impeditus:quia tũc
etiam interdum poſſet habere annum, vt vij.q.j.ꝯſtitutũ.
& lxxv.diſt. quoniam quidam: ſed ceſſante impedimẽto
videtur , quod ceſſantibus tribus menſibus a die conſe-
crationis , incurrat hãc pœna.& hoc tenuerit Hug.& Io.
And.nec ob.qđ habetur ſ.de tranſla.in c.ij. in ver.ſed ne
que.vbi videẽ,qđ elapſis quinq; menſibus hãc pœnã ali-
quis patiaẽ.quia rñdet quod ibi loquitur in Archiepõ, q
differt ſuã conſecrationẽ:ſed hic loquimur in Archiepõ,
cui minus tempus daẽ propter maius periculũ, quod ver
ſatur in dignitate Archiepiſcopali,arg.in c. quieſcamus.
xlij.di.refert tñ Io.An.qđ alij dicunt,quod nec etiam me
tropolitanus patietur hanc pœnam , niſi demum elapſis
quinque menſibus : hanc partem videtur tenere Hoſtiẽ.
dicens, quod videtur magis litera amicari.& ſubdit etiã ,
quod licet de rigore videtur procedere opi. Hug. & Io.tñ
de conſuetudine non ſeruatur.& ſic põt dici,qđ in deſue
tudinẽ abijt.c.di.in c.quoniam.& etiam ſufficit nuntium
mittere infra quatuor menſes:nec etiam neceſſe , ꝙ infra
illos petatur palleum,vel ſe repræſentet : quia ſecundum
eum,qdam ſunt in tantũ longinqui,quod nõ poſſet nun
tius etiam prima die cõſecrationis conſtitutus infra illud
tps ad ſedẽ Apoſtolicã venire.& de materia habeẽ,in d.c.
qm.c.di.per quod de iure ſatis videẽ probari opi.Hug. &
Io.licet,vt dixi, ſm Hoſti. non ſeruetur. Quid aũt ſi miſit
nuntium infra tempus,& moritur in via, vel aliter infide
liter agit:an ſufficiat ad pœnam vitandã,quod ſolũ nun-

tiū intra tres menses miserit.dic quod nō. primo ex quo
sen ex quo temporead metropolitanum peruenerit im-
pedimentū nuntij, debebit q̃ cito poterit cōmode vel sal
tem infra alios tres menses a tempore notitiæ mittere.fa-
cit quod habeť j̄.de ele.cupientes.§.ad hoc. & c.fi.de ele.
in vj.& si iterum impediať secundus,tenetur mittere ter
tium,& eodem modo successiue. facit qđ habetur in l.ij.
§.si mater.cum §.seq.ff.ad Tertul.Quid aūt, debeat habe-
re in mandatis iste nuntius,qui mittitur per Archiepisco
pum pro palleo:ponit hic Ioā.And.ponendo vj. vel vij.q̃
dēt habere in mandatis.de q̄bus hic p̄ eum.¶ Et quæ di-
xi.s̄.procedunt de iure: sed de consuetudine curiæ scđm
Hosti.electus non habet petere palleum post cōsecratio-
nem,sed procurator capituli, vel vnus canonicus nomi-
ne electi . & ideo attenta tali consuetudine non noceret
ipsi electo,si non peteret palleum,de quo hic per Io. An.
& tangit etiam hic do.Anto.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudine induci non potest, vt Archiepiscopus extra prouinciam vta-
tur palleo.*
2 *Consuetudo dicitur generalis,quæ seruatur in vna prouincia.*
3 *Palleo vti potest extra prouinciam Archiepiscopus ex priuilegio , & hoc
si is,ad quem pertinet ecclesia,hoc concedat.*
4 *Insula potest vti Archiepiscopus vbique.*
5 *Palleum non se transfert cum Archiepiscopo, qui ad aliam transit ecclesiā
quantum ad vsum.*
6 *Extra prouinciam prædicare,vel diuina celebrare,an possit Episcopus,vel
Archiepiscopus sine priuilegio Papæ , & quid si velit ibi ordinare cleri-
cos,vel suffraganeum.*
7 *Ordinare clericos proprios in aliena diœcesi,an possit Episcopus.*
8 *Palleo ad hoc,vt vti possit Archiepiscopus extra prouinciam,quæ requi-
rantur.*

a Archiepiscopus . Idem summa hc d. Abb.

a EXtuarum. Archieps̄ ᵃ extra suā pro-
uinciā palleo vti nō p̄t, ēt
si hoc habet ꝯsuetudo.h.d.In prima poniť pe
titio gratiæ ꝯtinēs motiuū petentis.Scđo po
nitur petitionis limitata exauditio, motiuū
reprobans.scđa ibi,licet aūt.¶ Not. ꝙ Archieps̄ no p̄t vti
palleo, & sic insignijs præeminētiā notātibus extra suam
1 ꝓuinciā.¶ † Not.ꝙ ꝯsuetudo nō pōt induci,vt Archieps̄
extra ꝓuinciā vtatur palleo, ēt si sit cōsuetudo generalis.
2 ¶ †No.ꝙ diciť consuetudo gn̄alis , q̄ seruatur in vna pro-
3 uincia,de quo in c.cum dilectus.s̄.de ꝯsuetudine.¶ † No.
ꝙ p̄ priuilegiū pōt cōcedi, vt imminente necessitate ordi
nationis , vel cōsecrationis, Archieps̄ vtatur palleo extra
ꝓuinciā:& sic patet ꝙ de iure cōi vti nō pōt, & ex hoc ēt
habes,ꝙ plus p̄t interdum priuilegiū,q̄ ꝯsuetudo.¶ Not.
ꝙ priuilegiū de vtendo palleo extra ꝓuinciā intelligiť,si
ille ad quē p̄tinet ecclesia,in qua vult vti, hoc cōcedat.ꝙ
qualiter intelligatur j̄.dicetur.¶ Et ex hoc etiam nota.qđ
priuilegiū stricte intelligi & interpretari dēt, quatenus tā
git alterius p̄iudiciū.& ideo talia priuilegia, de q̄bus loq
tur,intelliguntur cōcessa absque præiudicio alterius.facit
quod dictum fuit in c.fi.s̄.tit.j.¶ In glo.ij.ibi,rationali q̄d
aūt sit rationale,dicunt Doc. ꝙ est ornamentum Pontifi-
cale,vel sacerdotale,de quo habebať in veteri testamēto,
Exodi xxviij. c. Nā erat pānus quadrāgularis ad latitudi-
nē palmi,habens xij.lapides præcisos infixos: & in eo scri-
pta erant hæc verba;manifestatio,& veritas. Alij vero di-
cunt,ꝙ erat quoddā ornamentū rotundum,positū in pe-
ctore,vbi scriptū erat,manifestatio & veritas: sed istud or
4 namentū hodie non est in vsu.¶ †In ea.glo.ibi, insula po
test intelligi ad literam prout sonat: vel etiam potest acci
pi insula pro mitra: nam illa poterit vti vbique etiam ex-
tra ꝓuinciam celebrando missam per ea, q̄ dicentur j̄.eo.
in c.cū sis.& quæ no.per glo.de priui.in cle.ij.in fi.& hæc
est ratio diuersitatis,quare his insignijs vtať ēt extra pro-
uinciā,& nō palleo: q̄a p̄ illa nō designať plenitudo offi-
cij,sicut fit p̄ palleū.facit quod habetur s̄.eo.nisi.¶ In ea.
glo.in fi.forte voluit gl.ꝙ aliud in proconsule q̄ vtitur insi
gnijs etiam extra prouinciā sibi decretā, aliud in Archie-
piscopo:tn̄ aliter nō assignant rōnē diuersitatis . vnde di-
cebat Gof. qđ illud cōtingat in ꝓconsule rōne mittētis:
nā mittiť a principe.& hēt iurisditionē voluntariā, & illā
exercet etiam antequā ꝓueniat ad ꝓuinciā sibi decretā.l.
j.ij.& iij.ff.de offi.ꝓconsu.& sic contingit in legato, qui
mittiť per Papā:q̄a exercet ēt iurisditionē voluntariā, &
vtiť ēt insignijs legationis ēt extra ꝓuinciā sibi decretā.
j̄.de offi.legat.c.pen.hic aūt loquiť in Archiep̄o,q̄ nō mit
titur per papam,licet cōfirmeť per eum . & ideo non vtiť
insignijs,sed solū intra suā prouinciā.Host.vero dicebat,
ꝙ in proconsule,& in similibus.si vtať insignijs suę digni
tatis,nulli fit præiudicium.hic secus, q̄a istud insigniū vř
significare,ꝙ locus , in quo talia insignia portanť subia-
ceat iurisdictioni insigniti.facit qđ dixi in not.& sic resi-
det Io.An.& Do.Ant.nec declarant:q̄a per hoc insigniū
magis alteri fiat p̄iudiciū.Sed potes dicere , q̄a istud in
signium datur,vt j̄.certum locū ipsius insigniti vtať. vř p̄
consequēs,ꝙ denotaret locum alterius prouincię,in quo
vtereť, eē illi subiectū.& sic quodāmodo fieret alteri prę
iudicium:ideo illo non pōt vti de iure cōi extra prouin-
ciā,vel potes dicere,ꝙ istud cōtingit ex eo:q̄a expresse fit
limitata cōcessio.vt intra suā, ecclesiā seu ecclesias suæ p̄
uinciæ vtať.& iō merito nō pōt vti extra ꝓuinciā, q̄a ex-
cederēt lites cōcessionis sibi factæ,qđ esse nō dēt,cū limi
tata ꝯcessio limitatū debeat parere effectū.j̄.de of.dele.c.
p.& g & s̄.de rescr.cum dilecti.& l.in agris limitatis.ff.de
acq.re.do.Sed in proconsule nō reperiť limitata conces-
sio insigniorum:iō illis vtať,quo ad voluntariā iurisditio
5 nē,& extra ꝓuinciā.¶ †In gl.cōsuetudo.in fi.no.bene gl.
q̄ vř velle,ꝙ palleū cōcessum p̄ prima ecclesia remaneat
in illa,si Archieps̄ transferať ad aliā. & idē vř voluisse gl.
in c.bone.el ij.ad fi.de postu.s̄.Sed ꝯtrariū tenēt Doc.in c.ij.
s̄.e.& ibi dixi . vñ dū gl.dicit,ꝙ nō trāsferť cū eo palleū si
se trāsferat ad ad aliā sedē seu ecclīā.Intellige:ꝙ nō trās-
ferť q̄tū ad vsum,sed bñ portabit illud secū,& cū illo, se-
6 peliet sm formā,q̄ dixi in d.c.ij.¶ †In gl.indulgemus.in
fi.sentit gloss.ꝙ vbi inuitatur Ep̄s,vel Archieps̄ in aliena
diœcesi vel prouincia de iure cōi , tunc possit prædicare
& celebrare diuina.Sed contrariū vř velle hæc litera,q̄ vř
velle ,ꝙ requirať priuilegiū Papæ.Sed forte gl.hic voluit
sentire opinionem quorundā,q̄ voluerūt ꝙ qn̄ Archieps̄
inuitatur in aliena prouincia,ꝙ de iure cōi possit celebra
re,& vti palleo.& hoc qn̄ solum vult celebrare.Sed si vel
let ordinare clericos suos,vel suffraganeū cōsecrare : tūc
nō possit sine indulgentia,seu priuilegio,Papæ.& ideo se
cūdum eos verbū indulgemus,hoc modo stat ꝓprie: &
improprie,qn̄ solū vult celebrare.Nam tunc sufficit,ꝙ ac
cedat cōsensus illius,ad quem spectat ecclesia,in qua ce-
lebrat . Nā de iure cōi poterit tūc celebrare:& hoc respe-
ctu deberet exponi indulgemus.id est,indultum esse ostē
dimus.Sed vbi etiam velit celebrare,ordinando clericos,
vel cōsecrando suffraganeum , tuuc necessaria est indul-
gētia Papę:q̄a nō sufficit tunc consensus illius, ad quem
spectat ecclesia,in qua vult celebrare. & ideo tūc hoc re-
spectu verbum indulgemus Stabit proprie.& sic volunt
isti,ꝙ non possit Ep̄s in aliena diœcesi ordinare clericos
suos,etiam de licētia,vel consensu diœcesani loci. & istā
opinionē tenuit Iac.de Albēga.& Philippus , & assignāt
rationem:quia diœcesanus loci non posset illos ordina-
re vel iudicare ex quo non sunt sui subditi.xj.quæstio. ij.
c.j.& ij.ergo & de illis non poterit dare licentiam,Ep̄o il
lorum,vt illos ordinet in diœcesi ipsius dātis licētiā . sed
ista opinio videtur esse contra tex. inquantum hæc opi-
nio vult ꝙ sine priuilegio possit Archiepiscopus extra ꝓ-
uinciā vt palleo,interueniente cōsensu illius,ad quē spe-
ctat Ecclesia in qua vult vti . Nam violat literam & im-

propriat

propriat illam, quo ad verbū indulgemus, vt patet ex supradictis. Item nō vř vera, in quantum vult, ꝙ Episcopus non possit ordinare clericos suos, extra diœcesim suam, de consensu Diœcesani loci. Nam primo vř, ꝙ de iure cō muni hoc possit ex eo: quia Eps inuitatus in aliena prouincia, alias diœcesi potest de cōsensu Episcopi, seu diœcesani inuitantis, in diœcesi ipsius inuitātis ordinare clericos inuitantis, vt patet ex his, quæ habentur ix. q. ij. c. j. & iij. & c. non inuitati. vbi patet, ꝙ de permissu illius potest subditos ipsius permittentis ordinare, & iudicare in diœcesi permittētis, & sic multomagis, debet posse suos proprios clericos ordinare, & iudicare in diœcesi aliena, de consensu ipsius diœcesani, cum in casu præcedēti, interuenit duplex gratia, seu concessio: scilicet respectu ꝑsonarum, quæ ordinantur, quæ nō sunt subditæ ordināti. ¶ Sed eo casu, quo Eps proprios clericos ordinat, vel iudicat in diœcesi aliena, de consensu ipsius diœcesani: tunc interuenit vna sola gratia, seu concessio: ideo multo fortius id debet posse fieri, & hoc etiam cōiter tenetur, vt patet in his, quæ no. j. de offi. leg. nouit. & de offi. ord. vt litigantes. lib. vj. ¶ Et ideo, quo ad hoc non requiratur licentia Papæ, dummodo non vteretur pallio, per iura præall. ¶ Et per prædicta vř, ꝙ etiam si solummodo Archiepiscopus velit celebrare cum pallio, in aliena prouincia, nō poterit vti pallio sine licētia Papæ, & etiam si interuenit cō sensus illius, ad quem spectaret Ecclesia, in qua velit celebrare, & etiam istud procedit multo fortius, si velit celebrare ordinando clericos, vel consecrando suffraganeū: nam talia non debet facere Archiepiscopus sine pallio s.

7 de elec. quod sicut. §. j. ¶ † Episcopus tñ, qui non esset Archiepiscopus posset ordinare clericos suos in aliena diœcesi, & de iure communi, si interueniat consensus diœcesani loci. Et per prædicta facit quod no. gl. in cle. ij. de priuile. Et ꝙ dixi posset ordinari per Epm, vel iudicari clericos suos in diœcesi aliena de consensu diœce. intellige si in hoc etiam consentiant ipsi clerici, alias secus saluo casu Cle. quamuis. de fo. compet. quæ loquitur in Episco-

8 po expulso. ¶ † Et per prædicta patet, quod quo ad hoc, vt Archiepiscopus in aliena prouincia possit vti palleo, de quo in litera tria requiruntur, videlicet ꝙ habeat priuilegium Papæ. Item permissio eius, ad quem spectat Ecclesia, in qua vult vti. Item tertio, ꝙ altera de causis in litera hic expressis interueniat, vnde altero prædictorum deficiente non poterit vti palleo: quia verba priuilegij diligēter sunt seruanda, vt j. de prim. porro. Quis autem sit ille, qui habeat consentire, vt possit vti palleo: dicunt illi, qui tenent, quod de iure communi possit vti palleo celebrādo, si non ordinet clericos aut consecret suffraganeos, & sic solummodo celebrat missarum solennia, interuenienter consensu illius, ad quem spectat Ecclesia, in qua celebratur, quod necessaria erit licentia, nedum diœcesani loci, sed etiam Archiepiscopi illius prouinciæ: quia illi Archiepiscopo proprie vř præiudicari, qui habet vsum pallei, in qua prouincia vbi tñ haberet indulgentiam, sufficeret licentia diœce. quæ sola alias non sufficeret, etiam si ipse diœce. esset palleatus, saluo nisi esset exemptus: & quia palleum est signum prælationis, vt patet s. c. proxi. ¶ Sed vt dixi ista opinio non est vera: quia de iure communi, nullo casu potest vti palleo, in aliena prouincia: ideo semper requiritur indulgentia, & dicit Host. ꝙ requiruntur etiā licentia illius, ad quem Ecclesia pertinet iure Metropolitico, vel alias quo ad vsum pallei. arg. eorum, quæ habentur in simili, in c. cum nullus. de tem. p. ordi. in vj. & sic nō sufficiet licentia diœcesani non palleati, & forte etiā non sufficiet, si sit palleatus nisi forte esset exemptus: q̄a alias etiam Archiepiscopus potest vti palleo, & sic de vtriusq; præiudicio agi videretur, & consequenter vtriusque licētia requiretur, arg. j. de regu. iur. ꝙ omnis. lib. vj. Prædicta autem inducuntur in arg. ad quæstionem prædicatorum & minorum: quod licet sit eis concessum priuilegium supra confessionibus audiendis: requiritur tñ etiam licētia Parochialis sacerdotis, sed de hoc, vt habetur hodie in c. dudum. de sepul. vbi terminatur cōtrarium. ¶ Vltimo tractat hic Io. An. an Archiepiscopus, de quo in litera & subscriptione posset vti hodie isto palleo, secundum indulgētiā hic positam, & concludit inspicienda esse verba priuilegij: quia si fuit reale, sic concessum Ecclesiæ, & dignitati, extenderetur ad successorem nisi appareat reuocatum. Si vero fuerit personale: tunc non posset hodie vti hoc priuilegio Archiepiscopus Cōpostellanus, per id, quod habetur de reg. iur. priuilegium. lib. vj. ¶ Si autem verba essent dubia, recurrendum esset ad no. j. de offi. dele. quādo Abbas: quia inspiciendum esset an priuilegium concederetur personæ, an dignitati, vt ibi patet, & etiā no. per Io. An. in dicta regula, priuilegium in Mercurialibus.

SVMMARIVM.

1 *Pallio vti potest Archiepiscopus in qualibet Ecclesia suæ prouinciæ, etiam si non sit cathedralis.*

2 *Pallio vti potest Archiepiscopus, quando missā celebrat, & in diebus solennibus.*

3 *Et si transeat ad aliam prouinciam, an sufficiat licentia diœcesani, in cuius diœcesi, virtute priuilegij, vult vti pallio: an vero requiratur licentia Archiepiscopi.*

CVm sis. In qualibet Ecclesia suæ prouinciæ, potest Archiepiscopus vti palleo. h. d. In prima decisa consultatio. In secunda responsio. secunda ibi: vbicunq;. ¶ Et aduerte, quia aliqui forte interpretabantur, ꝑ Ecclesias prouinciæ intelligi debere, solum de Cathedralibus, quod remouet ista decre. dicens, ꝙ in qualibet Ecclesia prouinciæ, & sic etiam, si non sit cathedralis, ꝙ poterit Archiepiscopus celebrans, vti palleo in diebus per-

1 missis, & ex hoc potes colligere casū i decretali. ¶ † No. j. ꝙ Archiepiscopus pōt vti palleo, in qualibet ecclesia suæ prouinciæ, etiam si nō sit Cathedralis, cum litera indistincte loquatur, & sic indistincte debet intelligi, arg. j. de pri

2 uile. quia circa cum si. ¶ † No. ꝙ Archiepiscopus demum potest vti palleo, quando celebrat missam, & in diebus solennibus, de quibus dictum fuit per gl. s. eo. ad honorem. ¶ Et no. etiam quid significet palleum in archiepiscopo. facit quod habetur s. eo. ver. & in præalle. c. ad honorem. ¶ In glo. j. ibi. sed ꝙ dicit &c. Et pro hac prima solutione facit: quia non est absonū, ꝙ vniuersalis dispositio restringatur ratione subiectæ materiæ, vt legitur & no. in l. j. C.

3 de sacrosan. eccle. ¶ † In ea. ibi vel diœce. No. bene ꝙ videtur velle gl. ꝙ sufficiat licentia diœce. in cuius diœce. Archiepiscopus extra ꝓuinciam, virtute priuilegij, vult vti palleo, & sic videtur velle, ꝙ requiratur demum licentia Archiepiscopi prouinciæ, si in diœce. ipsius Archiepiscopi celebret, de quo dixi in c. præcedenti. nam vř per ea, q̄ ibi dicta fuerunt, ꝙ hæc gl. non procedat. vnde potes concludere, ꝙ si in aliqua Ecclesia Parochiali alterius ꝓuinciæ velit celebrare si ipse sacerdos parochialis non cōtradicit videtur, ꝙ quo ad eius præiudiciū possit, facit quod habetur in l. diuus. ff. de seru. rusti. prædi. & quod dicetur in c. sequenti. vnde ipso contradicente non posset alibi celebrare cum palleo. Nam etiam non sufficit licentia diœcesani loci, & hoc clarum si alias diœce. non sit palleatus & idem vř, si sit palleatus ex priuilegio Apostolico: quia non solum aget de eius præiudicio, sed de præiudicio Archiepiscopi: qui vsum pallei habet in tota prouincia: & ideo requiretur licentia ipsius Archiepiscopi in cuius ꝓuincia ipse vult celebrare, & illa sufficiet, si Episcopus nō esset palleatus, & non contradiceret ipse nec sacerdos parochialis: sed si esset palleatus, tunc videtur requiri licentia ipsius diœcesani, & etiam licentia ipsius Archiepi nec sufficeret

ſufficeret licẽtia ſolius diœce:licet eſſet palleatus,per ea,
quæ dixi ſ̃.c.proxi.Saluo niſi ſecundum aliquos talis diœ-
ce.palleatus eſſet exemptus:quia tunc ſufficiet licẽtia ip-
ſius diœce.abſque licentia ipſius Archiep̃i.& iſtud vr̃ ſe-
qui Inn.& etiam Io.An.vt tetigit etiam ſ̃.c.proxi.Sed ſor
te poſſet dici contrarium, per ea quæ habentur in cle.Ar
chiep̃o.de priui.vbi Archiep̃s poteſt vti palleo, etiam in
loco exempto ſuæ prouinciæ, niſi reſtringas illud proce-
dere, quando talis locus exemptus non haberet præla-
tum,& hoc modo intelligendo poſſet ſaluari opin. Inno.
& Ioan.And.&c.

S V M M A R I V M.

1 *Palleo vti non debet Archiepiſcopus,quando celebrat pro defunctis.*
2 *Sandalia ſunt calceamenta purpurea,quibus vtuntur epiſcopi, quando ce-
lebrant.*
3 *Celebrare an poſſit Epiſcopus vel Archiepiſcopus in aliena diœceſi, de licẽ
tia diœceſani vel ſacerdotis Parochialis.*

Via nos. Sine palleo & ſandalijs poteſt
Archiep̃s celebrare.h.d.Et po
nitur in prima deciſa conſultatio.In ſecunda
reſponſio.ſecunda ibi inquiſitioni. ¶Not.ꝙ
Archiep̃s poteſt ſine palleo celebrare,tam in
ſua,q̃ in aliena prouincia, ſed cum palleo de iure cõmu-
ni non poteſt niſi in ſua prouincia celebrare, & demũ in
certis diebus,& ſic non omni tẽpore, de quo ſ̃.in c.ad ho
1 norem.¶†Not.ſm verum intellectum,ꝙ non poteſt Ar-
chiep̃s vti palleo,qñ celebrat pro defunctis,niſi hoc con-
2 tineatur in priuilegijs Eccleſiæ ſuæ. ¶† Quid autem ſint
ſandalia; de quibus fit mentio hic in litera habetur in §.
compages.xciij.diſt.Nam vt dicit Petrus ſunt calceamẽ-
ta purpurea,vel de purpura, quibus vtuntur ep̃i qñ cele-
3 brant.¶†In gl.j.in fi.no.bene gl. quæ in ſui principio vr̃
velle,ꝙ cum licentia diœce.poſſit Archiep̃s,vel Ep̃s cele
brare in alia diœceſi.Et quia aliter non diſtinguit, videt̃
velle,ꝙ poſſit celebrare etiam in pontificalibus,& maxi-
me per id etiam,quod hic tangit in fi.ſed Inno. hic aliter
dicit.Nam di. ꝙ de licentia diœce. vel etiam Parochialis
ſacerdotis poterit Ep̃s vel Archiep̃s in aliena diœceſi ce
lebrare,dummodo celebret ſine pontificalibus:quia in il
lis ſecundum eum non poſſunt vti:niſi ſuper hoc ſint pri
uilegiati,allegat quod habetur in c.ad ſupplicationem.j̃.
ti.j.Hoſt.vero tenet cum gl.& dicit ꝙ etiam in pontifica-
libus poterunt celebrare,& plus etiam dicit,ꝙ etiam ſine
licentia poterunt prædicare:niſi ſpecialiter prohibeatur,
& ſic debet ſeruari ex generali conſuetudine Eccleſiæ,fa
cit quod no.j.de hær.excõmunicamus . & in cle.Archie-
piſcopo.de priui.indulgentias tñ dare non poſſunt : quia
illas dare eſt iuriſditionis:& ideo nõ poſſunt dari niſi ſub
ditis j̃.de pœni.& remiſ.c.qđ autem.& viij.q.ij.& iſtud etiam
videtur tenere gl.in dicta Cle. Archiep̃o.de priui.de iure
tñ,ceſſante conſuetudine,videtur verior opinio Inn. per
id,qđ habetur in d.c.ad ſupplicationẽ.j. tit.j. ¶ Item ad-
uerte:quia prædicta vera in Ep̃o,qui non vtitur palleo de
iure communi & idem in Archiep̃o, ſi vult celebrare ſi-
ne palleo : cum palleo autem non poſſet celebrare extra
prouinciam, abſque priuilegio Papæ, & licentia ep̃i vel
Archiepiſcopi,ſecundum ea quæ dixi in c.præcedenti.&
c.ex tuarum.¶ Item hæc vera, qñ ſimpliciter volunt cele
brare miſſam:ſed ſi vellent ordinare clericos ſuos in alie-
na prouincia vel diœce. tunc quia Archiepiſcopus nõ de
bet clericos ordinare ſine palleo ſ̃.de elec. quod ſicut.§.p̃
terea.non poſſet ſine priuilegio Apoſtolico, & ſine licen
tia illius ad quem Eccleſia pertinet, in qua vult celebra-
re,& ordines conferre,quod intellige vt dictum fuit in c.
præcedenti.& in d.c.ex tuarum . ſed ſi eſſet Epiſcopus,q
non vtitur palleo, tunc in aliena diœce. non poſſet ordi-
nare clericos,ſine licentia ipſius diœce. & etiam tetigi in
d.c.ex tuarum.& voluit gl. in cle.archiepiſcopo . & ſic li-
cet archiepiſcopus in aliena diœce.poſſit celebrare in põ
tificalibus,ſine licentia dummodo nõ prohibeatur ex ge
nerali conſuetudine Eccleſiæ,& facit quod habetur in ſi-
mili in l.diuus.ff.de ſerui.ruſti.prædio. tñ non poterit or-
dinare clericos,etiam ſuos ſine licẽtia diœceſani, de quo
etiam per gl.in dicta cle.archiepiſcopo.¶ In glo.fin.in fi.
melius facit c.porro.quod ibi ſequitur.Inn.vero dicebat,
ꝙ quarta.q.de qua hic ſoluitur, ex eo cum non poſſit ar-
chiepiſcopus vti palleo,niſi in diebus ſolennibus, ſeu in
ſolennitatibus,nõ poterit vti qñ celebrat pro defunctis :
quia non cenſetur tunc eſſe ſolennitas:ſed Hoſt. tenet in
tellectum gl. quia hic in litera non fit mentio de ſolenni
tatibus:ſed ſolum de diebus:ſed forte Inn. habuit reſpe-
ctum ad id,quod dixi in titu.præcedenti, vbi fit mẽtio de
ſolennibus diebus,tene cum gl. ꝙ ſi in priuilegijs Eccle-
ſiæ hoc exprimatur,non poterit vti palleo.

De renunciatione. Rubrica.

¶Quia ea,quæ per poſtulationem & tranſlationem acq-
runtur,ſæpe per renunciationem perduntur.Ideo poſt p̃-
cedentem rubricam ponit iſtam : de materia iſta hr̃ vij.q.
j.& ij.xviij.q.ij.& xxj.q.ij.& repetitur in vj.& cle.

S V M M A R I V M.

1 *Eligi non debet perſona incognita,ſalua conſcientia.*
2 *Miles,durante bello,non eſt licentiandus a militia.*
3 *Dictio e,quandoque ſtat priuatiue.*

Iteras. Propter ſenectutem, nõ datur
licentia cedendi epiſcopo,ſi ſit
neceſſarius vel vtilis Eccleſiæ ſuæ.h.d. In
prima deciſa ſupplicatio.In ſecunda ipſius
repulſio.In tertia concluſio. ſecunda ibi ſi
tuam.tertia ibi monemus . In text. ibi im-
meritum,id eſt,non meritum tenere ipſum ep̃atũ. ¶Itẽ
ibi relaxari,ſcilicet a vinculo ipſius Eccleſiæ epiſcopalis.
¶No.j.duas cauſas,propter quas conſueuit peti ceſſio,vi
delicet propter defectum ſcientiæ, & etiam propter ſene
ctutem. an tamen quælibet iſtarum cauſarum ſemper ſit
ſufficiens,patet cum gl.j.& ij. ¶Not.tempora imminẽtis
diſcriminis, ſeu pericula vel pallei mutatio videntur eſſe
periculoſa:niſi euidenter aliquæ circunſtantiæ aliud ſua-
deant. ¶No. ꝙ incognito non eſt committẽdum regimẽ
1 præcipue Eccleſię. Et ex hoc etiam no. † ꝙ ſalua conſciẽ-
tia non eligitur vel promouetur perſona incognita, facit
ſ̃.de poſtu.præla.bonæ.el ij.ad fi. ¶No.ꝙ ad macerationẽ
corporis ſequitur ſtimulatio ſpiritus,& ſic videtur,ꝙ etiã
ad ſanitatẽ & robur corporis ſequitur depreſſio ſpiritus :
nam ad depreſſionem vnius ex contrarijs , ſequi videtur
alterius ſublimatio. facit quod hr̃ in l.vna.C.de peti. bo-
2 norum ſubla.lib.x.¶†Not.ꝙ miles, non eſt licentiandus
a militia, tempore quo durat bellum, nec tunc circa hoc
debet exaudiri eius petitio. ¶ Ex hoc potes notare cõtra
vitium incõſtantiæ,& puſillanimitatis. facit etiam,quod
no.gl.hic in fi.¶No.ꝙ cæteris paribus, magis creſcit de-
3 uotio in ſene,q̃ in iuuene.¶†No. de dictione e.quæ ali .
quando ſtat priuatiue ratione ſubiectę materiæ,vt hic pa
tet.¶In gl.j.ibi prorſus ineptum:& quia hic non erat ſe-
nectus talis,quæ redderet iſtum prorſus ineptum,ſeu in-
utilem:ideo non fuit ſufficiens cauſa.¶ In gl.ij.in fi.ſed ſi
iſta erat iuſta cauſa ad renuntiandum , videlicet defectus
ſcientiæ:quare non admiſit Papa renuntia? iſtius potes di
cere,qñ defectus ſcientiæ eſt magnus,vt eſt videre exem
plum in c.vlti.j.de æta.& quali.tunc eſt iuſta cauſa ceden
di:ſecus qñ non eſt magnus defectus:quia tunc imperfe-
ctum

ctum ſcientię ſupplere poteſt perfectio charitatis, vt patet in c.niſi.§.pro defectu hic allegato: & ideo tunc talia defectus non eſt legitima cauſa cedendi, & maxime tempore periculoſo, vt hic colligitur.¶ In gl.fi.ibi. & nil creditur eſſe actum donec aliquid reſtat agendum.¶ Et not. ex ordinatis poſitis in gl. quod non debet deſiſti ab inceptus: ſed perſeuerari vſque ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Renuntians beneficio, licitè illud petit, ſi de nouo eligatur.*

2 *Stallus in choro & locus in capitulo, cenſentur de partibus beneficij canonicalis.*

3 *Iuramentum & renuntiatio in dubio, reſtringuntur ad ius ſubſiſtens, ſeu competens ſecundum tempus renuntiationis.*

4 *Ex inueſtitura beneficij, videtur transferri quaſi poſſeſsio ipſius beneficij.*

5 *Poſsidere pacificè beneficium non dicitur, qui ſuper eo patitur controuerſiam.*

6 *Iurans, qui contra iuramentum vult venire audiri non debet.*

7 *Diſpenſare an poſsit Papa contra iuramentum, cauſa non ſubſiſtente.*

8 *Promittens non offendere aliquem ſub certa pœna, intelligitur promiſiſſe ratione inimicitiæ præſentis, vel præteritæ, & non ex inimicitia ex cauſa noua ſubornata.*

9 *Renuntiãs omni iuri, quod habet vel habere ſperat aut poteſt in aliqua re: an renuntiaſſe intelligatur iuri, poſtea de futuro ſuperuenienti.*

10 *Renuntians cum iuramento beneficium non recipere, etiam ratione iuris ſibi in poſterum quærendi: an relaxari debet per eum, cui fuit iuramentum præſtitum, vel per Papam, & an tale iuramentum ſibi præiudicet.*

11 *Iuramentum coram iudice non ſuo præſtitum, ligat iurantem donec fiat abſolutio.*

a CVm inter. Renuntiatio [a] & abiuratio bñficij, refert ſolum ad ius de pręſenti, vel de pręterito cõpetens renuntianti: & ideo excep.renun. & iuramenti, non repellitur agens ex iure poſt renun. aut iuramentũ quęſito.h.d.
1 vel breuius.† Qui abiurauit beneficium ſuum, licite petit illud, ſi de nouo eligatur.h.d. ſecundum intellectũ gl. In prima parte narrat factum. In ſecunda dat iudices. ſecunda ibi ideoque.¶ No.j.ꝙ ius canoniæ, & etiam acceſſorium ad illud, vt ius ſtalli in choro & loci &c. dicantur ſpiritualia iura.facit quod no.per glo.ſ.de conſti.c.cũ M.
2 Ferrarien.¶ † Et no.quod etiam ſtallus in choro, & locus in capitulo cenſentur, de partibus beneficij canonicalis, & per hoc vř, quod probata quaſi poſſeſſione illorum, argui & præſumi debeat quaſi poſſeſſio beneficij, quod eſt no. pro articulis faciendis.facit quod habetur ſ.de elec.c.
3 Cumana.¶ † No.ꝙ iuramentum & renuntiatio in dubio, reſtringuntur ad ius ſubſiſtens, ſeu competens ſm tp̃s renuntiationis: & ideo non excludit renuntiatorem a petitione quæ poſtea fit reſpectu iuris poſt renun. & iuramentum creati, ſeu quæſiti: & ideo renuntiãs, & iurans non petere beneficium, non excluditur, ſi poſtea acceptet & petat illud prætextu noui iuris quæſiti poſt iuramentum, ex diſpoſitione Capituli vel Papæ, vel vtriuſque.¶ Et not.qđ illud etiam procedit, ſi renuntiationi vel iuramento apponitur aliqua dictio, reſpiciens futurum tẽpus, puta promittatur vel iuretur de nõ petendo vlterius ex cauſa ſubſiſtente de præſenti ſecundum tempus renun. facit quod habetur in l.quod ſeruius.ff.de condi.ob cauſam.& quod plene no.Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obl. ¶ No. argu.pro opi.quæ habet, quod poteſtas conferendi particularia beneficia in Eccleſia collegiata, ſpectat ad collegium Eccleſiæ, de quo in c.cũ Eccleſia Vulterana
4 ſ.de elect.¶ † No.ꝙ ex inueſtitura beneficij, vř transferri quaſi poſſeſſio ipſius beneficij, vt hic vř colligi, in quantũ Papa hic mandat iſtũ, qui fuerat inueſtitus gaudere quaſi poſſeſſione ipſius beneficij, & ſic aperte innuit, quod habebat quaſi poſſeſſionem, de quo an videlicet ex inueſtitura transferatur poſſeſſio conſueuit dici in c. tranſmiſſam.ſ.de elec.& facit quod no.j. de inſt.autoritate.& ſ.de
5 conſuetu.in c.ij.¶ † Vltimo no.quod quis non vř pacificè poſſidere beneficium, ſuper quo patitur cõtrouerſiam iudicialem, vt hic vř innui circa fi.iuncto prin.& ſic facit in arg.quod pro controuerſia iudiciali, dari debeat interdictum vti poſſidetis, de quo per Bar.in l.ſi prius.ff. de nou.
6 ope.nuntia. & per do.Ant.j.de teſti.ſpo.in c.audita.¶ † In gl.j.in prin.hæc glo.facta eſt timore contrarij.c.ſi vero.de iureiu.& eo.ti.cum contingat.& j.de teſti.ſpo.accepta.in quibus patet iuramẽtum eſſe ſeruandum, & non debere audiri iurantem venientem contra ſuum iuramentũ: ſed gl.voluit ſoluere iſtud contrarium, ſcilicet quod hic non veniebat contra iuramentum, ex eo: quia non repetebat beneficium ex cauſa ſubſiſtente tempore renun. & iuramẽti. Sed volebat repetere, ex cauſa nouiter ſuperuenientẽ.poſt iuramentum & renuntiatione, & ſic ex iure nouiter poſtea quæſito, ad quod non excludebatur iuramẽtũ: quia ſimpliciter renuntiauerat beneficio, & iurauerat nõ repetere, quod iuramentum in dubio, reſtringitur ad cauſam ſubſiſtentem ſecundum tempus renun.& iuramenti: facit quod hř in l.ſi de certa.C.de tranſa.non autem ad ius quærendi in futurum ex noua cã, ſi forte iterum eligeretur, per id quod hř in c.ad audientiam.j.quod met.cau. & c.clericus.j.de iureiu.& facit etiam, quod no.per gl.& doc.in l.ſi de certa. Et ideo non habet obſtare iuramẽtũ, ſi velit agere ex iure nouiter quæſito: ſiue illud fuerit q̃ſitum, ex diſpoſitione capituli, ſiue Papæ, ſiue vtriuſque: quia vbique eſt eadem ratio: & per cõſequens idem ius. arg.c.ij.ſ.de tranſla.& ſ.de cõſt.tranſlato: nec ob.iſte tex.: quia vř velle, quod ad hoc, vt poſſit hic repetere beneficium duo debeant cõcurrere, videlicet quod ſit receptus autoritate Papæ, & de conſenſu maioris partis capituli: & ſic vř, ꝙ requiratur ius quæſitum ab vtroque: & non ſufficit ab altero tantum quæſitum: quia potes dicere, quod illud fuit ex eo: quia forte ſe obſtrinxit: ad vtrunque probandum.argu.eorum, quæ habentur j.de proba.licet tñ alias ſui feciſſet probare ius quæſitum ab altero eorum: & ſic a Papa vel a capitulo: vel forte põt dici, quod illud fuit ex eo: quia ſic fuit forma reſcripti Papalis, in quo mãdat iſtũ recipi in canonicum, & aſſignari ſibi beneficium, ſi ad id accederet conſenſus capituli.facit quod habetur in c.ſi ꝓpte.de reſcriptis.in vj.vnde poteſt dici, quod iſte Petrus renuntiauit primo omñi iuri, quod habebat in beneficio, vel ad beneficium, & iurauit ipſis de capitulo non repetere beneficium: demum poſtea impetrauit a Papa, quod reciperetur in canonicum, ſi ad id accederet cõſenſus capituli.vnde poſtea, quia maior pars capituli conſenſit, & per conſequens, quod a maiori parte repreſentatur.l.quia maior.ff.ad munici.ſ.de elec.quapropter fuit receptus & inueſtitus de beneficio: verum quia minor pars contradicebat, & opponebat de iuramẽto, habuit iterato recurſum ad Papam, qui in eius fauorem dedit literas ad iudices, de quibus hic j.ſubſcripſit.& mandauit eis, vt dř in litera.& hæc lectura gl.plana eſt.Inno.vero aliter ſoluebat contrarium dicens, quod iſte Petrus poſt renuntiationẽ, & iuramẽtum fuit receptus a maiori parte capituli, & cõſequenter ab ipſis canonicis, qui potuerunt remittere iuramentum ſibi præſtitum per dictum Petrum, & ad eorũ vtilitatem abſoluere illum.facit quod legitur, & no.in c. ij.j.de ſpon.ideo merito fuit auditus repetens beneficiũ, non obſtante iuramento: ſimiliter dicit quod non obſtabit iuřm, ſi poſtea ex mãdato Papæ recuperetur, quaſi iuramentum non extendatur ad capitulum, qñ Papa promittit, arg.l.ex facto.ff.de vulg.& pup. ſed certe iſta l.modicum. facit vt patere poteſt illam intuenti, & contra hoc dictum facere vř, ꝙ habetur ſ.de reſcr.conſtitutus. vbi Papa non vř velle tollere iuřm. vnde finaliter dicit hoc dictum debere intelligi, qñ Papa habuit notitiam iuramẽti, & cauſa ſubſiſtente diſpenſauit contra iuramẽtũ. & illo non

a Renũtiatio. Idem ſũmat hic d. Abb. ponendo caſum in terminis.

lo non obstante mandauit istum recipi. secus si non habuisset notitiam iuramenti, vt d.c.constitutus. vel etiam si non interuenisset iusta causa dispensandi cōtra iuramētum: quia tunc non esset ei cōsulendum, quod veniret cōtra iuramentum, quod quo ad Deum ligasset ipsum iurātem, & ligatum teneret. facit quod no.gl.in c. nō est.j.de
7 voto. & sic vult Inno. † quod contra iuramentum non possit Papa dispensare causa non subsistēte, adeo quod in foro conscientiæ non erit tunc tutus talis dispēsatus, si veniat contra iuramentum, quod tene menti. & idem voluit gl. in d.c.non est. facit etiam quod no.vij.q.j.scias. & j.q.vij. §.nisi rigor. & §.necessitas.cum c.sequenti. & j.de iureiu. quanto. & xxv.q.vj.c.autoritatem. & lxxxv.di.c.Florentinum. ¶ Et no.etiam, quod istud videtur quandoque procedere in materia beneficiali, vt hic patet, iuncto dicto Inn. In alia materia videtur esse magis clarum, quod quo ad forum conscientiæ non possit fieri dispensatio sine cā contra iuramentum, de quo dixi in d.c.quanto. Aduerte tñ, quod vt dicit hic do.Ant. in foro contentioso in dubio cā præsumeretur si appareat de dispensatione Papæ, argu.j. eo.in præsentia. & j.de re iud.c.sicut. & facit quod no.Cy. in simili in l.fi.C.si contra ius, vel vtili.publ. Et ideo in foro contentioso non posset argui de periurio propter dispensationem Papæ: licet aliter non appareat de causa dispensationis, quod etiam tene menti: etiam per prædicta habes solutionem, & intellectum Inn. ¶ Sed Hosti.tenet intellectum gl.tu potes dicere, & etiam hic voluit in effectu sentire do.Ant.quod solutio gl.procedit, quando iurauit simpliciter non repetere etiam occasione iuris quærendi in futurum; tunc posset procedere intellectus Inn.
8 † & prædicta faciunt ad quæstionem, si aliquis fecit pactū alicui, & promisit eum non offendere sub certa pena, qd̄ talis promissio referatur, & restringatur ad causam offendendi ratione inimicitiæ præsentis, vel præteriti: non autem si ex postfacto inimicia surgat ex noua causa. & hoc tenuit Bat.in l.aut facta.§.causa.ff.de pœnis. facit etiā iste tex.ad quæstionem, si scholaris licentiatus iurauit non recipere conuentum alibi, quam in loco, vbi est examinatus, possit de nouo facere se examinari in alio studio. Et prætextu nouæ licentiæ recipiat ibi doctoratum, quod pro hoc nō sit ibi periurus: quia ex noua causa assumit ibi doctoratum, quod est notandum secūdum do.Ant. faciunt autem prædicta ad quæstionem, si aliquis renūtiauit om-
9 ni iuri † quod habet, vel se habere sperat, aut potest in tali re, an hæc renuntiatio trahatur ad ius postea de futuro superueniens. nam videtur quod nō, nisi ius superueniēs superuenerit ex causa, vel spe subsistente tempore renuntiationis. facit quod habetur in l.quod seruius.ff.de cōdi. ob causam, & quod habetur in l.j.& ij.ff.de sta.libe. & qd̄ no.Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres. maxime in v.& vj.q-
10 stionibus.ff.de verb.obli. ¶ † Vltimo aduerte inquantum dixi supra, quod si aliquis iurat non recipere beneficium etiam occasione iuris quærendi sibi in posterum, quod talis renuntiatio habet sibi nocere per tale iuramentū, nisi relaxetur per illum, cui fuit præstitum, vel per Papam, an hæc simpliciter & indistincte procedat, & cōclude, quod tale iuramentum habet sibi nocere, nisi necessitas aliud suaderet ecclesiæ, vt quia alius non reperiretur idoneus, nisi ipse, cum tale iuramentum non ligaret in dicto casu: nec in dubio ad dictum casum trahetur. & si expresse voluisset trahi, censeretur illicitum, & sic non obligatoriū; vt voluit gl.in c. Florentinum.lxxxv.dist. & ibi etiam per Archi.super glos. vbi concludit tale iuramentum ligare, quando alius reperiret idoneus: alias eo tamen casu quo ligat, sufficit quod relaxetur per eum, cui sit præstitutum, vel per Papam, vt supra dixi post Inn. quia etiam contrarium, quod formaui in principio glos. soluebat alijs duobus modis not.supra tactis, videlicet quod hic iuramentū nō præiudicabat; quia erat præstitum post spoliationem, secus si ante, vt in contrarijs. Sed certe, vt ipse dixit, si iuramentum sponte præstatur etiam post spoliationem deberet seruari per ea, quæ habentur in c.venerabilem.de ele. nec ob.c.solicite.de resti.spoli. quia illud intelligitur quo ad possessorium recuperandæ, quod tale iuramentum præstitum post spoliationem non videtur respicere, sed solū petitorium, vt ibi plene fuit no. facit quod habetur j.eod. super hoc. vnde & dabat aliam solutionē, quod hic iura-
11 mentum non nocebat, † quia præstitum fuerat coram iudice non suo. facit quod habetur j.eo.admonet. sed ista solutio etiam sibi non placet, quia tale iuramentum sponte præstitum obligaret, donec fieret absolutio per ea, quæ habentur in prædicto c.venerabilem. ideo tene, quod superius dixi cum gl.& post Inno. Intelligendo dictum Inno. prout superius dixi super glos.

SVMMARIVM.

1 *Continens pro contento ponitur.*
2 *Qualitas inhærens personæ certificat personam.*
3 *Votum emissum in infirmitate, an valeat.*
4 *Vouere tacite an intelligatur, qui habitum monachalem petit.*
5 *Renuntiare beneficio seculari videtur quis per receptionem collatorum ecclesiæ seculari, cui bona contulerat.*
6 *Collatio beneficiorum in ecclesia inferiori a cathedrali, spectat ad prælatum & capitulum.*
7 *Relegatus ad tempus, qui erat de numero decurionum, non recuperat post tempus primum locum: secus in simpliciter ad tempus damnato.*
8 *Habitum nouitiorum post votum emissum suscipiens, an videatur professionem facere: & quid de recipiente habitum professorum.*
9 *In donatione causa mortis habet locum pœnitentia.*
10 *Monachus transiens de vna religione ad strictiorem, an vocādus sit ad electionem Abbatis primi monasterii vacantis.*
11 *Monachus promotus ad Abbatiam alterius monasterii, si postea illi renuntiat, an poterit repetere locum in primo monasterio: & an remanebit monachus secundi monasterii.*
12 *Depositus a beneficio, an possit institui inuito patrono.*
13 *Depositus ab ordine, an possit per Episcopum restitui.*

EX transmissa. Qui renuntiat beneficio suo tacite, vel expresse illud repetere non pōt. h.d. In prima ponitur partis querela. In secunda prouidet. secunda ibi, verum quoniam. In tex.ibi, indulgeri, non tamen forte pro tunc fuit habitus sibi datus, sed postea dum accessit ad monasterium recuperata sanitate. ¶ Item ibi, complendi votū. id est desiderium, vel propositum: quia re verā nullum vo-
1 tum fecerat, vt patebit cum glo.ij. ¶ † Item ibi a populo Ceserano.i.ab hominibus de Ceserano, scilicet illius loci. & sic ponitur continens pro cōtento. facit quod habetur in l.ciuitas.ff.si cer.pet. ¶ Not.j.quod ille, qui ad sui petitionem licentiatus trāsit ad aliam ecclesiam, vr perdere ius,
2 quod habebat in prima. ¶ † Not. quod ex qualitate inhærenti personæ aliquando certificatur persona, vt colligitur hic, dum dicit Pet.Rubeum. facit quod plene not.per Bar.in l. demonstratio.§.quautem.ff.de condi.& demon. sic etiam certificatur ex singularitate nominis, vt voluit gl.in l.hac consultissima.C.qui test.face.pos. dum ponit exemplum de Gallopresso, qui fuit bidellus Azonis. & posset poni
3 exemplum in Cerbaro bidello. ¶ † No.qd̄ corporis infirmitas nō vr̄ impedire actum vocis, vel professionis: & sic videtur, qd̄ valeat votū emissum in infirmitate, sicut etiā valet alius actus, dūmodo infirmitas non sit tanta, qd̄ excludat sanitatem, & discretionem mētis. alle.j.de succes.
4 ab inte.c.fi. ¶ † No.qd̄ per petitionem habitus monachalis quis videtur tacite vouere de intrando religionē. Sed certe licet do.Ant.sic hic transeat, non videtur hoc verū per ea, quæ tetigi in tex.& quæ dicentur in gl.ij. & pro hoc etiam non videtur procedere aliud notabile, quod ipse hic colli-

colligit, videlicet quod post votum simplex, si quis ingre
diatur monasterium, & moram aliquam ibi trahat, nō vr̄
profiteri, nisi aliud intercedat. Nam istud non probatur
hic, intelligendo quod non intercessit votum simplex, &
etiam notabile videtur notatum per Hosti. in c. rursus. j.
5 qui cler. vel vouētes. facit quod dicam super gl. ij. ¶ † No.
ꝗ per receptionem collatorum ecclesiæ seculari quis vi-
detur renuntiare beneficio seculari, cui bona contulerat
& ex hoc nota, ꝗ sicut bona possunt accedere personæ in
ingressu monasterij, quæ possunt postea repeti, quādo ab
ecclesia receditur, secundum nos. plene. j. de cleri. coniu.
c. quod a te. sic etiam videtur ꝗ bona, quæ clericus eccle-
siæ seculari contulit tempore, quo in ecclesia fuit benefi-
ciatus, potest repetere eo recedente ab ipsa ecclesia, & trā
seunte ad aliam, quod est no. secundum do. Anto. quia de
facili alibi hoc non inuenitur. ¶ No. ꝗ lato sumpto voca-
bulo potest dici esse matrimonium inter beneficiatū, &
ecclesiam, in qua est beneficiatus, & ab illa dissoluitur,
quando renuntiat ipsi beneficio, vt videtur hic colligi.
6 ¶ † No. ꝗ ad prælatum & capitulum videtur spectare col-
latio beneficiorum in ecclesia inferiori a cathedrali, de
quo in c. cum Ecclesia Vulterana. de elec. ¶ Not. ꝗ verba
43 tur: & tangitur per Io. An. in d. c. ex parte, cum gl. † Aduerte tamen, quia Do. Flo. hic dicit, quod existēs scholaris, & etiam multo tempore postquā fuit doctor, dubitauit de dicto Inn. an sit verum, quando duæ causæ sunt expressæ in sententia, quarum vna est contra ius scriptum, & alia non: nam secūdum eum videtur, qđ ex quo est expressa vna causa contra ius scriptum, sententia sit ipso iure nulla, p id quod habetur in c. j. infra de re iudic. nec videtur posse validari ex aliqua causa per regulam, nō firmatur. de reg. iur. in vj. Et quia etiam plus destruit negatio, quam ponit affirmatio, vt dicit gl. in d. c. cum dilectus. §. de consuetudine. postea autem dicit se diligentius considerasse, quod posset sustineri dictum Inno. vnde dicit q̄ dictum Innoc. procedit, quando sunt duæ causæ, quæ non sunt inductiuæ, seu non tendunt ad inducendum, sed veniunt causā declarandæ mentis, sicut contingit in sententia: nam illa fundatur super iurisdictione iudicis, non super causis in ea expressis: quod patet, quia valet sentētia, etiam si in ea nulla causa sit expressa. infra de re iudi. in c. sicut. Secus dicit, si sunt duæ causæ vel plures inductiuæ, hoc est requisitæ ad inducendum, & non simpliciter ad declarādum: q̄a tunc oportet, q̄ omnes sint veræ: per id, quod habetur in
44 c. ex tuarum. §. ci. j. ¶† Et per prædicta infert, q̄ quando in sententia exprimitur causa contra ius scriptum, tunc demum sententia est nulla, quando alia causa non exprimitur in sententia: quia tunc apparet, q̄ tota mens iudicis relata est ad illam causam. Secus quando exprimitur etiam alia causa: quia tunc cessat ratio prædicta, etiam si illa alia causa esset contra ius litigatoris, dummodo non sit contra ius scriptum: nam adhuc procedit dictum Inno. secundum eum: quia licet causa, quæ est contra ius litigatoris non det robur sententiæ, quo ad eius iustitiam, tamen intelligitur dare robur, quo ad validitatem sententiæ, vt sic sententia non dicatur ipso iure nulla: sicut in simili cōtingit, q̄ dominus appellando a sententia lata contra falsum procuratorem intelligitur approbare crimen iniustitiæ; imo potius impugnare: cum appellatio sui natura ad hoc tendat. & hæc sunt notanda secundum eum: licet non tāgantur per scribentes. Et licet prima facie posset dubitari an essent vera: do. vero Anto. hic in effectu tenet dictum Inno. & pro eo dicit esse text. notabilem in c. per tuas. in-
45 fra qui fil. sint leg. † Et hanc materiam, quando sententia fertur ex falsa causa, latius hic prosequitur. Si quæritur an si appareat ex actis causam, ex qua iudex est motus, fore falsam sententia reddatur nulla. de quo no. etiam tāgit gl. & etiam Bar. in l. si ad quem. ff. de acq. hære. & ibi etiam
46 de hoc plene dixi. ¶† Dom. Ant. hic considerat tres casus principales. nam quādoque exprimitur falsa causa in sententia, seu in tenore sententiæ. Quandoque vero non apparet falsitas causæ ex tenore sententiæ simpliciter, sed dicitur apparere ex sentētia regulata ad acta, ad quæ iudex expresse se refert. Quandoque vero in facto allegatur sententia lata ex falsa causa, quę non est expressa in sentētia, nec etiam sententia expresse se refert ad acta, sed allegatur ex actis apparere sententiam latam esse ex falsa causa. primo casu cōcludit, q̄ aut est falsitas causæ in facto & nō in iure: quandoque non apparet tūc dicit, q̄ si illa falsitas est notoria, sententia est nulla: per ea quæ habentur in c. inter cæteras. infra de re iudica. & in cle. pastoralis. de appell. & bene facit quod legitur & not. in c. solicitudinem. infra de app. & quod habetur in c. venerabilibus. §. pe. & c. Romana. §. vniuersitatem. de senten. excom. in vj. ¶Si autem falsitas non sit notoria, tunc sententia est valida, quamuis contra ius litigatoris. infra de re iudic. in c. cum inter. & fortius valebit, quando subesset causa etiam falsa, licet non esset expressa infra de re iudi. c. sicut. Et idem etiam, quando esset dubium, an subsit causa legitima vel non: quia in dubio præsumitur pro sententia. d. c. sicut. Si autem sententia lata est ex falsa causa in iure, & sic expresse contra ius: & tunc concludit, q̄ si duæ essent expressæ in sententia: quarum vna esset contra ius & alia non valeret sententia, per id quod dixi supra post Inno. in c. per tuas. superius allegato. quod bene facit pro dicto Inno. Si autē vna tantummodo causa sit expressa in sententia, & illa sit aperte contra ius, tunc si ex alia non potest sustineri quæ pateat ex actis, sententia erit nulla, tāquam lata expresso iuris errore in ea. infra de re iudi. in c. j. quod dicit notabiliter do. Ant. procedere, etiam si sententia tunc feratur cū dictione implicatiua, puta præsertim vel maxime. q̄a ex quo causa expressa in ea est falsa in iure, & alia non apparet ex actis, ex qua sustineri possit sententia remanebit sentētia nulla: nam non reperitur tunc causa, quæ possit implicari per dictas dictiones ex quo alia in dictis nō apparet. facit quod habetur in c. cum ex literis. infra de restitu. in integ. & in c. cum dilectus. de purga. cano. ¶Si autem ex alia causa, de qua appareat ex actis, possit iuuari sententia, tūc cō-
cludet,

clude, ꝙ si iudex tulit sentētiam expressa salsa causa in iu
re,& non adiecit aliquam dictionem implicatiuam,vide
tur ad illam expressam se restrinxisse:& ideo non valebit
sententia,licet ex alio iure possit adiuuari,per id quod ha
betur in c.ex parte.j.de conces.præben. & quod ibi no.p
Io.And.ante gl.eo.ti.c.dilectus. Secus si sententia fuisset
lata adiūcta dictione implicatiua maxime vel præsertim:
quia tunc pateret iudicem non se restringere ad causam
expressam in sententia. & ideo valeret ex quo ex actis ap
paret alia causa ex qua posset iuuari.Et propter hoc con-
sulit Iacob.de But.in practica ꝙ semper,quādo iudex ex-
primit causam in sententia , exprimat illam cum dictio-
ne implicatiua maxime , vel præsertim . & ita no.ipse in
l.ij.§.ignominiæ:ff. de ijs qui not.infa.facit quod habetur
in §.cum ergo . & §.si ergo.xj.q.iij. & hoc de primo casu
principali , quando exprimitur in tenore sententiæ salsa
causa.¶ Secundo casu principali , quando allegatur salsi-
47 tas † causæ,quæ non colligitur ex tenore sentētiæ, sed ex
sententia relata ad acta,ad quæ iudex se refert in senten-
tia : vt quia dicit, quia per G.& B.testes probatum est Ti-
tium mutuasse Seio centum , ideo condemno ipsum Se-
ium ad danda ipsa centum Titio . & in actis non apparet
per G.& B.probatum,sed potius oppositum:vt quia forte
dixerunt se nihil scire,& tunc an isto casu valeat senten-
tia.Inno.videtur fuisse sibi ipsi contrarius : nam in c.cum
Bertoldus.j.de re iudi.videtur tenere sententiam esse nul
lam:sed in c.quoniam contra salsam. ad fi.videtur tenere
cōtrarium,videlicet ꝙ valeat & habeat præiudicare, si nō
fuit appellatum.primam opi. videtur tenere Cy.in l.j.C.
de errore calculi.Et idem ibi etiam videtur velle Bart.fa-
cit ad materiam,quod no.do.Ant. In c.ab excommunica
to.de rescri.Et quod ibi etiam dixi.Do.Anto.hic conclu-
dit in casu prędicto,quando iudex expsse se refert ad acta
ꝙ si ex actis iuncta sententia euidēter,& manifeste appa-
ret de iniustitia sententiæ,tunc dicat verum Inno.in d.c.
cum Bertoldus.& Cy.in d.l.j.Exemplum patet per id,qđ
dixi supra,quando dixit iudex in sententia,ꝙ quia per G.
& B.testes probatum est Titium mutuasse Seio decem vt
patet ex actis, ideo condemno ipsum Seium ad dandum
Titio dicta x.nam hoc casu euidenter , & manifeste patet
de falsitate causæ,& de iniustitia si ex actis apparet, quod
testes dixerunt se nihil scire.Et idem in similibus: puta si
dicat, per instrumentum productum in causa probari ali
quid de quo dicit in sententia , & illud instrumentum de
hoc nil dicat : & sic in casibus prædictis videtur sententia
in se habere errorem expressum , & ideo videtur nulla p
id quod habetur in l.j.ff.quæ senten.sine app.rescin. & p
48 ea,quæ habentur in d.l.j.de errore calculi . ¶ †Cum vero
ex actis non apparet euidenter in iustitia sententiæ,q̄uis
non appareat de iustitia: vt quia dicat, quia per G.& B.te-
stes non est probatum Titium mutuasse Seio x.ideo Seiū
absoluo.nam licet visis attestationibus prima facie videa
tur esse probatum,quia forte ipsi testes deponunt de mu-
tuo facto per Titium Seio, tamen quia possibile est ꝙ iu-
dex ex alia causa non adhibuit fidem attestationibus,tūc
isto casu sententia nō erit nulla:& imputet sibi pars, quæ
non appellat.nam ad eius præiudicium transit sententia
in rem iudicatam:cum arbitrio iudicis relinquatur,quan
ta fides probationibus detur.l.iij.§.fi.ff.de testi.& facit qđ
no.Inno.in d.c.quoniam contra. ad fi.idem dicit do.Ant.
si iudex dixerit,quia probatum est Titium debere Seio x.
ideo condemno ipsum ad dandum dicta x. Et ideo dicit,
ꝙ licet non appareat ex actis probatum : tamen quia po-
tuit moueri ex alijs probationibus quæ non sunt in actis,
tunc sententia non erit nulla:& tunc imputet sibi pars,q̄
49 tunc non appellat. ¶ †Sed aduerte, quia illud dictum nō
videtur procedere , si iudex expresse se retulisset ad acta ,
vt quia dixisset : quia probatum est Titium debuisse Seio
decem,vt patet ex actis, ideo ipsum Titium cōdemno ad
dandum dicta x.Seio . nam si in actis non apparet proba-
tum,sententia haberet in se errorem expressum per rela-
tionem ad acta,ideo videtur,ꝙ tunc nō valeret, per id qđ
habetur in d.l.j.§.j.ff.quæ sen.sine app.rescin.& in d.l.j.C.
de errore calculi. Dictum autem do.Ant. posset procede-
re,quando non refert se ad acta,sed simpliciter dicit,quia
probatum est Titium debere Seio x.& idem si dixit, quia
reperimus Titium debere Seio decem , ideo condemna-
mus ipsum &c.nam tunc valet sententia,licet in actis nō
appareat Titium debere Seio decem,vt voluit hic domi.
Ant.quod tene mēti. Et idem etiam Bart.in l.si is ad quē.
ff.de acq.hære. Et ideo imputabitur tunc parti,quæ lædi-
tur ex sententia , si non appellat . & hæc de secundo ca-
50 su principali. ¶†Tertio & vltimo casu, quando salsa cau-
sa non exprimitur in sententia, nec etiam iudex se refert
ad acta,sed simpliciter tulit sententiam: tunc dicit hic do.
Ant. ꝙ si ex actis apparet euidenter in iustitia sententiæ ,
sententia erit nulla,quando talis euidens iniustitia colli-
gitur ex ijs quæ tergiuersatione nō possunt cęlari & quo
tum fides non est in arbitrio iudicantis. Exemplū ponit,
si forte iudex tulit sententiam , quæ in effectu est contra
confessionem partis de qua patet ex actis . item per talē
confessionem secundum eum apparet de notoria & eui-
denti iniustitia sententiæ.allegat quod not.Inn. in c.quia
plerique.j.de immu.eccle. & in c.fraternitatis.j. de frigi-
dis. & ideo secundum eum sententia non valeret . ¶ Sed
certe illud dictum non videtur procedere,quia posset esse
quod confessio illa de qua patet in actis,fuisset erronea,&
inconsulte facta,vel forte non habente potestatem confi
tendi:non videtur, quod sententia debeat esse nulla , sed
potius debeat mero iure valere:& imputet sibi pars,con-
tra quam lata est sententia si non appellauit.nec obstat di
ctum Inno.positum in d.c.quia plerique. & in d.c.frater-
nitatis.quia non loquitur ibi de cōfessione factaante sen-
tentiam,sed loquitur quando quis post sententiam confi
tetur illam esse iniustam: quo casu bene statur ipsius con
fessioni in præiudicium ipsius confitentis,etiam si sentē-
tia transiuisset in rem iudicatam:licet tunc non potuisset
contra illam probari,nisi per confessionem partis factam
post ipsam sententiam.¶ Si autem contra probationes,q̄
possunt tergiuersatione cęlari, seu contra quæ multa pos
sunt opponi,sic lata sententia,quamuis ipsa sententia nō
referat se expresse ad ipsas probationes : tunc dicit ꝙ snia
non erit nulla.exemplum,si iudex absoluit Titium,& ta-
men per testes apparet ex actis probatam esse intentionē
agentis:nam valebit sententia: quia licet prima facie ap-
pareat probatum per testes , forte iudex non adhibuit fi-
dem testibus ex aliqua causa,& vt dictum est , quanta sit
fides testibus adhibenda,relinquitur eius arbitrio.d.l.iij.
ff.de testi.ideo imputet sibi pars,contra quam lata est sen
tentia,si non appellauit: quia ex quo prima facie appare-
bat probatam intentionem eius per testes,potuit in cau-
sa appellationis obtinere,si aliud non appareret,quanuis
quo ad validitatem sentētiæ sufficiat , ꝙ licet prima facie
probata sit intentio agentis:tamen possibile est , ꝙ iudex
non adhibuit fidem probationibus ex aliqua causa. ¶ Et
idem dicendum,si condemnasset reum,licet ex actis non
appareret sufficiens probatio: quia quo ad valorem sentē
tiæ satis est,ꝙ potuit iudex moueri ex alijs,quæ non appa
rerent in actis,per istum tex.imputet ergo sibi tunc pars,
si non appellat,quia sentētia transiuit in rem iudicatā,ex
quo valet etiam si non appareret de causa,propter quam
iudex fuisset motus ad condemnādum:& per hoc est ex-
peditus tertius casus principalis.Et de materia ista etiam
vide per domi.Anto.in d.c.ab excommunicato. de rescr.
& per glo.& Bat.in l.si is ad quem.ff.de acquiren.hæredi.
& ibi etiam ibi.& tangetur etiam in c.quoniam cōtra fal-
sam.ad fi.j.de proba.¶ Vltimo tangit hic domi.Ant.quia
satis dictum est superius, quando aliquid geritur per mo-
dum

dum iurisdictionis contentiosę, an præsumendum sit
51 pro gestis per iudicem. Tangit † etiam quid de actibus, qui geruntur per modum voluntariæ iurisdictionis, vel extraiudicialis potestatis. Et concludit, quòd si quæritur, an præsumatur pro fundamento potestatis: nam gloss. in l. ab ea parte. ff. de proba. velle videtur, quòd sic, quam tene menti. & facit quòd nota. Innocen. in capitu. innotuit. infra de eo, qui furtu. ordi. rece. Si vero quæritur, an præsumatur pro iustitia actus gesti, Gloss. videtur velle. quòd non in capitu. quòd sicut. de elect. domin. Anto. hic concludit, quòd aut ius exigit solennitatis probationem fieri debere, & tunc clarum quòd non præsumitur, nisi probetur. infra de senten. excommu. sacro. & eodem titulo capitu. primo libr. vj. Si autem non exigit solennitatis probationem, & tunc aut exigit in actu interuenire scripturam, aut non exigit scriptu interuenire primo casu. Compost. in ca. in Genesi. supra de elect. simplr dixit. quod tūc
52 non præsumitur solennitas, nisi probetur. ¶ † Sed domin. Anto. hic actius concludit, quòd aut in scriptura enuntiatur solennitas, & tunc illa præsumitur per id quod legitur, & not. in c. Albericus. infra de testamen. per Ioan. Andr. Innocen. Si autē non est enuntiata scriptura, & tunc si non negatur, præsumitur pro illa, per id quod not. Ioan. And. post compost. in capitu. cum dilectus. de consuetu. Secus si negatur, ex quo apparet scriptura, & nō apparet solennitas in ea enunriata. facit quod not. Archi. in c. Lugdunē si. ix. quæstio. iij. ¶ Si autem non apparet scriptura, tunc si non negatur solennitatem interuenisse, præsumitur illam interuenisse, per id quod not. Ioan. And. post Compo. in cap. cum dilectus. supra de consuetu. Si autem negatur solennitatem interuenisse, tunc non præsumitur pro illa, nisi probetur potissime: quia ius requirit scripturam interuenire, & de illa non apparet, prout voluit Compo. in præallegato capi. in Genesi. de elect. Si autem ius non exigat scripturam, tunc si non negatur, pręsumitur pro illa per id quod supra dictum est. Si autem negatur, & tūc si actus est gestus de recenti non pręsumitur. nisi probetur: secus si actus esset gestus de longinquo per id quod no. Ioan. An. post Innoc. & Hostien. in c. Albericus. infra de testamen. & de materia per Innocen. & per Compost. in prædicto capi. in genesi. & facit etiam quod no. per Innocen. in c. eum olim. infra de dolo & contu. & in c. Lugdunensi. ix. quæstio. iij. & glo. in capitu. pręsentiam. vij.
53 q. ij. ¶ † An autem de alijs gestis per modum contractus præsumatur, quòd solennitas sit gesta, tangitur aliquid per Innocen. in d. capi. innotuit. Et per Barto. in l. sciendum. ff. de verborum obligationib. & per do. Anto. in c. sicut. infra de re iudi. ¶ Et ibi tangetur, & communis consueuit esse conclusio, quòd si est solennitas intrinseca, præsumitur. d. l. sciendum. secus si extrinseca. l. quicunque. §. fin. ff. de
54 publi. ¶ † Et dicitur intrinseca solennitas, quam natura verborum importat, vel apta nata est importare, vt plene not. per Dinum, & Barto. in dicta l. sciendum. Vltimo potes addere eis, quæ dixi supra, pręsumi pro fundamento potestatis actum facientis in extraiudicialibus, vel in ijs, quæ sunt voluntarię iurisdictionis prout voluit glos. notabilis in l. ab ea parte. superius allegata. nam licet dominus Antonius transeat cum illa, tamen debuit intelligi, & limitari, quando actum faciens erat in quasi possessione exercendi ipsum actum, & sic communi opinione reputabatur, per id quod habetur in l. Barbarius. ff. de officio præto. & per Ioan. And. in capitulo nihil est. ad fin. supra de elec. & per Guil. in Speculo. de actore. §. primo versi. sed pone.

SVMMARIVM.

1 *Literarum traditione censetur quis renuntiare iuri, quod ei ex dictis literis competit, non etiam iuri iam quæsito per executionem dictarum literarū & nu. 5. & 7.*
2 *Causa perempta non propterea perimi effectum iam in esse productum.*
3 *Damnum non debere aliquem sentire ex eo, ex quo lucrum debet percipere.*
4 *Dolum præsumi ex circunstantijs, & indicijs.*
6 *Actionem de dolo non concurrere cum alio remedio.*

SAnè dilecto filio. Qui renuntiat literis, non intelligitur renuntiare iuri iam per literatum executionem acquisito hoc dicit. secundum communem lec. Et in prima recitat factum: in secunda ponit mandatum.
1 Secunda ibi, quia vero. ¶ † Not. primo secundum vnum intellectum, quòd licet per traditionem literarum quis videatur renūtiare iuri pēdenti ex literis, non tamen videtur renuntiare iuri iam acquisito per executionem literarum. Et hoc etiam not. quòd per renuntiationem literarum quis
2 non excluditur a iure iam per literas acquisito. † Et per hoc etiam nota, quòd perempta causa, non per hoc perimitur effectus iam in esse productus. facit quod legitur, & not. per Legistas in l. pluribus. §. & si placeet. ff. de verborum obligationib. ¶ Ex prędictis not. quòd litera seu rescriptum non habetur loco tituli, quando per literas iam est acquisitum ius vigore institutionis, vel collationis, de quo per Ioan. Cal. vt ibi etiam dictum fuit in c. nostra. su-
3 pra de rescript. ¶ † Item nota, quòd non debet quis dispendium reportare ex actu quo potius debet emolumentum consequi: & sic facit contra ingratos male tenuntiātes illos, quos deberent beneficiare. ¶ Item no. secūdum alium intellectum, quod licet vbi quis tradit literas capitulo, & submittit se iuri capituli, perdat ius, quod habebat, tamen ex æquitate per officium iudicis ei succurritur. facit quod habetur in c. eum inter. supra de elect. & infra de pac. cum pridem. secus si non traderet literas, sed solum voluntati, seu gratiæ capituli se subijceret: quia tūc non intelligitur per hoc renuntiare iuri suo. vt legitur, & not. in capitu. veniens. infra eod. el ij. ¶ In gl. ij. ibi, non fraudulenti. & bene facit de regu. iur. capitu. nullus ex cō filio. lib. vj. ¶ In eadem glo. ibi, sed hic præsumitur. supple ex circunstantijs ex quo fuit inductus ad tradendum literas capitulo, & ad subijciendum se iuri capituli, & postea
4 fuit delusus. ¶ † Nam ex circunstantiis & indiciis probatur dolus, vt legi. & not. in capitu. ij. de renun. libr. vl. & in l. dolo. C. de dolo. ¶ In eadem glo. ibi, recipere compelluntur. & sic videtur velle gloss. quòd de iure isti fuerunt coacti ad recipiendum istum in canonicum. Et illum intellectum tangit etiam gloss. penultima. vbi etiam gloss. ponit alium intellectum, scilicet, quod non de iure, sed de æquitate per officium iste fuit auditus. Et quis intellectus sit verior, dicetur super dicta gloss. penultima. ¶ Aduerte tamen, quia iste intellectus, quod ille fuit auditus per actionem de dolo, non videtur bene probari: propterea quia hic non dicitur, quod omnes canonici dederint consilium, & sic quod omnes fuerint in dolo, sed quidam ex eis: & sic non sequitur per hoc, quod capitulum fuerit in dolo in dando consilium, quia capitulum non dedit consilium, sed solum aliquis ex canonicis.
5 ¶ † In gloss. tertia ibi donatio intelligitur. Sed potest dici secundum Ioann. Andre. post Philippum, quod ibi, vterque videlice dans, & recipiens hoc intendebant, hic secus. Et eodem modo potest responderi ad l. qui chirographum. allegata in glossa, & ad alia iura, quæ allegat glossa. ¶ Sed certe, vt tangit hic dominus Flora. hæc solutio videtur damnari: quia non videtur ibi plene hoc apparere & ideo dicit, quod ibi agitur de iure inde quæsito per instrumenta, & quod contine-

batur ex ipsis instrumentis. Et ideo ex quo instrumenta continebant ius iam acquisitum per traditionem ipsarũ, bene videtur tunc transferri dictum ius in illud, cui dantur instrumenta. Sed hic in literis, seu rescripto nõ cõtinebatur ius iam acquisitum, sed solum mandabatur per illas prouideri: & ideo per traditionem ipsarum literarum non intelligitur renuntiatum iuri quæsito non per literas, sed per institutionem legati: & ideo de iure iste fuit auditus de quo tangetur in glo.penul. & super ea. ¶ In ea.glo.ibi, in altero non & de hoc etiam not.super glo.in c.ecclesia. el ij.supra vt lite penden.in vltima gloss.& in c.coram.j. de offic.delega.ad fi.primæ gloss.in quibus tangitur ratio diuersitatis inter redditionem instrumenti, & redditionẽ pignoris. ¶ In eadem gloss.in fi. ibi, soluitur.in gl.ij.aliud est, quando quis se solum subijcit iuri capituli, nam tunc non intelligitur renuntiare iuri suo: & ita intelligitur in d. c.veniens.j.eod.aliud est, quando quis se subijcit iuri capituli, & etiam tradit literas: quia tunc videtur renuntiare iuri suo. & ita intelligatur hic secundum vnum intellectum, & ſm istũ nõ adiretur iste de mero iure, sed ex æquitate per officium iudicis, vt tãgit gl.pe. ¶ In gl.pe.ibi nullum ius hẽt supple, de mero rigore. item ibi, implorat offi. iud.supple ex æquitate. ¶ Sed aduerte, q̃ contra istam lec. facit id quod tetigit: nam videtur, q̃ competierit actio de dolo, & non officium iudicis. Sed potest dicere, vt tetigi sup d. gl. q̃ nõ apparet, q̃ omnes canonici fuissent in dolo, nec q̃ omnes dederint consilium: sed solum quidã ex eis. Si autem appareret, q̃ fuissent in dolo, tunc satis videretur q̃ tunc competeret actio de dolo contra eos, per id quod
6 dixit glossa: & sic non competeret officium iudicis, † quia actio de dolo non concurrit cum alio remedio. in l.j.§.ait prætor.ff.de dolo. si tamen iste fuisset minor.xxv.annis, videtur q̃ posset implorare resti.in integ. per officium iudicis, per id quod habetur in c.licet. de offi.iud. & sic cessaret tunc actio de dolo, per ea quæ leguntur, & notantur. dicta l.j.§.ait prætor.ff.de dolo. sed si erat maior xxv. annis, tunc videtur, q̃ bene cõpeteret actio de dolo contra capitulum, si de ipsius dolo appareret: & sic potest intelligi gloss.ij. ¶ In eadem gloss.ij. ibi non renuntiauit institu-
7 tioni &c. Ista † opin.communiter tenetur, quia licet tradiderit suis literis, non tamen videtur per hoc renuntiasse iuri suo acquisito ex institutione legati pro executione literarum: secus si nondum fuisset institutus, & tradidisset literas: quia tunc bene intelligeretur renuntiare iuri pendenti ex literis. facit cle.gratiæ.de rescriptis. Secus vt dixi, quando est institutus: quia tunc acquiruit ius immediate ex institutione: & sic tale ius pendet ab institutione non autem videtur pendere ex literis. & istam lect. sequitur hic dom. Flo. & etiam dom. Anto. Ioan.And. tamen dicit, q̃ Innocen. hic videtur tenere, q̃ per officium iudicis huic fuerit succursum. nam dicit, q̃ hæc decre. plus innititur æquitati, quã iuri, & ideo Io. de Deo in lib.ij.quæstionum sententiarũ.q.xviij. dicit se audiuisse a Gregorio ix.q̃ decret.cum pridem.de pactis. & ista sic debent intelligi, videlicet q̃ ex æquitate per officium iudicis consulitur ei, qui literas tradidit: quo non indigeret, si solum subiisisset se gratię, seu iuri capituli, non tradendo literas, vt no.infra eod.c.veniens.in glo.ij. ¶ Et aduerte, quia contra lect.vltim.gloss.quam sequitur dom.Flo.& dom.Ant. videtur facere, q̃ tradendo literas, videtur q̃ intelligatur renuntiasse iuri quęsito institutionem legati vigore literarum, arg.l.illud.ff.de acquiren.hære. vbi patet, quòd renuntiando vni iuri videtur quis renũtiare alteri iuri sine quo renuntiatio non habet effectum. Et ideo videtur, q̃ ex quo tradendo literas, videtur iste velle renuntiare iuri suo, per iura allegata in gloss.iij. videtur consequenter quòd intelligatur etiam voluisse renuntiare iuri quęsito ex institutione. cum illud sit quæsitum vigore literarum.

Et sic videtur pro meliori opi. quam videtur sequi Innocel si vis saluare istam lec.vltimam gl.potes dicere, q̃ hic in ista traditione literarum, & per consequens in renuntiatione surgente ex tali traditione, non interuenit autoritas superioris: & solum videtur esse facta in manibus canonicorum. Ideo videtur q̃ non valuerit, ex quo ius iam erat acquisitum, per id quod legit, & no.in c.seq.& §.eo.c. admonet. nã licet sine consensu superioris possit renuntiare iuri quęrendo, vt legitur, & no.in c.ex ore.j.de ijs, quæ fi.a ma.par.capi.tamen secus est post ius acquisitum per collationem vel institutionem per nota.in c.sequẽ.& præ allegato c.admonet.

SVMMARIVM.

1 *Laicus an possit aliquem in beneficio instituere.*
2 *Renuntiationem beneficij factam in manibus laici nullam esse ipso iure. & an renuntians priuetur beneficio ipso iure. & nu.seq. & nu. 12.*
4 *Renuntiatio beneficij an possit fieri in manibus eius, a quo quis recepit illud beneficium.*
5 *Acceptilatio inutilis, an saltem valeat in vim pacti.*
6 *Transitum faciliorem esse in habentibus symbolum.*
7 *Defectus formæ maior est, quam defectus materiæ, atque ibi quod forma sit ea, quæ dat esse rei.*
8 *Renunciatio beneficij facta in manibus non sui superioris, an & quatenus valeat. & nu. 10. & 14.*
9 *Renuncians beneficio, si peniteat re integra, an sit audiendus.*
11 *Renuntiationem de beneficio factam non extinguere omnino titulum, quæ habet renuncians, nisi acceptatio superioris interueniat: atque inibi quòd sufficiat acceptatio tacita.*
13 *Beneficium renuntiatum in manibus non sui superioris, non censeri simpliciter vacans.*
15 *Possessionem facilius perdi, quam proprietatem.*
16 *Renuntiatio beneficij tacita facta sine licentia superioris, an valeat: atque inibi quomodo fiat renuntiatio tacita.*
17 *Taciti & expressi debere eandem esse conditionem, cum sit eadem ratio.*
18 *Renuntiari non posse beneficio sine licentia superioris, quatenus veri sit.*
19 *Superior quis dicatur, in cuius manibus renuntiatio beneficij fieri debeat. & nu.seq.*
21 *Renuntiationem beneficij non posse admittere eum, qui collationem eius habet non iure communi, sed ex consuetudine præscripta, & numero. 24.*
22 *Præscriptionem esse stricti iuris, & ob id videri tantum duntaxat præscriptum, quantum esset possessum.*
23 *Renuntiationis admissionem spectare ad beficij quem spectat collatio, quatenus verum sit.*
25 *Capitulum possit ne sede vacante admittere renuntiationem eius beneficij, cuius collatio ad Episcopum pertinet.*
26 *Renuntiationem factam ex causa permutationis, an possit inferior Episcopo admittere.*
27 *Patroni vel collatoris inferioris Episcopo consensus, an requiratur in renuntiatione beneficij ex causa permutationis.*
28 *Renuntiatio beneficij facta ex licentia solius superioris, an valeat, an vero requiratur etiam consensus capituli. & nu.30.31. & 33.*
29 *Episcopum non posse ardua negotia expedire citra consensum capituli.*
32 *Consuetudo, quòd Episcopus possit expedire negotia sine consensu capituli, an & quatenus valeat.*
34 *Monachus possit ne promoueri ad aliquam dignitatem ex consensu solius prælati sui citra consensum Episcopi.*
35 *Correctionem in dubio non debere induci.*

Vod in dubijs. Renuntiatio bñficij facta in manib. laici non tenet. Renuntiãs tamen est beneficio spoliandus. hoc dicit. Et primo ponit dictum, secundo taciti obiectioni solutionem: secunda ibi, licet. Et potes ponere casum, quia forte laicus molestabat clericum tanquam institutum, non ad sui præsentationem, cuius dicebat laicus se patronum legitimum, clericus renuntiauit ecclesiam in manibus laici: & de-

1 & denuo ab illo illã recepit, vt pacificaret ei. ¶†No. ꝙ laicus non potest quem in beneficio instituere, qđ intellige, nisi legitimè haberet ex priuilegio apostolico, vt not. Inno. in c. quòd sicut. de ele. & facit, quod not. gloss. & Archidi. in c. bene quidem. lxxxvj. dist.
2 ¶†Not. ꝙ renuntiatio facta in manibus laici, videtur esse ipso iure nulla. ¶ Item not. ꝙ talis renuntians in pœnam eius, ex quo in manu laici renuntiauit, videtur esse priuatus ipso iure: & sic videtur, ꝙ non sit expediens illum aliter priuare, sed solum spoliare illum possessione, secũdũ do. Anto. Hostien. tñ videtur velle contrarium. nam dum dicit litera, spoliandi, exponit. i. priuãdi. & sic ponit hic verbũ, spoliare, in bona parte, licèt aliàs ponatur in mala. j. de rest. spolia. in c. con
3 querente. ¶†Item no. ꝙ demum vr renuntians in manu laici pati hanc pœnam, & non valere renuntiationem, qñ facta est sponte renuntiatio in manu laici: secus si esset facta coactè per metum, qui caderet in constantem, per id quod hr in cap. ad audientiam. &
4 c. pe. s. quod metus causa. ¶†In glo. j. ibi, a quo recipit no. bene, quia glo. vr velle, ꝙ renuntiano beneficij possit fieri in manibus eius, a quo quis recipit bñficiũ, & sic in manibus collatoris, vel institutoris. aut confirmatoris: quia a talibus quis recipit bñficiũ. & idem voluit glos. in c. s. cod. admonet. & vij. q. j. in c. Episcopus de loco. & etiam tangit hic Inno. & idem videtur velle secundum vnam opinionẽ, de quo infra dicetur. ¶In eadem gl. ibi, an inutilis. in princip. illa facit contra, secũdum vnam literam: sed secundũ
5 aliam facit ꝓ, vt ibi nota. licèt fuerũt opiniones † an inutilis acceptilatio habeat vim pacti, vt ibi tangitur per glossam. Tamen potes concordare opiniones, vt ibi finaliter tangitur per gloss. quia aut acceptilatio peccat in solẽnitate, seu in eius forma: vt quia fit inter absentes, vel sub conditione, vel præcedit rñsio interrogationem: & tunc quia peccat in forma, nedũ valet vt acceptilatio, sed nec etiam valet vt pactum, & sic intelligitur dicta lex, an inutilis. secũdũ vnam literam. aut acceptilatio peccat in materia, super qua interponitur super contractu iuris gentium, vt sunt communiter omnes ɔtractus. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & tũc q̃a acceptilatio est actus iuris ciuilis, q̃a inuẽta fuit a iure ciuili. Insti. quib. mo. tol. obli. §. est autem. & ibi etiam ponitur forma acceptilationis: iõ rñe habet in se tacitum pactum, & sic intelligitur qđ supra dixit gl. vbi verò interponeretur sup obligatione dependente ex contractu iuris ciuilis, puta ex postulatione, vel ex contractu emphyteutico, qui sunt contractus inducti a iure ciuili, vt not. in d. l. ex hoc iure gentium. per glo. & Doct. & tunc si acceptilatio non peccaret in forma. ipso iure tollet illam obligationem. & ratio diuersitatis est inter cõtractum iuris
6 gentium, & obligationem iuris ciuilis. † quia in habentibus symbolum, hoc est similitudinem, facilior est transitus. l. tertia. §. item quæcunq;. ff. de rei vendicatione. & ideo acceptilatio, quia est de iure ciuili, facilius tollit obligationem iuris ciuilis, q̃ iuregẽ-
7 tium. † Item ratio diuersitatis est inter casum, qñ acceptilatio peccat in forma, & inter casum, qñ peccat in materia: quia maior est defectus formæ q̃ materię: nam forma dat esse rei. Et iõ iam illa destructa, actus annihilat. l. si is, qui quadringenta. §. qđã. ff. ad l. Falc. & l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhibẽ. & j. de bapt. in c. j. & in c. detrahe. j. q. j. & iõ fortius vitiat defectus formæ, q̃ materiæ. ¶Itẽ aduerte, ꝙ pro declaratione textus, & eorũ, quæ supra dixi, sunt videnda tria: primũ, an valeat renuntiatio bñficij facta in manibus non superioris. ¶Secũdũ est, ꝙs dicatur esse superior, in cuius manibus fieri dẽt renũriatio. ¶Ter-
8 cendum est, an sufficiat renuntiationẽ bñficij fieri in manibus sui superioris solũmodo. ¶Circa primũ, gl. i effectu hic voluit, ꝙ renũtiatio valeat, quo ad præiudicium renuntiantis, licèt non valeat quo ad præiudiciũ ecclesiæ, cui renuntiat, vel sui superioris. Et idẽ tenuit Gos. s. co. c. admonet. & ẽt hic, Tancredus, Philippus, Egidius, & Laurẽtius. & pro hac opinione facit, qđ hr in c. cũ appellationibus. j. de ap. li. vj. & qđ legit, & no. in c. vlt. xlviij. dist. & i c. deniq;. vj. qõ. iij. Guil. vero & Host. tenuerunt, ꝙ talis renuntiatio nullatenus valet per istũ tex. dũ dicit, nullã obtineat firmitatem: & sic ꝑ ꝑ dictionẽ vniuersalẽ negatiuã vr, ꝙ nullo respectu valeat. facit, qđ no. in simili per Legistas i l. impossibiliũ. ff. de re. iur. vbi dr, ꝙ impossibiliũ nulla est oblõ: & ꝑ id, qđ dicit gl. ꝙ nõ oritr nãlis, nec ciuilis obligatio. Pro hoc ẽt adducit tex. hic Hosti. dũ dicit spoliandi. nam vr innuere, ꝙ sunt priuãdi. Et sic vr ꝙ per renuntiationẽ ꝑdictam non perdiderunt ius in bñficio. aliter tñ sumitr verbũ, spoliare hic, q̃ in ti.
9 de rest. spo. † Renũtians tñ si velit pœnitere re integra admittetur, per id qđ hr in simili in l. is qui. ff. q. bo. ee. pos. ¶ Alij ẽt dixerũt, ꝙ per talẽ renuntiationẽ põt renuntiare honori. & ẽt oneri, abdicãdo a se iurisdictionẽ datam a superiore. facit, qđ hr in l. legatus. ff. de offic. præsi. & quod not. in c. si diligenti. s. de foro compe. do. Flo. hic tenet opinionem glos. hic positam, quæ videtur esse communis, vt patet ex ijs, quæ dixi
10 supra illam, etiam vr hic sequi Inno. † Et dicit domi. Flor. ꝙ non videtur esse differentia, siue renuntiatio fiat per clericum de beneficio in manibus laici, siue fiat in manibus clerici nõ sui superioris: nã vtrobiq; vr tenere renuntiatio quo ad renuntiantem, nõ autẽ quo ad ipsam ecclesiã cui renuntiatur, vel superiorẽ quia superior non tenetur acceptare, si non vult. Et ideo si non acceptat, non obstante renuntiatione remanebit intitulatus in ecclesia: quia non fuit in eius potestate se liberare ab ecclesia, cui erat obligatus ꝑ quasi contractũ acceptationis. facit, qđ no. s. eo. in c. admonet. Si autẽ superior acceptaret renuntiationẽ, tũc desinit esse intitulatus. Et per hoc patet, ꝙ renuntiatio prædicta hẽt in se tacitam conditionem, si superior illam acceptauerit. facit, quod hr in c. fi. j. eo. ¶Per hoc etiam patet, ꝙ si superior velit illã acceptare, non poterit renũtiãs ɔtradicere, ex quo q̃tum in se fuit renuntiauit. facit, qđ hr s. eo. ex transmissa.
11 † Nec obstat ille tex. secũdũ dominum Flori. dum dicit, ꝙ talis renuntiatio nullam obtinet firmitatem. nã dẽt intelligi, habito respectu ad ipsam renuntiatiõnẽ per se consideratam: ꝙ non extinguit titulũ omnino, nisi interueniat acceptatio superioris, prout supra dixi. Et concludit, ꝙ nedum requiritur expressè acceptatio superioris, sed etiam sufficiat tacita: puta si alij cõferat beneficium sic renũtiatũ, nec oportebit in tali collatione vocari renuntiantem. Cum non possit ɔdicere: vt superius est dictũ. Sic residet dñs Florianus.
12 ¶†Et do. Ant. dicit hic, ꝙ ista opi. potuit procedere, q̃ tenuit glo. & est communis, qñ renuntiatio fit in manibus clerici nõ superioris ipsius renuntiantis. sed vbi fit in manibus laici, tunc dicit, ꝙ nullo modo vr valere, per istum tex. Et hoc si sit statutum, ne laici in talibus se assuefeant. dicit tñ ꝙ talis renũtians in manibus laici, priuatur a iure per illum text. & sic sola restat spoliatio facti. Sed certe ibi tex. loquitur, qñ nõ solũ renuntiauit in manibus, sed etiam recepit bñficiũ ab ipso laico. Cõiter tñ allegatr, ꝙ renuntians bñficio in manib⁹ laici illo dẽt priuari. Puto tutius esse, tenere opi. gl. q̃ est cõis, & quam etiam vr sequi hic

Inno. & etiam sequitur hic do. Flo. vt prædixi. Et ad istum tex. potest responderi, vt supra dixi post domi.
13 Flo.† Et per prædicta patet, q vbi fit renuntiatio in manibus non sui superio is, non censetur bñficium tunc simpliciter vacans. & iõ nõ põt impetrari tũc, nec cõferri, antequam superior acceptet ipsam renũtiationẽ. facit qđ no. per Io. An. in regula, iuris ignorantia. ꝟ. de reg. iur. in vj. in Mercurialibus.† Et hoc vr̃
14 procedere, si quæratur an renuntiatio facta in manibus non sui superioris teneat quo ad proprietatem, seu quo ad pꝛiudiciũ pꝛoprietatis ipsius bñficij. ¶ Quo ad præiudicium aũt possessionis, dicit Inn. q per talẽ
15 renuntiationem perditur possessio. ¶ † Et pro hoc facit, quia facilius perdit possessio, q̃ proprietas. l. si qs vi. §. dña. ff. de acquir. possess. Et per hoc etiam videt, q talis renuntiatio operabitur, q renũtians interim perdet facultatem administrandi. Et hoc etiam not. glos. in c. quod Dei. in gloss. ꝟ. de statu mona. ¶ Item
16 aduerte prædicta, † inquantum dictum est, non valere renuntiationem factam sine licentia sui superioris, procedunt, qñ tractaẽ de renuntiatione expressa: in tacita autem, quæ fit per secundum beneficiũ incompatibile cum primo, videtur q non requiratur licentia superioris ad validitatẽ talis renuntiationis: vt voluit gloss. in c. ex ore. ꝟ. de ijs, quæ fiunt a maio. par. capitu. Sed contrarium cõiter tenet: videlicet, q etiam talis renuntiatio non teneat ad præiudiciũ superioris, nisi illã, nec ei pꝛiudicet, quominus superior possit cogere eum, vt permaneat in primo beneficio, & dimittat secundum, vt voluit Inno. in c. de multa.
17 ꝟ. de præben. & etiam §. eo. in cap. admonet.† Et pro hoc etiam facit: quia taciti, & expressi debet esse eadem conditio, cum sit eadem ratio, arg. l. cum quid.
18 ff. si certum peta. ¶ † Item aduerte, inquantum dictũ est, non posse renuntiari beneficio sine licentia sui superioris: nam illud procedit postquàm acquisitum est beneficium, & sic post acquisitũ ius in beneficio, secus si nondum esset acquisitum, licèt esset quęrẽdum: quia tunc posset renuntiari sine licentia sui superioris, per id quod legiẽ, & notã in dicto c. ex ore. & in c. ij. §. de trãslatione. per gl. & in c. si cle. de elec. in vj. Ide vr̃ dicendũ, qñ esset ius quæsitum, sed esset in controuersia, & super illo penderet lis: nam videretur tunc posse renuntiari sine consensu superioris, per id qđ not. per Io. An. in c. constitutis. el j. ꝟ. de appella. & in c. ij. de resti. in inte. & per gl. in d. c. si elec. Contrarium tñ vr̃ sentire domini de Rota sua conclusione. cccj. al's est ccclj. Sed prima opinio placet hic do. Antonio, qñ esset probabile dubium, an renũtians haberet ius, vel non. secunda opi. procedit, qñ certum est, q habet ius, licèt litem patiatur. Sed certe gl. in d. c. si electio. vr̃ indistinctè tenere, q requiratur licẽtia superioris. Et illa videtur verior pꝛoꝑ tex. §. eo. c. admonet. nec obstant iura superius allegata, quia si bene inspiciatur, non probant renuntiationem posse fieri sine licentia sui superioris. & hęc sufficiant de primo. ¶ † Circa fm qs dicaẽ esse superior,
19 in cuius manibus fieri debet renuntiatio: & vr̃ velle hic gl. q ille dicatur superior, qui habet conferre ius in beneficio: & sic q habet facere collationem, institutionem, & confirmationẽ. & idẽ etiam sentit. gl. in c. admonet. §. eo. ti. & in c. Eps de loco. vij. q. j. vr̃ §. di xi. & ẽt Inn. hic primo loco. Tamen dicit, q quis nõ põt cedere, seu renuntiare beneficio in manibus ꝑpositi, nisi fortè ille haberet potestatem confirmandi, vel instituendi: quia tunc posset admittere cessionem seu renuntiationem. facit quod hr̃ in c. si. ꝟ. eod. & in d. c. admonet. ¶ Et pro hoc etiã vr̃ q vbi electi i canonicos non expectauerit cõfirmationẽ, q fit renuntiare in manibus capituli. de quo tangit Inn. ꝟ. de firmo. in
20 c. ex insinuatione. † Finaliter Inn. dixit non impꝛobabiliter posse dici, q de iure põt fieri renuntiatio bñficij, si fiat in manibus illius, qui habet ptãtem instituendi & destituendi. nam per talẽ renuntiationẽ vr̃ destitui beneficiatus. facit qđ hr̃ in c. ad hęc. §. finali. de offi. Archidi. & hanc opinionẽ ẽt posuit gl. in cle. vna, de renuntia. Et hæc opinio cõiter tenetur, videlicet, q ille demum prelatus potest recipere cessionẽ, siue renuntiationem beneficij, qñ posset destituere, seu priuare ipsum beneficiatum beneficio. & ista est cõis opinio, quam etiam sequitur Lapus de Castellione in sua allegatione. xiiij. Et istã etiam sequit do. Floria. dicens, quòd licèt Innocen. in hoc variauerit, tamen finaliter residet in opinionem prædictã: quã etiam sequitur hic dominus Anto. quam etiam secundum do. Florianum tenuerũt domini de Rota in decisione sua. xlviij. Et per pręd icta videtur, quòd licèt aliquis prælatus habeat ptãtem conferendi bñficia, non tamen per hoc poterit admittere cessionem seu renuntiationem, nisi appareat, quòd etiã habeat ptãtem destituendi, seu priuandi ipsum beneficiatũ
21 causa subsistente. ¶ † Et per hoc dicunt dñi de Rota in sua conclusione. 380. aliàs est ccclxxxviij. q si aliquis Episcopus ex consuetudine præscripta habeat potestatem conferendi certum beneficiatum in alia diœcesi, quòd tunc non poterit admittere cessionem
22 seu renuntiationem talis beneficij: quia † pꝛæscriptio est stricti iuris: & solum intelligitur esse præscriptum quantũ est possessum, secundũ ea quæ hñr in c. auditis. infra. de pꝛscriptionib. in c. cũ ecclesia. infra de decimis. & in l. j. §. Iulianus. ff. de itine. actuq; priuato. & ideo dico, q Eps pꝛæscripserit ius conferendi in ea
23 su prædicto, nõ per hoc præscripsit ius destituẽdi: qđ est ius diuersum. Nec ob. si dicatur, † q ad illum, ad quem spectat collatio, vr̃ spectare etiam admittere cessionem: quia illud procedit, quando iure communi spectaret collatio beneficij. ad solum enim Epm in sua diœcesi spectat de iure cõi collatio beneficiorum, quæ mihi sunt patronata. xvj. q. vij. in c. nullus omnino. & not. per gl. & Inno. & Io. An. in c. cum ex iniuncto. ad fi. ꝟ. de hæreticis. Et ideo etiam tunc spe
24 ctat ad ipsum destitutio. ¶ † Secẽ qñ de iure speciali spectat ad aliquem institutio vel collatio bñficij: quia non per hoc spectat ad illum restitutio, seu potestas destituendi. & priuandi ipsum beneficiatum causa subsistente: nisi appareret ẽt acquisitum sibi tale ius, q etiam posset destituere, seu priuare beneficiatum: nam tale ius etiam potest cadere in inferiorem Episcopo, vt voluit Io. An. in c. significatum. ꝟ. de pben. nam ex priuilegio, vel ex cõsuetudine præscripta legitimè posset tale ius competere inferiori Episcopo. ¶ Et per prædicta etiã patet, q inferior Episcopo nõ habet ptãtem recipiẽdi resignationem beneficij, vel destituendi bñficiatum: nam cum talis potestas non cõpetit sibi de iure cõi, sed potius Episcopo, vt supra dixi, licèt ex iure aliquo spãle acquisiuerit ptãtem cõferendi, vel instituendi, non per hoc habebit ptãtem destituendi, seu priuandi bñficiatum, vel recipiendi resignationem, vel renũtiationem bñficij, nisi etiam
25 quo ad hoc appareret sibi ius fuisse acquisitũ. ¶ † Sed iuxta pdicta pt qri, nũqđ capitulũ vacãte sede succedat in ptãte admittẽdi cessionẽ, seu renũtiationẽ bñficij in bñficijs spectãtibus ad institutionem Epi, & ad eius destitutionẽ. Dñi de Rota sua conclusione. 308. als est 312. dñt, q sicq a i ijs q̃ sunt iurisdictionis, & sic in ptãte iurisdictionali, succedit capitulũ vacãte sede, vt in

vt in c. cũ olim.j.de malo.& obed.& ideo succedit in po-
testate instituendi & destituendi. Et hoc etiam tenet glo.
in clem.vnica,de rerum permu.& facit etiam quod nota.
26 in c.j.de constitu.in vj.¶†An autem in resignatione,quæ
fit ex causa permutationis,possit inferior Episcopo clau-
sulam admittere,& ipsi renuntianti autoritatem interpo
nere. Et dic ꝙ non : quia de iure communi hoc spectat ad
Episcopum,prout notat glo. in clem.vnica,de re.permu.
Ibi tamen etiam vult,ꝙ in tali potestate succedit capitu-
lum vacãte sede,per ea quæ habent̃ in dicto c.cum olim.
27 ¶†An autem , si ad inferiorem Episcopo spectat collatio
beneficij,quod resignat̃ causa permutationis , debeat in-
teruenire nedũ consensus ipsius beneficiati renuntian-
tis,sed etiam consensus collatoris vel patroni, quãdo es-
set beneficium patronatom.Gl.videt̃ velle ꝙ sic in c. j. de
re.permu.in vj.& facit quod habetur in c.ad hæc supra j.
de offi. Archidi.Et hæc sufficiãt de secundo,videlicet qs
dicatur esse superior,in cuius manibus debet fieri renũ-
28 tiatio beneficij.¶† Circa tertium,an sufficiat licentia so-
lius superioris in renuntiationem beneficij, an vero req
ratur etiam consensus capituli.Inno.hic dicit,quod si es-
set magna dignitas in ecclesia,cui quis vellet renuntiare:
vel esset talis persona,quod ex renuntiatione eius immi-
neret aliquod periculum in ecclesia, vel detraheret ma-
gno honori ecclesiæ,quod tunc non sufficeret consensus
Episcopi in tali renuntiatione, imo requireretur consen
29 sus capituli: quia † tunc tale negotium censeret̃ esse ma-
gnum seu arduum negotium,& ideo non debet fieri per
Episcopum sine consensu capituli : per id quod habetur
30 in c.nouit.& io c.quãto.infra de ijs,quæ fi.a præla.¶ † Et
quod dixi supra,videtur procedere,quando beneficium,
de cuius renuntiatione agitur, est in ecclesia cathedrali :
non autem si esset beneficium inferioris ecclesiæ , per id
quod habetur xviij.q.ij.c.statuimus.& lviij.dis. in c.si qs.
Et infra de statu mona.in c.monachi. imo plus etiam vi-
detur,quod de iure in renuntiatione beneficij debeat in-
teruenire consensus habentis præsentare, vel eligere,vel
etiam conferre,vel instituere,vbi ad alium spectaret insti
tutio vel collatio,& ad alium destitutio, & sic potestas re
cipiendi renuntiationem,iuxta superius dicta : per id qđ
31 habetur in glossa.in c.j.de rerum permota.in vj. † Si autẽ
esset beneficium,in cuius renuntiatione non immineret
periculum,de quo supra dixi,tunc videtur, quod non re-
quiratur consensus capituli ecclesiæ cathedralis. facit ad
prædicta quod no.in c.j.infra.de ijs,quæ fi.a præla.Hodie
tamen communiter Episcopi expediunt illa,quæ incum
bunt sine consensu capituli ex consuetudine infrascripta
32 vt dicit gloss.nota.in c. cum ex eo.de elec.in vj.† Et valet
talis consuetudo regulariter scđm ea,quæ habentur in c.
non est.de consue.in vj.¶ Fallit tameo , quando ageretur
de alienatione rei ecclesiasticæ,quia tunc non valet con-
suetudo,quod episcopus rem ecclesiæ possit alienare sine
consensu capituli,per id quod leg.& nota.in tex. & glos.
in cle.si vna,de reb.eccle.non alie.& infra. de dona.c.pa-
33 storalis.per Ioan.And.¶†Item aduerte, quia videtur præ
dicta limitare ibi,& hic Ioan.And.inquantum dr̃,ꝙ req-
ratur coosensus capituli in renuntiatione , quando quis
simpliciter vult renuntiare beneficio: secus si vellet tran
sire ad aliam dignitatem,quia tunc sm̃ eum videtur suffi-
cere consensus solius prælati,per id quod habetur in c. si
religiosus.de elec.in vj.Sed certe ibi loquitur,qoando qs
non erat beneficiatus , sed erat monachus, & fuerat ele-
ctus ad aliquam dignitatem:quo casu bene sufficit,quod
solus prelatus ipsius,etiam absque consensu capituli,seu
sui coouentus , det sibi licentiam consentiendi electioni
34 & transeundi ad dignitatem , ad quam est electus . † di-
cit tamen Ioan. Aodre. ibi in nouella , ante gloss. quod
licet non requiratur consensus conuentus , & quo ad
hoc sufficiat consensus solius prælati,tamen requireretur
consensus etiã Episcopi in cuius diœcesi est monasteriũ ,
in quo est monachus electus.Et si vult transire ad dignita
tem,quæ sit in alia diœcesi, requiretur expressus consen-
sus Episcopi.Si autem talis dignitas sit in eadem diœcesi,
tunc sufficiet tacitus consensus Episcopi: & sic ꝙ transeat
ipso sciente,& non contradicente , per ea quæ legunt̃ , &
no.in c.admonet.s̃.eo.dicit tamen,ꝙ consuetudo non ser
uatur,ꝙ adhibeatur consensus Episcopi,etiam si transeat
ad aliam diœcesim.Et talis consuetudo vr̃ satis posse to-
lerari,saltem si legitime sit præscripta.argumẽ. eius,quod
habetur io præallega.c.oon est de consuetu.in vj.& supra
de consuetu.c.fina.Et per hoc sit expeditum tertium du-
bium.¶In eadem gloss.ibi,& ideo melius. hanc opinio-
nem tenuit Tancre.& Hostien.¶In eadem gl. in fine.do
minus Flori.hic videtur transire cum gloss. dicens quòd
etiam de hac materia tangitur in præallega. capi.si quis.
in gloss.penultima. Et subdit,quòd illud quod dicit gloss.
de recipiente beneficium de manu laici, non debet intel
ligi,quòd collatio fiat a laico, quia tunc illa esset nulla :
cum laicus non habeat potestatem conferendi bene-
ficium ecclesiasticum , nisi super hoc esset priuilegiatus
a Papa:secundum ea quæ not.Innocen.in c.quood sicut,
s̃.de elec.Sed debet intelligi,ꝓ recipit recognoscendo eũ
in patronum ,vt diximus circa positionem casus. & tune
oon est ex hoc priuatus ipso iure:sed potest priuari ꝑ sen
tentiam:vt hic innuitur.Dominus Antonius hic videtur
35 remanere in conclusione ꝙ non corrigatur ex eo † quia
non debet induci correctio in dubio vbi aliud fieri potest
per id quod habetur io c.cum expediat . de elect. in vj. &
in l.pręcipimus.C.de appell. Et ideo cum illa iura possint
stare etiam hodie noo debet dici correcta , ¶ Nec obst.c.
præterea.allegatum in gloss.ꝙ licet illud capitulum dicat,
clericos recipientes beneficia de manu laici excommuni
candos:potest intelligi,vt referretur ad excommunicatio
nem maiorem : & sic per hoc non tolletur , quod dicitur
in cap.si quis deinceps.& seq. inquantum dicit , quòd ta-
les sunt suspensi ab ingressu ecclesiæ,& sic minori suspẽ-
sione , quæ priuat a participatione sacramentorum. facit
quod legitur & no.in c.si celebrat , infra de cler. excõmu.
min. Et ista possuot stare simul , quòd suspensus,& sic ex
communicatus excommunicatione maiori possit excom
municari etiam maiori excommunicatione.facit quod le
gi.& notatur in c. Engeltrudam.iij.q.iiij. & in c.ita quo-
rundam infra.de Iudæis. vbi etiam excommunicatus se-
mel maiori excommunicatione potest iterum excom-
municari.& sic multo fortius suspensus,vel excommuni-
catus maiori poterit excommunicari maiori excommu-
nicatione.Non obst.etiam c.quisqus.de elec. quia ibi di-
citur,ꝙ talis consentiens electioni laici est ineligibilis si-
ne dispensatione per illud autem non sequitur,ꝙ tollatur
pœna suspensionis per iura antiqua.quia hæc pœna com
patitur etiam se cum illa.Et licet in dicto c.præterea. dica
tur ꝙ si clericus,qui recepit beneficium de mau laici,fue-
rit excommunicatus,& perstiterit in excommunicatione
& contumacia,per hoc posset deponi:non per hoc tollun
tur pœnæ de quibus superius est dictum. facit quod legi-
tur,& notatur in c.sicut . de electio.& in c. clericos.infra,
de cohab.Et per hoc videtur, quòd verior de iure sit opi-
nio.Ioannis.posita in glossa.

S V M M A R I V M.

1 *Metum mortis, vel alterius periculi legitimam esse causam cedendi dignitati.*
2 *Secure non posse aliquem loco aliquo morari, qualiter probetur.*
3 *Clericum, vel Episcopum mendicare, non esse conueniens.*
4 *Laicus, an & quando possit beneficium conferre.*
5 *Renunciantem Archiepiscopatui, remanere episcopum, ac proinde posse exercere Episcopalia. & nu.8. & 10.*

6 *Subditum alicui, & exemptum ab eodem, posse esse aliquem diuersis respectibus.*
7 *Par vel inferior, nonnunquam potest habere imperium in parem, vel superiorem.*
9 *Clericus depositus actualiter, & verbaliter, debet trahi curiæ seculari puniendus.*
11 *Papa, an possit aliquem absoluere a vinculo Episcopatus, eo non petente.*
12 *Archiepiscopus, qui renuntiauit archiepiscopatui, an possit eligi in episcopum, an vero debeat postulari.*

AD supplicationem. Papa conce
dit licentiã
cedendi episcopo, vel superiori prælato, qui si
ne mortis periculo in ecclesia sua morari, nõ
potest. h.d. & primo recitat licentiã cessionis,
& eius causam. Secundo ibi, ne vero cãm mandati, & ip-
1 sum mandatum. † Tertio ibi, cui ponit concessionem ei fa
ctam, & illius moderationem. not. primo vnam legitimã
causam cedendi dignitaati Archiepiscopali, vel Episcopa
li, quando videlicet Archiepiscopus, vel Episcopus non
potest tute seu secure sine mortis periculo morari, & ac-
cedere ad ipsum archiepiscopatum, vel Episcopatum, &
in illis, sine mortis periculo manere: de alijs autem cau-
2 sis legitimis ad cedendum, plene habetur in cap. fi. ¶ † Itẽ
no. practicã probandi quẽ non videri in loco secure posse
morari, quando. s. probatur, ꝙ ibidem versimiliter sibi im
mineret periculum mortis, de illo posset verisimiliter su-
3 spicari. ¶ Item † not. quod non est conueniens Episcopum
vel clericum mendicare, quia hoc tenderet in vituperium
ordinis ecclesiastici. facit quod not. iij. dist. in c. diaconi. &
quod non in c. magnæ. de voto. & in c. quod Dei. de sta.
4 mo. ¶ † Item no. ar. quod laicus posset conferre beneficia,
per id quod hic dicit liberalitate regia, &c. non tamen
omnino illud hic colligi potest, propter id quod sequitur
in litera, dum dicit, hac concessione tua. & loquitur Ar-
chiepiscopo, vt patet ex suprascriptione. in quo autem
fuit hæc regia liberalitas, non exprimitur. Sed forte
erat patronus beneficij, & presentauerit Archiepiscopo,
ad quem forte expectabat institutio in dicto beneficio. Ex
priuilegio tamen Papæ vel alterius laico potest compete-
re potestas conferendi beneficium per id, quod habetur in
c. Adrianus. lxiij. di. & Arch. in c. quod sicut. de electione.
5 ¶ † Item not. ꝙ qui renuntiat Archiepiscopatui, non desi-
nit esse Episcopus, & sic non perdit potestatem exercendi
episcopalia, vt hic dicitur in fi. & idem videtur in Episco-
po, qui renuntiauit episcopatui: quia non per hoc desinit
esse episcopus, quia remanet sibi ordo episcopalis, de quo
in c. j. infra, de ordi. ab episcopo, qui renuntia. episco. ¶ Itẽ
nota casum. in quo archiepiscopus præstat reuerentiam,
& obedientiam alteri Archiepiscopo secundum Boatinũ.
¶ Sed certe potest dici, ꝙ hic desierat esse Archiepiscopus
per renuntiationem, & remanserat tantum Episcopus, vt
supra dixi. Vt per prædicta potest inferri ad quæstionem,
quæ alias fuit de facto: nam Patriarcha Antiochenus ha-
bebat in commendam ecclesiam Cumanam, quæ est suf-
fraganea Archiepiscopi Iubosiensis: vnde super hoc vole
bat ipse Archiepiscopus, ꝙ Patriarcha prestaret sibi reue-
rentiam & obedientiam. & dicit Boatinus, ꝙ quæstio fuit
diutius ventilata, & dicit quid fuit decisum. Sed videtur
sentire pro archiepiscopo per id, quod proxime dixi, & ꝑ
hoc patet, ꝙ potest quis vno iure, seu vno respectu esse ma
6 ior, & alio minor, † sicut & etiam vno iure potest quis esse
exemptus, & alio iure subiectus vnde potest Abbas esse
exemptus ratione monasterij, & subiectus rõne capellarũ
ipsius monastrij. j. de priui. in c. cũ capella. ¶ Et ex prædi-
ctis potest etiam inferri. ꝙ recipiens beneficio sub pari vel
7 inferiori, illius respectu submittitur eius potestati, & † sic
videtur pro tunc, quod par habeat imperium in parẽ, vel
etiam inferior in superiorem, contra id quod habetur
in c. innotuit. s. de elec. & l. nam magistratis. ff. de arbi. &
de maio. & obe. c. cum inferior. ¶ Sed potest dici, ꝙ respe-
ctu talis beneficij tunc censetur esse inferior, & non par
vel superior: ideo nõ est absonum, ꝙ illo respectu tũc sub
8 mittatur. ¶ † Item no. arg. ꝙ licet Archiepiscopus renun-
tiauerit archiepiscopatui, possit vti pallio, nisi hoc fuerit
sibi interdictum. Sed cõtrarium est verum, quia debet re-
manere in ecclesia, cui renuntiauit, vt legitur. & not. in c.
bonæ. el ij. in gl. fi. de postu. nec ob. ille tex. quia debet in-
telligi, ꝙ Papa hic ad cautelam interdixit sibi vsum palli,
non potuisset tamen illo vti, etiam si Papa nihil dixisset,
per id quod habetur in d. l. de ætate. ff. ad Trebel. vbi vult
ꝙ excusetur quis ad comparendum in loco, vbi viget pe-
stis. In glo. pe. ibi, laborare debet, & sic non debet tũc sub
ueniri. intellige, nisi esset in tanta necessitate, ꝙ forte im-
mineret periculum mortis, quia tunc debet sibi subueni
ri, ne fame pereat. lxxxvj. di. in c. pasce fame morientem.
¶ In eadem gl. ibi, deposito. supple verbaliter, qui tũc cle
ricaliter debet viuere, vt no. in c. dictum. lxxxj. di. nam cõ
9 ueniens est tali subuenire. Si aũt fuisset † depositus actua
liter & verbaliter, tunc ipse consueuit tradi curiæ secula-
ri puniendus, in c. degradatio. de pœnis. in vj. in eandem
gl. in fine, & sic obediet Episcopo tanquam diœcesano, in
cuius diœcesano est ecclesia, vel Archiepiscopo tanquã
metropolitano, cuius prouincia est ipsa ecclesia, & ꝑ hãc
decre. dicit Io. in c. hoc nequaq̃. septima quæstione prima
ꝙ Episcopus descendens ad monachatum potest esse Ab
bas. de quo dicendum, vt dicitur j. eo. in c. post translatio-
nem. & ad prædicta bene facit quod no. gl. in c. si quis or-
dinatus, cum duobus c. sequentibus. xcij. distin. nam tan-
git gloss. in dicto c. si quis ordinatus. an censeatur subesse
episcopo, in cuius diœcesi est beneficium, de quo supra
dixi. ¶ In gl. fi. in fine dic, quod contraria procedunt regu
lariter, sed fallit causa subsistente: & ita fuit factum hic, &
quod tunc hoc posset fieri, etiam tenet gl. in k. ij. alleg. in
gl. per l. honor. §. gerendorum. ff. de muneribus & hono.
& facit quod no. in c. si qui in septimo. iiij. di. ¶ Posset eñ
dici, quod hic non descendit, cum remaneat Episcopus:
nam maioritas attenditur respectu ordinis potius quam
10 dignitatis, † & per renuntiationem dignitatis non desijt
esse Episcopus quis. nam licet iura realia, quæ sunt extra
nos, perdantur per renuntiationem. j. eo. c. veniens. tamẽ
non ea, quæ sunt erga nos, & nobis affixa, vt ita dixerim:
sicut est caracter ordinis Episcopalis vel alterius ordinis
qui imprimitur animæ: nam talia non sic de facili delen-
tur. l. iij. cum ibi not. ff. pro socio & l. quis ergo casus. ff. de
peculio. & facit quod habetur j. de sacra vnc. c. vno, & su-
pra de transla. c. ij. & ad id quod hic dicit de officio episco
pali, quod illo posset vti in alia diœcesi, adde quod habe-
tur in cle. Archiepiscopo. de priuile. ¶ An autem iste Epi
scopus possit conferre ordines vigore potestatis hic sibi
concessæ, dic ꝙ non: quia non habet subiectos, ex quo nõ
habet episcopatum, nec archiepiscopatum. poterit tamẽ
de consensu episcopi, vel archiepiscopi clericos sibi mis-
sos ordinare, quia censebuntur mittentes per ipsum ordi
nes conferre. facit quod habetur s̃. de elec. c. suffraganeis.
in apparatu tamen episcopali poterit celebrare, & etiam
prædicare: nisi prohibeatur per id, quod leg. & no. in c. fi.
11 s. tit. j. in cle. Arhiepispo. de priuile. ¶ † Vltimo inducitur
textus iste ad quæstionem, an Papa possit absoluere a vin
culo episcopatus Episcopo non petente: nam videtur qđ
non: nam hic ad supplicationem Archiepiscopi admisit
renuntiationem. facit s̃. eo. c. j. & infra c. proximo. Contra
rium tenet domi. Anto. per id, quod nota. gl. in c. per prin
cipalem. ix. q. iij. vbi glo. concludit, quod Papa potest Epi
scopum deponere, & per hoc etiam dicit, quod poterit
transferre Episcopum de vno episcopatu ad alium. dicit
tamen quod non poterit inuitus fieri Episcopus secundæ
ecclesiæ, per id quod habetur in c. gesta. lxxvj. distin. & in

regula, quod ob gratiam. de reg. iur. in vj. ¶ Nunquid autem Archiepiscopus, qui renuntiauit Archiepiscopatui, possit eligi in Episcopum, an vero debeat postulari: dicunt quidam. q non potest eligi, sed debet postulari, quia non est licitum descendere, vt patet in iuribus allegatis in gl. fi. & quia esset dearchiepiscopare Archiepiscopum cõtra c. j. de trãslatio. ¶ Sed dic s'm Host. q poterit eligi, quod est verum, ex quo non est allegatus alicui ecclesiæ Archiepiscopali, vel episcopali, vt in isto casu de archiepiscopatu. quia iam est priuatus de archiepiscopatu per renuntiationem, & per hoc etiam potest inferri, q si aliquis est Episcopus, nullum habens episcopatum, q poterit eligi in episcopatum alicuius ecclesię. Secus quando esset alligatus alteri ecclesiæ episcopali, quia tũc nõ debet eligi, sed postulari, in c. fi. cum ibi notatis. s. de postula. Quod intellige etiam si episcopatus, ad quem eligetur, sit maioris curæ p notata in d. c. fi. licet alij contra, & non bene, & aduerte, q in casu decre. ex quo iste renuntiauit archiepiscopatui, etiam si cesset persecutio, videt̃ q non possit redire ad ipsum archiepiscopatum secũdum Host. facit vij. q. j. in c. q̃ sit periculosum.

SVMMARIVM.

1 *Peritos plerumque sub dubio respondere.*
2 *Humilitatem prætexere aduersus obedientiam superiori debitam esse vitium.*
3 *Prædicationis munus potissimum spectare ad Episcopum.*
4 *Episcopum non posse licite deserere Episcopatum, quem suscepit.*
5 *Episcopum posse cedere episcopatum ex sex causis legitimis.*
6 *Crimen quale debeat esse propter quod quis admitti debeat ad cedendum episcopatum.*
7 *Criminum alia impedire executionem officij, etiam post peractam pœnitentiam, alia non impedire.*
8 *Crimen quale debeat esse propter quod quis possit deponi.*
9 *Prælatum non habere potestatem testandi de acquisitis ex bonis ecclesiæ.*
10 *Simoniacum differre ab intruso, & an vterque possit sine licentia Papæ dimittere episcopatum nu. seq. & nu. 12. & 13.*
14 *Ordinis executionem quæ crimina impediant.*
15 *Irregularitatem quæ crimina inducant.*
16 *Conscientiam etiam erroneam ligare, si non deponatur.*

NIsi cum pridem. Hæc decre. licet sit prolixa in textu, tñ est valde notabilis. Et fuit bene composita & dictata, & habet in se multas autoritates, & loco summæ potest dici s'm Io. And. q ponit, & exponit sex causas, p quas Episcopi, & ãñr superiores possunt per licentiam cedendi seu renũtiandi dignitati, & in quibus Papa consueuit concedere licentiam, & hoc sit loco summæ. ¶ Et diuiditur in quatuor partes principales. nam in prima parte ponit duas causas non legitimas ad cedendum, s. propter zelum melioris vitæ, & propter humilitatem, quas reprobat per rationes & autoritates in litera positas. secunda ibi, intueri. facit id, quod sumando dixi, in tertia ibi, verum. reprobat alias causas, propter quas quis cedere vellet: vt si quis vellet cedere propter laborem euitandum, vel propter timorem incursus persecutionis, vel propter otium habendũ, vel ratione inspirationis, vel ex eo quia dicat vitam contemplatiuam præligendam vitę actiuæ, probãs dictas causas non esse legitimas autoritatibus, & rationibus positis in litera, respondens etiam ei quod posset opponi de Maria & de Martha. Quarto concludit relinquendum postulantẽ cessionẽ cõscientię suę, & quarta est ibi, monemus. & licet decre. sit prolixa, vt est dictum, tamen potes ponere casum in terminis satis breuem, & substantialem hoc modo. ¶ Quidam episcopus Calaritanus petijt instanter a Papa licentiam cedendi episcopatui, prętẽdens potissime, q volebat solitariam vitam eligere, & attendere ad frugem melioris vitæ, & se hoc modo humiliare, & si ex causa humilitatis id facere: Papa tamen nolens dare licentim sibi cedendi, dicit q cãæ p ipsum allegatę, videlicet pp zelũ melioris vitæ, & pp humilitatẽ, nõ sunt ltĩmæ cãæ ad petẽdũ cessionẽ, & ideo illas reprobat. & primo primã, secundo secundam, in ver. q si forsan. per ea, quæ dicunt̃ in litera. demum ponit sex causas legitimas ad petendum licentiam cedendi, quas singulariter prosequitur, & exponit, ac moderatur, quamlibet de per se prosequendo vsque ad ver. verum. vbi reprobat alias causas, quæ prætenderentur ad petendum licentiam cedendi: & præcipuæ si prætendatur propter otium, vel propter laborum angustias, aut timorem incursus prosecutionis, vel occupatione inspirationis, vel etiam quia dicantur vitam contemplatiuã esse pręeligendam, & probat illas non esse legitimas, vt dixi s. in diuisione per rationes, & autoritates in litera positas, respondendo obiectioni, quę posset fieri de Maria & Martha. vltimo concludendo Papa relinquit postulantem cessionem, & sic Episcopum Calarita. conscientiæ suæ, vt sic diligenter consideret causas legitimas petendi cessionem, de quibus in litera fit mentio, in versicul. intueri. vt sic, si a visis ac põderatis causis p̃dictis, videat in se subesse aliquam de dictis causis legitimis, tunc cedat: alias non renuntiet onere Episcopali, protestans Papa quòd quamuis ipse habeat alias, quibus mediantibus posset ad solitudinem conuolare, illas tamen non habet liberas, sed ligatas nexibus præceptorũ ecclesiæ, ob quod ligamen absq; licentia, & promissione contra Apostolicæ sedis, & sic Papæ non habet liberum volatum, sic nõ habet liberam potestatem absque permissione prædicta renuntiandi episcopatui. & istud sufficiat pro casu in terminis. ¶ In textu ibi, cessioni. loquitur Calaritano Episcopo, qui instanter petijt ab ipso Papa licentiam cedendi episcopatui. ¶ Item ibi frugem expone. id est fruitionem secundum Goffred. vel. i. plenitudinem, & vbertatem secundum Tancre. vel i. retributionem secundum Egi. ¶ Item ibi sanctificatio loquitur de Hieremia, & habetur Hieremiæ primo capi. ¶ Item ibi, in cuius. supple verbi. item ibi, baiulus. i. prædicator, vel delator recusabant. item ibi, recusabat. supple prout habetur Hieremiæ primo capi. & in canone in scripturis. viij. q. j. Item ibi, verticem. supple quasi tunc videamur humilitatem in superbiam conuertere, quod est præcauendum. item ibi, irregularitas, quæ personę supple p ueniens aliunde, quam ex crimine, vt differat a prima cã superius posita. item ibi, Cautela. quasi dicat q propter prędictas causas non debet indistincte peti, vel dari licentia cedendi, sed cum certa moderatione, & distinctione adhibenda in qualibet causa, vt j. sequitur. item ibi, & forsitan non est not. dubitationis, sed affirmationis, iuxta il-
1 lud, † sub verbo forte respondent sæpe periti vt leg. & not. in l. si duo. ff. de arbi. & j. de testa. c. ij. ¶ Item ibi, in illo, ałs est in nullo. i. aliquo. item ibi, nec tamen omnis. supple debilitas. itẽ ibi, Apostolus. supple ad Corinthios. xij. ¶ Itẽ ibi, dicit Apostolus. supple, vbi s. item ibi. infirmior sum. supple corpore. itẽ ibi, cũ fortior sum. supple mente. ¶ Itẽ ibi, præsul. supple. & etiam summus pontifex. j. eo. titu. c. j. in vj. ¶ Item ibi inquit dominus. supple Oseę. iiij. c. ¶ Itẽ ibi, sed apostolus. supple primę ad Corin. viij. Item ibi, in-
2 flat, id est superbit, seu superbire facit. nam inflatio superbiam notat. x. q. iij. c. si autem. ¶ Item ibi, quo magis. i. inquantum magis. & expone verbum satagit, quod sequitur i. conatur. ¶ Item ibi, an ideo. i. in tantum. item ibi, p Prophetam. Eze. v. c. ¶ Item ibi, palato tuo. i. te desistere a prædicatione. ¶ Item ibi, quia domus id est populus. ¶ Item ibi, exasperans id est offendens. item ibi, leguntur supple actuum xiij. capi. Item ibi, ad gentes, id est Gentiles, seu Paganos. item ibi, comparetur. supple de quo Ioan. x. ca. ¶ Item ibi, sanguinem elicit habetur prouerbiorum xxx. ad finem. & iij. distinction. iiij. cap. denique. item ibi, Io. ab Imo. super j. Decre.

quòd dixit Apostolus supple primæ ad Corin. viij. Item
ibi dixissent. Apostoli. supple Mathei.xv. item ibi dixit,s.
in loco præallegato. ¶ Item ibi, mola asinaria, id est gra-
uis,& aspera poenitentia.item ibi,in collo eius. huc ideo
dicit secundum Io.Andr.quia animalia, quæ grauia pon-
derat trahunt, consueuerunt in collo legari taliter, q se
nequeāt soluere, & sic cōtingerit in tali,cui impolita erit
grauis,& aspera poenitentia,quia non poterit a seipso ab-
soluere.¶ Item ibi,demergatur.in profundum dicit Ioan.
An.post Abbatē, q satis,potest dici in profundum,quan
do detruditur in asperum monasterium ad peragendam
poenitētiam.Item ibi,bigamus.i. qui habuit duas vxores.
itē ibi, attestāte.supple in prima epistola ad Thimo.iij.c.
¶ Item ibi,non potuerit.i.nō debuerit,vt etiam tangit gl.
¶ Item ibi,sum inquit.supple Exodi.xx,c.Item ibi,huius
antiqui.i.demonis.s. de elec.in c. licet.item ibi, sponsam
tuam.i.ecclesiam tuam.item ibi apud extraneum,alludit
ei,quod habetur prouerbiorum.vi.de fideiussore, qui in-
tercedit pro debitore,vt in gl.item ibi, propter iustitiam.
facit Mathei,v.c.& vij.q.j.sciscitaris.item ibi,cum proba-
ti.habentur verba sequentiam epistolā Iacobi primi capi.
¶ Item ibi,spirat habetur Io.iij.c.item ibi, libertas. facit
quod habetur j.de reg.licet.& xix.q.ij.c.tuæ.item ibi,de-
cipis.i.male.intelligis.itē ibi,si sapis.i.si ita intelligis.¶ Itē
ibi,spiritus veritatis.nam de se dicit,ego sum via,veritas,
& vita.Io.xiij.c.item ibi,sit celestis. quasi dicat, q in tali-
bus non est credendum,nisi mediante miraculo,vel testi-
moniū scripturæ illud ostendat.j.de hæret.cum ex iniun-
cto.item ibi,illius exemplum secutus,qui dixit.supple in
epistola ad Philipen.j.ca.item ibi,se asserit. supple 10 epi-
stola j.ad Corin.xv.item ibi,legitur.supple.Sapi.x.c. item
ibi,satagebat,id est conabatur.& habetur Luce.x.iiij.c.
¶ Item ibi,licet alia vita.supple contemplatiua, quę nota
tur per Mariam.item ibi,illa.s.vita actiua,quæ notatur per
Martham. ¶ Item ibi,perlata.habetur Gene.xxix. & xxx.
capitulis.& etiam tangit gl.de historia, quæ hic item ibi,
in vna.i.in vna dignitate existens, non autem intelligas
id est vno & eodem tempore:nam potius in diuersis tem
poribus habet locum quod sequitur.¶ Item ibi,exemplo
habetur Exodi.xxiij.c.& loquitur de Moyse, qui tradidit
legem Hebræis ex mandato Dei. ¶ Item ibi monachus,
supple qui non fuit Episcopus,& sic non obstabit, quod
habetur in c.sequenti, vt ascendat monachus ad prælula-
tum.i.Episcopatum. item ibi recipere. supple.i. Saluator
noster.nota primo ex isto textu duas causas inhabiles ad
dandum licentiam cedendi:vna est si hoc velit facere pro
pter frugem melioris vitæ alia est si velit cedere ex sola cā
2 humilitatis.†& no.bene,q non est licitum exercere humi
litatem contra obedientiam superioris:imo eo ipso tunc
incurreret superbiam,& sic non esset vera humilitas.Quō
modo aūt est magna virtus humilitas,vide bonā gl.in cle.
3 j.ad fi.de reli.do.¶ Item no.q†officium prædicandi præci-
puæ spectat ad episcopum,de quo in c.cum ex iniuncto.j.
de hær.& facit etiā quod legitur, & no.in cle.vlt.de sepul.
4 ¶ Itē not.ex litera,†q prælatus non potest sponte deserere
prælaturā,quā suscepit,quia licet illam suscipere a prin-
cipio sit voluntatis,tamen ex postfacto est necessitatis:qa
suscipiendo illā,videtur quasi contrahere cū ipsa prælatu
ra.facit quod habetur s.de ele.in c.cum inter canonicos.
& j.e.c.§.verū.& quod etiam dixi s. c.q in dubijs,& quod
no.dominus Flo.s.c.admonet. facit etiam ad prædicta,qđ
habetur in l.sicut.C. de act. & obl. & in l. in commodato
5 §.sicut.ff.commodati.item†no.in ver.intueri. sex causas
legitimas ad cedendum,quæ per ordinem in litera expri-
muntur.¶ Et no.q causa legitima est conscientia crimi-
6 nis,& no.etiam qualitatem requisitam†ad hoc,vt crimen
sit sufficiens, ad petendum licentiam, vel dandum quiā
exigitur, q sit tale quod impediat ordinis executionem
7 etiam post peractam poenitentiā. &†ex hoc etiam not.q

quędam sunt crimina, quæ impediunt officij executionē
etiam post peractam poenitentiam, de quibus tangeт cū
glo.¶ Quędam autē sunt,quę non impediunt executionē
officij post ipsam peractam poenitentiā.item no. illud vul
gatum q nemo sine crimine viuit facit quod habetur in §.
nunc autem.xxv.di.facit etiam quod habet in c. qa sua.
50.dist.vbi dicit,q pauci reperiuntur sine vitio, seu crimi-
ne carnis.¶ Ex prædictis no. q nō oē crimē est habile ad
8 dandum licentiam cedēdi.& sic et vī q non omne crimen
est habile ad inducendam poenam depositionis,sed illud
tm̄ quod habet impedire ordinis executionem post per-
actam poenitentiam:de qua tamen dicendum, vt legitur
& no.in c.Cum nō ab hoie.j.de iud.vbi tangitur.propter
quæ delicta clericus possit depoui. & etiam in c.ex tenore.
& c.vltimo.j.de temp.ordi.¶ Item no.diligenter hūc tex-
tum:quia aperte videtur probare,q crimina inducentia ir
regularitatem non priuant quem ipso iure beneficio, li-
cet inducant potestatem priuandi.& sic videtur hic casus
expressus pro dicto Inno.in additione, quam posuit in c.
cum nostris.j.de concess.præben.& in c. si celebrat de cle.
excommuni.in additione similiter ibi posita.¶ Item not.
q commendanda est cautela facit quod habetur in l.qui
mutuam.in prin.ff.mādati & s.de ele. in c.licet. & ex hoc
no.sm̄ dominū Flo.prouidendum esse, vt aliquid rema-
neat in prælaturis,qđ sm̄ eum facit contra illud, qđ quoq;
factum fuit per Romanam curiam, quę faciebat per colle
ctores spoliari prælatos defunctos propter quod sm̄ eum
viri egregij inducebant ad eligendam vitam aliam quam
9 clericalem.ne perderēt potestatem testādi. † Sed certe de
iure prælatus non habet potestatem testandi de acqui-
sitis ex bonis ecclesiæ,vt no.per glo.in c.præsenti.de offi.
ord.in vj.& sic non videtur dictum suum iuri consonum.
forte dictum suum intelligitur, quando per collatores ēt
bona prima patrimonialia occupabant.no.vltimo,q non
dēt prælatus ex qualibet culpa,seu ex quolibet crimine fa
cere sibi conscientiam,vt per hoc velit dimittere prælatu
ram.sed potius talis conscientia deponenda est autoritate
huius iuris istius c. per hæc. sint ex; edita notabilia vsq; ad
§.alia vero causa.¶ In gl.in verbo,sed dumtaxat hæc glo.
potest diuidi in vj.partes,nam primo colligit vnum argu-
mentū ex litera.secundo ponit opinionē consonam argu
mento.tertio ponit opinionem contrariam. quarto pro-
xime opinioni opponit.quinto soluit pro parte adhę:cēdo
secundæ opinioni.sexto quærit & soluit.secunda ibi, su p
hoc tertia ibi,Tancredus.quarta ibi,litera ista.quinta ibi,
satis.sexta ibi,quæ ergo.¶ In eadem gl. ibi simoniacus &
intrusus.dicit dominus Flo.q melius dixisset,vel intrusus
vel sm̄ eum sic dixit, quia eo ipso q quis est simoniacus,
vr esse intrusus. & forte habuit ipse gl. sine dictione co-
pulatiua:& puta,simoniacus intrusus.sed gl.habetur cōi-
10 ter cum dictione & nam†et lāni reuera videtur differentia
inter intrusum & simōniacum:quia intrusus videtur qui
nullum penitus habet titulum,sed simoniacus habet ti-
tulum,licet inualidum,quia per simoniam.¶ In eadē gl.
ibi posset reuerti stare.supple in manibus confessoris, quē
potest Episcopus eligere sibi j.de poeniten.& re.c.vltimo.
¶ In eadem gloss.ibi.satis posse dici,quòd intrusus.no.be
ne,quia glo.nihil dicit de simoniaco,& sic videtur senti-
11 re aliud in eod.† Innocen.vero in vtroque dicit,quod nō
debent,postquam habent possessionem Episcopatus, di-
mittere Episcopatum sine licentia Papæ, sed a rebus ec-
clesię: intellige administrandis debent abstinere allega.
quod infra capi.proxim.§.rursus. & idem dicit in omni-
bus suspensis ab homine vel a iure. Ioan. Andr.dicit di-
ctum Innocen.verum in eo,qui habet possessionem colo
ratā saltē ex opinione hominū quo cessante gl.dicit verū,
& sic videtur glo.dicere verum in intruso; in quo defici,
color possessionis:nec habet titulum q̄tum ad veritatem
nec quātum ad opinionē.facit quod habetur de concess:
præbent.

12 præben. in c. cum nostris, de simoniaco. † autẽ Spe. vt hic refert dominus Flor. in ti. ij. §. nunc ostendendum. versi. xxj. dicit q̃ non põt cedere sine licentia Papæ si ipso ignorante fuit simonia commissa. & sic videtur velle secus, si sciuit: cum habeat colorem possidendi propter electionẽ de eo factam, per superius dicta. & sic ſm eum etiam esi requiretur licentia Papę. Sed d. Ant. hic dicit, quod istud potest procedere, qñ crimen esset occultũ simoniæ. si aũt simonia commissa fuisset eo sciente, tunc si esset publica & notoria, quia illa reddit titulum nullum quo ad veritatem, & etiam quo ad colorem, ex quo esset notoria, non esset necessaria licentia Papæ, & hoc procedit ſm eum, quando simonia fuisset cõmissa in ipsa electione seu promotione ipso sciente. Secus si in electione non fuisset cõmissa simonia, sed ex postfacto commissa fuisset, quia tũc licet propter illam posset priuari. j. de confes. c. ij. & de accusa. inquisitionis. tamen ipso iure non perdit titulum: &
13 ideo tunc non poterit cedere sine licentia Papæ. & † ex prædictis potes cõcludere, quod interdum Episcopus vel prælatus habet titulum, licet illo possit priuari propter aliquod crimen, vel propter aliquam irregularitatem: & tũc non potest cedere sine licentia Papæ Episcopus, vel alius prælatus sine licentia superioris, per id quod habetur in textu illo, & per id etiam quod hic dicit glo. interdum vero prælatus habet titulum, sed illo est priuatus per sententiam hominis vel per sententiam iuris, si crimen est notorium, ex quo surgit priuatio, & tunc quia talis non habet titulũm verũ, cum sit illo priuatus, nec etiam coloratum, ex quo per sententiam publice est priuatus, vel a iure, facto existente notorio. facit quod habetur in c. nostra. & c. fi. j. de coha. cle. & mulie. interdum autem prælatus nunquam habuit titulum nec coloratum, vt quia fuit intrusus. & tunc debet etiam sine licentia superioris renuntiare, vt hic voluit glo. & hoc videtur verum, quando nullũ penitus habuit titulum. Si autem habuit titulum, sed inualidum, vt contingit in simoniaco, seu electio per simoniam, tunc dicit vt s. dixi: quia si fuit commissa eo ignorãte, censetur habere titulum saltem coloratum: ideo non potest cedere sine licentia superioris. Si autem eo sciente & non prohibente, cum potuisset, commissa sit, tũc si est occulta, quia habet titulum saltem coloratum, nõ potest cedere sine licentia superioris. secus videt̃ si simonia fuerit notoria, vt voluit do. Ant. quia cum dominus Florẽ. videtur sensisse contrarium, tutius esset petere licentiam a superiore ad opiniones conciliandas, argu. infra de sponsa. videntur tamen prędicta limitari, nisi immineat periculum mortis: quia tũc videtur, quod posset in manibus cõfessoris renuntiare per id, quod tetigit hic gl. & quod tetigi supra ea. ¶ In eadem glo. ibi, simonia. supple siue commissa in ordine habendo, siue in beneficio habẽdo. dicit tamen Ioan. And. qđ vbi est commissa in ordine, impedit executionem ordinis etiam post peractam penitentiam: & sic debet intelligi etiam quod habetur. j. de accusa. in c.
14 inquisitionis. ¶ In eadem glo. ibi, c. ex tenore. † Sunt alia crimina, quæ etiam habent impedire post peractam penitentiam. nam est crimen excommunicati, interdicti, ac suspensi, facientis se ordinari in contemptum clauium. infra de sent. excommu. c. cũ illorum. §. si autem, vel celebrantis durãte excommunicatione, interdicto, aut suspẽsione. xj. q. iij. c. si quis Episcopus: vel si quis recipiat bñficia a contemnente seu violante interdictum Papæ. j. de excess. præla. in c. Tãta. Item est crimen literarum falsariorum Apostolicæ sedis, vt j. de crimi. fal. in c. ad falsariorũ. dixit tamen Inno. q̃ si istud crimen esset occultum, posset cum eo dispẽsari, de quo in Spe. ti. ij. §. iuxta. ver. sunt quorum. & ver. quinto. Item est crimen hęresis, vt j. de purgatio. c. nos inter. Itẽ crimen ministrantis sacramenta hæreticis, vt j. de hæreti. c. excommunicamus. Item crimen sodomiæ, de excess. præla. in c. clerici. Item crimen reuelãtis peccatum confessatum in penitentia. de poeni. & re. in c. omnis. Item omne crimen graue, & notorium notorietate facti, vel iuris, vt infra. de temp. ordi. c. fin. Item vtens officio assassinorum, i. illorũ, qui pro pecunia alios interficiunt. & similiter crimen receptantis, vel occultãtis ipsos assassinos, quãuis mors non fuerit consecuta. j. de homicidio. c. pro humani. libe. vj. Item quando quis est incorrigibilis, & nimium perseuerat in contumacia, vt j. de dolo & contu. in c. veritatis. Sed certe ibi loquitur quando quis irregularitatem incurrit celebrando, durante excommunicatione vel suspensione. & de materia ista, quę videlicet crimina impediant executionem etiam post peractã penitentiam, habetur in Spec. ti. ij. §. iuxta. ver. sunt quo-
15 que. † & per hunc text. potest dici, vt hic tangit glo. in verbo, cuiuslibet. falsam esse opinionem dicentium, qđ omne crimen inducit irregularitatem: nam illud non videt̃ esse verum, sed solum quando est tale crimen, quod impedit executionem ordinis, vel beneficij etiam post peractã penitentiam: alias secus, vt hic probatur, & infra. de furtis in c. vlti. ¶ Quid autem si existens in leui peccato hẽat conscientiam læsam, q̃ propter illud non teneat legitime beneficium, dic quod debet conscientiam informare ſm voluntatem superioris, & nõ simpliciter persistere in sua. & si hoc facere potest, bene facit; alias potius dicetur sequi
16 conscientiam, quia † conscientia etiam erronea ligat, si non deponatur. j. de simo. per tuas. el ij. & sic tũc sufficiẽs esset causa dandi licentiam cedendi.

S V M M A R I V M.

1 *Debilitatem corporis esse causam sufficientem ad petendam licentiam cedendi, atque nihilominus qualem oporteat esse eam debilitatem.*
2 *Debilitatem corporis non semper sequitur debilitas cordis.*
3 *Senibus maturitatem moralem vt plurimum inesse.*
4 *Clericum non cogendum cedere beneficium ob debilitatem.*
5 *Scientiam Episcopis esse necessariam. & nu. 7.*
6 *Necessarium, & opportunum differant nec ne.*
8 *Scientiam nocere sine charitate.*
9 *Ignorantia sit ne peccatum.*
10 *Prælatus an possit ob duritiam populi sibi commissi, legitime cedere.*
12 *Prælato licitum esse interdum fugere persecutionem. & nu. 13. & 18.*
12 *Persecutionem quandam esse intrinsecam, & quandam extrinsecam.*
14 *Bonum maius minori bono præferendum est.*
15 *Persecutionem extrinsecam possit ne prælatus licite fugere. & nume. 17. & 23.*
16 *Patriam esse omnimodo defendendam.*
19 *Publicam vtilitatem priuatæ vtilitati præferri.*
20 *Clerici an possint licitè fugere persecutione imminente.*
21 *Persecutioni ob bona, vel res ecclesiæ, an sit violenter obsistendum.*
22 *Persecutione imminente aduersus inferiorem prælatum, quid superioribus agendum sit, quid etiam ipsi inferiori.*
24 *Prælatum posse cogi ad cedendum ob imminens ecclesiæ periculum.*
25 *Papa an possit ex causa aliqua cogi, vt cedat.*

1 ALia vero causa. No. † ex isto §. aliã causam secũdam legitimam ad petendũ cessionẽ, videlicet propter debilitatẽ corporis. ¶ Et not. q̃ hæc causa põt surgere ex duplici cã, videlicet ratione senectutis, vel infirmitatis. oportet tamen q̃ sit talis & tãta debilitas, q̃ reddat quẽ inhabilẽ ad executionem officij. ¶ Item no. q̃ debilitatem corporis non semper sequit̃ necessario debilitas cordis, & intellectus: imo interdũ potius augumẽtatur fortitudo cordis & intellectus facit qđ
2 habetur in c. literas. §. eo. Item † not. quod in senibus seu antiquis consueuit esse maturitas moralis. vnde etiã vulgariter consueuit dici, quod in senibus est sapientia; & ex multo tempore prudentia. facit quod habetur in l. semp. ff. de iure immu. vbi etiam dicitur propter prædicta, venerandam esse senectutem. Extra glossam potest opponi, q̃ infir-

infirmitas, vel debilitas non dat causam cedendi, sed dan
dus sit coadiutor, vt j. de cle. ægro. c. ex parte. Sol. q debili
tas si sit talis, de qua hic, præbet legitimam causam peten
di licẽtiam cedendi, si quis voluerit: & ita intelligat hic,
sed inuitus non debet cogi cedere, sed debet ei tunc dari
coadiutor, & ita loquitur cõtrarium. ¶ Venio ad §. pro de-
5 fectu. † Not. ex isto §. quod in Episcopo necessaria est sciẽ
tia, quo ad gubernationem spiritualium & temporaliũ.
6 † Not. secundo, quod videtur esse differentia inter neces-
sarium & opportunum: & sic residet hic do. Anto. Sed cer
te hic in effectu pro eodem supponũt: quia necessaria &
opportuna est sciẽtia Episcopo in gubernatione spiritua
lium & temporalium, vt etiam videtur velle gl. hic in ver
bo, temporalium. Et pro hoc etiam facit, quia verbum op
portunum, videtur descendere a verbo oportet, quod im
portat necessitatem, vt l. cum oportet. C. de bonis, quæ li.
¶ Item not. quod est dare scientiam eminentem, & scien
tiam competentem. Et no. quod sufficit prelatum habere
scientiam competentem, licet nõ habeat scientiam emi-
7 nentem. facit quod no. in c. cum in cunctis. s. de elec. † Itẽ
no. q vbi prælatus non habet scientiam competentẽ, nõ
videtur cum bona conscientia posse tenere beneficium.
¶ Item no. q conscientia interdum inflat. i. superbire fa-
8 cit. & facit quod dixi in notabili. vñ dicebat † beatus Ber-
nardus, sicut cibus indigestus stomachi corrumpit, siccat
& hydropicum reddit: sic scientia tunc adiecta, nisi sit fer
uore charitatis decocta, malos mores generat. Et Tullius
etiã in lib. j. de officijs dicit, scientia, quæ est remota à iu-
stitia, calliditas est potius quam sapientia. ¶ Extra glossam
9 tangit Ioan. And. hic post Inno. † an ignorantia sit pecca-
tum. Et concludit, q si proueniat ex defectu propter inha
bilitatem intellectus, non est peccatum, sed potius est pę
na peccati originalis primorum parentum. xv. q. j. § j. Si
autem prouenit ex negligentia, tũc est peccatum in illis,
qui negligunt scire illa, quæ spectant ad eorum officium,
& quæ scire debent sm officium suum. xxxvij. di. c. j. & ij.
alia autem non tenentur scire sm Inno. licet quilibet te-
neatur credere illud, quod credit sancta mater ecclesia, &
operari sm conscientiam, sm ea quæ habentur in c. j. & q
ibi no. etiam per Inno. s. de sum. tri. ¶ Venio ad §. propter
10 malitiam. no. hic aliam † causam legitimam cedendi, qñ
videlicet prælatus non potest propter culpam, & duritiã
plebis gregem sibi subiectum domare, nec per suam do-
ctrinam ad benefaciendum reducere. non tamẽ pro qua-
libet culpa potest tunc petere cessionẽ, sed quando subie
cti sunt incorrigibiles, & quodãmodo vertuntur in lupos
& dicit Host. q hucusq; duritia est malum, sed peius est,
qñ prælati, & sic pastores conuertuntur in lupos. ¶ Item
no. q prelati ęquiparantur mercenarijs. Item no. illud vul
gatum, qui nimis emungit, elicit sanguinem, qd subditi
debent esse humiles in obediendo prælatis. & ex hoc ar-
guit Hostien. contra Viterbienses, qui suo tempore arta-
runt Cardinales ad creandum Papam, includendo eos in
vna domo, & ipsam discooperiendo, & subtrahendo eis cõ
missionem carnium, & comminando etiam subtractionẽ
victualium. & dicit Host. q in illa coactione grauem infir
mitatẽ incurrit, adeo q sibi mortis periculũ imminebat:
propter quod cum nõ posset aliter obtinere, vt posset exi
re de illo carcere, renuntiauit illa vice voci suæ in præsen
tia aliorum Cardinalium. Et hinc sumpta occasione hic
disputat, vtrum valuerit dicta renuntiatio: & determinat,
q non, adeo q quandocunq; reuertatur re integra ille, q
taliter renuntiauit, est admittendus. super quo non est in
standum, quia plene est hodie prouisum, quando Cardi-
nales sunt in discordia, qualiter sit procedendum in ele-
ctione Papæ in c. vbi periculum. per totum. & maxime in
§. sane. de elec. lib. vj. ¶ Vltimo nota. quod interdum sunt
aliqui adeo obstinati, quod nedum desistunt a malo, imo
11 procedũt de malo in peius. † Item potes notare, quod in-
terdum prælato licitum est fugere persecutionem, & di-
mittere subiectos. de quo vij. q. j. §. hoc tunc seruandum.
in tex. & in glo. & tangitur etiam per Thomam in secun
da secundæ, questione clxv. articu. v. Sed latius hic per In
12 no. Hustien. & Io. An. post eos. ¶ Nam † aduertẽdum est,
quod quædam est persecutio intrinseca quædam est per-
secutio extrinseca appellatur autem extrinseca persecu-
tio, quã patitur prælatus a Paganis: vel a Sarracenis, aut à
Schismaticis, vel excõmunicatis, vel ab alijs inimicis ec-
clesiæ. intrinseca dicitur, quam patitur a subiectis seu sub
ditis in corrigibilibus. Alij tamen dicunt extrinsecam p-
secutionem esse, quando fit propter peccatum, quod im-
ponitur prælato, vel propter eius odium personalæ. Sed
intrinseca dicitur, quando contingit ex peccato aliorum,
& non ex odio prelati. Sed vt dicit dominus Flo. prima ex
positio est communior, & illam videtur sequi hic Inn. &
13 Hosti. vnde conclude, † quod si loquuntur de persecutio-
ne intrinseca, aut boni sunt permixti cum malis, tunc bo
ni non sunt deserẽdi propter malos. xxiij. q. iiij. in c. tu bo
nus. & vij. q. j. §. hoc etiam tunc. saluo nisi aliud magis p-
ficere posset: nam tunc superior posset illum trãsferre ad
locum alium, & tunc ipse nõ male faceret, si hoc peteret
14 † quia maius bonum præferendum est minori bono. vij.
q. j. c. scias. & c. omnes. aut omnes subditi sunt mali: & tũc
si est spes correctionis, debet expectare, & nõ fugere, seu
eos dimittere. Si vero in illa esset spes correctionis, tunc
posset petere licentiam cedendi, & consequenter posset
recedere per id, quod habetur vij. q. j. §. cum autem. & c. si.
15 & hæc procedunt in intrinseca persecutione, † in extrin-
seca vero concludo, q qñque fit dicta persecutio ↄtra ma-
iorem prælatum, puta contra Episcopum vel superiorem
& populum & clerum: quandoque fit contra prælatũ tã-
tum quandoque vero & tertio fit contra clerum tantum:
quandoq; fit propter bona ecclesiarum: qñq; & quinto fit
contra alium inferiorem prælatum. Primo casu, quando
fit contra prælatum, clerum, & populum, vt sic fidem di-
mittant, vel persecutoribus subijciant per violẽtiam illi,
qui alias fuerunt liberi, etiam si Christiani sint persecuto
res, tunc debet Episcopus se opponere tanquam murum
p domo Israel, vt ita dixerim xlvj. dist. c. si rector. & xxiiij.
q. viij. c. si ergo. & c. scitote. & sequenti. vnde non dẽt ple-
bem suam derelinquere, si est spes, q possit se defendere
16 tunc: quia † patria defendenda est. l. j. in fi. cum l. sequenti,
ff. de iustitia & iu. re. facit, quia periculum esset, si totus po
pulus marium & mulierum desereret patriam, & vagarẽ
17 tur per mundum. † Si autẽ non esset spes defensionis, tũc
fugiẽdum est, vt maius malum euitetur, sicut etiam in si-
mili cum filio Dei fugit Ioseph in ægyptum Mathæi ij. c.
vel conueniat, si potest cum infidelibus, vel etiam Chri-
stianis persecutoribus, dummodo fidem, & titus suos nõ
dimittãt. hoc enim sæpe legitur factum in veteri testamẽ
to. & cessante persecutione potuerunt ad libertatem suã
redire. facit vij. q. j. c. sciscitaris. & c. præcedenti. & xxiij. q.
viij. §. ecce. & c. sequenti. Si autem hoc facere non possent
nec possint se defendere, fugiãt q̃ melius possunt, vt supe
18 rius est dictũ. Secundo casu, qñ persecutio † fit ↄ solũ p̃la-
tum, & tũc si per aliũ potest esse salus populo, cedere põt
si vult: & etiã si non vult, cogi potest sm Inn. & Hosti. vbi
imminet periculum destructionis ecclesiæ, vel aliud ma-
gnũ periculum & scãdalum in temporalibus & spiritua-
libus: quia potest cogi cedere, arg. eorum, quæ habentur
19 j. eodem titu. §. pro graui. vt † sic publica vtilitas præfera-
tur priuatæ. s. de postu. c. bonæ. el j. & infra de regu. licet.
vj. q. j. in c. scias. & j. de rer. permu. in c. quæsitum. Dicit ta
men Inn. q debet tunc sibi bonũ cambiũ alterius prælatu
re assignari. nec ob. p̃dictis, q habeẽ j. de elec. ęgro. in c. ex
parte. vbi patet, q infirmi & furiosi non remouenẽ, qa ibi
seruaẽ vtraq; vtilitas, videlicet publica & priuata: nã ser-
uaẽ priuata i eo, q nõ remoueẽ: & publica i eo, q coadiu-
tor da.

tor dat. Quid aūt si ex trāslatione, vel remotione talium
scandalum timeatur ex parte populi, quem relinquunt:
dicit Io. And. magis vitandum scandalum populi, qui iu-
ste mouetur, quam persecutoris, qui iniuste moueretur.
20 † Tertio casu, quando persecutio fit contra clerum: vt q̄a
dicunt persequentes se contentari non prosequi populū,
si clericos expellant: tunc dicit Inno. ꝙ non debent illi de
populo expellere clericum, seu clericos, nec eos tradere
persecutoribus: quia propter hoc perderentur sacramen
ta ecclesiæ, si tales, qui sunt doctores fidei expellerentur,
& sic perderentur. vnde nec etiam debent tunc clerici vo
luntarie exire: & hoc si laici possunt & volunt eos defen
dere. Si autem nollent, vel nō possent defendere eos, tūc
possunt clerici recedere, & tranquillitatem temporis ex-
pectare d. c. sciscitaris. debent tū tunc clerici secum duce
re illos, quos pūt de populo, ne in tanto discrimine rema
neant cum alijs sine sacerdotibus & sacris. Et commēdā
di essent clerici, si tunc inspirati martyrium sustinerent.
facit quod hr̄ vij. q. j. §. hoc autem. & §. cum vero. ¶ Quid
autem si tantum cōtra partem cleri fieret persecutio. do.
Anto. hic dicit idem dicendum, quod est dictum, quando
fit contra totum clerum. hoc tamen casu minus est peri-
culum, si pars cleri solum recedat, quam si omnes recede
21 rent. ¶ Quarto casu, † quando fit persecutio propter bo-
na vel res ecclesiæ, vt illa dentur illis persecutoribus: &
tunc dicunt aliqui, ꝙ non est violenter contendendū, per
id quod habetur in c. suscepimus. j̄. de homici. & xxiij. q.
viij. c. conuenior. vbi de hoc. Cōtrarium tamen est verū,
vt patet ex ijs, quæ leguntur & no. in c. dilecto. j̄. de sentē.
excom. lib. vj. & pro hoc facit, quia sine rebus temporali-
bus clerici diu viuere non possent. j. q. iij. c. si quis obiece-
rit. & ideo debebit prælatus etiam pro bonis ecclesiæ de-
fendendis se opponere iuxta posse, defendendo se spiri-
tualiter & temporaliter s̄m ea quæ habentur in d. c. dile-
cto. & exemplo beati Thomæ Cantuariensis videntur eo
adhærere, si spiritualiter paterētur martyrium. facit quod
habetur in c. sicut dignum. j̄. de homi. & hæc procedunt
quando fit persecutio contra maiorem prælatū, puta Epi
22 scopum vel superiorem: in minoribus † autē prælatis di-
cit Ioan. And. & Host. post Inno. quod quamuis ad mor-
tem parantur, viles essent statim talem prælatum trāsfer-
re, vel eius cessionem admittere. vnde potius deberet su-
perior ecclesiam interdicere, vel claudere, vel reliquias
extrahere, ad hoc vt cesset a persecutione. facit quod ha-
betur j̄. de iurepa. in c. j. ij. & iij. Item posset excommuni-
care persecutores. tādem etiam posset ad brachium secu-
lare recurrere. facit quod habetur in c. ij. in fi. cum cōcor.
j̄. de cle. excommu. mini. & quod habetur infra de offi. or-
di. in c. j. Si autem etiam prædictis modis non possunt cō
pescere persecutores, tunc vt maius malum euitetur, de-
bet talis prælatus cessionem petere. & si etiam non pete-
ret, deberet cogi, p id quod dixi s̄. in simili. facit quod ha-
betur in c. nemo. xiij. dist. videtur tamen, ꝙ tunc esset sibi
23 prouidendum de alio beneficio, vt s̄. dixi in simili. † Qn̄
autem fit persecutio contra Episcopum tantum, vel con
tra superiorem, tunc sine Papæ licentia non potest bene
adhiberi remedium, quia in remotionē ipsius maius im-
minet periculum, quam in remotione alterius prælati: &
ideo tunc cautius est agendum. xlij. dist. c. quiescamus. vn
de prouidēdum erit sibi, si fieri poterit, per locum tutum,
in quo moretur vel per societatem armatorum secum in-
cedentium, vel per alium similem modum: ꝙ si nullo mo
do possit prouideri, consulendus erit Papa, qui poterit ad
mittere ipsius cessionem, si illam petat, & etiam posset co
gi, vt superius dixi, si per alium posset esse salus populo,
24 cui ipse præerat & † istud dicit hic domi. Floren. esse val-
de notandum inquantum Inn. hic voluit, ꝙ si periculum
est destructionis ecclesiæ, vel magni scādali, & periculosi
in temporalibus vel spiritualibus, quod tunc potest cogi
etiam præcise prælatus ad cedendum: & poterit is etiam
inuitus transferri ad alium locum, vbi plus proficere pos
sit. facit quod no. in c. fi. de postula. præla. nam ad hoc fa-
cit secundum eum, ꝙ Papa possit cogi ad cedēdum, quan
do subest periculū destructionis ecclesiæ, vel magni scan
25 dali, nisi cedat: de quo per eum in c. licet. s̄. de elect. † ad-
uerte tamen, quia Inno. hic dixit, quod ipsi prælato debet
assignari bonum cambium occasione suæ prælaturæ, vel
dignitatis, quam perdidit, quod non poterit fieri in Papa,
& sic non videtur esse eadem ratio, quæ est in inferiore
prælato. vnde in Papa videtur, ꝙ non possit cogi, cum nō
habeat superiorem se, nisi in causa hæresis, vnde ipse est
etiam supra concilium generale, vt s̄. de elec. significasti.
xl. dist. in c. si Papa. fateor tamen, quod laudabile esset, ꝙ
cederet ad tollendum magnum scandalum. Sed ꝙ posset
cogi, non videtur bene iure probari, nisi erraret in fide, &
sic incideret in hæresim: quia tunc etiam posset deponi
inuitus, & concilium generale tunc cēsetur esse supra ip-
sum, per ea quæ habentur in d. c. si Papa. & de hæreticis in
c. in fidei. lib. vj. per Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus plus appetere debet salutem æternam, quam commodum temporale.*
2 *Scandalum quando vitandum, & quando non. & nu. seq.*
4 *Via tutior in dubio eligenda.*
5 *Veritatem bonæ vitæ nunquam deserendam.*
6 *Veritas iustitiæ duplex.*
7 *Veritas iustitiæ, an possit consuetudine tolli.*

PRo graui. Not. aliam legitimam cau-
sam petendi, & dandi licen-
tiā Episcopo cedendi: videlicet pro graui scā-
dalo vitando, quando aliter sedari non potest
1 † & no. quod prælatus, & qlibet alius plus de-
bet apetere æternam salutem, quam commodum tempo
rale. ¶ Et sic nota. ꝙ finis canonicatus, & scientiæ canoni
2 cæ, est insequi, seu prosequi bonum æternum. † Item no.
scandalum esse euitandum, quando potest euitari absque
periculo vitæ æternæ: vbi autē non potest euitari, absque
periculo vitæ æternæ, non est timendum. Et sic not. diffe-
rentiam esse inter scandalum & scandalum, vt etiam tan
gitur in litera, & etiam in gl. ¶ In gl. in verbo, distinguē-
dum. hæc gl. facta est timore contrarij. c. qui scandalizaue
rit. infra de reg. iur. vide glo. pro solutione distinguit, vt in
3 ea patet. ¶ In ead. gl. ibi, vitare debemus. † & hoc clarum
est, quando sine peccato possumus vitare scandalum. Sed
vbi est dubium, tunc dicas idem, ex quo dubium est, an
4 posset euitari sine peccato: quia † in dubio tutior via est
eligenda. facit quod habetur infra de spon. in c. iuuenis.
& in c. fi. xiij. distin. & j. q. vij. c. & si illa. & xxiij. q. j. c. quid
culpatur. ¶ In eadem gloss. ibi, vel iustitiæ nunquam de-
serenda. Cum hac gloss. concordat alia gloss. in capi. sane.
infra de tempo. ordi. Sed contrarium tenuit gloss. in c. qui
scandalizauerit. infra de regu. iur. vbi gloss. æquiparat ve-
ritatem iustitiæ & veritatem disciplinæ. Et illā tenet Ho-
5 stien. vnde concludit, † quod veritas bonæ vitæ nunquā
est deserenda. allegat quod habetur in c. licet. xlv. distin.
& xj. q. iij. plerunque. & remittit ad summam eodem ti. §.
6 cui. versicu. si graue. Inno. vero dixit, † ꝙ quædam est veri
tas iustitiæ iuris naturalis, & euangelici: & illa non est re
linquenda propter scandalum vitandum. Quædam vero
est veritas iuris positiui: & hæc est relinquenda quando-
que propter scandalum ex causa, temperando illam, & il
lam etiam relaxando in certis casibus. facit quod not. in-
fra de conces. præben. in c. proposuit. & c. j. infra de voto.
7 & de statu mona. in c. cum ad monasterium. circa fin. † &
pro hoc facit, quia primam veritatē iustitiæ prædictæ non
potest tollere consuetudo, sed secundam sic. supra de cō-
sue. in

ſuc.in c.fi.¶ In gl.hoc verbo.ibi diſcernendis.facit quod
habetur in c.quam ſit.j.de Iudæis.cum ibi notatis per gl.
& quod habetur Mathæi xv.c. & Marci ix.c.vbi babetur
de dicto apoſtolorum, de quo fit mentio in litera.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatis occaſione legitima peti licentiam cedendi, atque inibi irregularitatem dupliciter cauſari.*
2 *Diſpenſare cum illegitimo quis poßit.*
3 *Patris peccatum quando puniatur in perſona filij, & quando non.*
4 *Diſpenſationem fieri debere cum diſcretione, alias cenſeri potius dißipationem, quam diſpenſationem.*
5 *Irregularitas, an & quando inducatur ex peccato occulto.*
6 *Illegitimus occultus, an teneatur petere diſpenſationem ad hoc, vt poßit eligi in Epiſcopum, & diſpenſari cum eo poſsit, non vocatis ijs, ad quos ſpectat electio vel confirmatio. nu.ſeq.*
8 *Diſpenſari an poſsit cum illegitimo, vt poßit ſuccedere in hæreditate, nõ vocatis ijs, quorum intereſt. & nu.ſeq.*
10 *Naturalis filius illegitimus, an poſsit per principem legitimari, ſi extet filius legitimus.*
11 *Diſpenſatio ſit ne aliquo caſu debita.*
12 *Diſpenſare recuſans cum eo, cui debetur diſpenſatio, peccat.*
13 *Diſpenſationem ſibi debitam, an quis poſsit petere.*
14 *Diſpenſatio quando cenſeatur probibita, & quando non.*
15 *Irregularitas, quare ſic appelletur.*
16 *Irregularis, quis dicatur. & nu.ſeq.*
18 *Irregularitas quotuplex ſit.*
19 *Irregularitas ſit ne inducta a iure diuino, an a iure poſitiuo. & numero 21. & 24.*
20 *Irregularitates iure veteris teſtamenti non fuiſſe perpetuas, ſed temporales.*
22 *Irregularitas, quæ prouenit ex homicidio, an ſit de iure diuino.*
23 *Diſpenſationem non ſolere concedi ſuper homicidio voluntario.*
25 *Nothus quis dicatur, quis item ſpurius, & quis manzer. & nu. 29.*
26 *Diſpenſari facilius cum nothis & naturalibus, quam cum ſpurijs.*
27 *Spurij & naturales, an & quando poſsint ſuccedere.*
28 *Filiorum genera quatuor.*

PErſonæ. No.ex iſto §.aliam legitimã
cauſam cedẽdi, videlicet ꝓ-
1 pter irregularitatem. † Et no.quod non ꝓ-
pter quamlibet irregularitatem ſemper de-
ber coucedi licentia cedendi. ¶ Item not.ꝙ
quandoque irregularitas prouenit ex defectu ſacramẽti,
quandoque ex defectu natalium. Prima eſt, quando quis
incurrit bigamiam: vt quia contraxit cum vidua, vel quia
habuit duas vxores. & dicitur bigamus a bi, quod eſt bis,
& gamos i.mulier: & ſic dicitur, quia binam mulierẽ in
vxorem habuit. ¶ Secnnda autem irregularitas eſt, quan-
73 Ioan.dicit † ꝙ poterit habere officium sine dignitate non ex ratione quam prædicti assignant, sed ex eo, quia tale officium est potius quoddam ministerium nudum, quod facilius quam dignitas conceditur: quia in maioribus cautius est agendum.de elec.vbi periculum.lib.vj.nec ob. Et licet ipse non tangat, quod habetur in d.c.fi.de translatione.quia ibi non impediebatur propter crimen transire ad aliam dignitatem, sed propter vinculum quo erat alligatus ecclesiæ Episcopali.vnde tunc facilius dispensatur, vt possit transire ad maiorem dignitatem, quia in illa maior versatur publica vtilitas, quam ad minorē, in qua minor vtilitas versatur.facit quod habet̄ in d.c.mutationes. Secus quando quis est prohibitus propter crimen, quia tūc licet sit indignus minori dignitate non sequitur necessario ꝙ semper sit indignus etiam minori, vt in d.l.relegatorum.in fi.Io.An.hic in verbo, ad pontificatum. videtur tenere primam opinionem, quam tenuit gl.in d.c.hoc nequaquam.& hoc per textum istum, & illum in quantum solum prohibet promotionem ad Episcopatum. Et sic a contrario in inferioribus dignitatibus videtur permittere arg.c.cum Apostolica.de ijs quæ fi.a præla.d.vero Ant. hic dicit, quod decre. videtur habere locum etiam si promoueatur ad inferiorem dignitatem ille, qui de Episcopatu transiuit ad monachatum.mouetur, quia ratio concilij videtur tunc eadem c.ij.de transla.præla.& in l.illud. ff. ad leg. Aquil. nam cum descenderit de Episcopatu ad monachatum, possibile est ꝙ hoc fecerit ex causa delicti: & in tali casu oportet delictum esse tale, quod impediat ordinis executionem, etiam post peractam pœnitētiam. s̄.eo.c.nisi.§.propter conscientiam. Et tale delictum impedit promouendum ad quamcunque dignitatem etiam inferiorem, vt patet ex ijs, quæ habentur in c.ex tenore. & c.fi.de temp.ordi.¶ Et si dicatur, cum plures causæ aliæ possent in dubio adesse, quare in dubio præsumimus causam delicti, nam potius videretur alia præsumenda, arg.l. merito.ff.pro socio.Respondet do.Ant.ꝙ illa non præsumitur plus quam aliæ, sed ex eo, quia possibile est ipsam adesse: vel Papa in hoc dubio est adeundus, & talis ab ipso postulandus.videtur tamen velle, ꝙ facilius admittatur dispensatio & admissio postulationis, quando promouet̄ ad inferiorem dignitatem, quam quando promouetur ad Episcopalem, cum concilium non loquatur expresse de inferioribus dignitatibus. Et sic videtur in effectu tenere secundam opinionem s̄.positam.Sed vt dixi s̄.Io.And.tenet primam, quam tenuit etiam gl.in d.c.hoc nequaquā. Et pro illa facit, quia vt dictum est concilium solum prohibet promotionem ad Episcopatum, & sic inferioribus videtur permittere.Et pro hoc etiam faciat, quia in maioribus maior adhibetur diligentia. in d.c.vbi periculum. Et ideo licet quādo promoueretur ad dignitatem Episcopalem, deberet adhiberi diligentia & solennitas, de qua hic, non tamen sequitur, quod vbi eligitur ad inferiorem dignitatem eadem solennitas, & diligentia debeat adhiberi.& hoc modo videtur posse defensari opinio gl.& Io. And.Et sit expedita hæc decretalis.

S V M M A R I V M.

1 *Cedendi facultas quibus ex causis soleat peti.*
2 *Publicum commodum impediri non debere propter priuatum.*
3 *Cessionis licentia obtenta, quare non sit locus pœnitentiæ. & nu. 8.*
4 *Actiori ex necessitate facienti magis succurri, quam facienti ex voluntate.*
5 *Reuocari an possit petitio licentiæ cedendi, postea quam est præsentata.*
6 *Procurator constitutus ad petendam licentiam cedendi, potest reuocari antequam præsentetur petitio licentiæ. & quid si post reuocationem concedatur licentia a superiore ignorante reuocationem.nu.seq.*
7 *Superiore ad licentiam petitam respondente, attendi debet qualitas ipsius responsionis.*

QVidam cedendi. Qui petit licentiam cedendi, si illam obtinuit, cedere compellitur.h.d.Et primo recitat factum. Secundo corrigit, causam reddens.secunda ibi, sed cum. ¶ Not.licentiā cedendi petendam esse cum instantia.facit quod habetur in simili de petitione Apostolorum, in clem.quamuis.de
1 app.& de petitione pallij, de qua in glo.† ¶ No.duplicem causam impellentem, seu inducētem quem ad cessionē, videlicet vtilitas ecclesiæ, & salus renuntiantis. Et de vtilitate ecclesiæ potest poni exemplum, forte quia ob defectum scientiæ, vel simile petijt licentiam.facit quod habetur s̄.c.nisi.de salute propria potes ponere exemplum, vt quia propter conscientiam criminis, vel irregularitatis, non potest tenere beneficium cum bona conscientia. fa-
2 cit quod habetur in d.c.nisi. † Not.ꝙ non debet impediri commodum publicum ꝓpter priuatum, de quo in c.bonæ.el j.depo.No.duo retrahentia quem a bona operatione, videlicet suasio attinentium, vel amicorum: item leuitas, seu in constantia operantis. ¶ No.quod dictum est in summario. In glo.ij.tamen secundum leges.forte voluit gl.vt tangit hic do.Flor.ꝙ aliud sit secundum leges, aliud secundum canones. Sed certe in dubio non debet induci discordantia inter canones & leges.vt de no.oper.nun. c.j. ¶ Vnde potest intelligi secūdo glossam voluisse, ꝙ contrarium loquitur in diuerso casu, quia loquitur in cedendis bonis: sed hic loquitur in petente licentiam renūciā-
3 di beneficio, & sic in diuerso casu loquitur. ¶ † Sed potest dubitari, quæ sit ratio diuersitatis inter dictos casus gl.in ver.sed hoc ideo.videtur velle, ꝙ hoc hic contingat, ne illudatur Papæ.Et sic videtur velle, ꝙ sit speciale quādo petitur licentia a Papa.¶ Sed certe, vt voluit hic Io.And. Et do.Flo.hic no.dicit licentiam fuisse petitā a Papa, sed simpliciter, & sic potest habere locum decre. etiam si ab alio superiore inferiore a Papa petita fuerit licentia. Potest tamen dici, ꝙ petitio licentiæ cedendi beneficio, debet peti a superiore.s̄.e.c.admonet.& c.quod in dubijs, Et ideo ne superiori illudatur, post obtentam non potest quis pœnitere, quę ratio cessat in l.is qui.allegata in gl.quia cessio bonorum necessario non habet fieri coram superiore: iō potest fieri extra iudicium.l.fi.ff.de cessi.bo. & ideo ibi facilius admittitur pœnitentia. ¶ Vel secundo potest dici, ꝙ in d.l.is qui.loquitur in domino cedēte bonis suis, hic in prælate, qui censetur procurator & non dominus. de don.in c.ij.Et ideo magis succurritur ipsi domino, qui potentius ius habet in bonis suis, quam prælato qui minus ius habet in beneficio.¶ Vel tertio potest dici, ꝙ ibi loqtur in cessione quæ ex necessitate fiebat: ne videlicet ad instantiam creditorem incarceraretur. facit l.j.C.qui bo.
4 ced.pos.hic autem loquitur in voluntaria cessione. † magis autem succurritur facienti actum ex necessitate, quā ex voluntate.l.si fideiussor.§.qui necessaria.ff.qui satisda. cogan. & facit quod legitur, & no.in c.ab arbitris.de offi. deleg.lib.vj. ¶ Potest etiā dici quarto, vt tangit etiam hic Goffre.ꝙ in d.l.is qui. pœnitentia ibi nulli erat captiosa: hic autem fiebat renuntiatio ex iusta causa considerata salute propria vel vtilitate ecclesiæ, vt tangit̄ in litera. ¶ Potest etiam dici quinto, ꝙ eadē ratio operatur id, quod hic dicitur, & etiam illud quod ibi soluitur: quia vtrobique consulitur famæ ipsius cedentis & petentis licentiam. Et ideo quia in d.l.is qui consulitur famæ illius, qui cedit, si admittatur pœnitentia: hic autem econtra consulitur famæ pe-

mæ petentis licentiam cedendi beneficio, si non admitta
tur pœnitentia per rationem ibi positam in litera. Itẽ ad-
uerte, quia contra secundam solutionem facit quod habe
tur in l. fi. C. de repudi. hære. vbi videtur admitti pœniten
tia etiam circa id, quod quis fecit in re non sua: nam ibi fi
lius fuerat in potestate patris, licet post mortem patris re
pudiet hæreditatem, re integra potest pœnitere. Sed dic,
ꝙ hæreditas paterna est quasi debita ipsi filio. l. fi. C. de co-
dicillis. ideo ibi admittitur pœnitentia. Secus esset in ex-
traneo, qui repudiasset hæreditatem: quia non posset etiã
5 re integra pœnitere, vt l. iiij. C. de repudi. hære. † Sed iux-
ta prædicta potest dubitari, quid si præsentata petitione li
centię cedendi superiori reuocetur ipsa petitio, an teneat
ipsa reuocatio. Et videtur, ꝙ non per id quod habetur de
postula. in c. bonæ. el ij. vbi patet, quod post præsentatam
postulationẽ superiori non licet ab illa discedere. sed In-
nocen. hic tenuit contrarium per id, quod habetur j. eod.
c. lectæ. Et idem etiam tenuit Host. per hunc tex. a contra
rio sensu ibi, dum dicit, ea obtenta. Et sic secus videtᷣ vel-
le, quando non fuisset obtenta, argu. c. cum apostolica. de
ijs, quæ fiunt a prę la. nec ob. ꝙ dictum est de postulatione:
quia illa fit magis publicè, & magis solenniter, quam fiat
petitio cedẽdi. Et quia alicuius interesse potest, videlicet
postulati, ne ab ipsa recedatur, hic autem nullius interest,
ne reuocetur petitio ipsius licentię: & ideo facilius debet
6 admitti. † Et per prædicta etiam videtur, ꝙ si quis consti-
tuit nuntium vel procuratorem ad petendam licentiã ce-
dendi, ꝙ poterit reuocari ipsa petitio, & mandatum datũ
ad ipsam petendam, antequam præsentetur superiori. qđ
tenuit etiam Goffre. & Egid. Sed de hoc non mirandum,
cum etiam post præsentatam petitionẽ ipsi superiori pos
sit ante illam obtentam reuocari, vt superius est dictum.
7 ¶ † Dicit tamen hic Inno. ꝙ si aliquis per alium petijt licẽ
tiam, licet reuocet illam: si tamen superior ignorãs ipsam
reuocationem concedit ipsam licentiam, tenebit conces
sio licentiæ, & sic cogetur cedere per id, quod hic dicitur,
arg. l. si procuratorem. ff. de procu. & de appel. l. si duobus.
quamuis secundum eum posset distingui, an quis peten-
do licentiam per alium petierit licentiam per nũtium, an
vero per procuratorem. facit quod legitur & no. in l. mul-
tum. per gl. C. si quis alteri vel sibi. & quod legitur & not.
in l. si pater. ff. de manumis. vindic. Et de hoc dicendum,
vt hodie habetur in tex. & gl. in cle. cum illusio. de renun.
vbi dicitur, ꝙ ratio licẽtiæ tenet, si facta fuit antequam re-
uocatio perueniret ad ipsum superiorem, vel ad illũ, cui
datum erat mandatum de petenda licentia. Secus si ad al
terum prædictorum peruenisset reuocatio: quia tunc nõ
valeret concessio licentiæ, vt ibi dicitur. & facit quod legi
tur, & not. in reuocatione procuratoris ad iudicia in c. ij.
8 de procu. lib. vj. & in l. vna. C. de satisda. ¶ † Et pro declara
tione decre. & eius materiæ, conclude ꝙ interdum q̃s of-
fert cessionem superiori, vt quia forte dicit superiori. Ego
cedo tali beneficio. & supplico, ꝙ dignemini cessionẽ ad-
mittere. & tunc in casu isto videtur ꝙ non habeat locum
pœnitentia, ex quo cessit, & sic renuntiauit si superior nõ
vult pœnitentiam admittere per id, quod habetur s̃. eod.
c. admonet. & c. quod in dubijs. Et si superior admittat ces
sionem, non est necesse, ꝙ vltimus cedat, cum semel ces-
serit & sic desijt esse beneficiatus in beneficio, cui cessit.
Et si fuisset Episcopus alicuius ciuitatis qui obtulisset ces
sionem Papæ, & Papa illam admisisset, desijsset esse Epi-
scopus illius ciuitatis, seu ecclesiæ cathedralis ipsius ciui
tatis, vt voluit hic Innoc. ¶ Interdum vero quis non ob-
tulit cessionem superiori, sed petijt licentiam cedendi,
& tunc subdistingue, quia aut petijt licentiam per se, aut
per alium. Si per se petijt licentiam cedendi a superiore,
& tunc ante obtentam licentiam poterit pœnitere, per
istum tex. a sensu contrario: secus post obtentam licentiã
vt hic dicitur. Et hoc procedit, quãdo quis petijt licentiã
cedendi in manibus eius, cui superior commiserit, vt hic
voluit Inno. Idem tamen puto, si simpliciter petijt licen-
tiam cedendi ab ipso superiore: cum eadem ratio sit, & p
consequens idem ius, de transla. c. ij. ¶ Secundo casu, q̃n
quis petijt per alium: & tunc siue petierit per procurato-
rem, siue per nuntiũ recurre ad cle. cum illusio. de renun.
Quia vtroque casu potest ille, qui dedit mandatum, illud
reuocare, donec reuocatio perueniat ad illum, cui datum
fuit mandatum: vel ad superiorem, antequam ipse supe-
rior admittat ipsam petitionem licentiæ: alias non ꝓderit
9 sententia sine reuocatione, vt habetur in dicta clem. † Et
aduerte, ꝙ quando superior respondet ad petitionem licẽ
tiæ petitæ, attendi debet qualitas respõsionis. nam aut re-
linquit conscientiæ suæ petentem licentiam per se vel per
alium: & tunc etiam post talem respõsionem poterit pœ
nitere, si hoc conscientia sibi dictet, vt s̃. e. in c. nisi. ¶ Aut
committit alteri, qui loco sui recipiat cessionem, si illam
ecclesiæ viderit expedire: & tunc non debet admitti ces-
sio, nisi prius inquisitione secundum formam mandati su
perioris reperiat illam ecclesiæ expedire, alias non tene-
tur: cum forma mandati seruanda est. de rescri. c. cum di-
lecta. Interdum vero simpliciter admittit ipsam petitio-
nem, & concedit licentiã cedendi: & tunc non potest pœ
nitere amplius, sed cogi potest ad cedẽdum, vt hic patet.
Et prædicta faciunt ad quæstionem, si ad instantiam scho
laris Doctor promisit comedere secum in prandio vel in
cœna: si scholaris postea de hoc non curat, quod schola-
ris poterit ad hoc compelli, secundum Abba. Quid autẽ
si aliquis inuitat quem ad comedendum, an debeat mit-
tere pro eo hora debita, disputauit Ioannes de Deo in q̃-
stionibus suis. Et concludit, quod sic per text. in c. displi-
cet, circa finem. vbi ponitur historia Euangelij: vbi poni-
tur ꝙ dominus misit seruos suos inuitatis, vt venirent ad
nuptias. Cõmuniter tamen seruatur, ꝙ si inuitans est ma-
ioris autoritatis, quam inuitatus, quod inuitatus se præ-
sentet hora debita absque eo, ꝙ mittatur. Secus econtra,
quando inuitatus est maioris autoritatis quam inuitans,
quia tunc communiter mittitur pro eo, vt docet experiẽ-
tia, quæ est rerum magistra, vt in c. quam sit. de ele. lib. vj.
Et etiam pro muliere mittitur, secundum Ioan. de Deo.
quia robur excusat eas.

SVMMARIVM.

1 *Assignare verbum, & ad ius, & ad factum referri potest.*
2 *Executores, qui ad beneficia dantur, iudices quandoque appellantur.*
3 *Canonici sine mandato capituli possunt opponere de defectu iuris agentis.*
4 *Processus factus per duos ex tribus iudicibus non valet, si tertius non ad fuerit.*
5 *Appellans potest sibi terminum statuere ad prosequendam appellationem.*
6 *Appellatio in causa beneficiali, quandiu in curia esse censeatur.*
7 *Procurator qualis requiratur ad causam in curia existentem.*
8 *Terminus ad comparendum præfixus, quid operetur.*
9 *Mandatum ad impetrandũ, & cõtradicendũ, an et quãdo dicatur sufficiens.*
10 *Productio testium facta super renunciatione, quando valeat.*
11 *Renuntiãs literis, & vti ex ipsis literis cõpetenti, amplius nõ est audiẽdus.*
12 *Sententia quibus ex causis cassetur, siue annulletur.*
13 *Canonicus ad canonicatũ solũ receptus, ad prębendam non cẽsetur receptus.*
14 *Literis ad beneficia, non quæritur obligatio contra illos de ecclesia.*
15 *Appellatus, an appellanti terminum præfigere possit, & numer. 18.*
16 *Termini præfixio ad appellationem prosequendam quid operetur. & nu. 17. & 25.*
19 *Termini præfixiõ sola facit causam in curiam esse. & numero 21. & 31.*
20 *Appellatio a definitiua illico suspendit iurisdictionem iudicis a quo.*
22 *Termini præfixio quid operetur quando causa non censetur esse in curia.*
23 *Beneficiales causæ in curia hodie tractari debent.*
24 *Partes quando in causa appellationis per se comparere tenentur, & quando per procuratorem.*
27 *Procuratorem mittere ad causam appellationis, prosequendam quando sufficiat. & numero 27.*

28 *Appella-*

VEniens ad sedem. ¶Nota, quod
renũciat iuri
suo, qui gratiæ aduersarij. se submittit. h.d. Et
diuiditur in tres partes principales: nã in pri-
ma ponit appellationes in pœnitente, & eius
causam. In secunda ponit ipsius prosecutionem. In tertia
ipsius sententiæ confirmationem. Secunda ibi, ad quem.
Tertia ibi, nec ergo. ¶In tex. ibi, visus est. scilicet ipsis iu-
dicibus, secundum suam opinionem. ¶Nota primo de
ista clausula, si nihil canonicum obuiaret &c. quam expo
nit Goffre. i. si secundum ius canonicum nullum impedi
mentum subesset. facit s. de æta. & quali. c. accepimus. Et
secundum Hostien. hæc clausula semper intelligitur per
1 id, quod habetur de rescriptis. cum adeo. ¶†Nota de hoc
verbo assignare. nam referri potest ad significationem iu
ris & facti, prout hic per id potest colligi, de quo habetur
in c. pro illorum. de præben. ¶Not. q in impetrationibus
non solum fienda est mentio de vacatione, sed etiam de
modo vacandi. quod qualiter sit intelligendum, dixi in c.
2 post trãslationem. s. eo. ti. ¶†No. q executores dati ad be-
neficia, appellãtur iudices. Et ideo, quia potest assumi par
tem iudicis, vt plene legitur & no. in c. dudum. quod est fi
nale capitulum. & per gl. in cle. j. de offi. deleg. quæ tracta
3 fuit de dictis Innocentij. in d. c. dudũ. ¶†Not. q canonici
aliqui de ecclesia etiam sine mandato capituli, vidẽtur se
opponere ad opponendum de defectu iuris agentis, ne in
ecclesia recipiatur tanquam ius non habens. de quo in c.
super ijs. per Inno. de accu. & facit quod not. per eundem
in c. cum olim. de resti. ¶No. q per submissionem, quam
quis facit, submittendo se gratiæ capituli, non videtur q s
renuntiare iuri sibi competẽti ad beneficia. de quo in gl.
4 ij. & iiij. & s. eo. sane. ¶†Not. non valere processum duorũ
iudicum ex tribus, tertio non interessente. facit quod ha-
betur s. de offi. deleg. in c. causa matrimonij. ¶No. q exce
ptio renuntiationis literarum, quãuis extraiudicialis tan
quam litis finitæ & concludens ad impetrandum litem,
potest opponi ad processum. Et per hoc videtur ampliari
id, quod habetur in c. j. de litis contesta. in vj. Et intellige,
quando renuntiatur literis ipsis pendentibus. Secus vide
retur, si essent iam executæ, per id quod habetur s. eod. c.
5 sane. de quo dic, vt ibi dictum fuit. ¶†Nota appellantem
posse in appellatione sibi statuere terminũ ad prosequen
dum appellationem. de quo in c. personas. de app. & in c.
cum sit Romana. & c. sæpe. Et no. secundum do. Ant. effe
ctum statutionis termini, qua facit secundum eum in be-
neficialibus causam esse in curia. Sed certe secũdum ista
tempora non erat differentia inter causas beneficiales &
alias. Item not. q non solum statutio termini sola deserat
causam ad curiam, vt no. Io. An. in c. Nicolao. super gl. de
app. licet gl. ibi aliter senserit. Et ipse etiam d. Ant. in hoc
eodem c. tenet, quod statutio termini sola nõ habet face-
re causam esse in curia. Allegat pro casu c. interposita. §. j.
& ibi dicit hoc tenere Io. An. j. de appellationibus. ¶Sed
certe ille textus hoc non determinat, nec Io. And. ibi: sed
6 melius determinat Io. And. in d. c. Nicolao. ¶†Hodie ve-
ro si appelletur in causa beneficiali ad sedem Apostolicã
causa censetur esse in curia, donec appellatio sit facta in
præsentia aduersarij, vel eius specialis procuratoris: vel si
facta fuerit in absentia, fuerit intimata secundum formã
cle. causam. de elec. non requiritur aliqua statutio termi-
ni a iudice vel appellante, quia a iure statuitur terminus,
vt patet in c. j. de elec. in vj. Et illud c. debet seruari in ap-
pellationibus interpositis in alijs beneficijs, quam in di-
gnitatibus ecclesiæ regularis, & quam in dignitatibus ec
clesiæ cathedralis, si appellatur ad Papam, vel immediate
subiectio deuoluat ipsarum causas ad Papam, seruari de-
7 bet quod habetur in c. cupientes. de elec. in vj. ¶†No. ef-
fectum, quod causa sit in curia, quia tunc non sufficit mit
tere procuratorem ad impetrandum & cõtradicendum,
sed oportet quod mittatur instructus ad causam tractan-
dam. Quando autem in alijs causis, quam beneficialibus
dicatur causa esse in curia, tangitur in gl. fi. & tangam seu
dicam super illa. ¶Nota, q vbi causa est in curia, sed non
comparet pars alia instructa, procedi potest ad sentẽtiam
diffinitiuam contra absentem tanquam contra contuma
cem, quando non comparuit in termino, dummodo cau-
sa sit in tali statu, q procedi posset ad diffinitiuam. de quo
tangitur in gl. & de app. c. Nicolao. & c. per tuas. No. effe-
ctum termini statuti ab appellante. Et idem dicas si a iudi
ce fuisset statutus, quia habet citationis vim peremptoriæ
adeo q si expectatus non veniat, potest procedi ad sentẽ-
tiam sine alia citatione. facit quod habetur de ap. c. sæpe.
8 †Nota. q talis terminus videtur habere vim citationis, vt
quis compareat in termino, & etiam postea quandocun-
que. Et sic videtur, q si iudex non procedit in termino, si
diu post præsentatur per spatium duorum mensium, po-
stea valeat processus. Quod qualiter sit intelligendum, re
curre ad ea, quæ habentur de offi. deleg. in c. consuluit. &
de dolo & contu. in c. cum dilecti. vbi tangitur per Ioan.
Andr. ¶Nota, quod quis potest sibi statuere terminũ de-
terminando principium termini ad diem feriatam, vt sic
designet tempus, in quo procedatur, sed ex quo procedi
9 dẽat. de quo in c. fi. de ferijs. de dilatio. c. exposuit. ¶†No.
q habens mandatum ad impetrandum, & contradicen-
dum, non videtur habere sufficiens mãdatum, vel minus
sufficiens. de transla. c. ij. ¶Et no. etiam quod ad excusan
dum contumaciam etiam respectu processus fiendi quo
ad diffinitiuam sententiam, quando causa est in curia, nõ
sufficit mittere procuratorem ad impetrandum & contra
dicendum. de quo in gl. fi. & d. c. Nicolao. ¶No. quod au-
ditor qui cognouit iudicium, videtur posse super illo sen
tentiare. Quod intellige verum, si hoc habeat in manda-
tis. facit quod habetur de testa. in c. Raynutius. de quo vi-
de in cle. auditor. de rescriptis. vbi de materia per Bar. in l.
a diuo Pio. in prin. ff. de re iudi. ¶In glo. j. in fi. & sic videt
velle glo. quod in casu huius c. per negationem factam p
istum subdiaconum, de quo in litera facta fuerit litis con
testatio. ¶An autem per responsionem factam confiten-
do aliquo casu, inducatur litis contestatio, recurre ad no-
tata per gl. in c. dudum. lo ij. de ele. in ver. gl. responsionẽ.
& in c. j. de litis contesta. & facit etiam quod no. per gl. in
l. proinde. ff. ad leg. Aquil. ¶Sed aduerte, quia in casu hu-
ius c. per negationem non fuit facta litis cõtestatio, quia
negatio non fuit facta per reum ad narrationem actionis
quo casu bene inducitur contestatio, secundum ea quæ
habentur

habentur de litis contest.c.vno, sed fuit facta negatio ꝑ
actorem eius, quod dicebat reus: & sic negauit actor id,
quod excipiendo asserebat reus. Et ideo cum negatio nõ
fuerit facta super negotio principali, sed super exceptio-
ne opposita per reum, non videtur ꝙ inducta fuit litis cõ-
testatio in negotio principali. Sed si qua fuit inducta, fuit
potius inducta super exceptione. facit quod leg. & not. in
c. prudentiam. §. sexta. de offic. dele. ¶ Et per prædicta po-
test inferri nunquid in casu huius c. tenuerit productio te
stium facta per partem capituli non secũdum intellectũ
glo. Tenendo quod hic fuerit facta litis contestatio in ne-
gotio principali, clarum est ꝙ sic, cum testes possunt pro-
duci post litem contestatam. s̄. vt lite non contest. c. j. & c.
quoniam. Si autem dicatur, ꝙ lis non fuerit contestata su
per negotio principali, vt videtur hic voluisse Ioan. And.
post Hostien. tunc videretur, ꝙ non valuerit dicta produ-
ctio testium tanquam lite non contestata per ea, quæ ha-
bentur in d. c. quoniam. ¶ Sed aduerte, quia etiam tenen-
do, ꝙ non fuerit facta litis contestatio, defendi potest ꝙ te
nuerit productio testiũ: quia hic fuit adiecta exceptio re-
nuntiationis, & quod fuit renuntiatum iuri competenti
ex literis, quę exceptio perimat literas & gratiam: & ideo
illa potest opponi ad processum, sicut etiam potest oppo
ni exceptio surreptionis ex eo, quia illa etiam in benefi-
cialibus perimit literas & gratiam, secundum ea quæ ha-
bentur de rescriptis. in c. constitutus. & c. ad aures. & de li
tis contest. c. j. lib. vj. per gl. & Inn. & facit etiam quod no.
10 in c. ad audientiam. ij. de rescrip. ¶ † Et ideo cum potuerit
opponi ad processum exceptio renuntiationis, de qua in
litera, non fuit necesse litem contestari per ea, quę haben
tur in d. c. j. de lit. contest. li. vj. & ideo tenuit productio te-
stium facta super dicta renuntiatione, etiam lite non con
testata. ¶ In glo. ij. in prin. ista gloss. plura facit secundum
Ioan. An. quia primo fortificat textum secundo dat simi-
le. tertio obijcit & soluit in ver. dic. quarto allegat ꝑ simi
li casum c. sane. s̄. eodem. Quinto ponit dissimilitudinem
inter hoc capitulum & illud, & ponit illud c. habere duas
lecturas. secũda pars est ibi, et est simile. tertia ibi, sed cõ
tra. Quarta ibi, simile non. quinta ibi, sed ibi plus. Et cum
hac diuisione gloss. transit do. Flori. Tu posses dicere, qđ
in prima parte gl. voluerit reuocare in dubiũ, an iste dia-
conus, qui commisit se gratiæ capituli, intelligatur ꝑ hoc
renuntiasse literis suis. Et in effectu concludit, ꝙ non: q̃a
licet fuerit probatum tantummodo, ꝙ commisit se gratię
capituli, nõ tamen per hoc fuit probatum in veritate, qđ
per hoc renuntiasse literis, & non fuit retractata sentẽtia
iudicis, qui tulerunt sententiam contra subdiaconum ex
eo, quia visum fuit eis, ꝙ committendo se gratiæ capituli
renuntiasset literis & iuri competẽti ex literis. Qđ fuit ve
rum per id, quod ponitur in glo. in ver. quia & si. aliæ par-
tes non mutantur. In eadem glo. ibi, poterat vti iure suo.
nam vt dicit Innoc. eo ipso ꝙ commisit se gratiæ capituli
videtur protestatus, ꝙ gratiam expectabat ab ipsis de capi
tulo: & ideo si nullam gratiã fecerunt, potest vti iure suo,
vt dixit gloss. pro hoc allegat quod habetur in l. siue apud
acta. C. de transac. facit quod habetur in l. hoc iure. §. fi. ff.
de dona. & in l. ij. & per totum. ff. de cond. ob causam. &c.
¶ In ea. gl. ibi per prima iura. Aduerte, quia gl. respondet
ad contraria. Sed potes dicere ad c. gratum. cum alijs iuri
bus in contrarium allegatis, quia illa iura loquuntur q̃n
quis directe exercet actum contrarium actui pręambulo,
vt in illis patet. Et ideo nimirum si videtur renuntiasse ꝑ
talem actum iuri quæsito ex actu præambulo. ¶ Hic autẽ
committendo se gratiæ capituli, ideo videtur fecisse dire
cte contrarium literis suis, quia non videtur hæc fecisse
animo renuntiandi literis, sed potius vt gratiam cõseque
retur, vt superius dixit gl. Et ideo per talem actum nõ in-
telligitur renuntiasse iuri quæsito ex literis. Item nõ ob-
stat, quod dicit glo. fiat pro quo facit in ver. & nihil refert

inquantum dicit, quod nihil refert quid ex æquipollenti-
bus fiat. Pro quo facit vltima lex allegata per gl. quod ha-
betur in l. fi. ff. mandati. & ff. ad Treb. l. mulier. Potest dici,
quod ista non sunt æquipollentia: committere se gratiæ
capituli, & renuntiare literis, vt patet ex superius dictis &
ex ijs, quæ superius dixit gl. ¶ In eadem gl. in fi. Et sic po-
suit gl. duos intellectus ad c. sane. quos etiam ibi tetigi. &
secundum etiam infra tangit gl. in verbo, renuntiasse. ad
fi. vbi gl. clarius ponit secundum intellectum quam hic,
videlicet quod ibi restituit literas postquam fuerat insti-
tutus ipsarum autoritate, & ideo non per hoc habuit sibi
nocere: quia licet per traditionem literarum, quando nõ-
dum facta esset executio videretur quis renũtiare iuri cõ
petenti ex literis, tamen secus videtur, quando ius nõ pẽ
det ex literis: quia facta est executio iuris contenti in lite
ris, & ideo talis traditio literarum non habet tunc noce-
11 re. ¶ † Et pro declaratione textus & glossæ, potes conclu-
dere quod aliquando quis renuntiat literis, seu iuri com-
petenti ex literis: & tunc vltimus non audietur. vij. q. j. in.
c. quam sit periculosum. ff. de ædil. edic. l. item quæritur. §.
si venditor. ¶ Interdum vero quis committit se gratiæ ca
pituli, nec tradit tamen literas: & tunc non censetur renũ
ciasse iuri suo per id, quod habetur in textu isto, & quod
supra dixit glos. ¶ Interdum committit quis se gratiæ ca-
pituli, & tradidit literas, & tunc si tradidit illas antequam
sit ius consecutus autoritate illarum, videtur renunciaſ-
se iuri competenti ex literis: ideo de mero rigore non au
dietur, sed de æquitate officio iudicis, per id quod habetẽ
in c. sane. s̄. eo. secundum vnum intellectum. Si vero tradi
disset literas postquam fuisset cõsecutus ius ex literis: tũc
non intelligeretur renuntiare iuri iam quæsito, & ideo au
dietur etiam de mero rigore iuris, vt est casus in d. c. sane,
secundum alium intellectum, de quo dic vt ibi dictũ fuit
aliquãdo quis se commiserit misericordiæ capituli, & tũc
idem dicendum quod dictum est s̄. quando quis se com-
mittit gratiæ capituli per id, quod habetur s̄. eod. c. sane.
aliquando vero quis se cõmittit voluntati capituli: & dic
idem, secundum Io. And. & Inno. quia voluntas debet re
duci ad arbitrium boni viri, per id quod habetur in l. si li-
bertus. ff. de fideicom. liber. & de iureiurando, in c. quin-
tauallis. ¶ In gl. iij. ibi, cassari sententia. melius dixisset se
cundum Hostiensem cassaret irrita renuntiari, quia ipso
iure fuisset nulla, per iura j. allegata per glossam. ¶ In ea.
gl. ibi, sed ex alia causa. de qua patet ex litera. nam iudices
tulerunt sententiam contra subdiaconum ex eo, quia vi-
sum fuit eis, quod ex quo commiserat se gratiæ capituli,
intelligebatur renuntiasse literis, quod non erat verum.
& ideo postea erat dicta sententia cassata. Sed aduerte, q̃a
videtur quod dicta sententia fuit nulla tanquam lata ex-
presso iuris errore in ea, per id quod habetur in c. j. de iu-
di. nam lata fuit ex falsa causa in iure expressa in sentẽtia,
vt videtur patere ex litera, dum dicit, pro eo quod idẽ &c.
¶ Posset dicere quod licet causa in sententia, & sic cessa-
ret contrarium verum: quia ista solutio videtur aliquali-
ter literam violare. Potest dici secundo, quod licet dicta
causa fuerit expressa in sententia, tamen non redditẽ sen-
tentia nulla ex eo, quia non erat bene clarum in iure, an
committens se gratiæ capituli videretur literis renunciaſ
se: nam pendebat hoc ex c. sane. s̄. eo. quod habebat mul-
tiplices intellectus. Et ideo talis causa expressa cõtra ius,
quæ multipliciter intelligitur, non inducit nullitatẽ sen-
tentiæ, per id quod habetur s̄. eod. c. in sententia. & quod
ibi notatur per do. Ant. & de rescri. in c. ab excommuni-
cato. Et per Innoc. in c. cum speciali. Et per Bart. in l. cum
12 prolatus. ff. de re iudi. ¶ † Item aduerte, quia multiplex po
test considerari causa cassationis sententiæ. Vna, quia di-
catur quod fuit lata lite non contestata. Sed an hæc causa
procedat, pendet ex ijs, quæ dixit glo. ista, & etiam quæ di
xi super illa. & adde etiam, quod in causa beneficiali, de
qua hic

qua hic loquitur, non est necessaria contestatio, vt patet
in clemen.ij.de iudi.iuncta clemen.sæpe.de verbo.signi.
Olim tamen videbatur secus, per ea quæ habentur in c.
dudum.el ij.de ele.de quo dicendum vt ibi. Secunda cau-
sa, quare fuit cassata sententia, potest colligi ex glossa ij.
quia cassata fuit ex eo,quia non fuit renuntiatum literis:
quamuis se commisisset gratiæ capituli,visum fuit eis qđ
per hoc intelligitur literis renuntiare, quod non erat ve-
rum: & ideo dicta de causa fuit sententia cassata. ¶Ter-
tia causa colligi potest ex hac glossa tertia, scilicet, quia
duo ex tribus processerunt sine tertio,non apparente,qđ
tertius se excassasset, vel eis commisisset suas vices. Ista
tamen causa licet in se posset esse vera, tamen non vide-
tur de mente literę,sed potius secunda.Quarta potuit es-
se causa secundum aliquos, vt tangit hic domin. Anto.&
colligitur ex dictis Innocen.quod ideo fuit cassata, quia
singulares de capitulo non debuerunt admitti ad oppo-
nendum, ex eo quia & si renuntiatio fuisset facta capitu-
lo,ex tali renuntiatione nullum ius fuisset quæsitum sin-
gularibus de capitulo, & sic non poterat se opponere no
mine capituli, quia non habebat mandatum. facit supra
de procura.c.j.nec nomine proprio,quia nullum ius erat
eis vt singulis ex renuntiatione facta cap.quæsitum, cum
aliud sit capitulum,& aliud singuli de capitu.xij.quæstio.
secunda.c.qui manumittit.& l.in tantum.§.vniuersitatis.
ff.de rerum diuisio. Ista tamen causa non videtur hic pō-
derari, & an in se fuerit legitima,dicetur post gloss. ¶In
gloss.quarta.ibi,monitorias. Glo.fecit mentionem de tri-
plici specie literarum ad beneficia:quia secundum illa tē-
pora consueuerunt emanare tria paria literarum, quan-
do scribebatur pro aliquo beneficiando. uam primo da-
bantur sibi literæ monitoriæ.secundo præceptoriæ.tertio
executoriæ:vt patet ex ijs,quæ habentur in capitu. ex in-
sinuatione.& c.Abbatem. de rescrip. & facit etiam quod
habetur in c.constitutus.eodem titu.& in capitu. capitu-
lum. hodie non etiam primo loco dantur executoriæ, vt
docet experientia.¶In eadem gloss.ibi,ante receptionē.
Quale autem ius habeant post receptionem, attendi de-
13 bet forma receptionis. ¶† Nam si solum quis esset rece-
ptus in canonicum,& sic non esset receptus etiam ad prę
bendam, & per consequens non esset collata præbenda;
diceretur habere ius ad præbendam,& sic ad beneficium
non autem in ipsa præbenda seu beneficio: & sic diceret
habere ius ad rem,& non ius in re.Secus si esset præben-
da etiam collata: quia tunc diceretur habere ius in re, vt
patet ex ijs,quæ habentur in c.penul.& fina.de prębend.
libro sexto.& eodem titulo,capitu.si postquam.& de con
cessio.præben.capitulo fin.eodem libro. Et quale ius ac-
quirat ad beneficia,plene colligitur ex ijs, quæ habentur
in capitu.si capitulum.& in c.si soli.& ibi gloss. magistra;
de concessione præben.libro sexto.¶In eadem gloss.ibi,
sed officium executorum.¶Not. bene glossam,ad quam
14 sæpe fit remissio, quæ aperte decidit,† quod per literas ad
beneficia non quęritur proprie ius obligationis contra il
los de ecclesia,vel contra ecclesiam, sed quæritur ius im-
plorandi officium executorum, vt mandatum Apostoli-
cum subsequatur, prout etiam ipsi requisiti ad hoc tenen
tur, quod tene menti. ¶Et an per literas ad beneficia li-
gentur manus collatoris,recurre ad glossam plenam, &
magistram in dicto capitulo si soli.ad id autem, quod gl.
dixit quod ei,quod est renuntiare non potest, potes alle-
gare quod habetur in l.si ita scriptum.§.sub conditione.
ff.de legatis tertio.& de ecclesijs ædifi.capitulo pen. ¶In
eadem gloss.in fine. Nota pro intellectu capitulo sane.su
pra eodem. Nam ponit vnum intellectum hic clarius,q̃
posuerit glo.ij.de quo dic vt dictum fuit in d.capitu.sane.
¶In glo.præfixit.ibi,facere potest. supple quando appel-
lans non præfixit terminum suæ appellationis.Quinimo
etiam si præfixisset minus prolixum, posset abbreuiari,
per id quod habetur de appellat. personas. Et facit quod
habetur eodem titulo,cum sit Romana. & c.peruenit.&
cap.oblatæ. In eadem gloss.ibi,arripere iter.nota bene ex
gl. quod aliud est appellantem præfigere tempus ad pro-
sequendam appellationem,quo casu infra tempus debet
se pֿsentare coram iudice appellationis, & sic in curia, si
appellatum fuit ad curiam. Aliud est statuere sibi iter arri
piendum: nam tunc sufficit sibi arripere iter in termino,
licet in illo non reperiatur in curia.de quo in c.personas.
de appellatio. ¶In eadem glos.ibi,ante terminos.supple
15 præfixos a iudice,vel ab appellāte. ¶†Appellatus autem
non potest præfigere terminum ipsi appellanti, quia non
est inconueniens quod appellatus ipse astringat appellan
ti terminum datum sibi a iure, per id quod habetur de re
gulis iuris.in regula,indultum.& no.de appellatio.in c.j.
libro sexto.& de appellatio.sæpe. In eadem glossa ibi,nō
valent. intellige si facta sit appellatio tacite termino præ-
fixo a iudice,vel ab appellante:nam tunc literæ videntur
surreptitiæ,& consequenter inualidæ, siue fuerint impe-
tratæ per appellatum, siue per appellantem, per id quod
habetur in c.sæpe.ad finem.& in c.oblatæ. de appellatio.
In eadem glossa ibi, præuenire potest.supple per appella-
tum, dummodo ipse appellatus nimium non præcurrat,
vt supplantet appellantem, vt probatur in c.oblatæ.hic al
legato.¶In glo.fina.in princip.ista glo.duo facit principa
liter.nam primo obijcit,& dupliciter soluit. secundo tra-
ctat,an & quando appellatus, & appellans teneantur mit
tere sufficientem procuratorem,& sic sufficienter instru-
ctum ad prosequendum appellationem interpositam ad
curiam,& consequenter, an & quando sit tractanda in cu
ria causa appellationis interposita ad curiam, seu ad Pa-
pam: & certo respectu distinguit inter appellationem ab
interlocutoria, seu grauamine, & inter appellationem a
diffinitiua.secunda pars principalis est ibi, & not.hic. Et
secunda secundæ ibi,secunda appellatur. ¶In eadem gl.
ibi,vbi condemnatur appellans in expensis.supple, & sic
eadem ratione videtur, quod sit econtra appellatus, qui
non fuit prosecutus,nisi ad impetrandum, non debuerit
condemnari nisi in expensis:quia æqualis debet esse con
ditio actoris & rei,& sic appellantis & appellati. infra de
regu.iur.libro sexto.& ff.de regu.iur.in l.non debet. ¶In
eadem gloss.ibi,hoc non fuit petitum. Et sic videtur vel-
le glossa,quod si sibi ibi in dicto capitulo Nicolao.fuisset
petitum,vt procederetur ad diffinitiuam,quod tunc ad il
lam potuisset,& debuisset procedi.Hæc tamen solutio vi
detur aliqualiter illam literam violare. ideo glo.dedit se-
cundam solutionē in ver.vel melius.quæ in effectu vult,
quod ibi lis non erat contest.ideo non potuit procedi ad
diffinitiuam super negocio principali, per id quod legi-
tur,& nota.in c.per tuas.j.de appellatio. Et ideo solū po-
tuit, & debuit procedi ad condemnationem expēsarum:
sed hic fuerit lis contestata in negotio principali,ideo po
tuit procedi ad diffinitiuam. ¶An tamen hoc sit verum,
quod hic fuerit lis contesta.in negotio principali,dictum
fuit in glo.j.& super ea.videtur tamen quod saltem super
exceptione peremptoria potuit dici fuisse lis contestata
per id,quod dictum fuit super dicta gl.prima,& sententia
fuerit lata super illa:ideo postea in causa appellationis po
tuit procedi ad sententiam cassandam vel confirmandā.
¶In eadem gloss.ibi,ac si peremptoriè sit citatus.supple,
quo ad finiendam causam appellationis, non tamen ha-
bet vim peremptorij quo ad hoc, vt si appellatum fuit ab
interlocutoria finito articulo appellationis posset proce
di super negotio principali sine noua citatione, vt no.Io.
And.in c.sæpe.super glo.quæ incipit, vt si lis.infra de ap-
pellationibus. ¶In ea.gl.ibi,nuntium sufficiētem.id est,
sufficienter instructum in causa appellationis. Et sic non
sufficit mittere nuntium,qui tantum habeat mandatum
ad impetrandum & contradicendum in casibus, de qui-
bus sc-

16 bus sequitur in glos.¶†Et nota bene ex glossa, quia videtur velle, quod sola termini præfixio facta a iudice vel ab appellante ad prosequendam appellationem arctat appellatum, & appellantem ad mittendum nuntium sufficienter instructum, cum alternatiuè loquatur. Et sic videtur velle, quod sufficiat alterum de expressis in glo. ad hoc, vt appellans & appellatus teneantur mittere nuntium sufficienter instructum, arg. in regula, in alternatiuis. infra de regulis iuris, in sexto. Et idem voluit glo. in capitulo Nicolao. infra de appellationibus & videtur etiam glo. velle potissime istud procedere, quando appellatur a diffinitiua, vt patere potest ex eo, quod dicit hic gl. infra in vers. secundo appellatur. licet idem videatur velle idem, quando appellatur ab interlocutoria, vt patet ex eo, quod sequitur infra in glo. ¶Sed Ioan. Andre. & dominus Anto. hic post eum dicunt hoc non esse verum, quod sola termini statutio, seu præfixio arctet appellantem & appellatum ad mittendum nuntium sufficienter instructum, & sic quod faciat causam esse in curia, & quod ibi debeat tractari. Mouentur per ea, quæ habentur in c. interposita. §. primo. infra de appellationibus. Sed certe ibi de hoc nil dicitur, sed bene tangit Ioan. Andr. in capitulo Nicolao. super glo. infra de appellatio. Et quod sola termini præfixio facta a iudice, vel ab appellante non faciat causam esse in curia, vt ibi sit tractanda, & consequenter quod arctet appellantem & appellatum ad mittendum nuntium sufficienter instructum, vt tenuit Specula. in titulo de appellatio. §. qualiter. versicu. cautius. & versic. porro. Et pro ipso bene facit, quod habetur in capitulo sæpe. infra de appellatio. vbi videtur requiri vltra termini statutionem quod appellatio sit recepta a iudice, vel approbata a par-
17 te. ¶†Nec obst. quod habetur in dicto capitulo Nicolao. vbi videtur probari quod sola termini præfixio arctet appellantem, & appellatum ad mittendum nuntium sufficienter instructum: quia responderi potest, quod licet ibi fiat mentio de præfixione termini solum, tamẽ debet suppleri & intellige, ꝙ ibi etiam interuenit dilatio iudicij, vel approbatio partis, per ea quæ habentur in dicto capi. sæpe. facit quod inferius dicetur. ¶In eadem gloss. ibi, vel ab appellante. not. bene quod terminus potest præfigi appellationi prosequendæ, seu ad prosequendam appellationem per iudicem ipsi appellanti. Et similiter potest etiam ipse appellans sibi præfigere tempus ad appellationẽ ꝓsequendam, vt sic si non fiat prosecutio infra terminum prædictum ad appellationem prosequendam, appellatio censeatur deserta, licet non fuerit lapsus terminus iuris, seu datus a iure ad appellationem prosequendam, qui est annus, & ex causa biennium. infra de appellationi. capit. ex ratione. & C. de tempo. appel. authentica ei qui. Et ꝓbantur prædicta per ea, quæ habentur infra de appella. in capitulo personas. & c. cum sit Romana. & capitulo per-
18 uenit. & capitulo sæpe. ¶†Appellans autem potest præfigere terminum appellanti ad appellationem prosequendam: quia non est conueniens, quod ipse appellatus, qui est aduersarius appellantis, restringat terminum iuris ipsi appellanti, argu. regulę indultum. infra de regulis iuris, lib. vj. Et hoc etiam tenuit Specula. in dicto §. qualiter. circa finem. Et Ioan. Andr. in capitulo primo, de appellatio. libro sexto. ¶In eadem glos. ibi, ab aduersario. supple, vel recipiatur a iudice, per id quod habetur in c. interposita. §. primo. statim allegato in gl. ¶Et nota, quod paria sunt iudicem recipere appellationem, vel illi deferre vt nota. Specula. in titu. de appellatio. §. nunc dicamus. ad finem. ¶In eadem gl. ibi, & hic tamen lis est contestata. Aduerte, quia si fuit appellatum ab interlocutoria, non est necesse quod lis fuerit contestata in negotio principali, nec etiam quod fuit contestata in articulo appellationis quo ad hoc, vt possit finiri ipsa causa appellationis ab interlocutoria, altera parte prosequente legitime, alia existente contumace, prout probatur in c. interposita. §. final. infra de appellat. Et sic limitatio ista non videtur in dicto casu procedere. Sed bene est verum, quod finita causa appellationis ab interlocutoria, & fuerit forte pronuntiatum ꝓ appellante, & sic causa principalis videatur deuoluta ad iudicem appellationis, per ea quæ habentur infra de appellationibus. in c. vt debitus. tunc si agatur de processu fiendo in causa principali, debebit pars citari. Et si lis coram iudice principalis causæ fuerit contestata in negotio principali, poterit tunc procedi coram iudice appellationis ad diffinitiuam. Si autem non fuisset lis contestata in negotio principali: tunc non posset procedi ad diffinitiuam, sed ad alia de quibus tetigit gl. in c. sæpe. in gl. ij. quę incipit, vt si lis &c. & quæ habentur in c. tuæ. & in c. quoniam. §. in alijs. vt lite non cõtestata. Et hoc modo potest saluari ista glo. inquantum distinguit, an lis sit contestata in principali vel non. facit quod inferius dicetur. ¶In ea. gl. ibi, sed consideratur vtrum terminus. ¶Nota bene diligenter gloss. quæ vult aperte, quod quando appellatur a diffinitiua, non est differentia vtrum appellatio approbetur a iudice, vel ab aduersario, vel non, sed solũ debet considerari, an terminus sit præfixus appellationi prosequendæ a iudice vel appellante: quia si terminus sit præfixus, vtraque pars tenetur comparere per procuratorem suffi-
19 cienter instructum ad totam causam. ¶†Et sic vult gloss. quod in appellatione a diffinitiua sola termini pręfixio faciat causam esse in curiam, & arctet vtranque partem ad comparendum per procuratorem sufficienter instructũ. ¶Hostiensis vero, vt refert Ioan. Andr. in c. interposita. §. primo. infra de appellationi. Et etiam Specu. in d. §. qualiter. ver. porro. tenet, quod etiam in appellatione a diffinitiua attẽdi debet, an appellatio recipiatur a iudice, vel approbetur ab aduersario: sicut etiam attenditur, quãdo appellatur ab interlocutoria, iuxta præalle. decre. interpositam. §. j. ¶Sed Spe. in d. §. qualiter. versic. porro. concordat opiniones, nã dicit quod receptio, seu delatio iudicis in appellatione ad diffinitiuam nihil operatur, quia iudex a quo appellatur, tenetur illi deferre. facit quod not. gl. in c.
20 primo, ad finem. infra de appellationibus. in sexto. ¶†Et pro hoc etiam facit, quia eo ipso quod appellatũ est a diffinitiua eo ipso suspensa est iurisdictio iudicis, absque alia inbibitione, & absque alia delatione. infra de appel. non solum. lib. vj. ergo delatio nihil videtur operari. Secus autem est in appellatione ab interlocutoria, quia per illam non ligantur manus iudicis a quo, nisi ipse deferat appellationi. infra de appella. in c. cum appellationibus. lib. vj. vel nisi facta fuerit sibi inhibitio canonica secundum ea, quæ habentur in c. Romana. §. quod si obijciatur. & c. si a iudice non solum. de app. lib. vj. Et isto casu posset saluari hæc gl. quatenus dicit, ꝙ non est differentia in appellatione diffinitiua, an illa approbetur a iudice vel nõ. Nec obstat quod habetur in c. oblatæ. infra de app. dum dicit, nec appellationi delatum &c. quia illud notat facti contingentiam, non iuris ministerium propter ea, quæ superius dicta sunt, vt no. Spe. in d. ver. porro. ¶Sed quatenus glo. dicit, ꝙ in appellatione a diffinitiua non refert, an appellatio approbetur ab aduersario vel non. bene dixit secundũ Specu. quia imo est longa differentia, nam quando approbatur ab aduersario, vtraque pars arctatur ad mittendum procuratorem sufficienter instructum: & sic censetur causa esse in curia, vt ibi tractetur, per ea quæ habentur in c. sæpe. de app. Secus quando non est approbata ab aduersario, quia tunc non censetur causa esse in curia, vt ibi debeat tractari. Et sic non est necesse mittere procuratorem sufficienter instructũ ad causam appellationis prosequendam: sed sufficit mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum. Et sic hoc casu gl. non bene dixit. Et

plus

21 plus dixit Spe.in loco præallegato, q † sola termini præfi-
xio facta a iudice vel ab appellante, etiam in appellatio-
ne a diffinitiua, non facit causam esse in curia, vt sic vtra-
que pars teneatur admittendum procuratorem sufficien
ter instructum: licet gl.hic tenuerit oppositum, & non be
ne secundum eũ. ¶ Item aduerte, quia statutio termini fa
cta a iudice vel a parte eo casu, in quo causa non censetur
esse in curia, seu non venit ibi tractanda necessario, non
videtur tunc habere vim perẽptorij, ex eo quia tunc non
est necesse quem comparere per procuratorem sufficien-
ter instructum: sed sufficit mittere procuratorem ad impe
trandum & contradicendum, vt patet ex superius dictis,
& ex ijs, quæ habentur in c.interposita. in clemen.j.infra
de appella. Et sic demum statutio termini habet vim pe-
remptorij, seu peremptoriæ citationis, quando causa est
tractanda in curia: & sic quando quis tenetur comparere
per procuratorem sufficienter instructum, quod contin-
git quando appellatum est ante sententiam, & appellatio
est recepta a iudice, vel approbata a parte vt patere potest
ex ijs, quæ superius dixi & patebit etiam ex inferius dicẽ
dis. Et bene facit, quod habetur in c.sæpe. infra de appel-
lationibus. nisi probetur etiam quod in prædictis causis
22 habet vim peremptorij. ¶ † Et si dicatur, quid operabitur
statutio termini facta a iudice vel a parte eo casu, quo cau
sa non censetur esse in curia, ex quo tunc non habet vim
peremptorij. Dic quod operabitur duo. primo quia in im
petrando non poterit dictus terminus præueniri per ali-
quam partium, adeo quod si ante dictum terminum fiet
impetratio non facta mentione de dicto termino præfi-
xo, impetratio erit surreptitia, & sic inualida, vt probatur
in c.sæpe.ad finem. & c.oblatæ.de appellatio. Item opera-
bitur si appellans non compareat in dicto termino, & ap
pellatus compareat, censebitur appellatio deserta, & con
demnabitur appellans ipsi appellato in expensis, vt pro-
batur in c.irreprehensibilis. & c.Nicolao. & ibi etiam per
Ioan.Calde.infra de appellatio. & facit etiam quod habe-
tur eodẽ titu.in c.personas. & c.cum sit Romana. ¶ Item
aduerte, quia licet Ioan.And. hic in fine istius glossæ si.di
cat quod hic erat quæstio beneficialis, in qua dicit hodie
tenendum, quod habetur in c.j. & c.cupientes, de elec.in
sexto. tamen secundum ista tempora inter causas benefi
ciales & alias causas, quo ad effectum deuoluẽdi causam
ad curiam, vt ibi veniat tractanda, non bene videtur repe
riri differentia: quia in beneficialibus propter periculum
vacationis iudex ex officio poterit prouidere, vt lis abbre
uiaretur, vt habetur in c.oblatæ. infra de appel. Et secun-
dum prædicta patet, q secundum hæc tempora si appella
batur ad curiam saluis causis maioribus, quæ sui natura
erant in causa, alias causis tractandæ. infra de appellatio.
in c.vt debitus.circa finem. Et facit de electio.in c.quam-
uis. in vj. In alijs etiam beneficialibus solum ex sui acci-
dentu, & non sui natura secundum ista tempora erant tra
ctandæ in curia: puta quando appellatio erat recepta a iu
dice, vel approbata ab aduersario, vt patere potest ex præ-
allegata decret.sæpe. & c.interposita.§.j. & ex ijs quæ dixi
23 supra, & etiam inferius dicetur. ¶ † Hodie vero possumus
dicere, quod causæ beneficiales sui natura sunt tractandæ
in curia si appellatum sit ad Papam in præsentia partis ad
uersæ: vel si in absentia fuerit appellatum, appellatio fue-
rit intimata appellato secundum formam clemẽ.causam.
de electio. Nam tunc etiam, licet nõ fuerit recepta appel-
latio a iudice vel approbata a parte, tamen debet tractari
in curia. Et licet non sit aliquis terminus statutus a iudi-
ce vel a parte ad prosequendam appellationem infra tem
pora, de quibus in c.j.de elec.in vj. & eo.ti. & lib.c.cupien
tes. ¶ In appellationibus tamen facit super electione vel
postulatione facta ad ecclesiam regularem, vel ad eccle-
siam cathedralem, ad Papam seruari debere tẽpora, quæ
habentur in d.c.cupientes. In alijs minoribus beneficijs
proprie loquitur c.primum, de elec.in vj. ¶ Causæ autem
non beneficiales, & olim, & hodie sui natura censentur
esse in curia esse tractandæ per appellationem interposi-
tam ad Papam. Sed demum ex accidenti, scilicet quando
appellatio recipitur a iudice, vel approbatur a parte, alias
necessario non venit tractanda in curia, si potest fieri im-
petratio, vt cognoscatur extra curiam secũdum formam
capitulo statutum.de rescr.in vj. & c.litigantes.de offi.or.
eod.libr. Et de eo casu, in quo de necessitate non est causa
tractanda in curia, si appellans impetrauit iudicem ibi in
curia, & fecit aduersarium citari coram, videtur quod vs-
que ad litem contestatam poterit citatus obijcere, quod
causa ibi in curia non est tractãda, sed potius extra, vt no-
tauit Spe.in ti.de delati.§.j.versi.illud quoque. Post litem
autem contestatam non posset hæc exceptio obijci, cum
sit dilatoria, per ea quæ leguntur, & notantur in c.exce-
ptionem.infra de exce. & c.inter monasterium.de re iudi.
& in l.exceptionem.C.de proba.quod tene menti. ¶ Vl-
terius pro declaratione materiæ huius gl.finalis, & corũ,
quæ superius sunt tacta. ¶ Et quia decre.Nicolao.videtur
contradicere, potissime a contrario sensu decre. interposi
ta.§.j.infra de appella. Nam videtur contradicere in duo-
bus. primo inquantum ibi videtur litera velle, quod sola
statutio termini faciat causam esse in curiam, vt teneant
partes comparere sufficiẽter instructæ, vel procuratorem
mittere sufficienter instructum. Nam illud videtur con-
dictato decr.interposita.§.j.quæ non videtur curare de sta
tutione termini, sed solum an appellatio fuerit recepta p
iudicem, vel approbata per partem: & sic videtur velle, q
si non fuit recepta per iudicem, nec approbata per partẽ,
quod sufficiat mittere procuratorem ad impetrandum &
contradicendum, vt ibi aperte dicitur, licet facta fuerit sta
tutio termini: quia de illa ibi non fit mentio. ¶ Vnde se-
cundum verum intellectum decret.Nicolao, suppleri de-
bet vt intelligatur quod vltra statutionem termini fuerit
recepta appellatio a iudice vel approbata a parte. Et pro
hoc bene facit decre.sæpe.de app. Item videtur in alio cõ
tradicere, quia in d.c.Nicolao. a contrario sensu videtur
innui, quod si non fuerit terminus statutus ab homine,
tunc sufficiat mittere procuratorem ad impetrandum, &
contradicendum, quod videtur esse contra dictam decre.
interposita.§.j.a contrario sensu. vbi videtur innui, quod
si appellatio sit recepta a iudice vel approbata a parte, li-
cet terminus ab homine non sit statutus, nõ sufficiat mit
tere procuratorem ad impetrandum, & cõtradicendum.
Et propter secundum verum intellectum contrarius sen
sus dicti c.Nicolao. debet intelligi, & limitari secundum
ea quæ habentur in d.c.interposita.§.j. ¶ Et propter præ-
dicta & pro clariori, & pleniori etiam doctrina commu, q
24 no.in d.c.Nicolao. & plenius in gl.fi. huius cap. † si quæ-
ritur quando in causa appellationis satis sit quod partes
comparerẽt coram iudice ad quem per procuratorem in-
stitutum ad contradicendum & impetrãdum, an vero sit
necesse q per procuratorem sufficientem instructum de-
beant comparere, distingui potest secundum Io.Cald.in
in d.c.Nicolao. quia aut est appellatum ante sñiam diffini
tiuam: aut appellatũ est a sñia diffinitiua. Primo casu aut
appellatio non est recepta a iudice, vel approbata a parte.
Si nõ fuit recepta a iudice, nec approbata a parte, & tunc
conclude q aut terminus aliquis non fuit statutus ab ho-
mine, hoc est a iudice vel ab appellante ad appellationẽ
prosequendã: & tunc sufficit qd compareat appellãs per
procuratorẽ ad impetrãdũ & ꝯdicẽdum, vt probat in d.c.
interposita.§.j. Aut terminus fuit statutus ab hoie: & tūc
sm Abba.in c.Nicolao. non sufficit mittere procuratorẽ
ad impetrandũ & ꝯdicendũ, nisi ẽt saltẽ habeat mandatũ
sufficiens ad expediendũ articulum appellationis, vt vs
probari

probari in dicto c.Nicolao. ¶ Sed Host.& Io.An.post eũ,
& ꝯñr Io.Cal.tenent, ꝙ hoc casu non est necesse talẽ pro
curatorẽ mittere, sed sufficit quod habeat solum manda-
tum ad impetrandum & ꝯtradicendum. Pro quibus bñ fa
cit quod habetur in ꝑallegato c.sæpe.& in dicto c.in ter-
posita.§.j.per quas suppleri debet dictum c.Nicolao. vt vi
delicet intelligatur, qñ vltra terminũ statutum interuenit
appellatio, & fuit recepta a iudice vel approbata a parte,
non autem dẽt intelligi, qñ non fuit recepta a iudice, nec
aprobata a parte propter ea, quæ habentur in dicto c.sæpe
25 & dicto c.interposita.§.j. ¶ † Satis est ergo, quod tũc qñ ap
pellatio non est recepta a iudice, nec approbata a parte,
terminus operetur, ꝙ præueniri non possit per aliquã par
tium in impetrando, vt probatur in præallegato c.sæpe.
Operatur etiam quod si appellans in dicto termino com-
paruerit, condemnabitur in expensis appellans ipsi appel
lato.infra de appellationi.c.reprehẽsibilis.& dicto c.sæpe.
si autem appellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a
parte: vt scilicet sit tractanda in curia, tũc satis videretur,
quod appellans mittat procuratorem ad impetrãdum &
contradicendum, vt innui videt̃ in dicto c.Nicolao. a sen
su contrario. Vel secundum Ioan. Calde.dici potest, quod
hoc casu debet mittere procuratorem sufficientem ad ex
pediẽdum articulum appellationis, per id qđ habet̃ in di-
cto c.interposita.§.j. a contrario sensu. Et ista pars iustior
videtur ad faciliorem expeditionẽ litiũ. Et sic dicit Ioan.
Cald.se audiuisse, curiam etiam seruare, & ideo hæc pars
est tenenda. ¶ Aut fuit statutus terminus ab hoĩe: & tunc
aut appellatus petijt per principales per se, vel procurato
res sufficienter instructos ad totam causam compareri in
curia, quando est appellatum ad Papam, & tũc non suffi-
cit mittere procuratorẽ ad expediẽdum articulũ appella-
tionis tantum, sed oportet quod habeat mãdatum etiam
sufficiens sup principali.& ad prosequendũ negotiũ prin
cipale expedito articulo appellationis, vt ꝓbatur in c.cor
di.infra eodem.libro sexto. ¶ Et aduerte, ne erres, quãuis
Io.Cal.istud non tangat, quod licet appellatus approbet
appellationem interpositã ante sñiam, vt sit tractanda in
curia, tamen ex hoc solo non tenetur appellans mittere
procuratorem sufficienter instructum super principali ad
ipsum prosequẽdũ, expedito articulo appellationis, si cõ-
tingat pronuntiari bene appellatum, & sic causa principa
lis videatur deuoluta ad iudicem, ad quem est appellatũ,
secundum ea, quæ habentur infra de appellationi. in c.vt
debitus. Sed sufficiet mittere procuratorem sufficiẽter in
structũ ad prosequendum articulũ appellationis, licet gl.
in dicto cap.Nicolao.aliter videatur sentire, & non bene.
26 ¶ † Sed si appellatio fuerit approbata per appellatũ, & vl-
tra hoc petierit quod appellans compareat sufficiẽter in-
structus sup negotio pricipali, tunc bñ est verum, qđ non
sufficit mittere ꝓcuratorẽ instructũ ad expediẽdũ articu-
lum appellationis tantum, sed oportet, quod etiã habeat
mandatum sufficiẽs super negotio principali, vt patet in
dicto c.cordi.quod est c.j.de appel.in vj. Et sic videtur, qđ
hoc casu: expedito negotio appellationis in curia, etiam
expediri debebit negotium principale. ¶ Sed tunc surgit
vnum dubium, quod non tangit Ioan.Cal. an poterit ex-
pedito negotio appellationis ꝓcedi in principali sine alia
citatione. Nã videtur quod sic: quia aĺs nil videretur ope-
rari petitio appellati. Et istud vidẽtur voluisse domini de
Rota in sua conclusione clxxxix.alias est cciiij.& ccv. Sed
in contrarium facit, quia videtur quod expedito articulo
appellationis super principali, quãtum de iure poterit fie
ri. Et sic videtur quod requiritur citatio per ea, quæ legun
tur & notantur in c.causam, quæ supra de rescriptis. Item
potest dici, quod petitio appellati satis operetur, quia fa-
ciet quod negotium principale erit tractandum in curia,
vbi aliàs si non fuisset facta petitio per appellatũ, de quo
in dicto c.cordi.videtur, quod necessario negotium prin-
cipale non fuisset tractandum in curia inuito ipso appel-
ante. Et ista pars videtur rationabilior. Et hoc etiam dixi
in dicto c.sæpe. j. de appellationibus. aut appellatus solũ
approbauit appellationẽ, & non petijt quod appellans cõ
pareat sufficienter instructus, etiam super cã principali. &
isto casu quis non teneatur, appellans comparere per pro
curatorem sufficienter instructum ad expediẽdũ articulũ
appellationis, & sic causam appellationis. Nam ẽt hoc fa
cere dẽret ipsa appellatione recepta vel approbata, licet
terminus ab homine nõ sit præfixus, vt supra dixi. fortius
ergo hoc facere debebit, quando ista duo simul cõcurrũt,
scilicet receptio iudicis, vł approbatio partis ipsius appel
lationis, & terminus hoĩs. facit quod habetur in dicto c.
27 Nicolao. Et hæc de primo casu † principali, quando appel
latum est a diffinitiua. tunc distinguit Ioan.Calde. aut ap-
pellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a parte, aut nõ
primo casu dicit indistincte, quod non suffit mittere pro-
curatorem ad impetrandum & contradicẽdum, sed opor-
tet, quod absens personaliter compareat, siue terminus
sit statutus ab homine siue non. Aliàs enim receptio vel
approbatio nil operaretur, quod est contra mentem c.in-
terposita. §.j. secundo casu dicit Ioan. Calde. quod etiam
si terminus fuerit præfixus ab homine, hoc est a iudice,
vel ab appellante: satis est mittere procuratorem ad im-
petrandum & contradicendum. Hoc enim casu non po-
test distingui articulus appellationis a negotio principali
ex quo a diffinitiua est appellatum. Et istud, secundum
eum, videtur magis iuri consonum, quàm illud, quod no-
tat gloss.hic, in isto c.veniens. ¶ Nec obst. si dicatur, quod
termini præfixi nil operabitur, cum appellatur a diffiniti-
ua: quia hoc est falsum secundum eum. Nam habebit ef-
fectum, quod terminus præueniri non poterit ab aliqua
partium, infra de appellationibus.capitulo sępe. & capitu
lo oblatæ. ¶ Item operabitur, quod non erit necesse ab-
sentem citari pro condemnatione expensarum, vt dicta
c.sæpe. Et illud dicit debere intelligi repetitũ in alijs. mẽ-
bris supra positis, quando terminus fuit præfixus, dicens
etiam quod non est necesse absentem citari, quantum ad
illa, quæ tenebatur secundum formam huius distinctio-
nis. ¶ Item dicit intelligendum, quod ad illa procedetur
parte instante. Aliàs satis erit absentem cõdemnari in ex-
pensis, vt dicitur in d. c. Nicolao. Et hanc distinctionem
intelligit veram esse, saluis appellationibus interpositis
in causis beneficialibus quibuscũque, in quibus dicit for
te tenendum, quod habetur in c.j.& c.cupientes.de elec.
in vj.& sic residet Ioannes Calde. Et aduerte, quia videtur
reprobare glo.fina.hic positam. primo inquantum gl.vo-
luit, quod sola statutio termini quando appellatum fuit a
diffinitiua operetur, quod causa sit tractanda in curia. Nã
ipse tenet contrarium, vt superius patet. Et idem etiã hic
tenuit Io.And.qui voluit quod statutio termini sola non
solum quando appellatur ante sententiam, sed etiam qñ
appellatur a sententia diffinitiua, non facit causam esse in
curia, per ea quæ dicuntur in præallegato c.interposita.§.
j. Sed certe ibi de hoc non dicitur, sed benedicitur in di-
cta c.Nicolao. super gloss.per Ioan.Andr. Et idem etiam
voluit Specula.in titu.de appella.§.qualiter.versic.porro.
Et sic in hoc communis opinio est contra glossam hic
positam. Et communis opinio verior videtur, quia non
videtur bene reperiri iure cautum, quod sola termini
præfixio faciat causam esse in curia: sed videtur exigi,
quod appellatio sit recepta per iudicem, vel approbata
per partem, per ea quæ habentur infra de appellatio. c.
sæpe. & c. interposita.§.primo. ¶ Nec obstat iste textus,
quia videtur suppleri, quando etiam interuenit receptio
iudicis vel approbatio partis, sicut in simili suppletur
c. Nicolao. per dictum c. sæpe. & per dictam decret.in-

terposita.§.j.¶ Vel posset dicere,vt hic etiam tangit Ioan.
An.quod hic loquitur in causa beneficiali, in qua hodie
est dicendum,prout habetur in dicto c.j.& in c.cupiẽtes.
de elect.libro vj.¶ Item in alio reprobat glo. inquantum
hic glo.quando appellatur a diffinitiua, non facit differẽ-
tiam,an appellatio recipiatur per iudicem , vel approbet
per partem , sed solum an statuatur ab homine terminus
ad prosequendam appellationem.Idem Io. Calde. vt pa-
tet ex superius dictis,quando appellatur ad diffinitiuam,
distinguit eodem modo quo distinguitur,quando appel-
latur ab interlocutoria,seu ante sentẽtiam, an appellatio
recipiatur,nec approbetur,vt patet ex superius dictis.per
eum.¶ Sed aduerte,vt superius tetigi,Specula.in d.versi.
porro.quãdo appellatur a diffinitiua,aliter dixit,licet Ho
stien.videatur tenuisse opinionem,quam secutus fuit Io.
Cal.vt tetigi superius.Et etiam tangit Specu. in loco pal
legato.nam Specula.posuit tertiam opinionem gloss. hic
& opiniones Hostien.& Ioã.Calde.possunt reduci ad cõ-
28 cordiam.† Dicit enim,quod vbi appellatur a diffinitiua,
receptio seu delatio iustitiæ nil operatur: & sic procedit
opinio Hugo.& glos.Et ratio est,quam etiam superius te
tigi,quia in appellatione a diffinitiua , etiam ante aliquã
diffinitionem,vel delationem,suspensa est iurisdictio iu-
dicis a quo . Secus quando appellatur ab interlocutoria ,
seu ante sententiam,vt patet infra de appellationibus nõ
solum.libro sexto.Sed quando approbatur per partẽ, tũc
bene approbetur talis probatio , vt causa censetur esse in
curia,etiam quando appellatur a diffinitiua.Et sic hoc ca
su procedit opinio Hostien.& Ioan. Calde. Et istam par-
tem,quam tenuit.Specu.videtur etiam tenuisse Io.And.
in præall.c.Nicolao.super gloss.vbi dici,quod Spe.in hac
materia aliquid dixit de suo, quod alias communiter nõ
contingit.Item aduerte,inquantum dixit Ioã. Cal. quod
vbi terminus fuit præfixus,non est necesse citari absentẽ
quantum ad illa,ad quæ tenebatur,secundum formam di
stinctionis supra positæ.Not.per hoc forte voluit, quod si
appellatum fuit ante sententiam , & appellatus approba-
uit appellationem,& sic tractaretur in curia , si etiam pe-
tijt quod appellãs veniat instructus, etiam super negotio
principali,ꝙ tunc finito articulo appellationis nõ erit ne
cesse citari absentem,vt possit procedi in principali, si ter
minus fuit præfixus appellationi.Et istud,vt dixi,supra vi
dentur etiam tenuisse dñi de Rota in loco superius alle-
gato.Et forte etiam fuit de mente do. Anto.hic,circa ter-
tium membrum,quod ponit in materia glo.Sed vt supe-
29 rius tetigi,† cum terminus præfigatur appellationi prose
quendæ,non videtur , quod trahatur ad negotium princi
pale.quod venit expediendum expedito negotio appella
tionis.Tamen illud,quod fit circa vnam rem, nõ porrigit
effectum ad aliud,arg.l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pactis.
Et quia est etiam in c.j.de appellationibus, in sexto. dicit
quod expedito articulo appellationis,procedit sup prin-
cipali,quatenus de iure poterit.Et sic videtur,qđ necessa-
ria erit citatio,per ea quæ habentur in c.cãm.§.de rescrip.
Et ista pars videretur de iure verior.Tamen tene menti di
ctum dominorum de Rota,& Io.Calde.in dicta distinctio
ne,& domini Ant.hic.Vbi autem appellatus solus appro
basset solam appellationem,& non petijsset,quod appel-
lans veniret instructus , etiam super negotio principali:
tunc clarum est , quod si appellans velit procedere super
negotio principali,vel etiam appellatus expeditus nego-
tio appellationis,quod necessaria erit citatio absentis , vt
voluit Ioan.And.in c.sæpe.de appella.super glos. vt si lis.
¶ An autem eo casu,in quo finito articulo appellationis
procedetur super principali , poterit ꝓcedi ad diffinitiuã
lite non contestata.Conclude,quod licet in causa appel-
lationis ab interlocutoria non requiratur contestatio , vt
j.de appella.c.interposita.§.fin.tamen super negotio prin
cipali conclude,quod si ante appellationem fuerat lis cõ-
testa.super negotio principali,tunc finito articulo appel-
lationis ab interlocutoria,poterit procedi super principa
li ad diffinitiuam , per id quod habetur infra de appell. in
c.per tuas.Et idem si non fuisset contestata,si esset causa,
in qua non requiretur contestatio, vt contingit quando-
que secundum notata in c.causam. & c. procur.de dolo &
contu.Si autem non fuisset contestata lis in negotio prin
cipali ante appellationem,nec esset casus,in quo nõ pos-
set procedi lite non contestata,tunc nõ posset procedi ad
diffinitiuam lite non contestata super negotio principali
nisi fieret contestatio.Illa autem non facta nõ posset pro-
cedi ad diffinitiuam,sed ad alia remedia,de quibus per gl.
in dicto capit. sæpe.in gloss.quæ incipit,vt si lis. & de qui-
bus in capitulo tuæ.& c.quando.§.in alijs. vt lite non cõ-
30 testa.¶ † Item adde superius dictis , quod licet quando est
statutus terminus ab homine ad appellationẽ prosequẽ-
dam ipsi appellanti, si appellans non comparet in termi-
no,appellatio cẽsetur deserta: & si appellatus compareat,
condemnabitur appellans sibi in expensis. infra de appel
lationibus. in capitulo reprehensibilis. & capitulo sæpe.
& capitulo personas. & hoc si ipse appellatus non impe-
trauit iudicem.quod potuit facere,etiam post terminum:
quia ante non potuisset præuenire impetrãdo, vt patet in
dicto capitulo sæpe.& si impetrasset iudicem, & coram il
lo vellet procedere,quod posset iuxta finem anni , secun-
dum ea quæ habentur in authen.appellatore.C. de tem-
po.appel.& per Ioan.Andr.in c.ex ratione.infra de appel
la.Tutius posset etiam appellans prosequi appellationẽ ,
quia rescriptum impetratum per appellatum factum est
commune, secundum ea quæ notantur in c. ex conque-
stione.de restitu.spolia.& in c.j.de probat.¶ Nec obstat,
si dicatur quod vbi appellatio est deserta , non tenet pro-
cessus,etiam si fiat de consensu ambarum partium, secũ-
dum ea.quę habentur in cle.si appellationem. de appell.
quia illud verum,quando vtraque pars fuit negligens in
prosequendo infra terminum iuris:secus quãdo infra ter
minum ab homine statutum vna pars est negligens , sed
alia, non quæ vult prosequi postea infra terminum iuris .
nam tunc factum partis diligentis prodest etiam illi , qui
fuit negligens:licet ex sua persona negligens esset exclu
sus arg.l.si post mortem.§.fin.ff.de contratabu. & eius qđ
notatur in l.petendæ.C.de tempo.restitu.in inte.Et istud
tenuerunt domini de Rota in sua conclusione lxij. alias.
lxiij.quod tene mẽti.Licet autem appellatus comparuis-
set in termino,& impetrasset,tamẽ si nollet vti rescripto,
& vellet illi renuntiare antequam illius virtute fecerit ci-
tari aduersarium,poterit per ea,quæ nota. in dicto capitu
lo ex conquestione.Et hoc casu poterit dicere appellatio
nem desertam,ex quo appellans non comparuit in termi
no statuto sibi,per ea quæ habentur in dicto c.reprehensi
bilis.& capitulo sæpe.Et hæc sufficiant de materia, quam
tetigit glo. fina. hic,quę materia,vt patere potest ex dictis
superius,multas dubitationes in se habere videtur , sed il
lam clarius & plenius sum prosecutus , quam cõmuniter
tractatur per Docto.Et per prædicta non est necesse insta
re in iis,quæ dixit hic dominus Anto.circa istam materiã
qui reducebat illam ad tria membra primum est,an eo ip
so quod appellatio interposita extra curiam , causa dicat
esse in curia,vt sic ibi debeat tractari . Secundum est , qd
sit effectus , quod causa censeatur ibi esse in curia. Tertiũ
est,an dato quod causa sit in curia , possit omni casu ꝓce-
di ad sñiam diffinitiuam contra contumacem.nam qd iu
ris est in prædictis tribus dubijs , satis patet ex ijs , q̃ dicta
sunt superius. ¶ Circa primũ tamen videtur velle, ꝙ glo.
hic velit ꝙ termini statuitio non faciat cãm esse in curia.
Sed certe si gl.bñ ponderetur,vt loquatur alternatiue,vo
31 luit contrariũ.† verum est tamen, ꝙ sola termini statuitio
non

non facit causam esse in curia, nedum si appelletur ante
sententiam, sed etiam si a sententia, ſm communem opi
nionem doctorum. licet glo. hic aliter dixerit, sed non be
ne ponderat. tamen ꝙ circa primum dubiũ vr̃ velle, ꝙ sta
tuitio termini habeat demum vim peremptorij, quando
causa est tractanda in curia. de quo etiam dixi supra. ¶ Cir
ca ſcd̃m aduerte inquantum dicit, ꝙ effectus est, ꝙ vbi est
in curia, non requiritur alia citatio. intellige dictum eius,
quando statutus fuit terminus ab homine: alias nõ ꝓce-
deret, nisi in casibus beneficialibus, de q̃bus in c.j. & c. cu
pientes. de elec. in vj. est ẽt effectus, ꝙ non sufficit eũ mit
tere procuratorem ad impetrandum & contradicendum,
sed debet mitti sufficienter instructus ad expediẽdum ar-
ticulum appellationis. Et sic non videtur expediẽs, quod
mittatur instructus ad expediendum negotium princi-
pale finito articulo appellationis. quod intellige, nisi ap-
pellatus hoc petijsset, vt patet in c. primo, de appellationi
bus, in sexto. ¶ Circa tertium non insisto, quia melius &
clarius dixi supra, quam ipse loquatur. dicit tamen quod
licet quandoque posset procedi ad diffinitiuam cõtra cõ-
tumacem. si tamen pars de hoc non curat, sed solum pe-
tit quod ꝯdẽnetur contumax in expensis, hoc etiam fieri
posset per ea, quæ habentur in dicto c. Nicolao. de appel-
lationibus. ¶ Dominus Floren. hic nihil dixit de materia
huius glo. fina. Sed remisit ad ea, quæ habẽtur in c. Nico-
lao. præallegato. ¶ Expedita materia glo. fina. restat nunc
aliqua expedire in materia renunciationis, quæ hic teti-
git Innocen. & Ioan. Andre. ¶ Et vt expediam illa, oppo-
no contra text. an textus hic videtur velle, quod si iste Ioã
nes renuntiasset capitulo literis suis, seu iuri, quod habe-
bat ex literis, quod tũc singulares de capitulo potuissent
se opponere contra eum. nam contra hoc facit, quia si re-
nuntiatio fuit facta capitulo, non videtur quod alijs tan-
quam singularibus saltem absentibus aliquod ius nõ fuit
quæsitum. & sic videtur, quod nõ poterant se opponere.
Nam nomine capituli non, si non habebant mandatum
a capitulo. s̃. de procur. c. j. nec etiam nomine proprio: q̃a
nullum ius videtur fuisse eis, quæsitũ vt singulis ex renũ-
tiatione facta capitulo. ad hoc, quia aliud est capitulum,
aliud singuli de capitulo. xij. q. ij. in c. q̃ manumittit. ¶ Sed
potest responderi ſm Inn. primo, ꝙ hic isti singulares ca-
nonici non se opponebant immediate ex iure renuntia-
tionis quæsite eis, sed propter renuntiationem causabãt,
allegabant defectum iuris in agente, & sic dicebãt sua in-
teresse, ꝙ ius non habens non admitteretur ad ecclesiam,
nec intruderetur ad illam. Sicut in simili dicitur, ꝙ posset
se opponere, ne falsis literis aliquis intrudatur. j̃. de crimi.
fal. in c. super eo. quo casu possunt in tantum se opponere
ꝙ etiam si capitulum mandaret eis, ꝙ se non opponerent,
non haberent obedire: quia tunc se non opponunt ꝓ iu-
re capituli, sed se opponunt pro iure & interesse commu
ni, & sic etiam eos tangente. fatetur quæsitum per renun
tiationem, ꝙ tunc ipse Ioannes, licet prius renuntiasset,
posset agere, etiam inuitis singularibus de capitulo. facit
quod habetur supra eodem titu. c. cum inter P. ¶ Sed Ho
stien. dicit, ꝙ licet procedere posset dictum Inno. quando
capitulum sponte recepisset eum post renuntiationem, ꝑ
dictum c. cum inter P. tamen non potest procedere, quã-
do remisisset capitulum renuntiationẽ: q̃a per hoc nõ re-
uiuisceret ius iam extinctum, nisi ad alium actum proce-
32 deretur: † cum per consensum partium & iudicis nõ pos-
sit iurisdictio extincta reuiuiscere. infra de officio delega.
significantibus. facit quod nota. in capitu. primo, de offic.
delega. in vj. Et per dicta habes vnam solutionem ad con
trarium. ¶ Aliam dat Innocen. quam dicit sibi magis pla
cere, videlicet quod isti poterant se opponere etiam im-
mediate ex renuntiatione, quasi etiam eis ius fuerit q̃si-
tũ. Concludens regulam, q̃d renuntiatio facta quantum-
cũq; parte absente, prodest illi, cui est vtilis, etiam dato ꝙ
sit absens. Allegat quod habet̃ in l. accusatorẽ. C. q̃ accu.
non possunt. & vij. q. j. in c. quam sit periculosum. & ff. de
acqu. hære. l. ij. & l. is potest. & j̃. de præscriptio. c. pe. & C.
de pactis. in l. postquam. facit quod habetur in l. si ea. C. q̃
accu. non possunt. Et subdit, q̃d renuntiatio fieri põt non
solum expresse, sed etiam tacite, vt colligi potest in hoc
c. in ver. duo. & in l. recusari. ff. de acqu. hæredi. Et C. de re
33 sti. mili. in l. ij. & eo ipso, † quod quis renuntiat rei suę, cõ
ceditur occupanti: multo fortius, secundum eum, q̃ hẽt
rem suam pro derelicto, quo casu certum est, quod conce
ditur occupanti. l. j. & per totũ. ff. pro derelicto. & Instit. de
rerum diuisio. §. penul. & fi. fatetur tamen Inno. ꝙ per re-
nuntiationem quis non amittit dominium rei, quam te-
net, licet amittat possessionem. Allegat ff. de acqu. posses.
l. si quis vi. §. differentia. Quinimo plus dicit, quod si quis
renuntiat iuri vel seruituti, quam habet in aliqua re, etiã
absentẽ domino statim res est libera. Et idem dicit, si quis
renuntiat liti, per l. postquã liti. C. de pactis. Intelligo, q̃a
præiudicabit renuntianti renuntiatio etiam facta absen-
te aduersario, vt nota. in dicta l. postquam liti. Nec obstat
quod habetur in l. sicut. C. de repudiã. hæred. quia respon
det Inn. quod ibi dicit, quod non valet renuntiatio hære-
ditatis, quam quis prius adierat ad exonerationem renũ
tiantis, quia non potest per suam renũtiationem alij ꝓiu-
dicium facere, sed in suum damnum bene potest præiudi
care renuntiatio renuntianti secundum Innocen. Et no.
bene diligenter dictum Innocen. quod sæpe allegatur, vi
34 delicet † quod si quis renuntiat iuri suo, etiã absente ad-
uersario, præiudicat sibi talis renuntiatio. Et videtur po-
tissime velle hoc procedere, quando agitur de renuntia-
tione iuris realis. Et idem tamen videtur velle generali-
ter, quando quis renuntiat iuri sibi competenti. Et ad idẽ
etiam allegatur dictum Inno. & Io. An. j̃. de pac. in c. cum
pridem. an autem simpliciter procedat dictum Innoc. pa-
tet ex infra dicendis. ¶ Et aduerte etiam, quia in illo c. cũ
pridem. videtur loqui, quando renuntiatio fit liti: nam di-
cit speciale odio litium, vt renuntiatio præiudicet renun
tianti, etiam si fiat absente aduersario. Do. vero Anto. hic
dixit pro declaratione eorum, quæ hic tetigit Inno. viden
da esse quatuor. primum est, an renuntiatio facta parte ab
sente, si quis velit renuntiare dominio, quod habet, no-
ceat quoad perdendum dominium. Secundo, an nocebit
quoad perdẽdum ius aliquod reale vel personale. Tertio
quid iuris de confessione facta parte absente. Quarto, q̃d
iuris de renuntiante liti parte absente. ¶ Circa primũ cõ-
35 cludit do. Antonius, † quod renuntians, vel habens rem
pro derelicta, intendit perdere dominium & possessionẽ,
& tunc perdit vtrunq;. d. l. si quis vi. §. differentia. ff. de ac-
qui. pos. Aut intendit perdere dominium, sed non posses-
sionem: & tunc non perdit etiam dominium, vt probatur
in d. §. differentia. Et potest esse ratio, quia tunc non vide-
tur habere rem pro derelicta, ex quo etiam dominiũ non
acquiritur sine possessione. facit quod habet̃ in l. j. in prin-
cip. ff. de acqui. posses. Et possessio non potest per aliũ oc-
cupari, ex quo non est vacua, & sic per consequens nõ po
test dominiũ acquirere. Aut intendit perdere possessionẽ
sed non dominium: & tũc potest hoc facere etiam, vt pu-
to, si in re insistat, per dictum §. differentia. nam tunc licet
insistat, non tenebitur possidere, sed simpliciter retinere,
sicut colonus vel depositarius l. j. C. communia de vsuca.
& l. rei cõmodatæ. ff. cõmodati. & l. licet. §. rei. ff. depositi.
36 † Et in hoc differt possessio a dominio, q̃a facilius q̃ domi
nium amittatur, vt ibi patet. Et prædicta ꝓcedunt, q̃n cõ-
stat de mente. Interdũ vero quis intendit perdere dñium
& hoc constat, sed non apparet, an velit perdere possessio
nẽ: & sic dubiũ est de animo circa possessionẽ, an eo ipso
quod vult perdere dominium, velit etiam perdere posses-
sionẽ. ¶ Quidam, vt Iaco. de Raue. tenuerunt, quod nõ, &
sic volunt quod non perdit possessionem, ex quo non ap-

paret quod velit illam perdere. Et per hoc dixit, quod nō pdet etiā dñium, ex quo non perdit possessionē, p id qđ superius est dictū. Et supra dictam opinionē vē etiam voluisse gl.in d.§.differentia.¶ Sed Dy.& Bar.& etiam Rayne.de Forliuio,& sic cōiter Docto.tenent, quod tuoc pdet vtrunque,& sic possessionē & dominium, ex quo cōstat de animo q velit perdere dominium: cum illud non possit perdere,nisi ēt perdat possessionem, præsumi debet quod velit perdere etiam possessionem,ar.l.illud.ff.de acqui.pos.Et sic etiam residet hic dominus Anto. Tu potes concordare opiniones per ea,quæ etiam dixi in d.§. differentia.¶ Quia prima opinio potest habere locum, quando non obstante renuntiatione insistat redire, alias in re. quod notaui in glo.in dicto §.differentia. in prima solutione & in l.j.ff.pro derelict. Nam tunc ex quo insistit in re, non videtur verisimiliter velle perdere possessionē, ideo neutrum perdet.Secus vbi non insisteret in re: quia tunc ex quo non apparet aliqs actus,per quē videat velle possessionē retinere,ex quo vult perdere dominium,& non potest illud perdere,nisi etiam perdat possessionē: in cōsequentiam præsumi debet q velit perdere possessionē, ex quo alias renuntiatio dñij non teneretur, argumento pal lega.l.illud.¶ Et per prædicta potest inferri ad intellectū

37 dicti Innoc. hic,inquantum dicit,† qđ per renuntiationē quis amittit dominiū rei,q̄ tenet intelligo, q̄uis illud videatur amittere per renuntiationē: nā non amitit,si rem tenet,& sic illi insistat, & per hoc non videtur pdere possessionem.facit quod supra dixi.Et dum dicit,qđ quis nō amittit dñium rei,quam tenet, licet amittat possessionē, intelligo eum velle,quod amittit possessionem rei,quam tenet,si velit possessionem amittere. Nam hoc facere potest, vt patet ex superius dictis, licet non possit amittere dominium rei,quam tenet,licet renuntiet, vel velit renūtiare ipsi dñio.Et iste videtur intellectus Innocen.per ea, quæ habentur in dicto §. differentia. Et per prædicta etiā videtur limitandum primum membrum,in quo dixi, qđ si renuntians vel habens pro derelicto,intēdit perdere dominium & possessionem,quod perdit vtrunque: Nam illud videtur intelligendum, quando non tenet rem, & sic illi non insistat. Secus si teneret rem, per id quod dixi supra post Innocen.de quo dixi etiam supra, circa vltimum casum. Dominus tamen Ant. non declarauit bene dictū Inno.quod etiam superius recitaui:sed forte voluit declarationem petere ex distinctione,quam feci. Dominus autem Florianus videtur aliter intellexisse dictum Innocē. nam dicit Inno.velle,quod per renuntiationem nō amittitur dominium,sed possessio per dictam l.si quis vi.§.differentia.quod dicit esse notandū & signandum. Et procedit secundum eum,cum quis renuntiat beneficio in manibus non sui superioris: quia tunc non perditur titulus, per id quod habetur,& quod dictum fuit supra eodem ti. c.quod in dubijs.Nec obstat secundum eum, quod nota. xv.quæstione vj.in c.j. vbi dicit gl. q etiam per metū pdit domioium: q̄a respondet, qđ aliud est tradere.& aliud renuntiare.& de intellectu dictę gl.remittit ad notata per se in c.cum ad sedem.de restitutio.spolia. Sed certe non video, qđ si traderetur etiam bñficium alteri sine licētia superioris,quod posset transferri dominium beneficij: quia eadem ratio esset,quæ in renuntiatione, ex quo non fieret cum autoritate superioris.¶ Vnde aduerte, quo licet putem verum in se dictum domini Floria. inquantum vi

38 detur,† quod per renuntiationem factam de beneficio in manibus non sui superioris,nō perdatur dominium, sed possessio per id,quod notauit Inno.in d.c.quod in dubijs. & quod ibi etiam dixi. Tamen non puto quod illa fuerit mens Innocen.quam voluit dominus Flo.in eo, quod dixit hic Inno. quod per renuntiationem quis non amittit domioium rei,quam tenet, licet amittat possessionem p dictam l.si quis vi.§. differentia. Sed eius intellectum puto fuisse illum,quem supra dixi.Et per hoc habemus primum expeditum.¶ Et adde supradictis, quod si quis non tenēs rem,simpliciter habeat illam pro derelicta, quia sic expresse dicit coram testibus,vel renuntiet etiam simpliciter iuri,quod habet in illa,quod tunc videtur velle perdere dominium & possessionem per id, quod habetur in l.prima,ff.pro derelicto.& quod etiam hic dicit Innoc. & talis videtur esse ius mens in dubio per ea,quæ habentur in dicta l.prima.Et quod etiam hic dixit Inn.Et adde etiā prout hic tetigit dominus Florianus,& etiam Barto. in l. rem quæ nobis.ff.de acquirē.possessio.q quis dicitur satis habere rem pro derelicto,etiam si alter non constat si res etat tributaria,& permisit illam esse vacantem per bienniū,per id quod habetur in l.qui illos.C.de oī agro deserto.libro.xj.In alijs autem rebus,quando præsumatur qs, & videatur habere rem pro derelicto,remittit Inn.ad ea, quæ dixit in c.querelam.de electio.Et tangitur etiam per Bart.in dicta l.rem quæ nobis. & hæc est additio dñi Ioā.

39 de Imo.† Et per prædicta videtur quod si quis simpliciter renuntiet iuri,quod habet in re,si illam non tenet, vt qa est absens,licet illam animo possideat.C. de acqu.possel. l.licet.quod perdit possessionem & dominium,licet domi nus Flor. velit, quod tunc solum perdit possessionem & non dominium.Nec obstat dictum Inn.quia alius est intellectus Inno. vt prædixi.& loquitur etiam Innoc. quando quis tenet rem,cui renuntiat, vt patet ex eius verbis. ¶ Circa secundum, nunqd renuntiatio facta absente parte præiudicet in iure personali vel reali,de quo tangit hic Inno.& glo.& Bar.in l.non solum.§.si liberationis verba ff.de libe.legat.¶ Concludit hic do.Ant. quod aut agitur de præiudicio iuris realis:& tunc talis renuntiatio præiudicat,etiam si fiat absente parte,vt voluit hic Inn. & facit quod habetur in d.l.si quis vi.§.differentia.ff.de acqu.pos. & ff.pro derelicto.l.j.& per totum.aut agitur de præiudicio iuris personalis:& tunc dicit q gl. iuris ciuilis videtur cōtrariare.nā gl.in d.§.si liberationis.videtur velle, quod prosit etiam absenti,saltem quo ad doli exceptionem & illa gl.reputatur singularis,& non est alibi. & idem et videtur voluisse hic Innoc. vt patet ex iis superius dictis, & recitaui post eū.Sed gl.in l.idem in duobus.§.j.ff.de pact. & l.Pomponius scribit.ad finem magnæ gl.ff.de nego.gestis videtur tenere contrarium.sed Guil. de Cuneo videtur ibi in dicta l.Pomponius, tenere glossam primam, q̄

40 est in dicto §.si liberationis.† Finaliter do.Ant.hic cōcludit,quod aut talis renuntiatio fit in iudicio:& tunc habet præiudicare,licet fiat parte absente, per l.postquā liti. C. de pac.& hoc etiam tenuit Bart. in dicto §.si liberationis. & ratio est secundum eum ibi, & sequitur hic dominus Anto.quia ibi in iudicio est iudex,qui repręsentat locum partis.l.si ob causam.C.de euictio. & sic transit hic dominus Antonius.¶ Sed aduerte,quia ipse Bar.in dicta l.postquam liti.videtur velle, quod non sufficiat renuntiationē fieri in iudicio coram iudice, sed requiratur etiam quod iudex acceptet pro absente tanquam publica persona, vel tabellio tanquam publica persona acceptet pro absente:nam bene videtur quod iudex & tabellio tanquam publica persona,posset alteri quærere,iuxta ea, quæ habentur in l.eū,pro quo.ff.de in ius vocā. & in l.j. §. ius publicum.ff.de iustitia & iure.& in l.non quasi.ff.rem pup.sal. fo.Ja.vero de Butrig.in dicta l.postquam liti.dicit quod si absens fuerit citatus,& forte fuerit contumax, quod tūc eius absentia Dei præsentia repleatur.l. properandum.§. cum asit.C.de iudic.tunc proderit renuntiatio facta in iudicio ipsi absenti.Secus dicit,si absens non fuisset citatus nec consequenter fuisset contumax: quia tunc non noceret renuntiatio facta absente parte, sed contrarium videtur voluisse ibi gloss.& etiam Innocen.hic, & infra de pactis in capitulo. cum pridem.& idem etiam Bal.in dicta l. postquam.& idem etiam ibi tenet Ricard.de Salyceto, &

etiam

etiam do. Bart. de Salyceto per illum textum, qui loqui videtur indistinctè, & videtur etiam habere locum si agat reali actione siue personali, dum dicit liti de prædio mote. nam satis etiam pôt dici lis mota de prædio, si petitum fuit prædium actione personali, forte ex eo, quia promissum fuerit dari per reum ipsi actori, vt etiã voluit Salycetus in dicta l. postquam liti. licet Bar. in d. §. si liberationis. secundum vnam solutionem videatur intelligere quando lis fuit mota actione reali. Additio domini Io. de Imola. & ista pars videtur esse communis, vt patere potest ex supradictis. & sic videtur tenenda, per ea, quæ habentur p Ioan. Andr. in c. j. & c. ne innitaris. supra de constitu. facit etiam pro hac parte quod dicetur in sequenti membro.

41 ¶†Interdum fit renuntiatio extra iudicium: & tunc dicit dominus Anto. post Barto. in dicto §. si liberationis quod aut est præsens aliquis, qui recipiat renuntiationem nomine absentis: & tunc præiudicat renuntiatio, licet fiat absente parte, per l. rescriptum. §. fi. ff. de pactis. quod procedetur etiam dato quod ille, qui recipit nomine absentis, non habuit ad hoc mandatum, dummodo absens postea ratificauerit gestum ipsius domini, per id quod habetur in d. l. rescriptum. §. primo. & bene facit etiam quod no. in l. huiusmodi. in princi. per glo. ff. de leg. primo. & Institu. de inutil. stipu. in §. alteri. ¶ Aut tempore renuntiationis ipsius iuris personalis non interfuit ibi aliquis recipiens loco absentis: & tunc non præiudicat talis renuntiatio secundum Barto. in dicto §. si liberationis. & sequitur hic dominus Antonius. allegat quod habetur in l. & hæredi. §. nos autem. ff. de pact. & quod habetur eodem titulo in l. si tibi. §. si pactus. & in dicta l. idẽ in duobus. §. primo. vnde non potest tunc, secundum eum. quæri absenti ex solo facto creditoris. Quod dicit domi. Ant. esse verum quando agitur de renuntiatione facta iuri personali q̃sito ex facto suo: nam talia iura non possunt per simplicem renuntiationem abdicari. l. quis ergo casus. ff. de peculio. & facit quod habetur in l. tertia. ff. pro socio. Si autem esset ius quæsitum facto alterius, vt in legato, vel in hæreditate relictis. tunc dicit quod bene valeret renuntiatio, & præiudicaret: quia tale ius potest quis a se abdicare antequam illud agnoscat l. si quis ita. cum ibi no. ff. de cond. institu. & lege setuum filij. §. j. ff. de leg. j. facit l. sicut. C. de repud. hæredi. & ideo tunc competeret exceptio doli quasi dolo peteret, petendo cum actionem non haberet propter renuntiationem, vt colligi potest ex iuribus præallegatis. & sic dicit posse intelligi gloss. in d. §. si liberationis. Allegat etiam ad prædicta, q notauit Bart. in l. j. C. de pac. & sic residet do. Anto. hic. ¶ Sed aduerte inquantum do.

42 Anto. post Bar. tenet† quod si fiat renuntiatio iuris personalis quæsiti ex facto renuntiantis vel sui autoris extraiudiciũ parte absente, etiam nemine recipiẽte pro absente quod tunc talis renuntiatio non præiudicat renuntiãti, nec q̃ritur ius absenti Inno. sicut dixi, videtur velle cõtrarium. & idem glo. in dicto §. si liberationis. & idem Guil. de Cuneo in d. l. Pomponius. & Salycetus in d. l. postquã liti. & idẽ etiam ibi Ricar. de Salyceto. vt ibi refert Salycetus. & pro ista parte facit. quia renuntiatio videt̃ esse actus pendens a voluntate renuntiantis, qui potest suo iuri renuntiare. l. penul. C. de pac. & no. in c. j. diligenti. j. de fo. competen. & ideo. c. si quis in præsentia restium etiam extra iudiciũ renuntiat iuri sibi competenti ex obligatione personali contra absentem videtur q talis renuntiatio habeat sibi præiudicare, si absens postea illam ratam habet & ex illa velit se tueri. Nam videtur quod saltem exceptio doli sibi competat contra ipsum renuntiantem, vt voluit glo. in dict. §. si liberationis. imo plus videtur posse dici, quod competat ipsi absenti propter talem renuntiationem exceptio taciti pacti, quod tacitum pactum potest surgere ex facto inter absentes, vt probatur in l. secunda. & ibi etiam no. per Docto. C. de pactis. vnde sicut ibi, quando creditor hæreditarius agit contra emptorẽ hæreditatis sponte suscipientem iudicium, videtur tacite velle renuntiare iuri, quod habebat contra hæredem, q non cadit hæreditatem: & ex hoc oritur exceptio taciti pacti ipsi hæredi. Ita videtur in proposito, ex quo creditor renũtiat iuri suo cõtra absentem, videtur quod tacite videatur velle non conuenire absentem, & pacisci de ipso non cõue-

43 niendo. †Et pro hoc etiam faciat, qa in dubio debemus fauere liberationi, arg. l. Arrianus. ff. de actionibus & obli. ¶ Nec obstat huic opinioni lex allega. hæredi. §. nos autẽ & l. si tibi. §. si pactis. quæ allegantur per Bart. in dicto §. si liberationis. quia loquuntur in pacto, in quo requirit̃ cõsensus duorum, quando fit, vt l. j. ff. de pactis. qui non interuenit, qñ altera pars est absens: & non sit pactum mediante nuntio vel epistola. Nam alias est secus. l. Labeo. ff. de iureiuran. Sed hic nos loquimur in renuntiatione, q̃ pendet a voluntate renuntiantis. Et per hæc etiam responderi potest ad glo. l. idem in duobus. §. primo, qa loquitur in pacto, non in renuntiatione. nam ibi dicit quod si extraneus facit pactum cum creditore. modo qđ ipse me non conueniat, quod ex tali pacto nihil mihi q̃ritur. Illud tamen videtur esse verum de iure ciuili, sed de æquitate canonica videtur esse secus: quia videtur q de tali æquitate posset per extraneum quæri absenti, per id qđ legitur, & quod etiam no. per gl. in c. quoniens cordis oculus. j. q. vij. ¶ Nec obstat etiam si dicatur, quod cõfessio facta etiam ad liberandum absente parte non videtur habere præiudicare, vt dicetur in sequẽti membro, q a respõderi potest sm Salycetum, & Ricardum, q aliud est in cõfessione, aliud in renuntiatione, quia propter confessionẽ quis agit principaliter declarare, nõ autem inducere: sed per renuntiationem quis agit renuntiare principaliter, & sic tollere obligationem, cui actui est fauendum secundũ iura, cum obligationes censeantur odiosæ, & liberatio fa-

44 uorabilis. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. ¶† Item nõ obstat si dicatur, quod obligatio personalis quæritur ex consensu duorũ, scilicet creditoris & debitoris. & sic per consequens sicut contrahitur per ɔsensum duorum, tolli debeat, per id, quod habetur in regula prima j. de reg. iur. & ff. de reg. iu. l. nihil tam naturale. Quia responderi pôt sm Salycetum, quod ɔtrium procederet, si ageretur de tollendo obligationẽ, puta per pactum vel per acceptilationẽ. secus quando agitur de ipsa tollenda per renuntiationẽ, quia licet obligatio videatur esse penes creditorem & debitorem, tñ improprie videtur esse penes debitorem, sed proprie penes creditorem, qui habet debitorẽ obligatũ, vt legitur & no. in l. regulariter. ff. de peti. hęre. Et ideo ex quo proprie principaliter ius obligationis censebitur cõsistere penes creditorem, videtur q illi possit renuntiare, vt sic debitor postea, si velit, possit se tueri exceptione doli, vel taciti pacti si cõueniatur per ea quæ notat glossa in dicto §. si liberationis. & quod habetur in dicta l. secũda, C. de pac. Et hæc pars satis videtur posse probabiliter sustineri. Quæ videtur etiam approbari per Bar. & Saly. & p Inn. hic, & per Guil. de Cun. in loco p allegato. licet Bart. aliter dixerit, & do. Anto. post eum, vt patet s. dictis. ¶ Et pro illa etiam facit d. l. postquam liti. intelligendo qđ dicta lex procedat etiam si actum fuerit actione personali: nam etiam sic potest intelligi, vt s. dixi. hæc tamẽ pars nõ est sine dubitatione propter id quod s. dixi, & j. dicetur de confessione ad liberãdũ licet r̃nderi posset vt superius dixi & j. dicetur. Additio do. Io. de Imola. Et per hoc fit ex-

45 peditum sm. ¶ †Circa tertium, videlicet de cõfessione cõcludit do. Ant. q si confessio fiat ad obligandũ illa nõ nocet, nisi fiat parte præsente, vel alia pro ea recipiẽte, vt probatur in l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & nota. et in l. j. C. de confes. & in c. fin. infra de confes. ¶ Idem dicit si fiat ad liberandum: quia quatenus ex illa inducit̃ probatio, videtur esse planum secundum eum: quod nõ probat, ni-

bat,nisi facta fuerit parte pſente. facit quod habetur in d. §.si quis absente.& quod no.in d.c.si.de confess.¶ Quatenus aũt induceret dispositionem,vt contingit q̃nq;, puta quando quis dicit,confiteor te non teneri mihi. Nam vr̃ inducere etiam tacitum pactum de non petẽdo.l.tale pactum.in prin.ff.de pact. Idem dicit per notata per Bart.in d.§.si liberationis.& per ea,quæ habentur in c.fi.j.de success.ab intesta.& sic residet.¶ Sed cõtra prædicta facit , qa videtur quod confessio ad liberandum facta parte absente noceat,per id quod habetur in §.& licet.in Auth.de testi.colla.viij.¶ Sed Bart.in d.§.si liberationis.rñdet ꝙ licet ibi dicat confessionem factam coram vicinis, non excludit quin etiam facta fuerit coram parte. & sic etiã dẽt intelligi & suppleri per d.§.si quis absente.secundum eum. ¶ Item aduerte, quia quod dictum est de cõfessione facta ad liberandum,quando etiam potest induci, seu inducit dispositionem seu tacitum pactum,videtur facere contra opinionem,q̃ vult, ꝙ renũciatio iuris etiam personalis facta absente parte valeat.¶ Sed potes rñdere, ꝙ aliud in renuntiatione,quæ videtur pendere a voluntate renuntiantis,qui põt fauori & iuri suo renũtiare.l.penul.C. de pac. ¶ Aliud in confessione,q̃ principaliter tendit ad declarãdũ,& consequenter ad probãdum, in qua requiritur partis præsentia, vt in d.§. si quis absentem. & licet q̃nq; inducat dispositionẽ,vt est dictũ: tamen vr̃ ꝙ illa dispõ non habeat effectum,ex quo ipsa confessio non est facta parte præsente,quia sicut in principali,quatenus videlicet tendit ad declarãdũ & ad probandũ, requiritur partis pſentia,ita etiã vr̃,ꝙ requiritur in accessorio incidenti, quatenus valet accessoriæ,& incidenter inducit tacitũ pactum arg.j.de regu.iur. accessorium.in vi.& l.iij.§.qui habet.ff. de seruitu.rusti.prædi.vbi patet , ꝙ si non valet principale expressum,nõ valet etiam tacitum.additio do.Io.de Imo.

46 ¶ Item aduerte, † qđ confessio facta ad obligandum, et si fiat parte præsente non nocet,nisi facta fuerit cum causa,si fiat extra iudicium , vt j.de fide instru. in c.si cautio. Secus si fieret in iudicio parte præsente:quia noceret , licet non haberet in se causam annexam,vt legit. & not.in l.j.ad fin.ff.de interroga.act. & plene dixi in d.c. si cautio. ¶ Propter pdicta non esset necesse instare in eo,ꝙ hic tãgit do.Flo.¶ Nã dicit,ꝙ illud,quod dicit hic Inno.videlicet renuntiationẽ prodesse absenti.facit ad id, quod dicit quod confessio liberatoria prosit absenti , vt notaт per gl. in l.non solum.§.si liberationis.ff.de libe.lega.In contrarium tñ facit,secundum eum,ꝙ habetur in c.si cautio. in gl.quæ incipit,puta ad finem.j.de fide instru. sed responderet,quod ibi loquitur de confessione obligatoria:secus de liberatoria, de qua prædixi. De qua tamen liberatoria concludit , quod si sit in reali,prodest habenti,vt in d.gl. §.si liberationis.& C.de pac.l.postquam liti.cum dicit, liti,de prædio motæ,&c.quasi velit quod ibi agebatur reali.Sed certe etiam potest intelligi. quod ibi agebař psona li,vt superius tetigi.¶ Aut sit in personali: & tunc cõcludit,ꝙ si sit alicui recipienti pro absente,valet per l. stipulatio.§.si.ff.de pac.¶ Et ponit tunc exceptionem doli contra competentẽ,& sic potest intelligi,sm eum,gl.in d.§.si liberationis.Si vero fit nemine recipiente:tunc nõ valet, vt d.c.si cautio.& in d.c.fi.j.de success.ab intesta.de quo ẽt remittit ad notata per Bar.in d.§. si liberationis. Sed certe melius & plenius declaraui superius. ¶ Ex pdictis tñ infert hic dicit do.Flo.quod si iste Ioannes,de quo hic renũtiasset,valuisset reuũtiatio ad commodũ absentis : qa facta fuisset sup titulo beneficij.qđ videtur ius reale esse, ꝙ habetur in re,id est in beneficio quod dicit esse notandũ. sed certe in hoc vltimo inquantum dicit hic erat ius reale cõpetẽtes in re,videtur maledicere:qa hæc renuntiatio fiebat ante factã collationẽ , & anteq̃ facta sit collatio nõ dicit quis habere ius in re,sed in bñficio,sed ad tẽ hoc est ad beneficium consequendum,vt probatur in cap.penul, j.de præb.in vj.& de conces. præb. in c.si.ad si.eod.libro. Et per hoc sit expeditum tertium . ¶ Circa quartum mẽbrum,& vltimum,concludit hic dominus Anto.si quæritur,an renuntians liti videatur renuntiare iuri in iudicio 47
deducendo,vel iam deducto,quod aut quis renuntiat† liti ante inchoatum iudicium , & intelligitur non esse inchoatum,licet pars sit citata,si libellus non si porrectus : quia non cogitur quis prosequi litem,vt legitur & not.in auth.q semel.iuncta gl.C. quomodo & quando iudex. & tũc non vr̃ renuntiare iuri sibi competenti. Allegat pro casu,quod habetur in c.ex tenore.s.de rescrip. & facit qđ habetur.j.de præscriptio.in c.nihil.& dixit maxime hoc procedere, quando quis desistit a litigio, forte vt euitet scandalum.facit quod habetur.in d.c.nihil. aut iam in iudicio res erat deducta,& sic iudiciũ inchoatum,intelligo saltem per citationem,& protectionẽ libelli,licet,lis non fuerit cõtestata , per ea quæ hñr in dicta authẽ.qui semel. ¶ Nam hic reo instãte cogiť actor ad prosequendũ,vt ibi patet:& hoc casu ꝯcludit ꝙ aut renũtiatio sit ex parte actoris , aut sit ex parte rei. Primo casu subdistinguit, qa aut actor renũtiat instãtiæ,aut renũtiat liti.si renuntiet instãtiæ,tũc dicit qđ si reus ꝯsentit tali renũtiationi,valet talis renuntiatio , & præiudicatur solum in instantia,non autem præiudicatur in iure , vel actione competente actori : quia verba talis renuntiationis hoc non important. Quod aliud sit instantia,aliud ius,vel actio cõpetens actori,pbař Instit.de actioni.in §.j.iuncta l.propter pdum.C.de iud.cum de separatis non sit fienda mentio.l.si. de calum. Et posset actor renuntiare instantiæ tm̃,ex quo pars aduersa consentit,absque eo ꝙ perdat actionem , vt probatur , licet ipse alleget in l.j. coniuncta gl.C.de præscrip. long. temp.aut actor renuntiat instantiæ, si pars aduersa contra dixit,& non acceptauit renuntiationem quod facere poterit,p id qđ hř in auth. qui semel prælle.& in c. cãm.j.de dolo.¶ Nunc dicit Bar.in d.l.postquam liti, quod tunc non dum perditur Instantia, sed etiam substantia actionis. seu ipsa actio mouetur: qa soli instantiæ renuntiare non põt inuito aduersario,vt patet in dictis iuribus,sed bene posset renuntiare instantiæ & iuri, seu actioni sibi cõpetenti, d.l.postquam liti.& ideo ex quo ipse actor renuntiat instãtię aduersario nõ cõsentiente,cũ talis renuntiatio nõ posset valere,nisi etiam denuntietur actioni deductæ in instãtia,ex quo vult renuntiare instantiæ vr̃ etiam velle renuntiare iuri,& actioni sibi cõpetenti , ex quo alias inuito adtiersario instantiæ renuntiare nõ posset,arg.l.illud.ff.de ac qui.her.Quod intelligi Bar.esse verum, nisi renuntiaret instantiæ saluo sibi iure actionis , Et sic apparet expresse, ꝙ nollet renuntiare actioni , quia non vult nec instantiæ, qa nõ põt,ex quo aduersarius nõ consentit secus vt dixi qñ simpliciter renuntiat instantię: qa tunc vr̃ etiam renũtiare actioni,vt s.dixi,quod dicit do.Ant. procedere, si psistat in renũtiatione.& aliter non declarat:sed de hoc.j.di cam.si autem renuntiat liti ipse actor,tunc dicit quod ipse perdit instantiã,vt ius Inductum in ipsam instantiã , & sic ipsam actionem.& est ratio secundum eum, qa ex quo vult perdere litem,vr̃ etiam velle perdere arma competẽtia per litem,& per consequens etiam videtur velle perdere substantiã actionis.est tñ verũ secundũ eũ, prout dicit 48
Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poss.† qđ licet renuntiando liti perdat instantiam & ius actionis, non tamen perdit substantiam ex qua actio producitur.& ideo non obstante tali renuntiatione non poterit agere, licet tũc obstabit exceptio allegat quod hř in l. siue apud acta.C.de transa.& facit quod habetur in l.si seruus fundo eo.ti.& in l.penul.C.de vsucap.pro emp. ¶ Secundo casu quando fit renuntiatio ex parte rei, quia reus renuntiat liti:tũc dicit quod aut ipsi reo cõpetebat exceptio , & tũc ex tali renũtiatione dabitur actori replicatio contra exceptionem,quę prius reo competebat.aut vero nõ cõpetebat

petebat exceptio,& tunc dicit quod talis renunriatio litis
quam facit reus, nihil operabitur, ex quo exceptio sibi nō
competebat.& hoc videtur procedere, quando actori cō
petebat actio. Dicit postea Bar. quod licet reus renuntiet
liti, non per hoc dabitur actori remedium actionis: quia
talis renuntiatio non est materia apta ad producendum
actionem, quæ solum producitur subsistente materia de-
bita.l.iurisgentium.§.j.cum ibi notatis.ff.de pact. & sic re
sidet dominus Ant.hic in isto quarto articulo.de quo per
Bart.in d.l.postquam liti.& ibi etiam per glos.Bal.& Sali.
Sed aduerte,q̄a non videtur pfecte dixisse: vnde attende
p declaratione huius articuli, qđ aliud est instantia,aliud
49 lis,seu actio,vt colligitur Insti.de ac.§.j.C.de iud. † Item
instantia de iure ciuili incipit demū in ꝯtestatione litis.d.
l. pperandum. §.j. de iure autē canonico in cā principali
non est dare instantiam,quo tpe finiat̄,vt no.in c. venera
bili.de dolo & cōt.& in c.pe.de iudi.Sed de iure ciuili fi-
nitur triennio cōputando a tpe ꝯtestatæ litis.¶ Itē atten
de, quia iuri de futuro simplici renuntiatione renuntiari
non pōt,sed bene p pactum, vt l.si ita scriptū.§.si sub con
ditione.ff.de le.ij.iūcta.l.j.C.de pac.¶ Et quod dixi de re-
nuntiatione,intellige qn̄ fit extra iudiciū parte abſnte,se-
cundū no.in d.l.j.C.de pac.¶ Nam in iudicio pōt renūtia
ri iuri futuro.l.in plurium.cū ibi notatis.ff.de acqui.hǣdi.
& in l.j.ff.de cura.bo.dando.¶ Itē & pmitte, q nomen li-
tis,qnq; sumit̄.p instantia cāæ,vt patet d.l.pperādum. in
prin.& §.j.¶ Quandoq; significat etiā actionē. l. litis no-
mē.ff.de ver.sign.& l.litem.C.de procu.faciat ad prædicta
l.cās.C.de trans.Et sic videt̄,q nomē litis significare pos-
set vtrūque,videlicet instātiā & actionē. & illud ēt voluit
gl.in l.postq̄ liti.C.de pactis.Istis præmissis est aduerten-
dum circa primū membrū,inquantū do. Ant.dicit,q si ali
quis renunciat liti ante inchoatū iudicium, nō vr̄ proce-
50 dere:† quia vt dixi, nomen litis nedum significat instan-
tiam,sed etiam significat actionē.& sic videtur qđ ex quo
quis renuntiat liti, videtur renūtiare instantiæ & actioni,
& per hoc videtur q cū ius & actio sit de pñti, q illo re-
spectu teneat renuntiatio.& licet instantia sit de futuro,si
nondum erat lis contestata, tamen si fiat in iudicio renū-
tiatio, videtur valere, cum in iudicio renuntiari possit iu-
ri de futuro,vt s̄.dixi, quamuis glo. aliter videatur sentire
in d.l.postq̄ liti.sed non bene,vt ibi no.per Do.¶ Nec ob
stat quod habetur in d.c.ex tenore.quia ille presbyter nō
renuntiauit liti,sed dixit,q nolebat litigare corā illis iudi
cibus, coram quibus citauerat aduersarium. & sic probat
dictum do. Ant.c.nihil. de pręscrip. non facit etiā ad pro-
positum,vt ibi patet. Et per hoc potest inferri,quod si ex-
tra iudicium renunciatur liti,non videtur quod teneat re
nuntiatio,quo ad ipsam actionē,quæ competit de pręsen-
ti.¶ Et licet non videatur teneri quo ad instantiam, quia
est de futuro,quod nondum sit inchoata, & iuri de futu-
ro non videatur posse renuntiari simplici renuntiatione.
extra iudicium,vt est dictum: tñ ex quo renūciatio tenet
super actione,& sic super principali, in consequentiā vi-
detur tenere super accessorio instātiæ: quia volēti inchoa
re instantiam,ex quo renunciauit actioni,renuntiādo li-
ti obstabit exceptio. Nā exceptio renuntiationis litis est
exceptio litis finitæ:& sic potest opponi ad processum, vt
notat per Bar.& Bal. in d.l.postq̄ liti.& sic patet do. Ant.
non bene dixisse circa primū casum.¶ Item adde circa se
cundū, inquantum tenet cū Bart. q si post citationē factā
pro reo,& libellum porrectum, & multo fortius si post li
tem contestatam actor renuntiet instantiæ contradicen-
te aduersario,quia tunc intelligitur renuntiare etiā actio
ni:nā illud non videtur verū,cū aliud sit instātia,& aliud
actio,vt superius est dictum.ideo videtur, q tunc si aduer
sarius acceptat remedium ipsius instantiæ, valebit per ea
quæ dixi s̄.& quæ habentur in l.j.C.de præscri.lon.temp.
Si autē non acceptat, non videtur q nō valebit ipsa renū-
tiatio,ex quo non potest renuntiare instātię inuito aduer
sario,per d.auth.qui semel.& illā partē tenuit Bal.& Sali.
in d.l.postquam liti. ¶ Non aūt est dicendum, q tunc re-
nunciando instantiæ videt̄ etiā velle renuntiare actioni,
q̄a maius præiudiciū instatur in renuntiatione actionis,
q̄ instantiæ.Nā licet pereat instantia, poterit actio in no-
ua instantia intētari.Sed vbi renūtiatū est actioni,in nul-
la instantia poterit agi: quia ꝯtinue obstaret exceptio. &
ideo licet actor renuntiet instantiæ,quæ est modici præiu
dicij respectu renūciationis actionis,quæ est maioris piu-
dicij,nō vr̄ verisimile, quod renūtiando instantiæ videat̄
velle renūtiare actioni.¶ Nec obstat quod dixi s̄.circa ter
tium articulū,q quandoq; quis renuntiando intēdit per-
dere dñium: intelligit̄ etiam in dubio velle perdere pos-
sessionē,q̄a alias non posset perdere dominium, quia ibi
quis volebat perdere id,qđ est maius possessione,& maio
ris piudicij: ideo facilius ibi volendo perdere dñium, qđ
est maius possessione, videtur velle perdere id, qđ est mi-
nus,scilicet ipsam possessionem,ex quo aliter non potest
pdere illud,quod est maius,q principaliter vult perdere.
Sed hic volebat perdere id,quod est minus,scilicet ipsam
instantiā. Ideo non sequit̄ q per hoc videatur voluisse p-
dere id,qđ est maius: quia non debet præsumi in dubio,
q q̄s velit suū iactare,vt l.cū de indebito.ff.de pba.¶ Nec
obstat ēt pdictis l.illud.ff.de acq. hær. q̄a alio casu loquit̄.
Nā ibi agit̄ de eadē hǣditate pdenda,hic aūt ageretur, vt
per renūtiationē factā super re maioris piudicij. q non vr̄
in dubio esse fiendū p id,quod superius est dictū. ¶ Item
51 adde inquantū dici,† q si quis renunciat liti, q perdit in-
stantiā & ius deductum in iudicio,& per ꝯsequens actio-
nem: nam vltra rationem allegatā per eum, videt̄ esse rō,
quia litis nomen significat etiam actionem,& sic nedum
instantiā,sed ēt actionem. Et ideo renūciando liti,vr̄ ipse
actor renuntiare liti & causæ,vt dixit glo.in d.l.postq̄ liti.
& sic etiam instantię & actioni. Facit qđ habet̄ in d.l.litis
nomē.ff.de ver.sig.& no.ēt Sal.in d.l.postq̄.Item ēt adde
quatenus dixi de renūtiatione litis,quæ fit p reū, & dicit
q si actori non ꝯpetebat actio,q nihil opatur, nec p hoc
dabit̄ actori actio,nam dicit Bald.& Sali.in d.l. postq̄. qđ
imo tunc operabit̄, quia reus renuntiando liti vr̄ per hoc
fateri actorem fouere ēt iustā cām,& seruū fouere iniustā
facit qđ habet̄ in l.si maritus negauerit.ff.de adulte. & in
l.si aduersarius.C.de fide instru.& in c.p tuas.el j.ad finē
de simo.vbi dicit, q reus male cōscius sibi cessit liti. & sic
scđm prædictos videt̄,q tunc quando reus renunciat, po
terit actor petere,q cōdemnet, quare videatur fateri acto
rem fouere iustitiā,de se fouere litem iniustam,p ea q̄ ha
bētur in iuribus pallegatis.q tene mēti,& per hoc sit ex-
peditus quartus articulus.¶ Adde tñ,quod id qđ dixi s̄. q
52 † quando quis renūtiat liti,intelligitur renūtiare instan-
tiæ & actioni,& sic liti & cāæ,vt etiā voluit gl.in d.l.post-
q̄ liti.C.de pact.in j.gl.q procedit in rebus prophanis: se-
cus in beneficijs.in quibus non potest fieri renunciatio,
nisi in manibus sui superioris. Et ideo si quis in causa be-
neficiali renuntiet liti & causæ corā illo, corā quo litiga-
tur: si non est talis,qui posset resignationē recipere,seu re
nuntiationē bñficij,per talē solū intelliget̄ renuntiatū in
stantiæ.& sic do. de Rota dicunt seruari in curia fm stylū
curiæ,in sua conclusione ccclij.de quo ibi plenius p eos.
Additio do. Io.de Imola.¶ Vltimo tāgit hic Ioā. An.qđ si
Papa mandat aliquē recipi in canonicū Bononiæ, cū sit
paratus oībus beneficijs renuntiare,an debeat pręcedere
renuntiatio,an vero collatio. Et respondet post Vincē. q
debet pcedere renuntiatio si literæ admittant̄:& si postea
restat,succurreret̄ ei per id,quod habet̄ in c. nisi cū pridē
j.de pac.& j.de re.pmu.in c.cū vniuersorū. Et putat Inn.
q tunc agetur potius ex officio iudicis implorato,q̄ ex vi
actionis.facit q no.in cle.vnica de rerū pmu.& hæc suffi
ciant quasi loco repetitionis huius capituli.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio facta in mortis articulo an valeat.*
2 *Emulus quid sit, & an varie habeat significata.*
3 *Decipere ij soli possunt, de quibus confiditur.*
4 *Renuntiatio non tenet, quæ per fraudem emuli facta est.*
5 *Consilium, seu propositum mutare, quando liceat.*
6 *Præses imperium à se abdicare non potest.*
7 *Renuntiatio facta de beneficio sine consensu superioris est inualida.*

LEctæ coram nobis. Si prælatus absol
uit subiectos ab obedientia, non propter
hoc platuræ renuntiat. h.d.& est cõis diui-
sio, ꝯsultatio, & rñsio. secunda ibi, nos aũt.
1 † No. primo, ꝙ valet renuntiatio facta etiã
in mortis articulo, ẽt qñ non est spes de sanitate, & sic de
fectus spei retinẽdi bñficium non annullat renũtiationẽ
pendentem ex voluntate renuntiantis: nã, vt hic satis in-
nuitur, si renuntiatio fuisset facta in manibus diœcesani
Episcopi, valuisset: licet facta fuisset eo tpe, quo dispera-
retur de vita ipsius renũtiantis, & esset grauiter infirmus.
Quod intellige verum, dummodo tẽpore, quo fit renun-
tiatio, sit sane mentis, per id qđ legitur & not. ĩ. de regula
2 in c. sicut tenor. & in c. sicut nobis. xvij. q. ij. c. j. ¶ † Itẽ no.
ꝙ emulus dicitur inimicus. quomõ aũt hẽt multa signifi-
cata verbum emulor, & sic alijs modis dicitur quis emu-
lus, no. per gl. in c. fimus. xlvj. di. & in procemio Digesto-
rum. in fi. tertij. ¶ Item no. ꝙ emulus, seu inimicus dicitur
qui consulit nobis, seu alicui id, qđ tendit ad detrimentũ
eius, cui ꝯsulit: sic ẽt alibi dr̃, ꝙ non est amicus noster, qui
nostra bona tollit. s̃. vt lite non conte. in c. accedens. el ij.
¶ Itẽ no. secundum d. Flo. ex textu ibi, non crederet pro-
3 uerbio vulgato, † quod illi soli possunt nos decipere, de q
bus confidimus, & quos credimus nõ esse deceptores. fa-
cit ꝙ habetur in c. nõ omnis, qui dicit, pax vobis, amicus
est. v. q. v. ¶ Item no. ꝙ ꝑ actũ accessoriũ nõ infert ad prin
cipale. nã renuntiatio Abbatiæ accessoriẽ inducit absolu
tionem monachorum ad obedientia: & tamen licet Ab-
bas monachos absoluat, non per hoc intelligit renuntia-
te, vt hic patet. facit quod habetur in c. si cõfirmationẽ. de
elec. li. vj. & in l. ex pupillari. ff. de vul. & pupil. Ex quibus
sequitur, ꝙ accessorium non regulat principale. sed cõtra.
Potes etiam notare, ꝙ inducitur renuntiatio, nisi qđ geri
tur necessario inferat. facit quod dixi in proximo notabi-
li, & quod habetur in præcedenti. c. Itẽ no. ꝙ per actum re
nuntiationis alicuius ꝯsecutioni., exceptio seu renuntia-
tio facta a principali quis principali renuntiare non vide-
4 tur. ¶ † Itẽ no. argumentum, qđ permissio renuntiationis
facta ad consiliũ, & fraudẽ emuli, de quo quis cõfidit, nõ
tenet ꝙ ad hoc, vt ꝑpter illã cedere cogatur, licet si illã p̃-
sentasset superiori, & vt obtinuisset licentiam, non posset
pœnitere. s̃. eo. c. quidam. & sic do. An. resider. sed certe ẽt
tunc succurreret ꝑ id, qđ dixit gl. ij. Item no. ꝙ aliud est su
periorẽ vocare, vt quis renuntiet in eius manibus: aliud
in præsentia eius renuntiationẽ facere seu offerre illo ac
ceptante, vt colligitur ex isto textu, iuncto c. q̃dam. s̃. eo.
& facit qđ ĩ. dicetur. Itẽ no. argumentũ. ꝙ in manibus so-
lius Epi absq; cõsensu capituli posset fieri cessio, ẽt ab in
feriori prælato, & sic honorabili membro, de quo dicẽdũ
fuit in c. quod in dubijs. & in c. admonet. s̃. eo. Item not. il
5 lud vulgatum, † ꝙ sapientis est mutare ꝑpositum seu cõ-
silium, vbi videt ꝙ primũ esset sibi pernitiosum ad hoc, ꝙ
habetur in c. quatr. el j. cum ibi notatis per glo. ĩ. de acc. &
in tex. & gl. in auth. de nup. §. j. colla. iiij. vbi etiam gl. ad li
teram hoc notat. ¶ Itẽ no. ꝙ per actum absolutionis sub-
ditorum ab obedientia p̃latus non vr̃ renuntiare p̃laturę
etiam si interueniat vocatio superioris, vt in eius mani-
bus cedat: si tñ postea non fiat cessio. ¶ Vltimo not. argu-
mentum, ꝙ Abbas vel superior prælatus posset absolue-
re subditos ab obedientia vel iuramento obedentiæ sibi
præstito. sed contrariũ est verum, vt hic tangit glo. fi. Nec
ob. iste tex. q̃a ponit facti ꝯtingentiam, & non iuris mini
sterium. q̃a de iure illud non põt. & oĩno, vt etiã hic tan-
git d. An. quia promissio & iuramentum inobedientiæ p̃-
statur ei ad finẽ, vt magis propter illa studeat quis place-
re Deo, q̃a illi, cui inobedientia & iuramẽtum præstat. Et
ideo non põt illi, cui præstatur tale iuramentũ, remittere
non talẽ promissionem, per id qđ not. Io. An. in c. p̃terea.
ĩ. de sponsal. ¶ Item est alia ratio secundum eum, q̃a du-
rante principali, non videtur quis posse renuntiare ei, qđ
6 necessario dependeat ab illo. † Et quia, vt alibi dicit lex,
non potest pręses a se abdicare imperiũ, vt l. legatus. ff. de
offi. præsi. nec similiter pater patriã potestatẽ. C. de pa. po
testa. in l. abdicatio. ¶ Itẽ potest esse ratio: q̃a renuntiatio
non potest fieri, nisi in manibus superis, & sic Epi dięcesa
ni in casu capituli, & illa debuit præcedere absolutionẽ
monachorum. Et ideo cum non præcesserit, non potuit
Abbas absoluere monachos. ¶ Et per hoc videt, ꝙ in ca-
su capituli non erat necessaria noua promissio, quæ facta
fuerat per monachos, cũ absolutio non tenuisset. sed po-
test dici, ꝙ forte facta fuit de facto ad cautelam. ¶ In glos.
ij. ibi, sed hoc non esset supple, s. ꝙ iste esset soluendo, si fa
cta fuisset renuntiatio Abbatię ex eius consilio fraudulo
so: nam ipsa Abbatia seu beneficium Abbatiæ est res spi
ritualis, & sic non recipit ęstimationem pecuniariam. fa-
cit qđ habetur j. q. iij. in c. si quis præbendas. & Insti. de re
rum diuisi. §. sacro. & propter hoc dixit glo. quod nõ esset
soluendo ille, qui addit consilium in casu isto. Facit quod
no. gl. in simili in c. coram. ĩ. de offi. dele. & in c. cum olim
de causa poss. & de q̃one, qualiter quis obligetur ex consi
lio, habetur ĩ. de reg. iur. a nobis ex consilio. libr. vj. & per
Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. ¶ In glo. iij.
in fi. soluit Io. An. post Hosti. contraria gl. licet gl. non sol
uerit, ꝙ illa procedunt in ijs, quæ non dependent a iure,
vel iuris aũt iudicis potestate, & respiciunt præiudicium
7 renuntiantis tantum, & non alienum, † sed nõ valeret ex
presse renuntiatio non intercedente consensu superioris
ideo multominus debet valere tacite. Facit ĩ. de præben.
in c. dilecto. aliter potest dici secundum do. Ant. ꝙ hic nõ
fuit tale factum, ex quo concluderetur voluntas renũtia-
ti: quia ad exclusionẽ alicuius consecutiui non sequit ex-
clusio principalis, saltem quando declarat voluntatẽ esse
circa principale aliter excludendum, vt hic fuit: quia vl-
tra absolutionem monachorum fecit vocari diœcesanũ,
vt cedere posset. & per hoc etiã non obstat secundum do.
Ant. qđ habetur s̃. e. c. ex transmissa dñs vero Flo. hic ali-
ter soluit contrarium, nã dicit post In. ꝙ hic absolutio mo
nachorum non obtinuit vim resignationis: q̃a resignatio
debet præcedere absolutionẽ, per id qđ habetur in l. pen.
ff. de offi. pręsi. nec potest fieri resignatio sine autoritate il
lius, a quo recipit beneficium, vt s̃. eo. c. quod in dubijs. &
tangit ẽt hoc vltimum in gl. dic etiam ad c. ex ore. potest
responderi, qđ ibi loquitur de renuntiatione beneficij, q̃
inducitur per obediẽtiam præstitam alteri tanq̃ pręlato,
nam ex hoc infert necessario, ꝙ inobediens non se, sed il-
lum reputet prælatũ. Sed secus hic s̃m eũ, quia absolutio
monachorũ nõ est compassibilis cum Abbatia. posset ei
dici, secundum eũ, ꝙ essent absoluti ad tempus, vel aliud
simile. Sed solutionem Hostien. vt prædixi sequitur Ioan.
And. ¶ Extra glossas potest opponi, inquantum hic vr̃ li-
tera, ꝙ iste Archiepiscopus reuelauerit confessionẽ istius
Abbatis sibi factam: nã videtur ꝙ hoc non debuerit face-
re. ĩ. de pęni. & remis. in c. omnis. so. potest dici, quod fuit
facta manifeste, & non in foro pœnitentiæ, & sic non ob-
stabit contrariũ. Vel si dicatur, ꝙ fuerit facta in foro pęni-
tentiæ, potest dici ꝙ reuelauit de voluntate confitentis, ꝙ
facere potuit: sicut etiam sibi volenti posset fieri testimo-
nium confessionis & reconciliationis eius, vt legitur &
no. in c. testimonium. ĩ. de test. & ĩ. de simo. nemo. ¶ Item
secundo

secundo potest opponi, q ex quo vocauit superiorem, vt cederet, debeat compelli ad cedendum. s. eo. in c. quidam. soluit Host. q ibi fuit petita licentia cedendi, & obtenta: hic autem non fuit etiam petita, licet vocatus esset superior. Sola autem vocatio secundum Goff. non habuit nocere, sicut nec vocatio patroni facta per libertum in ius sine venia petita. ff. de in ius vo. in l. quæuis. est enim, locus pœnitentiæ, vt ibi patet, & etiam hic. & facit ij. q. vj. c. si qs libellos. in l. si pœnituit. ff. de diuort. ¶ Item secundu Hostien. ibi super causa vtilitatis ecclesiæ, vel propriæ salutis, hic causa seductionis, & infirmitatis. ¶ Item ibi præcessit deliberatio, & instantia importuna, hic secus. quia postea pœnituit, vt hic patet.

SVMMARIVM.

1 *Cessionis beneficij causa legitima, est insufficientia.*
2 *Abbas cedere non potest in manibus monachorum sibi subiectorum.*
3 *Collectiuo nomini competit vterque numerus.*
4 *Doctor semel approbatus, propter insufficientiam pōt remoueri a docendo.*
5 *Resignationem beneficij recipere quis iure potest.*
6 *Monachus, an cum licentia solius Abbatis possit monasterium dimittere.*
7 *Monachus ad religionem arctiorem licentia petita, licet non obtenta, transire potest.*
8 *Monachus causa subsistente, an possit ad aliud monasterium transire, solo consentiente Abbate.*
9 *Papa solus dispensare potest cum monacho volente transire ad aliud monasterium sine causa.*
10 *Abbas, an indifferenter monacho ad aliam religionem transire volenti licentiam concedere debeat.*
11 *Presbyter per Abbatem præsentatus, & ab Episcopo institutus, in cuius manibus renuntiare debeat.*

Dilecti filij. Abbas exemptus, absque licentia Papæ renuntiare non potest. h. d. & prima ponitur conuentus, petitio, in secunda ipsius repulsio, & negotij commissio. tertia ibi, cū igitur. ¶ † Not. primo vnā
1 causam legitimam ad cedendum, videlicet propter insufficientiam. de qua s. eo. c. nisi pro defectu. ¶ Et no. bene secundū do. Flo. q propter insufficientiam non est prælatus iure incapax tituli. sed debet renuntiare, iuxta ea quæ habentur in d. §. pro defectu. ¶ Item q monachus vnius monasterij potest eligi in Abbatē alterius monasterij. de quo dic vt habetur in c. nullus. de elec. in vj. & in cle. j. de elect.
2 ¶ † Item nota. q non valet cessio Abbatis, facta in manibus in monachorum sibi subiectorum, quia non valet, si non fit in manibus inferioris: superiore volente illa probare, potest compelli ad cedendum. ¶ Itē no. q hic vē casus pro eo, quod disputat Io. An. in regula, infirmat. de regu. iur. in vj. videlicet, q dato q s̄m cōem opi. cessio ad præiudicium cedentis teneat conditionaliter, si superior illam approbet, vel si velit, ita q non possit cessio reuocari nō tñ tenetur superiore volente ratum habere. licet quidam, & non bene, dixerint distinguendum, an res sit integra vel nō. de quo satis dictum fuit s. e. c. quod in dubijs. Potest etiam induci decreta ista proprie, q non teneat cessio. quod patet secundum d. Ant. ex eo, quia Papa hic mādat, q iterato cedat. quod non esset, si tenderet ad præiudicium cedentis. ¶ Sed dici potest secundum eum, q si superior poterit eligere quā viā vult an videlicet approbet cessionem, an vero q agat ad iterato cedendum, qa non te-
3 nuit quo ad ipsum superiorem, quod tene menti. ¶ † Item potes notare, q nomini collectiuo singularis numeri congrue potest dari numerus pluralis, pōt etiam dari numerus singularis, vnde secundum Grammaticos congrue dicitur, populus currunt, & populus currit: & sic etiam congrue dici potest, conuentus intimauit, & conuentus intimauerint. de quo per Io. Cal in decret. capitulū. s. de rescriptis. ¶ In gl. j. ibi, l. iij. & bene facit quod habetur in c. ea quę. j. de offi. Archi. ¶ In ead. glo. ibi, magister propter
4 insufficientiam. ¶ † Nota bene ex gloss. quod magister & Doctor licet semel fuerit approbatus, tamen propter insufficientiam, & sic ex causa, potest reprobari & remoueri a docendo, vt probatur in l. ij. & ibi etiam not. hic allegata in gl. & etiam in l. sed & reprobari. ff. de excusa. tut. & l. vt gradatim. §. j. ff. de mu. & ho. & adde etiam, quod no. in pc. rimo, hic allegato, de offi. custod. vbi glo. vult, quod demum propter negligentiam debet prælatus remoueri, si fuerit in magna negligentia: hic potius deberet aliter puniri. ¶ It gloss. in verbo, manibus. in principio. supple secundum Abbatem. Et not. bene ex eo, quod sequitur in gloss. quod ad illum spectat recipere renuntiationem, seu resignationem beneficij, ad quem spectat confirmatio, & eodem modo collatio. & idem notauit glo. in dicto c. quod in dubijs. s. eodem titu. Sed aliter dixit glo. post In-
5 nocen. in clemen. prima, de renun. videlicet † quod ad eū pertinet recipere resignationem, ad quem pertinet destitutio, & quid in hoc tenendum, plene dixi supra eodem. c. quod in dubijs. ¶ In eadem gl. ibi, sed hoc contingit. quasi velit quod ideo hic non fuit coactus cedere, ex eo, quia cesserat in manibus inferioris, sed propter insufficientiam. & sic vult glo. quod in casu huius capituli poterit cogi ad renuntiandum per istos delegatos. sed Goffre. hic tenet contrarium, dicens, quod iste Abbas non potuit compelli ad cessionem, si bene debuit admitti cessio eius per istos delegatos, si voluit sponte renuntiare. sed gloss. vt dixi, tenuit contrarium. Hostien. hic dixit, quod vigore rescripti. de quo hic, quia propter illud committebatur ministerium, non potuisset per istos delegatos cogi per id, quod habetur. j. de offi. deleg. in c. si. sed bene de iure communi poterat compelli ad cedendum. Et secundum prædicta potest saluari opi. Goff. Sed do. Floren. simpliciter tenebat gl. scilicet q hic potuerit cogi, allegat etiam quod habetur. s. eo. ti. c. quod in dubijs. & c. quidam. do. Ant. hic dicit posse dici, q hic debuit admittere cessionem a voluntario, non ab inuito: quia si Papa voluisset istum priuare, non habebat nisi cessionem iam factam per ipsum approbare, cū illa tēderet ad p̄iudiciū renuntiantis, vt dicit gl. & sic nō mādasset ipsum restitui p hoc denotat s̄m eū, qd̄ non fuit intentio Papæ istum Abbatem inuitum priuare. An autem insufficientia tunc habeant repellere prælatū, remittit ad nota. in c. nisi. §. ne pro defectu. s. eo. ti. Mihi satis placet opi. Hos. per q̄ opiniones reduci pñt qđ tñ fecit ad concordiam. An autē Canonicus posset renuntiare in manibus capituli, vide tex. & glo. j. de simo. c. ex insinuatione. de quo plene dixi. s. eo. c. quod in dubijs. ¶ In glo. pen. ibi, se transferre, &c. Supple sine licentia Papæ, vel legati de latere. nam ille etiam potest dare licentiam Abbati exemptō, vt hodie est expressum j. de elec. in c. si Abbate. li. vj. licet Hosti. aliter diceret. ¶ In eadem gloss. in fin.
6 † Sed nunquid monachus de licentia solius Abbatis possit dimittere monasterium. dixit Inno. q sic dummodo ad aliud arctius monasterium se transferat. j. de regular. c. licet. xix. q. iij. statuimus. & per hoc q soli Abbati facit obedientiam. xii. q. j. c. non dicatis. si autem vellet fieri monachus alterius monasterii paris, vel minoris religionis, & sic ad illud transiret, non poterit illud facere sine licentia Episcopi: sed cum autoritate episcopi poterit tunc id fieri dispositiue, argu. c. significatum. j. de regula. Sed si esset ad arctioris religionis, poterit sine licentia Episcopi, vt est dictum. Alii tamen, vt refert Innocen. dicunt necessarium esse consensum conuentus, etiam si ad arctiorem transeat religionem, argum. c. ii. lxii. dist. & dicti. c. statuimus. Alii vero, secundum Inno. dicunt necessarium cōsensum Episcopi, arg. c. qui vere. xii. q. i. Quod credit Innocē. verum esse quantum ad hoc, vt alius Episcopus eum non ordinet sine licentia eius, nisi primo fieret monachus alicuius monasterii arctioris religionis, & sic residet Inno. & aliter non

nō declarat. Tu potes dicere, ꝙ si vult transire ad arctiorem
religionē, non requiritur consensus conuentus: quia tunc
potest transire licentia petita a suo superiore, & sic ab ipso
Abbate, licèt non obtenta, vt probatur in c.licet.j.de reg.
Nec obstat præallegatum.c.statuimus.quoniam debet in
telligi, & limitari per illud c.licet. An autem tunc requira
tur consensus, potes dicere, vt etiam voluit hic do.Ant. &
satis videtur fuisse de mente, ꝙ aut vult transire ad mona
sterium arctioris religionis, & tunc in eadem diœcesi, nō
requiritur consensus Episcopi: secus quando ad monaste
rium alterius diœcesis. Et sic etiam videtur fuisse mens In
noc. Si bene pōderentur eius verba. facit quod consueuit
dici in c.admonet. & in c.quod in dubijs.s.eo. Si autē ve-
lit transire ad monasterium laxioris religionis, tunc si si-
ne causa vult transire, non potest sine licentia Papę. quia
illud esset contra ius, cum debeat monachus in suo mo-
sterio remanere & commorari.j.de iureiur.in c.sicut ex li
teris. & facit etiam quod no.per Io.And. post Hostien. &
ideo requiritur etiam licentia papæ. facit quod habetur
in c.proposuit.j.de concess.præb. & istud etiam tenet glo.
quæ reputatur no.in hac materia.in c.cum singula.de p̄-
ben.in vj. & idem etiam voluit glo.in c.non est.j.de regu
8 la. †An autem subsistente causa poterit cum licentia Ab
batis transire. glo.satis videtur innuere, ꝙ non, in d.c.non
est. & in d.c.cum singula.inquantum dicit solummodo, ꝙ
si vult transire ad parem religionem cum causa, ꝙ poterit
cum licentia Abbatis & conuentus. Et sic videtur innue-
re, ꝙ secus si ad laxiorem. Sed Hostien.in d.c. non est, vi
detur velle, ꝙ cum licentia Abbatis & conuentus possit
transire nedum ad parem, prout voluit glo. in c.cum sin-
gula. & videtur etiam velle in d.c.non est sed etiam ad la
xiorem poterit, & sine causa subsistente, cum licentia Ab
batis & conuentus. sed Inno.hic, vt patet ex superius di-
ctis, vult ꝙ requiratur dispensatio Episcopi, & ꝙ Episco-
pus possit dispensare causa subsistente, siue velit transire
ad parem religionem, siue laxiorem. facit quod habetur
in præallegato c.significatum, & ibi etiam dicit, ꝙ facilius
dispensabit in illo, qui in minoritate ingressus fuit mo-
nasterium seu religionem. Ioan. And.in add.ad Specu. in
ti.ij §.sunt quoque super xxxiiij. vbi Spe. tangit de mate
9 ria. & remanet in conclusione. †ꝙ si monachus vult transi
re ad monasterium paris vel inferioris religionis sine cā,
tunc solus Papa posset dispensare: cum causa autem pote
rit Episcopus dispensare, siue vel transire ad parem, siue
ad laxiorem, per dictum Innocen. requiritur tn̄ consensus
Abbatis & conuentus ipsius monasterij cuius est mona-
chus, per dict.c. statuimus. xix.q.ij. dominus tamen Flo.
hic dicit, ꝙ si Abbas haberet iurisdictionem quasi episco-
palē, ꝙ tunc sufficeret eius licentia cum conuentu, & sine
Episcopo, quando causa subesset, per id quod no.gl.in cle
men.j.de reb.ecc.non alie.quod tene menti. Et nota bene
p̄dicta, quia sæpe fit remissio de hac materia ad id quod ha
betur hic. sed plenius, & clarius dixi, quàm dixerint Do-
ctores. & sæpe etiam de facto occurrit ista materia, an vide
licet monachus possit transire ad aliam religionem, vel
ad aliud monasterium. ¶ Quando autem dicatur mona-
sterium esse arctioris religionis, vel arctioris vitæ, vide per
Ioan. And.in c.sicut infra de regula. & ibi per do.Florē. &
10 do.Ant.iuxta prædicta potest quæri, †an indifferenter Ab
bas debeat dare licentiam monacho transeunti ad aliam
religionem. dicit Inno. ꝙ non, sed illam demum dare de-
bet, si sit certificatus de religione, ꝙ sit arctior, & ꝙ illi de
monasterio, ad quod vult transire, velint eum recipere. &
si aliter recederet monachus, esset transitiuus, & apostata:
cum non esset in alterius obedientia. dicit tamen Innoc.
ꝙ forte posset Abbas dare monacho licentiā ꝙ sub obe-
dientia sua iret, & quæreret locum religiosum, qui sibi pla
ceret. Consuluit tn̄ Abbas ꝙ non faciat hoc, nisi vt euitet
maius malum, vt quia forte si non daret dictam licentiā,
a sua autoritate recederet. facit quod no.gl.in cle.vlti.de
elect. Et ex prædictis nota secundum do.Flo. ꝙ quando pe
titur talis licentia ab Abbate, potest illam denegare, nisi
sit informatus de secundo monasterio, ꝙ sit strictioris vi-
tæ, seu strictioris religionis, & ꝙ monasterium tale velit il
lum recipere dicit tamen. ꝙ aliqui hoc non seruant, sed
minus benē. Et ad prędicta facit quod legitur & no.in c.si-
cut.de iureiur. & in d.clem.vlti.de electio.tene menti præ
dicta. Extra gl.potest opponi primò, ꝙ litera male dicit, dū
dicit, elegerunt canonicè: quia electio non potuit esse ca-
nonica, ex quo non tenuit renuntiatio, per id quod dicit
gl.fi. Solutio. dic ꝙ elegerant canonicè, scilicet prout Epi
scopi dicebant, sed non secundum veritatem, vel expone
canonicè, id est cōcorditer. vel expone, sed est seruata for-
ma c.quia propter.de electio. Secundo oppono, ꝙ ex quo
iste Abbas finaliter debebat cedere, videtur ꝙ non debuit
restitui, cū circuitus dēat euitari, vt in cle.auditor.de rescr.
l.dominus testamento.ff.de condi.indeb. Solue, ꝙ hic fuit
factum, vt satisfieret iuri. facit quod legitur, & notatur in
c.ad petitionē.j.de accusationib. Quærit hic vlterius Io.
11 And. †de presbytero præsentato ab Abbate, tamē per Epi-
scopum instituto, in cuius manibus debebit renūtiare. dic
ꝙ in manibus Episcopi de consensu Abbatis, arg.c.Late-
ranensi.de præben. & in c.ad hæc.§.fi.de offi. Archid. & p
hoc dicit, quod si renuntiet in manibus Abbatis quo ad
temporalia, non valebit talis renūtiatio: qa illa sunt adeo
coniuncta, ꝙ vnum sine alio esse non potest prima, q. ter-
tia.c.si quis obiecerit. & plus dixit Host. ꝙ propter renun
tiationem factam in manibus Abbatis poterit Ep̄s illum
remouere, per id quod legitur, & notatur in c.quod in du
bijs.s.eo.vltimo per hanc decreta. determinauit Archidia.
olim, ꝙ si Abbas cessit non in manibus superioris, & su-
perior postea non habeat ratam cessionem, potest petere
a monachis, vt obedientiam de nouo promittant, & sic
possessionē recuperet, quā videbat̄ perdidisse. Ad idē alle-
gat̄. qđ habet̄ supra c. proximo, vij.q.iij. c.deniqȝ. & ibi, q.
ij.c.j. & q.j.§.fi. & per hæc sit expedita hæc decretalis, & iste
titulus, in quo fuerūt multa notabilia, vt patere potest ex
ipsius processu. Deo gratias.

Finis partis primæ Ioan.ab Imola super primo
decretalium libro de sua secunda compi-
latione, cum duabus rubricis se-
quentibus ex eiusdem lectu-
ra antiqua extractis.

LECTORI IVRIS PONTIFICII STVDIOSO. S.

ET TIBI, Lector, damus commentarios Ioan. Imolani Iuriscons. Clarissimi in titulum de offic. ac potesta. iudic. delega. nusquam antehac excussos. Eos non ita pridem ex Italia, atque adeo ex ipsa Ioan. de Anania Doctoris eximij bibliotheca huc ad nos perlatos curauimus quàm emendatissimos in manus studiosorum iuris canonici venire. Reperies certè omnia in his commentarijs & dilucidius, & copiosius multo tractata, quàm in alijs commentarijs, qui in hunc ipsum titulum sub eiusdem Imolani nomine hactenus in lucem prodierunt. Quos hic annectere non libuit, ne quis nos ταυτολογεῖν meritò incusaret. Habent enim hi commentarij quicquid in prioribus continebatur, ac multa prætere alia. quodquidem studiosus Lector facilè deprehendet: & nostram hanc operam in promouendis iuuenum studijs boni, vt spero, consulet. bene vale.

De officio & potestate iudicis delegati. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Titulus de officio iudicis delegati quare præponatur in decretis titulo de officio legati, atque etiam titulo de officio ordinarij.*
2 *Officium, & potestas qui differant.*
3 *Delegatus quis dicatur.*
4 *Delegatum nonnunquam habere iurisdictionem, nonnunquam nudum ministerium.*
5 *Electus ad custodiam alcuius arcis aut castri, an possit eligi ad aliud officium stante statuto, quod electus ad certum officium nõ possit ad aliud eligi intra præstitutum tempus.*

VIsum, & tractatũ est in titulis præcedẽtibus de ijs, qui gerunt vices alienas in diuinis officijs, & de iurisdictione voluntaria: restabat igitur videre de ijs, qui gerunt vices alienas in iudicijs, & iurisdictione contentiosa. verum quia delegatus Papæ est maior quocunque alio legato, vel ordinario in causa sibi cõmissa: ideo hic subiecit rubricam de officio & potestate iudicis delegati. de materia non habetur specifice in decretis, sed in aliquibus canonibus, & præcipuæ in c. quia sunt culpæ. xxviij dist. cum similibus. & re-
1 petitur in vj. & clemẽtinis. ¶ † Circa hanc rubricam possunt aliqua quæri: primo quare tractatus iste de offi. dele. præmittitur tractatui de officio legati, & de offi. ordi. considerato ꝙ iurisdictio ordinaria, quam etiam dicitur habere legatus. j. de offi. le. c. ij. sit magis fauorabilis, quam delegata. s. de rescri. c. ad hęc. cum ibi notatis. & facit etiam, ꝙ no. in c. j. de rescriptis. sed per gl. potes respõdere, quod ideo fuit, vt tetigi in continuatione, quia delegatus Papæ in causa sibi commissa est maior quocunque ordinario. j. c. sane. & etiam maior est legato in dicta causa. de offi. leg. studuisti. & ideo de ipso delegato tanquam digniori præmisit. & hæc ratio est bona, prout hic tractatur delegato Papæ, de quo plenius, & principaliter hic tractatur: licet non procederet, prout tractatur de delegato ordinarii. sed Papa habuit respectum, quod vt plurimum, & principaliter de eius delegato tractatur in hoc titulo: licet quandoque de alio delegato tractetur. secundo potest quæri, quare additur hic in rubrica verbum (& potestate) & non in alijs rubricis sequentibus, nec similiter in rubricis Digestorum & C. in quibus tractatur de officijs. potes dicere secundum Ioan. And. quod hoc est de voluntatijs, de quibus ratio necessaria non est reddenda. de rescriptis in c. si quando. cum ibi notatis. & in l. non omnium. ff. de legib.
2 ¶ † An autem aliqua sit differentia inter officium & potestatem, dic ꝙ sic: quia officium respicit id, quod principaliter committitur, seu delegatur: potestas vero respicit id, quod de iure propter delegationem potest, puta cum quęritur, an delegatus possit subdelegare, vel cõpellere subdelegatum, vel punire impedientes, vel procedere sine
3 condelegato. ¶ † Quid autem sit delegatos, potes dicere, quod est ille, cui a summo Pontifice, vel ordinario, vel delegato Principis causa cognoscenda committitur, & determinanda, vel exequenda, proprium nihil habens. facit l. j. §. qui mandatam. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd. &
4 quod no. Specu. in ti. j. circa principium. Posset † etiam quæri, quare non dixit potius de iure delegati, cum officium sæpe denotet nudum ministerium sine iurisdictione. de consue. c. j. lib. vj. videtur, ꝙ potius debuisset dicere de iure delegati. dic quod compilator non solum habuit respectum ad iurisdictionem delegati, seu ad delegatos habentes iurisdictionem, sed etiam ad nõ habentes, quibus cõmittitur nudum ministerium, de quibus. j. eo. c. fi. & ideo potius posuit verbum de officio, quod potest comprehẽdere habentes iurisdictionem, & habentes nudum ministerium. Spec. tamen commiscet ista tria, videlicet de officio, potestate, & iurisdictione delegati, vt patet ex ijs, quę ponit Spe. tit. j. circa principium. Et propter prædicta aliq habent hic quandam quæstionem quæ non fuit do. Ant. sed dicitur fuisse do. Pet. de Anch. & sic videtur fuisse quę-
5 dam additio facta ad lecturam do. Anto. ¶ † Et quæstio est talis si statuto cauetur, quod electus ad certum officium non possit ad aliud eligi infra certum tempus, an si aliqs fuit electus ad custodiã alicuius arcis, seu alicuius castri, vel ciuitatis poterit talis eligi ad aliud officium. j. dictum tempus: & videretur quod sic, quia officium quoddam est cum iurisdictione, quoddã sine iurisdictione, vt patet ex supradictis. & videtur quod in dubio debeat intelligi de officio cum iurisdictione per ea, quæ habentur C. & ff. in rubricis quæ loquuntur de officijs. facit quod habetur in l. officiales. C. de Episco. & cleri. Item facit, quia verbum officium videtur etiam verificari in officio non habente iurisdictionem, vt patet in rubric. præcedentibus potest dici

dici,quod attendi debēt verba statuti,si de illis potest apparere ex præcedentibus vel sequētibus, an voluerint statuentes sumere officium pro officio, siue iurisdictione, an vero pro officio cum iurisdictione.facit quod babetur in l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.j. Si autem in contentis in statuto hoc non apparet,nec posset coniecturari,stā dum est consuetudini, si de illa apparetet,quia illa potest interpretari statutum.s̃.de consuetu.cum dilectus. ¶ Vbi autem de consuetudine etiam non appareret, videtur qđ ex sui significato possit comprehendere officium cum iurisdictione & etiā sine iurisdictione, vt patet ex superius dictis quod in vtroque debeat intelligi, ex quo indistincte loquitur.j̃.de priui.c.quia circa.& l.in fraudem.§.fi.ff. de priui.credi.& sic videtur,quod aliud officium infra dictum tempus,de quo in statuto contineretur, habere nō possit.facit quod habetur in l.j.C.de mu.& hon. non conti.lib.x.Ioan.de Imola Doctor vtriusque iuris.

S V M M A R I V M.

1 *Potestatis appellatione comprehendi potestatem facti, & iniustam,nedum iuridicam,& iustam.*
2 *Potestatis verbo aliquando fœminino,aliquando masculino genere poni. et quam significationem in alterutro genere habeat.*
3 *Metum iustum inferri ex minis,& terroribus potentis.*
4 *Minæ quid differant à terrore.*
5 *Agentes & consentientes pari pœna puniri.& nu.10.18.& 19.*
6 *iurisdictioni iudicis etiam non habentis territorium subijcitur quis ob delictum contra iurisdictionem eius commissum.*
7 *Delegati iurisdictionem posse ex prorogatione iuris extendi ad personas nō contentas in rescripto,non etiam ex dispositione hominis.*
8 *Delegatus,ad hoc vt posit punire delinquentes contra iurisdictionem suā, an oporteat delictum esse notorium.*
9 *Consilium dans alicui, vt delinquat,an & quatenus puniatur.*
11 *Opem præstans delinquenti, an plectatur eadem pœna cum delinquente, vbi propter aliquam qualitatem augetur pœna delicti. & nume. sequen. 14.& 16.*
13 *Opem præstans nonnunquam magis punitur, quam delinquens ratione qualitatis sibi inhærentis.*
14 *Delictum puniri atrocius vel mitius pro ratione temporis, quo perficitur.*
17 *Receptator delinquentis,an puniatur eadem pœna,qua delinquens.*
20 *Delegatus,an posit mulctam pecuniariam imponere.*
21 *Delegatus, an posit punire turbantes iurisdictionem illius turbatione non manifesta.& nu.sequen.*
23 *Litigantē lecētians in publico,si in occulto cōminetur ei, potest cogi ad præstandam cautionem de non impediendo,si de hoc apparuerit.*
24 *Iudex potest cogere aliquem ad præstandam cautionem de non turbando, si subest aliqua præsumptio de turbatione.*
25 *Delegati iurisdictio ad quas personas extendatur ratione turbatæ iurisdictionis.*
26 *Delegati iurisdictio ob cuiusmodi iniurias extēdatur ad extraneas personas, & quid si facta sit iniuria ei,qui vocatus,erat coram delegato,non tamen facta est in contemptum iudicis.& nu.seq.28.& 32.*
29 *Iurisdictio iudicis suspenditur per legitimam appellationem.*
30 *Aduocatum delinquentem in aduocatione, vel testem delinquentem in testimonio,an posit delegatus punire.*
31 *Iudex,an posit punire delinquentem in personam suam.*
33 *Delegati iurisdictio ad quas causas extendatur ratione turbatæ iurisdictionis.*
34 *Delegatus ad quas pœnas posit procedere ratione turbatæ iurisdictionis.*

QVia quæsitum. Hoc capitulum duobus modis potest intelligi: vno modo quod intelligitur de ordinario, quia decre.dirigitur Episcopo Londonensi,qui erat ordinarius. Et pro isto intellectu etiā facit litera circa finem, dum dicit, poteris. Alius intellectus est,ꝙ intelligitur de delegato.ꝓ quo facit litera.dum dicit præcipimus. & dum dicit mandatum nostrum. & quia etiam ista decr. ponitur in titu.de officio delega.& sic in dubio debet intelligi,quod loquitur Episcopo Londonen.tanqnam delegato,argu.l.Imperatores.ff.de in diem adiec.& per hoc facit,quia intelligendo de ordinario decre.non habet dubium. & ideo iste secūdus intellectus communiter tenetur:secundum quem hoc dicit,delegatus Papę recipit potestatem non solum in partes,sed etiam in alios suam iurisdictionem turbantes.h.d.Et est communis diuisio con sultatio,& responsio. secunda pars ibi, sic tibi responde-
1 mus.¶ †Not.primo quod appellatione potestatis non solum comprehenditur potestas iuridica & iusta, sed etiam potestas facti & iniusta per quam quis iniuste opprimiē. Quomodo autem hoc verbum potestas potest multipliciter sumi habetur in l.potestatis.ff.de verb.signi. & facit
2 quod not.j̃.de regu.iur.super rubrica,& lib.vj.¶ †Et non etiam ꝙ hoc verbum potestas hic ponitur in fœmineo sexu & concordat j̃. de iud.c.fi. alibi ponitur in masculino. j̃.de homic.tua.§.j.Et dicit hic Ioan. Andre.quod quando respicit dignitatem ponitur in fœminino, vt hic patet,& in d.c.fi. sed vbi respicit habentem dignitatem ipsius officij,tunc ponitur in masculino, vt patet in d.c.tua.§.primo.infra de homicid. ¶ Non autem pro generali conclusione rescripti & consequenter libelli,quando Papa mandat iustitiam alicui ministrari, vel quando quis petit sibi iustitiam ministrari. infra de ordi.cogni.capitu. secundo.
3 ¶ †No. ꝙ minæ & terrores potentis inferunt iustum metum.facit quod habetur in l.si per impressionem.C.quod metus causa. & quod etiam no. infra eodem causam matrimonij & in l.prima.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum
4 actio non datur.¶ †Nota. quod aliud est terror aliud sunt minæ.nam potest dici,quod minæ stant in verbis minatorijs:terror stat in factis,ex quibus surgit.¶ Et not.quod siue impediatur,seu turbetur iurisdictio per minas,seu per terrorem, procedit dispositio huius capituli. Idem dicit Innocen. si per dolum vel vigore statuti iniusti impediatur,per id quod habetur de senten.excommu.in cap.grauem.& sic qualitercunque iniuste impediatur iurisdictio,
5 procedit.¶ †No.illud vulgatum, quod agētes & consentientes pari pœna puniuntur ex testimonio scripturæ,ꝓut habetur Leuitici xx.c.¶ No.argu.pro generali allegatione,vt illa sufficiat,de quo in c.vestra.infra de coha.cle. ¶ Not.quod mandatum superioris non debet esse elusorium. facit lex si prætor.ff.de iudi.& de postula.c.bonæ.ij.
6 ¶ †Et not.quod propter delictum commissum contra iurisdictionem iudicis, subijcitur quis iurisdictioni eius,&
7 si non habeat territorium. ¶ †Not.casum, in quo iurisdictio delegati extenditur ad alias personas,quam cōtineatur in rescripto.& contingit hoc ex prorogatione,seu dispositione iuris: ex dispositione autem hominis non extenditur ad alias personas,dicto capi.p.& g.infra eodem. ¶ Nota quod delegatus recipit iurisdictionem quodammodo ad exercitium potestatis censuræ in contumaces, & rebelles suæ iurisdictioni: licet in delegatione sibi facta aliter de hoc non fiat mentio. ¶ An autem possit mulctare, seu mulctam aliquam imponere tangit hic Innoc.
8 de quo dicetur infra eodem,de causis.¶ †Potes etiam notare,quod ad hoc, quod delegatus possit punire delinquētes contra eius iurisdictionem videtur quod requiratur, quod delictum sit manifestum, & sic notorium. Facit de filijs presby.c.quoniam. Aliqui tamen dicunt sufficere,ꝙ de hoc appareant sufficientes coniecturæ, & euidentia argumenta,arg.c.secundi,de cleri.peregri.de quo tangetur super gl.fi.¶ In gl.j.ibi,iactura causæ secundę.& illa respicit interesse partis hic agitur de alia pœna extraordinaria ſm d.Ant.in gl.ij.ibi,in primo casu negligētiæ.puta si qs videt aliquē paratum ad peccandum, & cōmode pōt impedire & negligit id facere:in casu isto peccat minus q̃ faciens,ideo pariter non puniuntur, nisi in casu c.quanto. de sent.excom.ſm vnum intellectum.tamen ſm intellectum gl.ibi,minus etiam punitur.Item ibi minus hoc verum,ſm Host.si ille cui dat̄ ꝯsiliū erat aliter facturus: sec9 si aliter nō erat factur9,qa tūc erit par delictū: & sic pariter pu-

ter punietur facit.j.de homicid.c.sicut dignū.§.qui vero.
9 ¶†Et sic not.bene,quod,Host. voluit quod consulens de lictum fieri,seu vt quis peccet,puniatur, siue ille cui con suluitur,aliter erat facturus, siue non. primo tamen casu minus punietur. facit quod no.Io.An.in regula,nullus ex consilio.j.de regul.iu.lib.vj.& etiam Dyn. videtur velle,ꝙ in delictis non distinguatur,an delinquens, cui præbetur consilium,aliter esse facturus,vel non & idem Bar.in l.nō solum.§.si mandato.ff.de iniurijs. quod videtur intelligē dum secundum ea,quæ dixi supra post Hostiē.tex.tamen cum gl.videtur facere ad oppositum Insti. de obliga. quę ex delict.nas.in §.placuit.& §.ope.& videtur etiam illam gl.sequi Inn.in c.querelam. supra de elec.sed cōiter tene tur,quod dixi,& de materia etiam dixi in dicto c.querelā. Et vt ibi dixi forte de iure verior est opinio glo.in §. ope quam etiam sequitur Innocē.in d.c. querelam . & pro illa gl.bene facit tex.in d.§.ope.communiter tamen tenetur, quod superius dixi.¶ Item aduerte,inquātum dixi , quod consulens minus punitur,quam faciens : nam contrariū videtur probari in c.tāta.lxxxvj.dist.allegato. in gl.sed dic quod illud fuit ratione dispensationis factæ cum principali delinquente,& non cum consulente.Ideo ibi fuit mi nus punitus faciens,quam consulens propter dictam di-
10 spensationem.¶†In ead.glo.ibi,æqualiter puniūtur.hoc videtur intelligendū , quando agitur de imponenda pœ na quę non venit augmentata propter aliquam qualitatē sed ex natura delicti imponenda : nam tunc regulariter eadem pœna puniuntur delinquens,& ille qui sibi coope ratur in delicto,præstando auxilium & opem,nisi aliud re periatur expressum l.j.C. de rapti virgi.& l.prima.C. de
cedere in causa tertio absente & requisito, si non vult venire, vt habetur in dicto c. secundo, & ibi apparet ratio diuersitatis inter iudices, & arbitros: de quo dic, vt ibi in text. & gloss. Item aduerte q a procedit glo. ista in sententia diffinitiua, vt illam non possit ferre etiam maior pars delegatorum altero absente. & idem dicas in interlocutoria, per id quod habetur in c. prudentiam. j. eod. licèt glo. aliter dixerit in l. Pomponius. aliàs incipit, si vni. ff. de re iudi. sed non bene, vt ibi no. Bart. & probatur per ea, quæ habentur in d. c. prudentiam. In glo. fin. ibi, si incontinenti &c. supple etiã in possessorio recuperandæ vellent probare, &c. vt sequitur. In ead. gloss. ibi, restitutio differtur. supple quo ad copulam carnalem secundum ea, quæ habentur in c. literas. allegato in glo. ¶ Extra glo. potest opponi de l. j. offic. Consul. vbi videtur valere id, quod facit
10 vnus iudex sine alio. † Dic q ibi loquitur in pluribus ordinarijs, qui intelliguntur deputati insolidum, nisi deputarentur plures, vt vniuersitas: quia tunc non esset iurisdictio apud singulos j. de offi. ordi. c. irrefragabili. sed hic loquitur in pluribus delegatis datis simpliciter: quo casu non intelligitur data potestas cuilibet, sed vt simul procedant, vt hic patet. ¶ Secundo potest opponi, q Papa non debuerit mandare hanc mulierem restitui, quia non fuit spoliata: quia mandatum non tenuit, nec sententia iudicis & ideo tenere videtur esse dimissa: & pro tanto datur mulieri possessorium recuperandæ, licèt violenter non eijciantur per id, quod legitur & nota. j. de restitu. spolia. c. ex parte. & c. ex conquestione. & c. literas. secus videtur, si sententia teneret, & non esset appellatione suspensa. sed si esset appellatione suspensa, reuocaretur executio per viam attentati. infra de appellatio. c. bonæ, secundum Inno. Hosti. vero dicit, q si etiam quo ad opinionem sit rite lata sententia, non tamen quo ad veritatem: tunc auditur mulier, etiam sine appellatione, sed non per possessorium iudicium, quia licet sententia non transeat in rem iudicatam, durat tamen vt sententia, donec retractetur: vnde interim meretur executionem, nisi aliter procedatur ad retractionem, & ideo interim nõ causat possessorium.
11 ¶ Item aduerte, † quia vt dixi s. Innocen. hic vult, q nisi præcedant verbera, vel minæ, non vitietur actus, qui fit per mulierem ad instantiam viri. gloss. tamen in d. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum. videtur sentire contrarium: quasi præsumatur semper, q propter reuerentiam viri, & eius metum, illud faciat. & illa opi. videtur habere æquitatem: quia non de facili possunt probari minæ, quæ fiunt per virum mulieri. tamen communiter transitur cum dicto Innocen. dicit tamen hic do. Flor. q si mulier renunciet iuri hypothecæ in re aliqua, quam alienat vir: quod si dicat se renunciare propter metum, & reuerentiam viri, q non nocebit sibi renunciatio, & sic dicit Rayn. de facto
12 dixisse, per id quod habetur in dicto §. quæ onerãdæ. † & idem dicunt quidam secundum eum, si clericus dicat se renuntiare beneficio propter metum, & reuerẽtiam Episcopi, per id quod no. gl. in d. c. quæ onerandæ. sed ipse tenet oppositum in hoc vltimo, quia minor metus sufficit in muliere, quam in viro, vt not. gl. in c. cum locum. infra de sponsa. sed aduerte, quia vtrobique videtur posse dici idem: ex quo non cõtradicitur protestationi, quam videretur in effectu facere mulier, vel clericus, per id qđ not. gl. in l. si fideiussor. ff. qui satis. cogan. & xxvij. distin. c. j. & quod notatur in c. Cumana. de electio. tene tamen menti dictum do. Flo. Imolanus vtriusque iuris monarcha.

S V M M A R I V M.

1 *Dominus, datus iudex in causa subditi, potest ab altera parte tãquam suspectus recusari. & nu. 3.*
2 *Delegatum posse reuocari per delegantem causa subsistente.*
4 *Arbiter inter litigantes posse ne is esse, qui est dominus alterius partis.*
5 *Recusationis exceptio aduersus vnum ex delegatis, coram quo sit proponenda.*

CAusam quæ. Delegatus domin⁹ impetrãns potest recusari. hoc dicit. Et attende, quia pars huius habetur j. qui filij sint legit. in c. causam quæ. vbi glos. ponit casum in illo c. & etiam in isto: & nõ recipit commodam di-
1 uisionem. † No. quod in causa subditi potest dominus ab
2 altera parte tanquam suspectus recusari. ¶ Item † quod delegans potest reuocare delegatũ, maxime causa subsistente. facit quod habetur infra de iud. c. causam quæ. No. q aliquando causa natalium committitur etiam Abbati. ¶ In glo. prima ibi, argumentum est hic, sed certe immo videtur casus expressus: & sic videtur, quod nõ debuit dicere argumentum. sed glo. forte sic dixit, quia hic nõ fuit processum per viam recusationis, sed per viam subrogationis, vt tolleretur materia recusandi. facit quod habetur
3 in simili in c. legitima. de appel. lib. vj. contra id † tamen, quod dictum est, dominum non posse esse iudicẽ in causa subiecti, facit infra de foro compe. c. ex transmissa. sed dic, quod ibi erat dominus vtriusque, & sic par ratio affectionis tollit suspitionem. l. non solum. §. de illo. ff. de ritu nup. secus quando solum est dominus alterius tantum.
4 † An autẽ dominus vnius possit esse arbiter, vel arbitrator inter partes, dic q sic. quia ille assumitur de partium consensu & voluntate. ff. de oper. lib. l. si libertus. & idem esset de iudice delegato, si de partium consensu fuerit da-
5 tus. † Vltimo quæri potest, coram quo potest, vel debet proponi exceptio recusationis, quando vnus ex delegatis est suspectus: dic quod si sunt dati cũ clausula, proponetur exceptio recusationis coram collegis. alias proponetur coram arbitris, vt probatur in c. si contra vnum. j. e. lib. vj. Domi. Ioannes de Imola doctor vtriusque iuris.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatum Papæ posse subdelegare causam sibi commissam reseruata sibi sententia.*
2 *Appellans ab eo subdelegato, cui causa commissa est, non tamen in totum, appellare debet ad subdelegantem, non autem ad Papam.*
3 *Delegatus Papæ si subdeleget, debet causam committere personis ecclesiasticis.*
4 *Delegatus vnus, an possit vices suas pluribus subdelegare.*
5 *Appellare volens a sententia subdelegati, an semper debeat appellare ad subdelegantem.*
6 *Causa delegata sub nomine dignitatis alicui habenti duas dignitates: ad cuius cognitionem spectet, si contingat eas dignitates diuersis conferri.*

CVm te consulente. Si delegatus Papæ committit causam non in totum, de subdelegato appellabitur ad ipsum delegatum, & non ad Papam. hoc dicit, & non recipit commodam diuisionem. ¶ Item in text. ibi, fuit interposita. supple ad sedem apostolicam, seu ad Papam. ¶ Item ibi, non teneris. supple quia appellatio non videtur tenere, cum non fuerit appellatum hoc casu ad Papam, sed ad ipsum delegatum subdelegantem, de quo j. eod. in c. super quæstio-
1 num. † Not. primo, q delegatus Papæ potest subdelegare causam sibi commissam reseruata sibi sententia: & hoc casu procedit quod hic dicitur. & idem esset, si reseruasset sibi aliquid de iurisdictione, vt in c. si delegatus. j. eo. tit. lib. vj. & not. q aliud est causæ cognitio, & aliud testiũ examinatio, & aliud sentẽtia. No. q delegatus potest subdelegare causam vni & pluribus. facit quod habetur j. eo.
2 c. pastoralis. † Nota. q licèt regulariter possit appellari ad Papam omissis medijs. ij. q. vj. in c. ad Romanam. tamen fallit in casu isto, quando delegatus subdelegauit non in totum

totum vices suas, & appellat a grauamine illato p subdelegatum: quia tunc nō debet appellari ad Papā omisso ipso delegato, sed ad ipsum delegatum, quod intellige verum, nisi in casibus, de quibus habetur in c. si is cui. & c.penul.j.eo.lib.vj. secus videtur, quando in totū subdelegasset vices suas, de quo infra eo.c.super quæstionū.

3 †Not.quòd delegatus Apostolicus debet cōmittere causam psonis ecclesiasticis: & hoc hodie est expressum in c.statutum.in princi.& in §.in nullo. de rescriptis.lib.vj. ¶ In gl.prima ibi,i.ab audiētia personarū, hoc ideo dixit glo.& sic exposuit, quia non potest appellari ex eo, quia facta fuerit subdelegatio, cum illa sit de iure permissa.j. eo.c.pastoralis.sed bene pōt appellari ab audientia ipsorum subdelegatorum, si inique procedant. & ad quē sit appellandum, hic declaratur, & j.eo.super quæstionum. ¶ In ea.glo.ibi, de talibus causis ecclesiasticis. ¶ Aduerte quia ratio glos.non concludit, quando Papa cōmitteret causas non ecclesiasticas: tamen etiam tunc debet committere psonis ecclesiasticis existētibus in dignitate, vel personatu, aut canonia cathedralis ecclesiæ.de rescriptis.

4 statutum.in principio, lib.vj.† Extra glo.tangit hic Inn. quid si vnus ex duobus, vel pluribus delegatis subdelegat pluribus, an possit? Inno.hic tenet, q sic, per hūc tex. & j.codē.c.pastoralis.& c.fi.tenet tamen, q alij dicunt, q vni solum debet committere propter absurditatem, quę posset sequi, si vellent contraria, qn sunt plures, Hosti.dicit, q per hanc rationem bene videtur expediens, q vni soli commissio fiat, nō tamen videtur necessarium, imo ex alia consideratione, de qua.j.c.prudentiā.expedit potius pluribus committi.& ad id, quod dicitur de cōtradictione respondet Hostien.q contra illam est prouisum p c.fi.j.de re iudi.Io. An.dicit, q illa decre.non loquitur in casu isto.& ideo si Papę, vel Principi assisteret, suaderet statui, q vni tantum posset subdelegari.sed do.Flo.hic dicit, q si talis subdelegaret in totum vices suas, quia tunc desinit esse iudex, satis videtur esse prouisum per dictam decre.vltimam.si autem subdelegaret nō in totum, tunc ad ipsum subdelegantem spectaret approbare, quam sententiam vellet ipsorum subdelegatorum. & hoc etiā forte voluit Hostien.secundum do.Flor.sed certe vt dixi secundum Ioan.An.non sumus propriè in terminis decre. fi.de re iud.& bene dicit.tamen posset dici, q etiam in dicto casu, quādo subdelegaret non in totum, esset in potestate primi delegantis approbare, quam sentētiam vellet, de sententijs latis per ipsos subdelegatos: quia posset etiā ex toto iurisdictionem ad se reuocare.l.iudicium soluitur.ff.de iudi.ergo poterit etiam approbare quam senten

5 tiam volet.& hoc voluit Hosti. † vlterius inquantum hic dicitur appellari debere ad subdelegantem, limita esse verum, nisi negetur subdelegātem habuisse iurisdictionē. infra eod.c.si a subdelegato.lib.vj.si tamen hæc exceptio obijciatur corā subdelegato, poterit de illa cognoscere, ar.c.super literis.de rescriptis.& per tex.in d.c.si a subdelegato.j.eo.li.vj.dum dicit, admittere recusauit: & sic innuit, quod de illa possit cognoscere. & hoc etiam tenuit Spec.in tit.j.§.excipi.vers.item q causa.& etiam idem ibi tenet Ioan. And.in additio. quod tene menti pro intellectu dicti c.si a subdelegato.nec ob.ille tex.quia loquitur, qn appellaretur a subdelegato.nam tunc non posset ipse cognoscere propter appellationem, nec etiam potest appellari ad delegatum subdelegantem propter rationem;

6 quæ ibi ponit in litera.†Quid autē si delegatur causa sub nomine dignitatis alicui habenti duas dignitates vnitas, quæ postmodum separantur, & cōferuntur diuersis, an illi poterunt cognoscere, & procedere in causa.posuit Ioā. And.super regula, rationi.de reg.iu.lib.vj.concludit, q si solum fuit expressum nomē vnius dignitatis, puta si causa fuit commissa Abbati sancti Stephani Bono. cum monasterium sancti Stephani vnitum sit monasterio sancti Bartolomei dioecesis Bonon. tunc solum poterit cognoscere successor monasterij sancti Stephani: secus si in cōmissione exprimatur vtraque dignitas, quia tūc vterque poterit cognoscere, si commode vterq; cognoscere possit: aliàs secus, vt ibi declarat. & ibi ēt tangit, quid si mortuo altero delegatorum eius dignitas collegæ confertur, an poterit procedere in causa.& concludit, q sic, quia nihil videtur repugnare. de quo dic, vt plene notatur super dicta regula, rationi.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum delegationis expirare morte mandātis re integra. atque ubi quando dicatur res integra.*

2 *Mandatum iurisdictionis firmatur per contestationem litis, vt tacitè non reuocetur per mortem.*

3 *Citationem esse actum iurisdictionalem.*

4 *Iurisdictio delegata, an perpetuetur per actum interuenientem, ante citationem.*

5 *Actio, an, & quando perpetuetur per libelli oblationem.*

Relatum est. Per litis cōtestationē perpetuatur iurisdictio, ita quod non perimitur morte delegātis. hoc dicit.& primo ponitur decisa consultatio.secundo responsio. secunda ibi, nos

1 itaque cōsulatis.†Not.primo, quod mandatum delegationis expirat re integra morte mādantis. & no. quod dicitur res esse integra ante litis contestationem, supple & ante citationem.nam etiam per citationē

2 desinit res esse integra, vt patet in c.sequenti.†Not.quod mandatum iurisdictionis firmatur per contestationē litis, quo ad impediendam reuocationem tacitam per casum mortis: secus quo ad expressam.l.iudicium soluitur. ff.de iudi. ¶ In gl.prima ibi, secundum canones non considerator.& sic vult gl.qd aliud sit secundum leges, aliud secundum canones.& hoc videtur tenere gl. iuris ciuilis in l.& quia.ff.de iurisdi.om.iud.per illum tex.quia videtur requirere, q res sit cœpta, vt mandatum non expiret, & sic videtur, quod requiratur cōtestatio, per id quod habetur in §.omnem.allegato in gl.& j.eo.c. super quęstionum.& hoc etiam tenuit Azo glossator iuris ciuilis.& dū in allegationibus allegaret pro sua opinione hoc capit. instructus à quodam Canonista, contra eum fuit allegatum capitul.sequens. propter quod dixit gratum, & relatum, fecit me vituperatum: quia non vidit bonam respōnem ad cap.sequens. aliqui tamen glossatores antiq. sic, iuris ciuilis tenuerunt sufficere etiam de iure ciuili citationem. & illa opi.communiter approbatur per modernos Legistas.& ad text.dictæ l.& quia. dum dicit res geri cœperit, respondent, quod debet intelligi, scilicet per ci-

3 tationem, cum citatio † sit de processu, & sit actus iurisdictionalis, vt no.per glos.in c.prudentiam.in principio, in verbo, certa forma.j.eo.& pbatur in c.proximo. nec ob. iste tex. quia suppleri deberet per sequens c.ideo dum dicit, si verò ante litis cōtestationem, suppleri debet, & ante citationem. & hæc opi. videtur tenēda, etiam in foro ciuili.nam ex quo sunt opiniones inter Legistas, & reperitur expresse decisum de iure canonico citationem sufficere ad perpetuandam iurisdictionem, stādum est iuri canonico per ea, quæ leguntur & no.in c.licet.j.de for.cpe. & in c.Raynutius.j.de testamentis.& j.de ope.no.nun.in

4 c.j.†An autem aliquis actus ante citationē interueniēs, puta electio notarij, vel cōmissio citationis, habeat perpetuare iurisdictionē, si non interuenit citatio ante mortem delegantis, est dubium.nam aliqui tenent, quod nō. sed Hostien.tenet contra, & sequitur hic do. Ant.& videtur sequi gl.in c.quamuis.j.eo.lib.vj.& clarius in c.ne aliqui.de hæreti.li.vj.sed pro prima opi. bene facit c. sequēs a contrario sensu, & de foro comp.c.proposuisti. & j.ti.j. c.fi.ad

e.fi.ad quæ iura domi.Anto. hic nititur respondere tenen
do opi.Hostien.sed an,bene dicat,& an,procedat opi.Ho
stien.dicetur in c.licet vndique.j.eod.vbi de hoc tangitur
5 per Ioan.And.& per Ioa.Cal.† In eadem gl.ibi,per libelli
oblationẽ.intellige principi factam,& in prætorijs,& an-
nalibus actionibus.nã sic loquitur l.j.j.allegata, quæ hoc
casu ponit casum specialem,prout ibi notatur.¶ Vltimo
tractat hic domi.Anto.an,indistinctè mandatum iurisdi-
ctionis extinguitur morte mandantis:de quo posuit Ho-
stien.in c.quoniam Abbas.s̄.eod.titu.& ibi dixi:ideo hic
non insisto.& aliquid dicetur in capitul.sequenti. Imola-
nus vtriusque iuris Doctor famosissimus.

SVMMARIVM.

1 *Delegati iurisdictionem non expirare morte delegantis re non integra: atque ibi, quod per citationem res dicatur non integra.*
2 *Appellationi renuntiatum videri per actum coram iudice a quo gestum, per quem appellans videtur consentire in eum. & nu.15.& 16.*
3 *Citationem hodie faciendam per nuntium: nec sufficere eam fieri per edictũ & nume.17.*
4 *Renuntiare non censetur allegationibus iuris, qui renũtiat pductioni testiũ.*
5 *Citatione non reddi negotium propriè captum, sed quasi captum. & numero 7.*
6 *Iurisconsultum interrogatum de iure, non prius respondere debere, quàm species facti scripta sit exhibita.*
8 *Dictionem, quasi, nonnunquam esse veritatis expressiuam.*
9 *Dictio, maximè, sui natura est implicatiua.*
10 *Ignorantiam aliquando operari validitatem actus, qui aliàs non valeret.*
11 *Delegati processus factus post mortem delegantis, quam tamen ignorabat, an valeat, si nec citatio quidem præcessit viuo delegante.*
12 *Iurisdictionem ordinarij fauorabiliorem esse, quàm delegati.*
13 *Iurisdictio mandata, an expiret morte mandantis re integra.*
14 *Mandatum, an differat a præcepto.*
18 *Prælato, qui impetrauerat rescriptum, mortuo possit ne successor eius prosequi: & quid si contra prælatum fuerit impetratum rescriptum, an eo defuncto procedetur contra successorem. numero sequen.*

Gratum gerimus.

Si delegatus citauit ante mortẽ delegantis,perpetuata est iurisdictio. & appellatio
ni renuntiat,qui coram iudice,a quo appellauit,litẽ prin-
cipalem prosequitur. hoc dicit. & diuiditur,in duas par-
tes: nam primo ponitur duplex quæstio,secundo respon-
1 sio,secunda ibi,nos autem† Not. quod morte delegantis
re non integra non expirat potestas delegati.¶ Et not.q̃d
dicitur res nõ esse integra per citationis actum: & sic per
hoc c.suppleri debet præcedens,licèt aliqui dicant,quod
hoc capitu.corrigit illud:sed melius est dicere,quod sup-
pleat illud,vt correctio euitetur, ar.c. cum expediat.j. de
elec.lib.vj.¶ Not.quod processus habitus per delegatum
post mortem delegantis eo ignorante, videtur valere. de
2 quo dicetur cum glo.No.ex secunda parte,†quod pactũ
gestum coram iudice a quo, per quem appellãs videatur
consentire in eum,vt in iudicem videtur ab appellatione
recessum:quia incompassibilis est cũ appellatione.nã per
appellationem desinit esse iudex.facit quod habetur in c.
solicitudinẽ.j.de appella.secus si faceret actum compassi
bilem cum appellatione.vt quia nõ produceret testes su-
per causa principali,sed super grauamine ad ostendendũ
se grauatũ,iuxta not.per gl.in c.si a iudice.j.de appella.li.
3 vj.† Not.quod citatio potest fieri per ædictum: sed hodie
regulariter non debet fieri per ædictum,sed per nũtium,
vt habetur in cle.j.j.de iud.& ibi etiã plene dixi. & p Bar.
in extrauaganti,ad reprimendum. in verbo, ædictum. &
facit quod habeẽ in c.fin.de electio.lib.vj.¶ No.q̃d aliud
est renuntiatio,aliud cõclusio, aliud publicatio testium,
vel processus:de quo in c. fraternitatis.j. de testibus. & p
4 Inn.in c.pastoralis.j. de accusa.pos.† No.quod per renun
tiationem productionis testium, non videtur renuntiatũ
allegationibus iuris.facit quod habetur in dicto c. pasto-
5 ralis.† Not.quod per citationem non dicitur propriè ne-
gotium cęptum,sed quasi cęptum.de quo tangitur hic in
glo.¶ Not.ibi,secundum ea &c.quod responsio debet cõ
formari quæstioni.& loquitur Papa more Sceuolę, cuius
responsiones communiter sunt in forma,de qua hic.facit
quod habetur in l.qui Romæ.§. Callimacus.ff. de verbo.
6 obligatio.† & ex hoc not.secundum domi.Floren.caute-
lam Doctoris,qui consulitur super iure,vt non rñdeat,ni
si in dato casu in scriptis:ne post dicatur,eum postea ma-
lè respondisse.quod dici non poterit,si super casu sibi da-
to bene respondit,& imputabitur malè formanti casum,
& propter hoc vulgo cõsueuit dici,quod sapienti,seu Iu-
ris consulto,& presbytero, ac medico debet veritas aperi
ri.¶ In glo.prima,in fine.de hoc dic,vt dictum fuit in ca-
7 pitu.præcedenti.† Et nota.bene ex gl. quod per litis con-
testationem propriè,& verè dicitur negotium esse cęptũ,
sed per citationem dicitur quasi cęptum quo ad perpetuã
dam iurisdictionem,non autem quo ad hoc,vt sit idẽ effe
ctus,ac si contestatio facta esset, seu negotium cæptum p
8 contestationem. † & sic patet,quod dictio quasi, hic non
est expressiua veritatis.quandoque tamen secundum su-
biectam materiam est expressiua veritatis ,vt est tex. cum
glo.in c.prout.de dolo & contu.& in l.si autem.ff.sol.ma.
9 & ibi per Bart.† in gl.ii.ibi,quia idem esset,si esset certus.
& sic implicat dictio maximè, casum sententiæ. nam sui
natura est implicatiua,vt notauit glo.in l.illud.ff. ad legẽ
Aquil.& s̄.de filijs presby.in c.ad abolẽdam. & sic est sen
sus literæ,quod si eo casu,quo præcessit citatio ante mor-
tem delegãtis,potest procedere delegatus, licèt sciat mor
tem ipsius delegantis. multo fortius poterit procedere, si
10 ignoret illam: † nam ignorantia aliquando operatur vali
ditatem actus,qui non valeret,vbi esset scientia.l.si forte.
ff.de offi.præsidis.& j.de appel.c.si duobus.¶ In ea.glo.in
fi.& sic vult gl.quod illa l.eius,qui in prouincia. possit in-
duci pro,& cõtra : nam facit pro,inquantum liberanẽ de-
bitores soluentes procuratori,& ignorantes mortem do-
mini.in contrarium facit,inquantum ibi dicitur,ꝙ procu
rator etiam si ignoraret mortem domini,non potest trãs-
ferre dominium pecuniæ ipsius domini in alium . Et ad-
11 uerte† quia gl.voluit hic quærere,an teneat processus de-
legati ignorantis,si fiat non pręcedente citatione añ mor
tem delegantis.& sic non perpetua iurisdictione.nam pri
mo videtur sentire, quod non valeat , ex quo citatio non
præcessit. demum contra istud in ver. argumentum cõtra
opposuit,& non soluit.dic quod solutio huius quęstionis
pendet ab alia quęstione,videlicet , an per mortẽ delegã-
tis re integra expiret iurisdictio delegata ipso iure,an ve-
ro ope exceptionis.nam si expiraret ope exceptionis,put
tenuit Inno.j.eo.in c.licet vndique.teneret processus, ex
quo non est opposita exceptio.sed si teneamus, ꝙ expiret
ipso iure,prout tenuit gl.in c.cum venissent.j.de testibus
& est communis opi.tunc non tenebit processus.& hanc
partem etiam tenuit glo.Accursij in d.l.eius, q. in prouin
cia.& Bar.ibi,& in l.more.& l.& quia.ff.de iuris. om.iudi.
nec ob.§.rectè.Insti.manda.allegatus in gl.quia hic loqui
tur in mandato iurisdictionis, q̃d est stricti iuris. infra eo.
p.& g.ibi,in mãdato ad negotia,quod est bonæfidei . quo
casu etiam expirat per mortem mandantis re integra,prę
terquam quo ad actionem mandati,si aliquas expẽsas fe-
cisset procurator propter ipsum mandatum ignorãs mor
12 tem mandantis.† Item non ob.l.si forte.ff.de offi.pręsidis.
quia ibi loquitur in ordinario,cuius iurisdictio est fauora
bilior,quàm delegati.facit quod nota.per glo.in c.j.de re-
scriptis.libro vj.hic in delegato.item non obstat.l.fina.di
cto.§.j.allegata in gloss. quia ibi mandabatur id, ad quod
quis erat obligatus : ideo non finitur morte mandantis,
hic secus. item non obstat.quod habetur in capitulo au-
dita. de rescript. quia ibi loquitur in reuocatione, quæ
fit ad partis instantiam , hic in reuocatione , quæ fit ip-
so iure a canone, vel a lege per mortem delegantis, in
qua est secus,vt patet ex ijs,quæ habenẽ in dicto c. cũ ve-
nissent.

13 nissent.j.de testi.†& circa hoc, an expiret mãdatum iuris-
dictionis per mortem mandantis re integra. potes cõclu
dere, q aut mandatur iurisdictio ordinaria, aut delegata.
Si ordinaria, nõ expirat morte mãdãtis, vt in c.ij.de offic.
leg.lib.vj. fallit, quando esset iurisdictio ordinaria alteri
accessoria, vt iurisdictio vicarij: quia tũc expirat illa mor-
te mandantis, vt notatur in cle.vnica, de offic.vica.& per
Ioan.An.in c.penul.s.de offi.vica. secũdo casu, quãdo est
delegata: & tũc aut committitur sub nomine dignitatis,
& nõ expirat per mortem mandantis.s.e.quoniã Abbas.
aut sub nomine proprio, & tũc expirat re integra, vt hic
probatur. fallit fauore fidei, in inquisitore hereticæ praui-
tatis.j.de hereticis c.ne aliqui.lib.vj.aut exprimitur vtrũ-
que nomen.s.propriũ, & appellatiuum: & tunc dic, vt di-
ctum fuit in dicto c.quoniam Abbas.s.e. & quod dixi in
iurisdictione delegata, idem dicas si mixta executio mã-
datur, de qua j.e.pastoralis.§.quia vero. Si vero mandatur
mera executio, tunc in beneficialibus dic, vt habetur in
c.si super gratia.j.eo.li.vj.in alijs dic, q si mandat̃ id, quod
aliàs non pertinebat ad officium mandatarij, & tunc ex-
tinguitur re integra: secundum do.Anto. quia eadẽ ratio
videtur, & per consequens idẽ ius. secus si cõmittatur id,
quod spectabat ad officiũ mãdatarij: & sic intelligit quod
habet̃ in §.& hæc vero iubemus. in Auten. vt nulli iudi.
colla.ix.& quod notauit Hosti.s.eo.quoniã.licèt Hostiẽ.
ibi videatur simpliciter tenere, quod quãdo pura execu-
tio committitur habenti administrationẽ, seu officiũ, nõ
finiatur mãdatũ morte mandantis, nec mãdatarij: dum-
modo mandatum sit legitimè factum, & non contingat
fiscum, vel vtilitatem publicam lædi: nã tunc in hoc vlti-
mo casu expectanda esset secũda iussio. per ea. quæ habẽ-
tur in dicto §.& hæc vero.& in §.si quis.& in §. deinde.in
14 Auten.de manda.principiũ.col.iij.† An autem sit fienda
differentia inter præceptum, & mandatum, tetigit domi.
Ant.in c. præcedenti. & videtur velle, quod sic. similiter
in dicto c.quoniam Abbas.& Spec.in tit.de offic.delega.
§.testat.ver.item mortuo.sed de hoc dic, vt plene dixi in
dicto c.quoniã Abbas.s.eo.¶ In glo.fi.in fi.& de materia
15 plenè habetur in c.cum accessissent.s.eo.de cõst.† Et no.
q text.hic loquitur, quando iste qui appellauerat, produ-
xit testes coram iudice a quo, & vlterius etiam processit
in causa petendo testimonia publicari. dicit tamen Inno.
quod sufficiebat primum prædictorum. vnde etiam dicit
Hosti.quod sufficit quilibet actus iurisdictionalis, factus
coram iudice a quo, per ea q̃ habẽtur in dicto c. sollicitu-
dinem.allegato in glos.sed hoc limita multipliciter: nam
primo hoc est verum, quando quis comparet coram iu-
dice a quo faciendo actum iudicialem: qui non tendat ad
exclusionem iurisditionis iudicis a quo, vt est videre in
exemplis positis in tex.secus, si tenderet ad exclusionem
iurisdictionis iudicis a quo: & sic secus, si faceret actum
compassibilem cum appellatione: vt quia nõ produceret
testes sup causa principali, sed super grauamine, ad ostẽ-
dendum se fuisse grauatum, iuxta notata in c. si a iudice.
16 j.de appella.lib.vj.† secundo limita, quia quod dicitur, q
per actum factum coram iudice, de quo videtur quis re-
nuntiare appellationi: est verum, quando quis facit actũ
sonantem in agere: vt quia petit terminum ad producen-
dos testes, secus si faceret actum sonantem in pati: vt si iu
dex excommunicauit appellantem, & ipse appellans ser-
uat excommunicationem: nam per hoc non videtur re-
cedere ab appellatione, vt voluit Innoc.in c.olim.lo iij.j.
de testi.spo. videtur enim tũc fieri ad cautelam, quia bo-
narum mentium est timere culpam etiam vbi non est.v.
dist.ad eius verò. tertio limita, quia quod dictum est, pro-
cedit, quando fit actus coram iudice a quo post appella-
tionem interpositam: secus si fiat infra tempus datum ad
appellandum, puta si infra illud recipiat terminum: quia
per hoc non renuntiat appellationi faciendæ, quin possit
etiam a grauamine precedente appellare, vt voluit Inno.
in c.significauerunt.j.de testibus.& in c.quod ad consul-
tationem.j.de re iudi. quod tene menti. Quarta limitatio
est, quia procedit quod est dictum, quando appellans fa-
cit aliquid coram iudice a quo est appellatum, & illud
aperte recipitur, vel acceptatur: secus si pars aduersa illud
non reciperet, nec acceptaret: quia tũc non videtur reces-
sum ab appellatione per id, quod legitur, & notatur in c.
17 cum venissent.j.de eo qui mit.in pos. † Vltimo potest op
poni, quod citatio non debeat fieri per ædictum, sed per
nuntium.in Authen.de litigiosis.§.omnem. colla.vij.&
l.cum notissimi. & l.sicut.C.de præscri.xxx.anno. & j.de
appella.in c.cum parati. ¶ Solutio, olim per ædicta pote-
rat fieri citatio, quæ fiebant in albo prætoris, seu in parie-
te dealbato in loco prætoris, seu iudicis: de quo in l.con-
sentaneum.& auten. qui semel.C.quomodo, & quando
iudex.& in cle.dudum.de iudi. & fiebat differentia inter
maiores iudices, & minores: quia minores non poterant
citare per ædicta, de quo in Spec.de cita.§. sequit̃ videre.
ver.& not.sed bene maiores, hodie tamẽ secus: quia re-
gulariter citatio debet fieri per nuntium, non per ædicta,
nisi in aliquibus casibus, de quibus in cle.j.de iudi.& ibi
plene dixi, & etiã per Batto.in loco allegato in notabili-
bus.& facit etiã ad prædicta quod habetur in c.si aduersa-
18 rius. j. de eo qui mit. in pos. potest etiam quæri, † quid si
prælatus impetrauit rescriptum, & mortuus sit: an succes-
sor possit prosequi, concludit dominus Anton.quod aut
impetrauit nomine proprio, aut nomine ecclesiæ. si no-
mine proprio, tunc si ante mortem ceperit agere, po-
terit successor, vel hæres id prosequi: dum tamen sit ta-
le ius, quod transeat ad successorem: secus si non incepis-
set per id.quod habetur in l.si pater.& l.si quis filium.C.
de inoffic.testa.si vero nomine ecclesiæ impetrasset, tunc
aget successor, etiam si non fuit facta citatio ante mortẽ
ipsius impetrantis, per id quod habetur s.eo.c. quoniam
19 Abbas.† & idem esset, si contra prælatum non expresso
proprio nomine fuisset impetratum rescriptum, per id q
habetur in c.dilecti.j.de foro competẽ.sed de hoc dic, vt
plenè dictum fuit in c.significauit.s.de rescriptis.¶ Item
aduerte, quia videtur quod etiam si proprio nomine ex-
presso prælatus in causa ecclesiæ impetraret, videtur qđ
deberet transire rescriptum in successorem: qa potius vi-
detur attendẽda materia, super qua fit impetratio, quàm
expressio nominis, p id quod dixi in c. quoniam Abbas.
s.c.ij.& hoc esset clarum, quando vtrunque nomen esset
expressum, vt ibi ẽt dixi. Imolanus. vtriusq; iuris doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Argumentum valere ab ijs, quæ fieri solita sunt.*
2 *Delegatum cum alijs, addita clausula, quod si non omnes, posse dupliciter se excusare.*
3 *Nuntio certo, & probatæ fidei credendum esse etiam sine literis.*
4 *Delegati vnius impedimentum sufficit qualitercunque apparere, vt in cæteris condelegatis potestas solidetur.*
5 *Processus factus coram duobus ex delegatis, tertio non impedito, aut se nõ excusante, est ipso iure nullus. & an teneat partibus non contradicentibus nu. 20.22.24.& 46.*
6 *Processus factus non seruata forma delegationis, est nullus atque inibi, qđ pariat fieri aliquid contra, vel preter, vel citra formam mandati.*
7 *Clausula impotentiæ, comprehendit tacite clausulam voluntatis.*
8 *Sententia, an veniat appellatione processus.*
9 *Delegatio, an contineatur sub appellatione actorum. & nu. 25.*
10 *Iurisdictionem pluribus delegatam esse indiuisibiliter penes quemlibet.*
11 *Intellectus ad l.si longius.ff.de iudicijs.*
12 *Iudices ordinarij videntur dati insolidum, nedum quò ad habitum, sed etiã quò ad exercitium iurisdictionis: aliter atque in iudicibus delegatis. & numero 28.*
13 *Iurisdictione ordinaria alicui collegio commissa, non cẽsentur singuli de collegio habere iurisdictionem, sed ipsum collegium dicitur eam habere.*
14 *Vicarijs duobus ab Episcopo constitutis, quilibet eorum censetur habere iurisdictionem*

risdictionem insolidum: & an si vnus cœpit de causa aliquis cognoscere, possit alter eius causæ cognitionem suscipere.

15 *Ordinarij plures ab vno ordinario descendentes, an habeant singuli iurisdictionem insolidum.*

16 *Filij succedentes in feudo, si diuiserint iurisdictionem, aut territorium, non præiudicant domino: atque inibi, an tunc habeant iurisdictionem insolidum.*

17 *Arbitris pluribus datis, an possit vnus sine alio cognoscere. & quid in delegatis. & nu. 37.*

18 *Citatus, a non habentibus iurisdictionem, vel ab ijs, contra quos est iuris dispositio, an teneatur comparere.*

19 *Citatus, tempore feriato, an & quando teneatur comparere.*

21 *Prorogatio iurisdictionis à partibus per errorem facta, an valeat.*

23 *Sententia, quæ non continet expressum errorem iuris: quamuis læsa sit contra ius litigatoris, tenet.*

26 *Expressio conditionis, quæ tacitè inest, potius videtur quædam admonitio, quàm conditio,*

27 *Intellectus ad c.j. de appella. in vj.*

29 *Ratificari nō posse id, quod nullum est atque inibi, an possit ratificari, quod potest impugnari, vel quod non habet executionem,*

30 *Ratificari posse actum, qui nullus est, cuius nullitas est introducta in fauorem volentis ratificare.*

31 *Ratum haberi non posse, quod quis nomine alterius gesserit circa exercitiū iurisdictionis.*

32 *Processus à duobus ex tribus delegatis factus, tertio impedito, ignorantibus tamen alijs eum impeditum, an teneat. & nu. seq.*

34 *Scientiam eius, qui potest aliquem actum facere, requiri in actu dependente ab eius voluntate, & potestate.*

35 *Infamem posse esse nuntium.*

36 *Verba in dubio non debere impropriari.*

37 *Nuntio etiam sine literis credi, si est certa, & probatæ fidei. & an exigatur ab eo iusiurandum.*

38 *Citationem esse de processu.*

39 *Dilationis datio, an & quā requirat causæ cognitionem.*

40 *Delegatus nolens in causa sibi commissa procedere cum alijs condelegatis, an sit puniendus, & a quo.*

41 *Clausula, si non poteritis, vel non volueritis, apposita in rescripto directo ad plures delegatos, an plus operetur, quàm si altera tantum pars clausulæ apponeretur.*

42 *Delegatorum vno se per nuntium excusantem, & partibus negantibus eum esse impeditum, an cæteri delegati poterunt de causa cognoscere.*

43 *Iudicem, non posse cognoscere de causa suspitionis contra eum propositæ.*

44 *Delegatis pluribus in sententiando discordibus, an maior pars attendi debeat habito respectu ad minorem, an vero habito respectu ad omnes.*

45 *Delegati plures, an habeant singuli iurisdictionem insolidum quo ad habitum, non etiam quo ad exercitium: an verò nec quo ad habitum quidem. & nu. 47.*

48 *Cum particula, sui natura principaliter tempus denotat, secundariò conditionem.*

49 *Si particula, conditionem principaliter importat.*

PRudentiam tuam. Si causa cōmittitur tribus delegatis cum clausula, quod si non omnes, &c. plus quam appareat de impotentia, vel voluntate tertij, duo pcedere nō possunt, & si procedunt, nihil agunt. idem in datis cum clausula; qđ si ambo. h. d. vsq; ad §. sexta. & primò ponit duas quæstiones. secundò ad illas respōdet, tertio rationē assignat, quarto incidens dubiū soluit. quinto prorogat, seu extendit id, quod superius dixerat. secunda ibi, in hoc casu taliter. tertia ibi, illa quippe. quarta ibi, adijcimus &c. quinta ibi, & quæ p oīa. & pars huius est j. de mutuis peti. c. prudentiā. per quam decretalē patet, quod hæc decre. fuit facta ad consultationem decani Rothomagensis. ¶ Nota. primo ex litera ibi, solet argumentum, q considerari de-
1 bet id, quod fieri solet. † & sic q licita sit argumentatio a solitis. facit l. iurisgentiū. §. pactorum. ff. de pact. & l. certi conditio. §. si nūmos. ff. si certū petatur. de quo aliquid s. de temp. ordi. in c. ij. ¶ No. modum respondendi, cū proponuntur plures quæstiones, quę per vnā solutionē tolli possunt. nam tunc simultur est respondēdū, vt hic patet. vnde etiā hic dixit, in hoc, ac si duæ præmissæ quęstiones essent vna. facit, quod habetur s. de rescriptis, in c. pastora-
2 lis. ¶ No. q † delegatus cum alijs duobus cū clausula, q si nō omnes, videtur posse se dupliciter excusare, seu impedimentū alijs condelegatis notum facere: videlicet p certū nuntium ad hoc transmissum, & per incertum literatorē destinatum: hoc est cum literis ipsius tertij se ex-
3 cusantis. vt hic videtur colligi sm vnum intellectū. † sm hoc etiam potes notare, q nuntio certo, & probatæ fidei videtur credendum sine literis, de quo in glos. & j. de appella. c. cum parati. ¶ Et no. etiam ex prædictis, q aliquando creditur vni tantum, scilicet in non multum præiudi-
4 cialibus. ¶ No. † quod ad purificandam, & solidādā potestatē in condelegatis, sufficit de impedimento tertij constare, qualitercūq; constet. & sic siue certificatio pueniat ex parte ipsius impediti, siue aliter cōstet, fortè p pbationē testiū. No. q nō videt sufficere collegā esse impeditū,
1 nisi de hoc cōstet collegis. de quo dicetur super prima gl.
5 magna. † No. quod processus duorum delegatorum habitus tertio non impedito, nec se excusante, vel illis nō certificatis de impedimento, est ipso iure nullus: quod videtur contingere ex defectu potestatis exercitij, & etiam ex defectu formæ datæ in rescripto, & per hoc infert, quod citatus coram eis non tenetur cōparere, & etiā si cōpareret, non tenentur pcedere, & sic frustratoriè necessitaretur, compareret. & p hoc etiā, q citatio est de processu. j. de proba. in c. quoniā contra. & facit etiā, quod habetur s. e.
6 c. pastoralis. ¶ No. † quod processus factus nō seruata forma delegationis. non valet. facit s. de rescriptis, in c. cum dilecta. & j. eod. c. venerabili. ¶ Et not. etiam, quod paria esse videtur, aliquid fieri cōtra formā mandati, vel citra, vel præter. facit, quod habetur in c. si cui. de ele. li. vj. & s. de maio. & obe. c. dilecti, sed in contrarium facit, quod no. glo. j. in causam quæ. j. de re iudi. & quod etiam notat Pe. de Saxo. s. eodem. ex parte. lo ij. & quod ibi no. Io. Andre. super gloss. prima: quia paria sunt fieri contra formam mandati, vel citra, vel præter, quando fit aliquid, q non fit iuxta formam ipsius mandati: alias secus, per ea q habentur in l. iam tamen. § an hac. ff. iudic. solu. & bene facit, quod habetur in l. ad rem mobilem. & in l. ad legatum. ff. de procura. & supra eodem. c. preterea. & infra. eo. titul. capitulo ex literis. dicitur autem esse iuxta mandatum id, quod est præter expressam formam mādati, tamē consecutiuè sequitur id, quod mandatum est expresse, vt contingit in iuribus superius allegatis. & sic patet, quod si aliquid fiat iuxta mandatū, licèt sit præter formā mandati expresse, illud valet: secus quando non esset iuxta mandatum. ¶ No. quod libentius Papa cōmittit causam pluribus, quàm paucioribus. Et no. causam, seu rationē, quare hoc facit, quæ exprimitur in litera, propter quam sępe allegatur ista decretalis. Ex qua etiam potes notare, quod vbi plura sunt consilia, ibi melius præsumitur res
7 discussa. ¶ † No. quod clausula impotētię, tacitè i se includit casum voluntatis, quo ad purificandā potestatē condelegatorum: licèt non comprehendat potestatē, quo ad excusandum condelegatum, si noluerit non impeditus interesse, quominus sit redarguendus. facit quod in simili dicunt Legistæ de substitutione vulgari, quæ expressa in vno casu impotentiæ, comprehendit etiam casum voluntatis. de quo in l. fin. C. de institutio. & substitutio. & in l. j. & in l. iā hoc iure. ff. de vul. & pu. ¶ No. illud vulgatū, qđ ubi eadē est ratio, ibi debet esse eadē iuris dispositio. de quo in c. translato. s. de constitu. & de transla. præla. c. ij. ¶ No. quod statutum in pluribus extēditur ad pauciores, in quibus eadem ratio. ¶ Not. quod ubi aliquid fit contra formam datam ab homine, vitiatur ipso iure. quod uidetur intelligere Innocen. quando est forma uenimiliter studiose ponderata a mandante, vt contingit in casu huius capituli propter rationem positam in lite-

8 ta.† No.quod appellatione processus nõ videtur cõprehendi sententia.& sic videtur,quod sententia non sit de processu ad hoc,quod habetur in c.ij.de fer. & in l.ij.C.vt lite pendente.vbi de hoc per Cynum.qui tamen tenet cõtrariũ, videlicet,quod sentẽtia dicatur esse de actis, per id,quod habetur in l.is apud quem.C.de ędendo.& in l.actorum. ff.de re iudic.vnde dicit, quod verbum acta, & verbum sententia,& similiter verbũ processus, habent se, vt genus,& species:quia sentẽtia est species processus, & pro-
9 cessus species actorum. † An autẽ delegatio sit de actis, tangetur j.eo.c.consuluit.vbi tangit Innoc.& ibi videtur velle Inno.quod non.& pro hoc facit,quia non numeratur inter acta iudicialia,vt in c.quoniam contra.j.de proba.¶ In gl.prima,quæ incipit,primã quæstionem habes. alij dicunt, quod prima quæstio fuit in c.sciscitatus.s.de rescriptis.& quarta fuit in c.prudẽtia. sed in hoc non est magna vis. Et no.quod hæc gl.fuit additio, quam libri antiqui non habent.vnde antiquitus gl.sequens magna erat prima.& ideo j.in glo.in verbo,nihil egisse, & in verbo, citra formam,allegatur sequens glo.pro prima.¶ In glo. ij.ibi,non videtur Papa respondere.Supple,& sic videtur nos dimittere sub incerto,contra ea, quæ habentur in §. quibus. in prima constitutione Codicis. & in procemio huius libri.dictamẽ,vt j.patet ea glos.quod licèt nõ respondeat expresse,tamen satis respondet tacite,cũ per solutionem secũdæ quæstionis satis sequatur solutio primæ, vt infra tangit gloss. tamen pro clariori declaratione gloss. arguit pro,& contra,ad istam primam quæstionẽ. & primo arguit ad negatiuã ibi,sed videtur.secundo ibi, ecõtra arguit ad affirmatiuã. tertio respondet distinguendo ibi,ad hoc distinguit Io. quarto respondet ad obiectionẽ hic in principio formatã,in ver.& si dicas. demũ format tres quæstiones:quarũ prima est ibi,sed si tu ponas.secũ-
10 da ibi,sed pone.tertia ibi,itẽ quid si.† In eadẽ glo.ibi, cũ sit res indiuisibilis. Supple, quia est res incorporalis,quæ consequẽter tangi nõ põt,nec similiter diuidi.facit Insti. de rebus corpo. & incor.in principio, & §.j.& hoc clarũ naturaliter loquendo, quia secundum naturã ipsa iurisdictio est indiuisibilis secundum iuris ordinationẽ: quia quilibet eo ipso est delegatus tam respectu principij causæ, respectu medij, quã respectu etiã finis.& ideo potest dici indiuisibilis esse penes quemlibet.facit,quod no.Legistæ in l.stipulationes non diuiduntur.& in l.ij.ff.de verbo.obli. ¶ In ea.gl.ibi, altero absente.& sic videtur,quod demũ vnus Consul se impediat de causa inchoata per alium,quãdo alter est impeditus, vt patet in l.vna.ff.de offic.Consul.hic allegata. & sic patet,quod illa lex possit induci pro,& contra.nam facit pro,inquantum a principio quilibet ipsorum posset adiri,& coram ipso procedi. Itẽ facit contra,in quantum causa inchoata corã vno,demũ illo impedito,alter se intromittere põt.& dicit Bar.in d.l.vna,hoc verum, quando impedimentum est breui tẽpore duraturum: si vero lõgo tẽpore esset duraturum,alius deberet loco impediti subroga-
11 ri,per l.si lõgius.ff.de iudi.sed certè,† vt hic dicit d.Flo.illa l.si longius.loquitur in delegato,in quo ibi dicitur,quod si impedimentum est paruo tẽpore duraturum, debet expectari:si autem sit longo tempore duraturum, tunc debet alius ipsius loco subrogari.sed glo.hic,& dicta l.vna, ff.de offi.Cõsul.loquitur in ordinarijs:quo casu si vno ipsorum impedito ad breue tempus, alter põt se intromittere,fortius poterit intromittere, si lõgo tẽpore impedimẽtum haberet durare.& pro hoc etiã,quia illa l.indistinctè loquitur, siue impedimentum sit breue,siue non:non distinguendo inter prædicta: & sic indistinctè debet intelligi,ar.infra.de priuile.c.quia circa.In ea.gloss.ibi.§.sancimus.ibi dicitur,quod si plures sint dati tutores,quilibet ipsorũ de per se põt autorari pupillo,nisi sit actus per quem finiatur tutela.nam facit cõtra inquantũ in actu qui finit tutelam, non potest vnus autorari sine alio. facit etiam pro, inquantum in alijs actibus quilibet potest autorari. & ideo eum per diffinitiuam sententiam finiatur officium iudicis.l.iudex.ff.de re iudic. videtur, quod vnus non possit sine alio diffinire.¶ In ea.gl.ibi §.si plures.ibi dicitur, quòd si duo magistri proponunt ad regimen nauis,quilibet ipsorũ obligat dominũ,nisi aliud sit dictũ,& sic etiam posset induci pro, & cõtra.nam facit pro,inquantũ quilibet obligat dñm. facit in contrariũ, inquantum non obligat si aliud sit dictũ,prout hic videtur esse,ex quo adiecta fuit clausula,dãs potestatẽ duobus solũ in certo casu.In ead.gl.ibi,si legatario.§.j.ibi dicitur,quod si testator habet tres seruos,& instituit sibi duos hæredes:& grauauit eos, vt manumitterẽt duos ex dictis seruis,quos vellent,quod mortuo testatore, si alter hæredum se absentat,vt non manumittat, alter solus põt manumittere:& in hoc facit pro. In contrariũ facit,inquantũ demũ illo latitãte seu in fraudem se absentante,illud facere potest.¶ In ead.glos.ibi, & hoc distin-
12 xit Io.† No.bene hanc distinctionem inter ordinarios,& delegatos quia si plures dantur ordinarij,videtur dati in solidũ nedum quo ad habitum iurisdictionis, sed etiam quo ad exercitium, quia quilibet ipsorũ habebit iurisdictionẽ, & exercitiũ in solidum.secus in delegatis: quia quilibet ipsorum habebit habitum iurisdictionis insolidũ,seu insolidum ipsam iurisdictionem: non tamen habebit quilibet eorum exercitiũ iurisdictionis insolidũ. & ratio diuersitatis est,quia ordinarij dicuntur habere iurisdictionem ex iure proprio,sed delegati ex iure alieno, & loco ipsius delegantis esse dicuntur:& ideo debent simul cognoscere, & sic simul iurisdictionem exercere. facit quod habetur in l.j.§.qui mandatam.ff.de offi. eius cui manda. est iurisdictio.Sed aduerte,quia primum dictum limitat Host. procedere,quando dãtur plures ordinarij in spiritualibus, præcipuè in quibus natura rei repũgnat,quod simul illa exerceãt, contingit in actu cõfessionis, quæ in secreto vni soli fieri habet.facit,quod habetur j.de pœniten.& remis.c.omnis vtriusque.secus si sint dati in temporalibus,quia tũc idem,quod in delegatis.sed hoc dictum nõ placet Io.An.nec etiã communiter tenetur, quia etiam in temporalibus intelligitur data iurisdictio insolidũ,etiã quo ad exercitiũ, quando dantur plures ordinarij,vt probatur in l.vna,ff.de offi.Consul. & notatur etiã in l.Pomponius.aliàs est l.si vni.per gl.& Bar.ff.de re iudi.& plus dicit glo.in d.l.Pomponius. quod idem in pluribus delegatis ad vniuersitatem causarum,quod dicitur in pluribus ordinarijs.facit l.j.§.fi.ff.quis,& a quo.& ibi illud sequitur Bar.& etiam do.Flo.hic. Sed certe reuera hoc iure nõ bene probatur.nec obstat quod habetur in d.l.j.§.fi.quia ibi loquitur quo ad hoc, vt delegatus ad vniuersitatem causarum possit vnã ex illis delegare,vt sic in hoc æquiparetur ordinario,etiam si sit delegatus inferioris a principe. sed nõ sequitur per hoc,quod quo ad omnia alia æquiparetur ordinario.& pro hoc etiã facit, quia eadem est ratio quo ad id, de quo hic quæritur in talibus delegatis ad vniuersitatem causarum,quæ est in delegatis ad vnam causam tantũ. quia etiam prædicti vice delegantis funguntur.Bar.tamen in d.l.Pomponius.& etiã in l.j.§.si plures.ff.de exercitoria.tenuit gl.prædictã.sed hoc nõ est sine dubio,vt patet ex prædictis. Itẽ, quod
13 dictum est de pluribus ordinarijs,limitat † Io.An.procedere,quando committitur iurisdictio ordinaria pluribus vt singulis:secus si vt collegio:quia tunc collegiũ dicitur habere iurisdictionem,non singuli de collegio,vt in c.irrefragabili.de offi.ordi.& nota gl.in c. vt officium. infra de hæreticis.libro vj.& hoc etiam voluit hic Innoc. & Bart.
14 in d.l.si vni.Et per prædicta patet, † quod si Episcopus constituat duos vicarios, quilibet eorum insolidum habebit iurisdictionem,cum sint ordinarij, prout notatur in c.ij. de offic.vica. li. vj. si tamen vnus eorum incæperit de causa cognoscere, non poterit aliter se impedire, nisi primo impedito.dicta l.vna ff. de offic. Consul.& si ambo simul incæperent de aliqua causa cognoscere, tunc etiam non

procedit

procedit vnus ſine alio,vt eſt tex.in d.l.Pompooius.ff.de
re iudica.& etiam oo.per Bar.¶Item,quod dictum eſt de
ordinarijs (quod intelligitur quilibet eorũ habere iuriſ-
dictionẽ ioſolidũ etiam quo ad exercitiũ) limita,niſi ex-
preſsè aliud reperiatur in iure cautum:vel niſi aliud ſit di
ctum per dantem ipſos ordinarios, per id quod habeť in
capitulo non poteſt.de re iodic.& in c.per hoc.de hęreti-
cis.lib.vj.¶Itẽ aduerte,quia ea quæ dicta ſunt de ordina-
15 rijs,intelliguntur,qoando plures dantur ordinarij:†ſed ſi
vnus detur ordinarius.& ex perſona eius deſcendatur ad
plures, vt quia deputatur aliquis Comes io certo comita
ru,qui poſtea decedit pluribus filijs relictis,an tunc quili
bet filiorum poterit exercere iuriſdictionem inſolidum.
Guil.de Ar.tenuit,quod nõ, ex quo ab vno deſcendunt,
ar.l.cui fundus.ff.de condic.& demon. & ſic tenuit in di-
cta l.vna, de offi.Conſul.& ſequitur do.Anto.ſed Bartol.
& melius, tenuit cõtrarium in d.l.Pomponius.per l.ij.§.
fi.ff.de verb.obli.vbi patet,ꝙ illa quæ ſunt indiuidua, trã
ſeunt ad hæredes inſolidum:qđ tamen limitat eſſe verũ,
niſi tales habere debeant commodum mulctarum, quia
tũc nõ poterit vnus exercere, ſine alio,ar.l.hęredes mei.
§.fina.ff.ad Trebel.ſed certè ille text.modicum facit,quia
dicit,quod ſi teſtator legat cognatis ſuis,vel libertis,ꝙ ex
ordine ſcripturæ intelligit legatum factum cognatis, ſi
extaot.& ſi non, intelligitur factum libertis: & ſic mo-
dicum videtur ad propoſitũ.ideo verius videtur, quod ẽt
ſi commodum mulctarum ſpectet ad eos, poſſit quilibet
exercere iuriſdictionem,& locus ſit prouentioni,ar.c.ꝑ-
poſuiſti.j.de foro cõpe.nec ob.rõ Guil.quia ita tollitur ꝑ
illam l.ij.de verbo.oblig.vbi patet,ꝙ illa quę ſunt indiui-
dua,trãſeunt inſolidũ ad hæredes. Aduerte tñ, qa Bar.in
d.l.Pomponius. videtur inducere dicta l.hæredes mei.§.
fi.hoc modo.quia vbi agitur de commodo, & iouitantur
aliqui per alteroatiuam hoc modo, quia vocantur ipſi,
vel alter ex eis, tunc non poteſt alter ex eis venire ſolus
ad commodum,niſi alijs deficiẽtibus,vt ibi patet,& arg.
d.§.finalis. vnde cum ſm eũ videatur iuriſdictio deſcen-
dere in omnes filios ipſius Comitis,vel in alterũ eorũ,iõ
quãdo agitur de cõmodo mulctarũ nõ poterit vnus ſine
alio exercere iuriſdictionem. ſed certe hoc dictũ ſuũ,qđ
intelligať deferri iuriſdictio alternatiuè omnibus filijs,
vel alteri eorum,non reperitur iure cautũ:ideo ſimplici-
ter defertur omnibus inſolidum, ex eo, quia eſt indiui-
dua.& ſic videtur,ꝙ deſcendat inſolidum,etiam ſi agatur
16 de commodo mulctarũ,& locus ſit præuentioni. † Quid
autẽ ſi tales hæredes diuiſerint inter ſe iuriſdictionẽ,ſeu
territorium,in quo competebat iuriſdictio: tangit Bar.in
l.inter tutores.ff.de admi.tut.vbi dicit, quod talis diuiſio
non præiudicat domino, per ea quæ habentur in l.impe-
rialem.§.prętérea.de prohibita feu.aliena.per Fede.in vſi
bus feudorum.& ſic ſm eum,ſolũ quo ad exercitium erit
diuiſa,vt ſolom,quis exerceat in territorio ſibi aſſignato.
ſed tamẽ quo ad habitũ quilibet in toto territorio habe-
bit iuriſdictionem. & ideo ſi vnus eorum delinquiret in
territorio alteri aſſignato,non poſſet ꝑ illũ puniri:qa par
17 in parem noo habet imperiũ. de elec.c.innotuit.† Quid
autem ſi dantur plures arbitri ſimpliciter. An ſit idem, ꝙ
in delegatis, vt in nullo caſu poſſit vnus ſine alio proce-
ſequi condemnatio cõtrarium, ſi ſuperſedeat ipſe iudex,
& de hoc veriſimiliter ſuſpicetur, quod tũc potius debet
iudex pronuntiare,quam ſuperſedere. & debet ſecundũ
eum abſoluere reum potius,quàm condemnare innocẽ
tem:ex quo habet clariſſimam conſcientiam de innocen
tia,licèt vt priuatus, quia illud videtur eſſe minus captio
ſum,& minus abſurdum, & ſic præeligendum.arg.ff.de
regu.iur.in l.quoties.& quia ſanctius eſt nocentem abſol
uere, quàm innocentem condemnare.l.abſentẽ.ff.de pę
nis.¶Sed aduerte in eo,quod ipſe dicit, ꝙ quando habet
conſcientiam pro reo non delegabit alteri, videtur eſſe
contra id,quod legitur,& not.de tempo.ordi. ex tenore.
ſed poſſet dici,quod ibi eſt alius caſus.ſ.in ordinatore, q
habebat conſcientiam læſam de ordinando,& commiſit
alteri ordinationem. nam per hoc non agitur de alterius
præiudicio.ſecus contingeret in caſu propoſito, vbi age-
retur de præiudicio ipſius rei. vnde poſſet defenſari a tali
contrario,an tamen bene dixit, patebit extra.j.dicendis.
in eo autem, quod dicit Io.Cal.ꝙ quando eſt veriſimilis
præſumptio,ꝙ ex actis in futurum poſſet ſequi condem-
natio,ꝙ potius tũc debet abſoluere, quia illud eſt minus
abſurdum,& minus captioſum. Nam ſanctius eſt nocen
tem abſoluere,quàm innocẽtem condemnare.ff.de pœ-
nis.in l.abſentem,ideo illud erit præeligendum ſecundũ
47 eum.facit quod habetur xiij.diſtin. nerui. † certe non vi-
detur,Ioã.Cal.bene dicere, quia vt dixi ſuperius poſt Io.
An.& Tho.videt, ꝙ ex eo, ꝙ ſit vt priuatus,non poſſit, vt
iudex iudicare. & pro hoc facit, quia cum aliquid ſcitur
in foro conſcientiæ.& contrarium conſtat in iudicio, ali
ter iudicatur in foro ↄſcientiæ,aliter in iudicio.j.de ſpõſ.
in c.tua.cum ibi notatis.& ideo videtur,ꝙ cum iudex ha
beat iudicare,tanquam iudex,non tanquam priuata per-
ſona,ideo de eo,quod conſtat ſibi iudici, vt iudici,debet
iudicare.id autem,quod conſtat ſibi per acta, dicitur con
ſtare ſibi iudici,vt iudici.facit quod not.per Inno.j.de te-
ſti.c.per tuas.& de app.c.ex inſinuatione. ergo ſecũdum
illa debet iudicare,& deponere conſcientiam, quam hẽt
vt priuatus.nam & poteſt eſſe,ꝙ fuit deceptus. cum ſæpe
fallatur etiam ſenſus viſus.j.de prob.in c.cauſam. & pro
iſta parte etiam bene facit iſte text. nec videtur bona ra-
tio Cal.quia poſſibile eſt, quòd reus hic appellauit bis,
& ſuccubuit:& ſic non eſt ſibi quid imputandum, & ta-
men quia ex diſpoſitione iuris ſententia trãſit in rem iu-
dicatam,& debet ſeruari, mandari debet executioni per
illum,cui mandatur, vt exequatur, quamuis illam ſciat
48 iniuſtam vt priuatus.¶ † Item cõtra Cal.facit d.l.illicitas.
§.veritas.licet ipſe innitatur reſpondere, vt prædixi, ꝙ de-
bet intelligi ibi de probationibus veris.nam immò vr̃, ꝙ
debet intelligi de probationibus veris ſurgentibus ſecũ-
dũ veritatem,quæ colligitur ex actis, vt ibi videtur velle
litera,non violandu eam: nõ autem debet intelligi de ve
ritate,quæ aliàs ab extrinſeco præter acta habeatur:vt eſt
illa,quam haberet iudex,vt priuatus, & ſic text.ille non
violando facit contra eum,nec ob.ratio ipſius Ioan.Cal.
quia nõ videtur vera, per id quod habetur in ſimili. in d.
c.ſi ſacerdos: nam cum iudex repræſentet duplicem per-
ſonam,vnam tanquam priuatus, aliam tanquam iudex,
non eſt abſonum,quod aliquod ſciat,tãquam iudex, quod
neſciat,tanquam priuatus,ſicut in ſimili patet in ſacerdo
te,qui repræſentat perſonam Dei in foro confeſſionis, &
aliquid ſcit,tanq̃ Deus, quod tamen nõ dicitur ſcire,tan-
quam priuatus: & ideo videtur, quod ſi iudex credat cũ
bona conſcientia poſſe condemnare reum propter pro-
bationes ſibi factas,vt iudici,licèt ipſe ſciat reum non eſ-
ſe culpabilem,ꝙ tũc poſſit ipſum cõdẽnare, nec peccet:
quia ad hoc aſtringitur ſecundum iura,vt pronuntiet ſe-
cundum allegata, & probata. & hoc videtur de mente
Thomæ de Aquino in loco præallegato,& Ioan. And.ſi-
militer etiam in loco præallegato, & ſequitur domi.Flo-
ren.vnde ſecus eſſet in iudice ſupremo, qui nõ ligaretur
legibus,

legibus,seu iuribus:quia ille deberet sequi veritatem.facit,quod habet in l.j.in fi.ff.de quaestionibus.seu in §.fin. & ita dicit Cyn.pluries fuisse determinatum,secundum theologos in suis disputationibus in l.vna.C.vt quae de sunt aduoca.vbi etiam de hoc per Bartol. & aliquid etiã per eundem in dicta l.illicitas.§.veritas. & haec est com-
49 munis opi tamen† vt dixi iudex,per prius deberet modis omnibus conari inuestigare veritatem.Si autem nõ posset inuenire veritatem,nec deponere conscientiam,tũc nullo modo deberet contra cõscientiam facere,vt superius dixi: sed potius deberet impetrare,vt exoneretur,posset etiam a principio instigare reum,vt petat alium loco ipsius subrogari,quia intendit ipsum in testem producere:per id,quod habetur in c.dilecto.j.de testi.& haec etiam esset bona,& optima cautela. Et praedicta videntur procedere,tam in ciuili,quàm in criminali:licèt durior,seu difficilior,sit quaestio in criminali:tamen vtrobique esset eadem ratio,si benè ponderentur praedicta. Et cum communi conclusione de qua.s.transit hic etiam.d.Flor. dicens,q attentis ijs,quae superius sunt dicta esset in tali perplexitate,iudicaret secundum acta; nec putaret se dãnare innocentẽ,ex quo sic constaret ex actis:& potius putaret se errasse in eo,quod credebat scire,tanquã priuatus adducit,quod no.in d.c.tua.de spõsa.& tãgit etiã,an tenendo cõmunem opi.possit instare,vt exoneretur,vel alij delegare,& licet variet,finaliter videtur residere,q sic,sicut communiter etiam,videtur teneri.dicit tamẽ,qđ melius esset,q supersederet,& pateretur potius excõmunicationem,si videret verisimiliter,quod delegãdo alteri,vel remittendo ad superiorem innocens dãnaretur.
50 †Tãgit etiam,an quãdo non potest deponere cõscientiã,si supersedeat,& cogatur per superiorem,vt iudicet: an peccet non parendo superiori,& in hoc variat:nã primo dicit,quod non,ex eo cum agatur de salute animae non videtur esse superioritas aliqua vnius ad alterũ: sed videtur,q omnes simus pares.vnde dicit,q lex nõ est imposita iusto.j.de regul.in c.licet.finaliter posita tenet cõtrarium.nam dicit,q non obstante conscientia,quam habet,vt priuatus,debebit iudicare,vt iudex,nec iure videtur posse abstinere a iudicando,quia videtur peccare mortaliter negligendo officium publicum,quod suscepit.s.de offi.Arch.in glo.penul.in c.ij.& sic non parẽdo superiori cogenti eum ad iudicandum,videtur,q peccet ratione praedicta. Et ad c.literas.de restitu.spo.& de sen.excõ.c.inquisitioni.quae videntur obstare,respondet,q loquitur in priuato,qui non tenetur ad id,quod praecipitur sibi per habentem officium publicum,si cõscientia sibi repugnat.secus in habente officium publicum,qui,peccat in non exercendo illud:vt est dictum,& sic videt,q iudex,qui habet officium publicum in iudicãdo,si nõ iudicet in dicto casu,peccet.& per praedicta cõcludit id,quod praedixi,videlicet,q si esset in tali perplexitate,q aliam haberet conscientiam,vt priuatus,aliam vt iudex per acta,iudicaret secundum acta: & putaret se errasse in
51 eo,q credebat,vt priuatus† post dici,q si iudex absoluẽdo reum false in criminali in casu praedicto incurret poenam pecuniariam,non magnam,q potius tunc deberet absoluere reum,quã condemnare,sed si incurreret magnã poenam pecuniariam,vel personalem absoluendo reum,vbi ex actis venit condemnandus,tunc,quia prima charitas incipit a seipso in c.nisi.de auto.& vsu pal.& in l.praeses.C.de seruitu.& aqua:satis videtur posse tolerari,q tunc excusetur,si tunc condemniet reum,ex quo venit condemnandus,secundum acta,melius tamen esset,quòd instigaret reum a principio,vt faceret alium loco eius subrogari:quia diceret se velle eum producere in testem,vt dixi.s.& per haec habes expeditam quaestionẽ vulgatam,quòd si Titius fuerit occisus per Seiũ,& iudex vidit,q Seius fuit ille,qui occidit:& alij forte non interfuerit,nisi solus ipse,& probatur postea coram eo,quod Martinus occidit Titium:an debebit tunc Martinum cõdemnare,vel absoluere.nam quid dicendum,patere potest ex praedictis,Ioannes de Imola vtriusque doctor iuris interpres excellentiss.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papae, licèt sit maior quolibet ordinario quantum ad causam sibi commissam,tamen quo ad alia subditus est suis superioribus.*
2 *Iurisdictionem delegatam posse ex consensu partium prorogari,de tempore,ad tempus.*
3 *Lucrum non debet,quis referre ex fraude.*
Fraudem ex coniecturis probari.
4 *Delegatum cum alijs adiecta clausula,q si non omnes &c. an si temporaliter,sit impeditus,possit alij vices suas delegare.*
5 *Delegatum alio euocari curans,quominus die statuto procedat in causa sibi delegata,quomodo,& per quem sit puniendus.*

§.cum autem saepe contingat.

Delegat⁹,qui impeditur die statuta procedere,partem hoc procurã tem puniet,& quantum ad diem illam causam committet personae non suspectae,quae appellatione remota procedet.hoc dicit.† Not.primo,quod licèt delegatus Papae
1 sit maior quolibet ordinario,quo ad causam sibi cõmissam,tamen quo ad alia cẽsetur esse suis superioribus subiectus,& ideo si vocetur a Rege,vel Archiepiscopo etiã in termino in quo,debet de causa delegata cognoscere,debet comparere coram eis.no.q procurata vocatio nocet procuranti,facit quod habetur in l.sed & qui data.ff. ex qui.cau.maio.¶ Nota.poenam procurantis iudicẽ ad aliud tribunal vocari,ne in termino,per ipsum statuto valeat actum expedire,& not.etiam cautelam,quam debet etiam adhibere delegatus in dicto casu.No.casum in quo per inferiorem a Papa,vbi committit causam ap-
2 pellatione remota,de quo in glo.† no.q de consensu partium potest prorogari iurisdictio delegata de tempore ad tempus,facit s.eo.de causis.¶ Not.q malitijs est obuian-
3 dum,& quod non †,debet quis ex dolo,vel fraude lucrũ reportare.facit quod habetur in c.quanto.j.de diuor.& s.de rescriptis.in c.sedes.& in l.in fundo.ff.de rei vendica.¶ Qualiter autem poterit hic cõstare de fraude,dic quod ex coniecturis.per c.ij.j.de renuntia.li.vj.¶ In gl.a Rege.ibi,vel etiam eodem.Supple.sed in diuersis,tamen horis,vel si intelligas de eadẽ hora,potest obedire Regi personaliter comparendo;item Papae expediendo actum per suum delegatum: vt hic patet,& de materia habetur in c.eum pamit.j.de appella.& facit quod notatur in l.cõtra pupillum.§.si qui ad maius.ff.de re iudicat.& in l.ij.ff.de
4 custo.reorum.† de eo autem,quod dixit glo.an clausula,q si non omnes,spectet ad temporales impotẽtias,& sic,an temporaliter impeditus in dicto casu,possit alijs committere vices suas,plenè not.per glo.& Doc.in c.coram.j.eo.& aliquid tetigit glo.s.eodẽ.proximo.§.si vero duo.
5 ¶ In glo.puniatur ibi,ad interesse,quanti interesset aduersarij in hoc,quod iudex,nõ venit die statuta,& sic intelligit Ioan.& Goffre.per l.fi.ff.de eo per quem factum erit.& per l.si per alium.ff.ne quis eum.Innocen.autem dicit,quod per illa edicta,non punietur a delegato,sed ab ordinario,quia delegato hoc non est commissum.Dicit etiam,q istis edictis non tenetur pars,quae malitiosè procurat absentiam iudicis,sed quae vi eximit partem,vel cuius dolo factum est,quod pars non sistat in iudicio,& ideo videtur melior solutio,quae sequitur in gloss.& an delegatus possit mulctare dictum fuit supra eodem.c.j.& c.de causis.¶ In fi.ibi,sed hodie,prosequitur gloss.suam opin.quod correcta sit materia clausulae,appellatione remota,quod non est verum: vt plenè dixi in c.praecedenti.& plenè no.infra de appellat.pastoralis,& in d.c.vt debitus.¶ In eadem gl.ibi,vel dic,vtraque solutio in se est bona.

bona tamen ista secunda videtur magis de mente literæ, non tamen potest negari, quin etiam secũdum istam sit aliquod speciale. nam secundum eam inferior a Principe poterit procedere hoc casu appellatione remota: quod regulariter non potest facere inferior a Principe, nisi per Principem hoc fuerit sibi concessum: vt patet in iuribus hic allegatis in principio gl. Et no. ꝙ in casu isto solum datur potestas cõmittendi articulum expediendum in die statuta. Io. de Imo. iuris vtriusq; doctor famosissimus, ac &c.

SVMMARIVM.

1 *Potestate concessa per habentem iurisditionem censeri etiam concessam facultatem coercendi, aliàs videri eam potestatem elusoriam.*
2 *Subdelegatus, an recipiat potestatem coercendi, & quid in mero executore.*
3 *Delegatum posse subdelegare, & an merus executor hoc possit.*
4 *Literæ secundæ adhoc, vt reuocent primas, debent facere mentionem de illis, & an per secundas primæ reuocentur ipso iure, an ope exceptionis. & nu. seq.*
6 *Iudex datus non debet sine causa remoueri, potest tamen superior eũ reuocare, si velit.*
7 *Literas super appellatione impetratas esse fauorabiles, atque in ibi, quid in illis narrare oporteat.*
8 *Literæ secunda impetrata super appellatione, an debeant facere specialem mentionem de primis.*
9 *Executori, quando censeatur concessa potestas coercendi.*
10 *Arbiter, an & quando habeat potestatem coercendi.*
11 *Procurator efficitur dominus instantiæ per cõtestationem litis aliter, atque iudex.*
12 *Delegatum ordinarij habere potestatem coercendi, & posse mittere in possessionem, an sit verum, & nu. seq.*
14 *Intellectus ad c. qua fronte. §. sane. extra de appel.*
15 *Iniuriam iudici facere censetur, qui non permittit literas illius legi.*
16 *Executori, an & quando violenter possit resisti.*
17 *Actus gestus ex potestate putatiua ab eo, in quo concurrebant potestas vera, & putatiua, an valeat.*
18 *Processus factus vigore literarum reuocatarum, an teneat, si de viribus huiusmodi literarum non fuerit dubitatum.*

EX literis. Subdelegatus a delegato Papę iurisdictionem hñte coercere potest impedientem. h. d. Et in prima decisa facti narratio. in secunda ibi: mãdamus. causæ commissio, quæ distinguit. & secũm
1 membrum prosequitur ibi, si vero. ¶ † No. ꝙ potestas alicui concessa per habentem iurisdictionem esse videretur elusoria sine facultate coercendi, & ideo illa concessa, intelligitur concessa facultas coercendi, dicit tñ hic d. Floren. ꝙ licèt concessa iurisdictione regulariter transeat potestas coercendi, tñ quãdoq; ex vi consuetudinis est dare iurisdictionem sine potestate coercendi: per id quod hr̃. de for. compe. cum contingat. ¶ No. ꝙ impediens iudicem in executione mandati sibi iniuncti vr̃ iudici iniuriari, ideo potest iudex illum punire. Et sic no. ꝙ etiam delegatus contra delinquentem in eius iurisdictionem potest suam pote
2 statem extendere. de quo. s̃. eo. c. j. ¶ † No. ꝙ subdelegatus, & etiam merus executor vr̃ recipere potestatẽ coercendi, & etiam defendendi potestatem sibi concessam, de quo etiam in gl. sed do. Flo. hic dicit, ꝙ hic bene colligitur de subdelegato, sed nõ de mero executore. nec videtur etiam verum ſm eũ in mero executore: cum talis sit nudus minister ſm no. s̃. c. proxi.
3 §. quia vero. de quo tangetur in gl. ¶ † Not. ꝙ delegatus potest subdelegare, & idem colligunt aliqui de mero executore, sed ſm d. Floren. hoc vltimum non colligitur, quia hic non fuit Patriarcha merus executor, sed subdelegatus, vt litera videtur dicere. videtᷣ tamen bene posse colligi, ꝙ subdelegatus possit committere certum articulum alteri: quod est verum, qñ consistit in nudo facto sine iurisdictione: vt erat hic, intelligẽdo, ꝙ Patriarcha commisit alicui nudum factum legendi literas sine iurisdictione, cũ iurisdictione autem non posset: ſm no. ĩ. de re iudi. c. cum Ber-
4 toldus. ¶ † Not. ꝙ ad hoc, vt secundæ literæ reuocent primas debent facere expressam mentionem de primis. de quo hic per Inn. & hr̃ etiam in tex. & p doct. de dolo & contu. c. ij. ¶ Not. ꝙ vbi secundæ literæ faciunt expressam mentionem de primis, vr̃ illas ipso iure reuocare, nõ autem ope exceptionis. de quo dic vt plenè dixi in c. cæterum. de rescr. nam Inn. in hoc variauit, quia aliter loquitur hic, faciẽdo dr̃iam inter partes, & extraneos, aliter in d. c. cęterum. & aliter in c. cum contingat. de rescrip. & aliter in c. j. de conces. præben. li. vj. sed dic, vt fuit dictum in d. c. cæterum. ¶ No. ꝙ ptãs subdelegandi mensuratur a iuribus potestatis subdelegantis. ideo supposito defectu ptãtis in subdelegante ꝯñr insurgit defectus in ipso subdelegato. facit qđ hr̃ in l. lex vectigali. ff. de pig. & hyp. ¶ In gl. j. ibi: se clericum illius asserebat. Supple, & ẽt dicebat ad se spectare canonicatum, & præbendã forte tunc vacantẽ in dicta ecclesia Sanctæ Iustinæ. ¶ Et no. ꝙ olim vr̃ ꝙ dicta ecclesia esset ecclesia seculariũ clericorum. In gl. ij. in fi. vtraq; expositio est bona in
5 se, † quia debet fieri mentio de primis literis, & de processu facto per eas, si quis est factus: & sic de serie rei. Et adde, ꝙ ad hoc, vt dicatur expressa mentio facta de eis, vltra prædicta requiritur, ꝙ fiat spãlis mentio, & non in genere de primis literis. & sic non sufficit dicere: non obstantibus alijs literis ad alios iudices impetratis, sed debet dici non obstantibus alijs literis impetratis ad tales iudices in hac causa, prout no. Io. An. in c. ij. hic allegato. de dolo & cõtu. quare autem requiratur ista expressa mẽtio in reuocatione literarum, dicit Inn. ꝙ reuocatio literarum est odiosa
6 ex eo, quia censetur esse contra ius, † quia non dẽt ille, qui datus est iudex, remoueri sine causa, facit l. pe. ff. de va. mu. & ff. de iudi. in l. si longius. quamuis posset superior, si vellet, etiã sine cã reuocare. l. iudicium soluit. ff. de iud. & ideo debet restringi talis reuocatio, ar. ĩ. de reg. iur. odia. li. vj. & ff. de li. & posth. in l. cum quidam. & sic intelligatur ratio, quam assignat hic Inn. ratio autem huius rationis potest esse illa, quam assignat Host. quia vr̃ quodammodo inferri iniuria, vel contumelia primo iudici, qñ reuocatur. nam interdum præsumitur, ꝙ ꝑꝑ eius culpam fuerit reuocatus. facit qđ hr̃ in l. litigatores. ff. de arbi. & iõ sine cã fieri non debet reuocatio, & pro tãto cum dicta reuocatio sit odiosa, est restringenda per iura ꝑal
7 legata. & hæc vera in literis causæ principalis. † secus dicit Inn. in literis causæ appellationis: quia illę sunt fauorabiles. nam per illas intẽdit quis se defendere aduersus iniustitiam sibi factã. ideo sufficit secũm eũ, ꝙ narretur, ꝙ sit appellatum a sñia simpliciter, si est diffinitiua: vel quod narretur causa inserta in appellatione, si appellatum fuerit a grauamine ſm ea q̃ hñr in c. vt debitus. de app. Et plus sentit, ꝙ nõ est necesse facere mentionem de app. Sed contrarium ipse tenuit, & melius in hoc vltimo in c. dilecti. de maio. &
8 obe. † & licèt Io. And. sic transeat. ¶ Adde qđ idẽ vr̃ dicendũ in literis causæ appellationis, si primo emanent aliquæ literæ in ipsa appellatione, & postea super eadẽ cã appellationis emanent secundæ ad alios iudices, quia tũc eadem est ratio, quæ in literis reuocationis emanantibus in cã principali: ideo dẽt esse idẽ ius. s̃. de transla. c. ij. facit qđ dixi in c. j. & c. pastoralis. s̃. de rescr. Dñs tñ Floren. hic dixit, ꝙ Inno. vo-

luit distinguere, an primæ, & scdæ sint impetratæ
super principali causa,& tunc procedat qđ est dictū,
vt requiratur expressa mentio.de qua supra, an vero
primæ literæ impetrentur super principali causa, &
secūdæ sup appellatione: qa tūc in secundis non re-
quiritur tanta expressio, quanta in casu præcedenti.
pro quo facit,quia literę super appellatione non im
petrant ad impugnandū,sed ad defendendū. infra de
appella.c.cum speciali.§.porrò.Et dicit etiam, q̄ lite
ræ super appellatione non propriè veniunt ad reuo-
candas primas,sed ipsa appellatio valida est illa quę
transfert cām de iudice a quo ad iudicē ad quē,infra
de appellatio.vt debitus.¶In gl.iij.ibi,& etiā merus
executor, hoc nō fatetur hic dñs Floren.licèt fatea-
tur de subdelegato:quia merus executor nullam vr̄
habere coercitionem supra.c. super quæstione.§.nos
autem.& §.quem vero.nec habet obstare iste tex.se
cundum eum,quia hic non dicitur,q̄ Patriarcha fue
rit merus executor quasi si esset merus executor non
haberet coercitionem, nisi cōmittens executionē cō
misisset sibi circa executionem vices suas: per ea q̄ le
guntur,& notant̄ infra eod.in c.fina.& hoc mō posset
saluari gl.& pro hoc etiam facit,quia licèt hic appella
tur Patriarcha subdelegatus,tñ reuera videtur, q̄ in
effectu fuerat merus executor,cum fuerit subdelega
tus,seu deputatus ad merā executionē, videlicet vt
denunciaret clericos, seu canonicos Sanctæ Iustinæ
non esse excommunicatos. quia tamen vr̄ diuinatio
quòd hic delegantes commiserint vices suas Patriar
9 chæ,circa id,quod delegabant † pōt dici, q̄ attendē
da sit qualitas personæ executoris,quia si est persona
vilis,q̄ non decet habere ptātem coercendi.cum illa
sapiat dignitatem,quæ non cadit in vilibus personis.
l.ij.C.de digni.lib.xij. & de testi.in c.licèt ex quadā.
tunc procedat opin.do.Floren. si aliud nō appareat.
secus si sit persona notabilis,prout hic Patriarcha:nā
tunc vr̄,quòd in dubio sit sibi data potestas coercen-
di,licèt sit merus executor: quāuis non appareat ex-
presse,quod cōmittēs executionem cōmiserit vices
suas:vt hic vr̄ casus non cauillādo,vel diuinādo.nam
hic nō apparet,q̄ cōmittens cōmiserit vices suas:sed
solū cōmiserit merū,& nudū factum.nec ob.si dicat̄,
q̄ ex quo habet coercitionem, non debet dici merus
executor: quia r̄nderi pōt, quod hoc non sequitur:
nam dr̄ executor ex eo, quia non habet cognoscere
de iustitia,vel iniustitia eius,qđ mādatur.facit,qđ hr̄
in c.præcedenti.§.quia vero.cū hoc tñ stat q̄ habeat
ptātem coercendi pro executione mandati.Facit,qđ
dictum fuit in d.§.quia vero. & quod dicetur in c.si.
10 infra eo.titu.¶†In eadem gl.ibi:non ex omnibus.&
de ista ptāte arbitri qualiter possit coercere inobediē
tiam partium,dic prout notatur in glo.in d.l.non ex
omnibus. hic allegata: qa hoc pcedit,qñ quis esset
conuentus coram arbitro actione arbitraria,qa tunc
si ad mandatum arbitri non restituitur res,poterit in-
obediētiā punire deferendo alteri parti iurm̄ in litē.
In eadem gl.ibi:nisi lis contestata sit,hoc cōiter non
11 tenetur:quia † licèt procurator efficiat̄ dominus litis
vel instantiæ per contestationem litis,vt in c.j.de p-
curatoribus.libro sexto. tñ secus est in iudice per.l.
iudiciū soluit.ff.de iudi.Et ratio diuersitatis est,quia
litis contestatio fit cum ipso procuratore, & sic cum
ipso quasi cōtrahitur in iudicio.l.iij.§. idem scribit.
ff.de pecu.sed cū iudicē nō fit ɔtestatio, sed corā eo.
nec obstat.§.omnem.allegatus in glo.qa ibi nil dici-
tur de potestate substituendi,& qđ ibi dicit iudicem
posse facere post litis contestationē,ēt dicit fieri pos-
se ante litis conte.in §.ibi sequenti.¶In ea.gl.in fin.

vel dic,q̄ illā.l.cognitio. dicit q̄ delegatus ordinarij
potest pronunciare de mittendo quem in posses sio-
nem:& sic vt mittatur quis in possessionem, sed non
dicit,q̄ possit actualiter mittere,vt ibi tangitur in glo.
12 ¶†Not.tñ ex hac gl.q̄ delegatus ordinarij hēt coer-
ctionē: & potest mittere in possessionē cā custodie,
& hoc modo poterit exequi suam sñiam, & hoc etiā
tenuit gl.in c.si quis.j̄.de for.comp.sed Bart.in d.l.a
diuo P.o.ff.de re iudi.tenet cōtrarium indistinctè,q̄
delegatus ordinarij nullo modo pt exeq sñiam snā:
& sic nō poterit mittere in possessionem etiam causa
custodię,per id quod hr̄ in d.l.a diuo Pio.in princi.&
in l.ea q̄.§.magistratibus.ff.ad muni.& in l.iubere ca
13 uere.allegata in gl.†Sed Inn. in c.cum ab ecclesiarū.
de offi.ordi.tenet,q̄ potest delegatus ordinarij exeq
suam sñiam per iurisdictionem quā habet: & sic ex-
cōicando,& interdicendo, sed non per illam quam
non hēt:& sic non poterit mittere in possessionem.&
ēt hoc voluit gl.in c.quisquis.ij.q.vj.& sequitur Io.
de Lig.in cle.j.hoc eo.tit.Aliqui tñ tenēt simpliciter
gl.in c.si quis contra.j̄.de for.comp.& hic dicētes gl.
procedere de iure canonico:, licèt de iure ciuili sit se-
cus:ex eo,quia scdm canones,illa quę sunt mixti im
perij pñt delegari etiam ab inferiori a Papa:vt notat̄
in c.quod sedem.de offi.or.& per ɔñs ipsa executio
quæ est mixti imperij:vt in d.l.iubere cauere.sed do.
Ant.hic,& in d.c.si quis contra.dicit hoc verum,qñ
expresse commissa esset ēt executio: sed in dubio cū
illa sit mixti imperij.l.iubere cauere.non vr̄ cōmissa:
ideo in dubio procedat opi.Inn. & hoc etiam fuit de
mente Spe.in ti.de execu.sen.§.nunc dicendum.circ
ca principium.& ibi etiā dixit Spec.q̄ subdelegatus
delegati Principis non pōt magis exequi quam dele-
gatus ordinarij.Bar.tenet tñ oppositum in d.l.a diuo
Pio.vt s̄.dixi.c.proxi.§.quia vero.sed verius vr̄ dictū
Spe.vt ibi dixi. Et de materia consueuit dici in d.c.si
quis contra clericum.j̄.de for.comp.in gl.iiij.in fin.
14 † no.ex glo.duos intellectus ad c.qua fronte.§.fine.
vnus est,q̄ dum dicit, pro qualibet alia, intelligatur
tñ non manifesta,alius est,q̄ periculū ibi erat in mo-
ra.Tertius est extra glos.q̄ ibi loquatur de manifesta
offensa commissa in Deum:ideo tunc sufficit præsta-
re cautionem, secus qñ esset commissa contra homi
nem.nam mitius agitur cum Deo,quàm cum hoīe,
vt in l.celsus.ff.de arbit.in simili dr̄, q̄ mitius agitur
cum l.quam cum homine. Sed aduerte:quia non vr̄
hic apparere,quæ essent iniuriæ,sed dic q̄ imò appa
ret, quia archidiaconus non permisit legi literas ad
mandatum Patriarchæ, & forte nō solum impediuit
lectionem,sed etiam nuncios fecit verberari. facit j̄.
de poe.c.Romana.lib.vj.Et ex prædictis habes quòd
iniuria fit iudici, vel executori, si prohibetur exequi
mandatum.nā per hoc impeditur eius ptās facit con
15 tra eo.ti.c.j.†Et ex prædictis etiam no.q̄ qui non p-
mittit literas iudicis legi,dr̄ facere iniuriam iudici.fa
cit quod habetur in l. si quis id quod.ff. de iuris.om.
iud.& sic de tali iniuria debebit satisfieri iuxta arbi-
16 trium superioris. † in gl.pen.ibi violenter resisti pōt.
hoc verum secundum Io.And. quando notorium est
sententiam ipsam esse nullam, aliàs esset secus. per
id quod habetur de tempo.ordi.in c.ad aures.do.ta-
men Florentinus limitat gloss.procedere, quando si
fieret executio, non posset reparari præiudiciū per
iudicem superiorem vel appellationis.alias nō debe
ret violēter resisti,sed appellari.& sic limitat hanc gl.
Cy.in l.ab executore.in fine.C.quorū appe.nō reci.
qđ est singulariter notandū.potes cōiungere dictum
Cy.& d.Floren.cum dicto Io.And.& quia si sñia est
nulla,

nulla; & hoc est notorium, tunc potest violenter resisti. sed vbi est nulla, sed non est notorium, tunc procedat dictum Cyni. nam poterit violēter resisti eo casu, quò si fieret executio, non posset reparari præiudicium. aliàs non debebit violenter resisti, sed appellari. & facit, quod dictū
17 fuit in c. si quando. §. eo. † in glo. fina. in fine: nota benè gl. quæ videtur velle: quod vbi in aliquo concurrat vna potestas vera, & alia putatiua, si ꝓcedat ex putatiua non valet actus, licèt potuisset tenere ex vera, si ex illa processisset. & sic videtur hæc glos. decidere dubium, de quò tangit Innocen. in c. cum ex officij. de præscrip. vbi videtur tenere oppositum. sed contra ipsum videtur hic casus cōiuncta glos. quod tene menti. vnde Hostien. ibi etiam nō tenet opi. Innocen. de quo plenè dici consueuit in dicto capitulo cum ex officij. de cautela. tñ est, ꝙ iudex ꝓcedat omni modo, quò melius potest. & sic protestetᷓ, qđ sua sit intentio. s. procedere omni modo, quò melius potest. nā virtute dictæ protestationis sustinebitur actus eo modo, quò melius potest. & sic sentit hic. do. Floren. ¶ An autē Patriarcha hic potuisset excommunicare archidiaconū, qui impediuit, dic, quod sic, quia eadem est ratio, & quia ēt illa est potestas censuræ ecclesiasticæ. j. de verborū signi. in c. querenti. quæ isto casu transiuit in subdelegatum: ex quò non fuit excepta. facit, quod habetur. j. eo. in c. venerabili. & in c. ex literis. j. de iure patro. Et de materia, an Archiepiscopus sit ordinarius in sua prouincia: recur
18 rere ad ea, quę habētur. j. de offi. ordi. in c. pastoralis. † vltimo extra gl. potest opponi. nā videtur, qđ valere debuit processus habitus per executorem, etiam si secundæ literæ reuocent primas. quia si non est reuocatum in dubiū de viribus literarum, valet processus habitus ratione dubij. j. de appella. capitulo si duobus. Item ex quò non est exceptum, videtur valere processus per primas literas factus. j. de resti. spolia. c. audita. Soluit Innocen. dupliciter: primo intelligendo, quod hic videtur intelligi, quando fuit in dubium reuocatum de viribus literarū: quò casu, quia debet iri ad arbitros: quando iudices non concordant. supra de rescriptis. c. pastoralis. non valet processus factus contra tertium, vel contra partes. & ita intelligatur hic. ¶ Secundo soluit, quod hic intelligatur, quando non fuit reuocatum in dubium de viribus literarum: sed procedebant primi iudices, & secūdi, quò casu si processus fit contra extraneos. non valet. & ita loquatur hic. sed si fieret contra partes ratione contumaciæ, benè valeret. si autem procedatur in principali processus valebit, si sit factus etiam per literas reuocatas, si fiat antequam sint præsentatæ literæ reuocationis: sed postea non valebit, etiam si non appelletur. Alij tamen dicunt, quod quò ad partes valebit, si non appelletᷓ, sed non, quòad extraneos domi. Ant. hic tenet, quod quò ad extraneos non tenet processus. quò ad partes non tenebit in principali causa, si fiat post præsentatas literas secundas reuocantes primas: nisi iudices pronuntiarent se iudices competentes, & non appellaretur. d. verò Floren. hic dicit sine distinctione tenendum, ꝙ tenet ꝓcessus, qui fit per primas literas, nisi excipiatᷓ de secundis, & appelletur; prout etiam dixi post eum in c. cęterum. de rescrip. nec placet ei distinctio inter partes, & extraneos: quia etiam contra extraneos potest delegatus procedere ex causa: puta si turbāt eum. supra eodem. capitulo j. sed tu dic plenè de ista materia, vt dixi in dicto c. cæterū. & de rescriptis. Imolanus vtriusque iuris doctor.

SVMMARIVM.

1 *Mundum hunc dici medium, & quare.*
2 *Mandatum iurisdictionis expirare morte mandantis re integra, atq; in ibi quando dicatur res non esse integra.*
3 *Vnum posse aliquando vicem duorum sustinere.*
4 *Dispositio, quando possit trahi ad casum fictum.*
5 *Clausulam, si non omnes poteritis, rescripto appositam verificari tam in impedimento facti, quam iuris.*
6 *Mandatorem, & mandatarium posse aliquem dici in eodem negotio, diuersis tamen respectibus.*
7 *Citationem saltem requiri ad perpetuandam iurisdictionem, & an per aliū actum ante citationem perpetuetur. & quid si citatio non esset legitima, an perpetuet iurisdictionem. & nu. seq. & 10. 12.*
9 *Reuocationem iurisdictionis expressam non impediri nisi deuentum sit ad citationem, vbi quis commisit alteri vices suas in totum.*
11 *Iurisdictionem ordinariam esse fauorabiliorem, quam delegatam.*
13 *Citationem requiri ad perpetuandam iurisdictionem executoris deputati circa iudicialia, aliter atq; si datus esset executor circa beneficia.*
14 *Intellectus ad l. si vni. §. seruatius. ff. famili. ercisc.*
15 *Intellectus ad l. cum quæritur. ff. de fideicom. liberta.*
16 *Sententiam latam pro mortuo regulariter non valere.*
17 *Mandatum directum, seu extensum expressè post mortem non extinguitur morte mandantis.*
18 *Intellectus ad l. cum pater. §. meuio. ff. de lega. 2.*
19 *Iurisdictio perpetuata in vna causa, quando censeatur perpetuata, quò ad alias causas, & quando non, & nu. 21.*
20 *Citatio simpliciter facta ad respondendum super ijs, quæ quis intendit petere, perpetuat iurisdictionem, quò ad omnes causas. & nu. 24.*
22 *Intellectus ad l. si quis. §. si impubes. ff. de institio.*
23 *Citatio facta super vna re expressa in rescripto, an prodest, vt quo ad cæteras res intelligatur perpetuata iurisdictio.*
25 *Delegatio fuerit facta sub nomine dignitatis eius, qui subdelegat, an sub nomine proprio, intersit ne quantum ad hoc, vt expiret, vel non expiret mandatum morte mandantis re integra.*
26 *Iurisdictio subdelegata an expiret per translationem delegantis re integra.*
27 *Mors ciuilis, an, & quando æquiparetur naturali.*
28 *Episcopo excommunicato an, & quando gesta per eius officialem sint nulla.*
29 *Subdelegato, an & quando noceat excommunicatio superueniens in personam subdelegantis. & nu. seq. 32.*
31 *Excommunicatio superueniēs in personam eius, qui subdelegauit in totum, an obstet subdelegato, vt re integra expiret, vel suspendatur iurisdictio subdelegata. & nu. 33.*
34 *Iurisdictio delegata, an expiret ipso iure per mortem delegantis re integra: an verò ope exceptionis.*
35 *Citatio facta contra vnam personam, an perpetuet iurisdictionem, quo ad alias personas.*
36 *Procurator, an sit repellendus excommunicato domino, si ante excommunicationem fuerat constitutus. & quid in procuratore in rem suam numero sequenti.*
38 *Substitutus cum clausula, donec duxerit, & c. ab eo, cui Papa commiserat officium sub eadem clausula, an morte substituentis priuetur eo officio.*

LIcèt vndique. Iurisdictio delegata re integra morte delegātis expirat. hoc dicit. Et i prima ponitur consultatio. in secunda respōsio. Scđa ibi inquisitioni in tex. ibi de me-
1 dio. i. de hoc mūdo, † qa appellatᷓ medius ex eo, qa est in medio inter cœlū, & infernū, vt habetᷓ in c. hæc autē vita. xxiij. q. iiij. & facit, qđ habetᷓ. j. si is cui. &
2 c. si a subdelegato. li. vj. † not. ꝙ mandatum iurisdictionis expirat morte mandantis re integra, secus si res non est integra. Et nota, quando dicatᷓ res non esse integra, vt qa ille cui facta est delegatio cœperit vti iurisdictione. quod quādo dicatur esse, tangitur in gl. j. & super ea. nota, qđ ad implemētū clausulæ, ꝙ si nō omnes, duo sufficiūt, ꝙ sint duo verè, vel iuris interpretatione seu fictione: vt quia sit vnus duorū personas repræsentans. facit, quod habetᷓ. s. de elect. cum inter vniuersas. ad finem, & de re iudi. cum
3 olim. & de elec. c. penult. §. porrò. li. vj. † Et sic nota ex ꝑdictis, ꝙ non est absonum, ꝙ vnus interdum teneat locum duorum: facit, ꝙ habetur in iuribus præallegatis, & in l.
4 maiorem. ff. de pactis. Et nota etiam † ꝙ dispositio trahitur etiā ad casum fictū, quādo hoc contingit ex potestate data a iure: vt hic ꝯtingit. nā licèt non sint duo verè, sed sm fictionē, hoc tñ toleratur ꝑꝑ potestatem datā a iure delegato in ꝯmittendo vices suas alteri. j. eod. qm. & s. c.

 proxi-

proximo.regulariter autem in materia stricta, dispositio facta in casu vero non trahitur ad fictum.l.iij.§.hæc verba.cum ibi notatis.ff.de nego.gest.& de materia dixi in l.j.§.lex Falcidia.ff.ad l.Falci. & habetur de materia. in c. susceptũ.de rescrip.lib.vj.nota de hac clausula,qđ si non omnes, duo. quæ requirit saltem duos procedere. secus in clausula,vos vel alter vestrum.ſ.eo.l.cum plures.libro

5 vj.† nota,ꝙ clausula si vos,non omnes poteritis,verificatur,tam in impedimento facti,vt est impedimẽtum mortis,quàm in impedimento iuris,vt est impedimẽtum recusationis.de quo.supra de rescriptis.in capit.sciscitatus. Nota de hoc verbo,collega.nam dicitur ille,qui est paris

6 potestatis. vt ff.de verbo.signi.in l.collegarum.† nota,ꝙ idem diuerso respectu dicitur mandator,& mãdatarius. nã iste,q cõmisit vices suas collegæ respectu primi mãdãtis erat mãdatarius:sed respectu collegæ:cui ꝓmittit vices suas dicitur mandator. & sic videtur representare duplicem personam.facit,quod habetur in c.postulasti. de cõcess.præben.& in c.a collatione.de appella.lib.vj.in gl.prima ibi,saltem ꝑ citationẽ.idẽ tenent Innocen.& Ioan.& Vincẽ.qui etiam dicunt,ꝙ sufficiet vnica,etiam nõ peremptoria,etiã si sit facta, sine missione libelli.facit,quod habetur de foro compe.in c.proposuisti.† Et nota benè ex

7 gl.ꝙ ad perpetuandam iurisdictionem requiritur saltẽ citatio,& sic videtur velle,quod ꝑ alium actũ ante citationẽ nõ ꝑpetueť iurisdictio. & ꝓ hac parte benè facit.c.gratum.ſ.eo.& c.fi.ſ.tit.j.& de foro compe. in c.proposuisti. quinimo per illũ tex. videtur qđ citatio debet esse legitima,& sic videtur,ꝙ si citatio esset nulla,non perpetuaret iurisdictionẽ, licèt Host. teneret contrarium, & non bñ, vt notat gl. in c.cũ plures.ſ.e.ti.li.vj.nec ob.c.venerabili. ſ.e.per quod videtur probari,ꝙ per actũ nullũ fiat perpetuatio iurisdictionis: q͂a responderi põt, vt ibi diceť etiã ꝓ hac parte,ꝙ per actum ante citationem nõ fiat ꝑpetuatio.facit etiã.c.qm̃.infra de proba. vbi pro primo actu iudiciali ponit citationem. facit etiam, quod habetur in §. fi.insti.de pœna te.litigatium.vbi dicit iudicium inchoari a citatione.& hanc partẽ tenet hic Ioan.Cald.& d.Flo. & Archi.in c.non ita.ij.q.vj.& Bar.in l.more. & l.& quia.

8 ff.de iur.om.iudi.† sed Host.hic tenet, qđ qualitercunq; vsus sit iurisdictione, etiam per actũ ante citationem ꝑpetuetur iurisdictio,per hunc tex.dum dicit, simpliciter iurisdictione vti cœperit. & ideo sui eum si pñtato rescripto,etiã corã notario,& testibus,ꝑceperat tanquã iudex notario, qđ de præsentatione sibi iudici facta coram eis conficiat instrumentũ,vel si tãquã iudex eligat nũciũ ad citationes faciendas, vel aliam similem actũm,tanquã iudex faciat, quia vsus est iurisdictione, perpetuata erit iurisdictio. dicit tamen, qđ quia non omnes capiunt hãc opi.debet iudex accelerare ad faciendam citationẽ: nã illa sufficiet,etiam si sit vnica,licèt non peremptoria. hanc opi.tenet Hosti. ꝙ sufficiat actus iurisdictionalis, ẽt ante citationem factus, tenuit gl.in c.quam.infra.eo libro vj. & in c.si a subdelegato. eodem titulo, & licèt expressius in c.ne aliqui.de hæreti.libro sexto. & videtur etiam sequi Ioan. Andre.in c.fina.infra tit.j.licèt etiam ibi recitet opi.sed vt dixi opi. gloss. tenuit Ioan.Calde.dicens, quod ipse est de illis qui non capiunt opi.prædictam Hostien. & cum Ioan.Calde.concordant etiam alij,de quibus.supra dixi.licèt domi. Anto.hic,& supra eodem.quoniam videatur sequi opi.Hosti.sed pro opin.glos.& Ioã.Calde.

9 facit,quia † sicut nõ impeditur reuocatio expressa quando,quis commisit vices suas,in totum,nisi deuentum sit ad citationem.ſ.eodem.super quæstionum.§.si verò duo. in glos.magna,quæ ibi hoc dicit: ita in hac reuocatione tacita per mortem videtur,idem dicendum.glo.tamen in c.quãuis.ſ.eodem.libro vj.videtur contradicere glosæ in dicto §.si verò duo.nã videtur velle,qđ etiã,vt impediať, reuocatio expressa sufficiat,qđ qualitercunq; subdelega-

10 tus sit vsus iurisdictione. † sed certe verior videtur glos. in §.si verò duo.& similiter de iure verior opi.huius gl.& sequaciũ,quam opi.Hosti.per c.si a subdelegato.ſ.eod.li. vj.nõ cauillando tex.nã ibi videtur loqui etiam, quando mors superuenit in primo delegante post subdelegationem delegati. & tamen ibi dicit, quod si in alio non fuit processum per delegatum, vel subdelegatum ante mortem primi delegantis,expirat iurisdictio. & sic patet, qđ non sufficit subdelegationem esse factã.glo.tamen ibi restringit text. quando mors primi delegantis interuenit ante subdelegationem. sed certe tunc frustra ibi dicitur, si per subdelegatum in aliquo sit processum.nam sufficiebat dicere,si per subdelegatum ipsum in aliquo non erat processum.& sic ille tex.non cauillando videtur probare opi.huius gl.& sequacium:pro qua benè facit.c.proposuisti. de foro compe. præallegatum. vbi patet, quòd non perpetuatur iurisdictio ordinarij in præueniendo,nisi per citationem. ergo multominus debet perpetuari iurisdi-

11 ctio delegati,nisi interueniat citatio. † cum fauorabilior sit ordinaria iurisdictio,quàm delegata: vt nota.in c.j.de rescriptis.lib.vj.pro hac parte etiã benè facit.c.fi.ſ.titu.j. vbi dicitur hoc expresse probari.sed Ioan. And.ibi.& do. Anto.etiã hic, & ibi dicit, quod ibi loquitur in delegato legati:quo casu procedit,quod requiratur citatio, vt perpetuetur iurisdictio talis delegati.secus dicit in delegato a Papa,vel ab alio ordinario. Et rõ diuersitatis est secundum eum,quia moriẽte legato,vel eo reuocato, expirat, & extinguitur dignitas legationis:ideo tunc si antequam expirauit,non sit facta citatio per delegatũ.expirabit iurisdictio delegati.sed licèt moriatur Papa, vel alius ordinarius,nõ expirat dignitas Papalis, vel dignitas alterius ordinarij:ideo tunc sufficit, quòd delegatus qualitercũq;

12 fuerit vsus iurisdictione. † sed certe ista ratio non pōderatur in dicto c.fi.sed solum attẽditur, ꝙ expirat iurisdictio delegantis,quæ ratio habet locum etiam, quando moritur Papa: nam per mortẽ Papæ expirat iurisdictio ipsius Papæ,qui subdelegauit.& similiter idem dici potest, quã do moritur alius ordinarius,qui delegauit. præterea, vt dixi, videtur esse casus pro opin. gloss. in dicto c.si a subdelegato,nõ cauillando, nec obstat iste tex.quia licèt simpliciter dicat iurisdictione vti cœperit, tamen,vt dicit Io. Cald.debet intelligi,& declarari secundum alia iura,quę volunt,ꝙ vti cœperit, citando dicto c.j.ſ.eo.titu.& dicto c.fi.ſ.tit.j.& dicto c.proposuisti.de foro competen. Et pro hoc facit, quod legitur,& notatur in authen.offeratur.C. de lit.contest.& in l.non est nouum.& in l.sed & posteriores.ff.de legi.vbi patet, quod licèt vna lex simpliciter loquatur,tamẽ debet intelligi,& declarari secundum aliã legẽ specificè de materia loquentẽ. & ideo non est absonum, quod hoc capitu.simpliciter. loquens declaretur,& intelligatur secundum iura præallegata specificè loquentia de vsu iurisdictionis per citationẽ in hac materia, quando tractatur,an per mortẽ delegantis expiret mãdatum, & quã do dicatur res non esse integra, & vt patet ex prædictis, cõmunis opi.videtur esse cum glo.licèt Hostien.& gl.superius allegatę aliter dixerint.& etiam Ioan. Andr.& do. Anto.tene tamen menti glosas superius allegatas cõtra istam:licèt ista verior videatur.per ea quæ.ſ.dixi,& adde, quod Ioan. Andr.ſ.tit.j.in c.fina.refert in effectu Gratianum tenere, qđ ad perpetuandam iurisdictionem sufficiat,qđ iudex commiserit fieri citationem,licèt facta nõ fuerit ante mortem delegantis,vel antequam expiret iurisdictio delegati,& cum illa opi.ibi transit: quæ in effectu videť cõcordare cum opin. Hosti.hic.& sic ibi in effectu videť sequi opin.Hostien.idem etiam expresse sequitur in addi.Spec.in ti.de recusatio.§.ij.super ver.Item auditor.vbi concludit, quod ad perpetuandam iurisdictionem regulariter sufficit,qđ iudex qualitercunq; cœperit vti iurisdictiõe,ẽt si nõ citauerit.fallit in casu,qñ recusaťt delegatus,

delegatus,q erat subdelegatus in totū. Nā tunc, vt sub-
delegās habeat cognoscere de cā recusationis,& nō arbi
tri, expedit,q ipse subdelegās pueniat p actū citationis,
13 aliàs nō sufficeret.† Adde etiam prædictis,quod Io. Mo.
in c.vt animarum.de consti.li.vj.dixit,q vbi executor est
deputatus circa iudicialia,tunc ad perpetuandam iurisdi
ctionem requiratur citatio.& sic tenuit opi.gl.sed in exe
cutoribus datis ad beneficia,dixit quod nō requiritur ci-
tatio:sed per alios actus potest perpetuari potestas execu
toris,puta si insinuet potestatem suam, & literas præsen
tet facit quod habetur in c. tibi qui. de rescriptis.in vj. &
in c.si soli:de conces.præben.eo.lib.& quod legiť,& no-
ta.in c.si.super gratia j.eo.in vj.in glo.ij.ibi, tam manda-
toris,quàm mandatarij.& hoc satis probatur hic,q idem
esset mandator,& mandatarius diuerso respectu : vt dixi
in notabilibus.& facit etiam,quod habetur s.e.c. coram
& c.gratum.¶ In eadem glossa ibi,significauit. hoc intel
lige,vt ibi notatur.quia illud procedit quo ad conueniē-
dum eum,qui continebatur sub clausula generali.secus
si fuisset expressatus in rescripto: quia tunc per mortem
talis litigatoris etiam re integra non expiraret rescriptū :
14 vt ibi dictum fuit.† In eadem gl.ibi §. neratius. ibi videť
non expirare mandatum morte mandantis.sed dic quod
ibi res nō erat integra.quia licèt pater,qui professus fue-
rat filium suscepturū munus publicum , ad quod fuerat
electus ipse filius,decesserit,antequam filius illud susci-
piat,tamen nō erat res integra:quia per talem professio-
nem factam per patrem iam fuerat obligatus pater ipse ,
si contingeret postea filium acceptare , & sic se obligare
rei publice in eadem glossa ibi:quia.V. quia ibi speciale
in successore vitij.vel illud procedit ex vi secundi māda-
ti.de ista tamen materia, an soluatur rescriptum morte li
tigatoris,dic vt plenè dictum fuit in dicto c. significauit.
15 de rescriptis † in eadem gl.ibi l.cum quæritur.secundum
domi. Floren.quod ibi res non erat integra: quia decretū
erat interpositum.sed certè ista solutio videtur contra il-
lum textum,qui loquitur,quando decretum fuit interpo
situm iam mortuo illo,qui erat rogatus in testamēto ma
numittere seruum,& decesserat post aditam hæreditatē,
ante præstitam libertatem.nam si ex eo,quia nō habeba-
tur eius præsentia , decreuerit iudex eum esse absentem
ex iusta causa,& libertatem competere:quia cēsetur ab-
sens ex iusta causa propter mortem.facit infra eod. si de-
legatus lib.vj.competet libertas: & hæres eius cēsebitur
patronus.& sic sententia ibi lata pro mortuo prodest hæ
redi.l.pe.ff.quæ sen.sine app.rescin.de quo in l. neratius.
ff.de reg.iur. Alij dicunt esse ibi speciale in quandam cō
sequentiam fauore libertatis.nā libertatis fauore fuit ibi
statutum,quod talis sententia valeret,vt sic libertas com
peteret.& in consequentiam fuit statutum,qđ hæres de-
16 functi esset patronus.† aliàs autem regulariter sententia
lata etiam pro mortuo non valeret.de quo per gl.& Bar.
in dicta l.penul.& etiam in l.neratius.ff. de regu.iur. vbi
hæc vltima opi.videtur probari. posset tamen secundum
pdicta dici,q ibi propriè non agitur de mandato, sed de-
legato libertatis facto in testamento.in ead.gl.ibi:neces-
se sit adimplere. Exemplū:si quis mandat sibi fieri sepul-
chrum in quo sepeliatur:quia nō debet sepeliri nisi post
mortem.ideo non extinguitur tunc mandatum etiā post
17 mortem.idem vero communiter † tenetur, vbicunq; ex
presse per mandantem dirigitur, seu extenditur manda-
tū & post mortem.per l.si non remunerandi.§.fi.hic alle
gatam.nā ibi mandatū fuit,vt post mortem fieret monu
mentum.nā & potuisset fieri in vita:licèt sepultura solū
veniat fienda post mortem . & tamen etiam sepulchrum
posset post mortem fieri , & tamen ibi: dicitur manda-
tum non expirare,& pro hoc etiam facit,quia forma mā-
dati est attendenda : & ideo debet durare mandatum , si
expresse se extendit post mortem ex dispositione man-
dantis : tunc regulariter non expirat mandatum morte
mandantis etiam re integra. de quo per Cynum in l.mā-
datum . C.mandati : & per Bartol. in l.ij.ff.de dona.& ali-
quid etiam dixi s. de rescriptis.in c.ex parte decani. & fa-
cit etiam,quod habetur in dicta l. fin.de solu.& in cle.fi.
18 j.de procuratoribus.†,& in l.cum pater.§.Meuio.ff.de le-
ga.secundo. vbi est casus singularis,qđ qñ mādatū est ex-
plicandū in vita,sed effectus eius dirigitur post mortem,
vt quando quis mandat Titio, vt det rem aliquam Seio,
quam mandans ipse donat ipsi Seio causa mortis . nam
tunc,an extinguatur mandatum morte mandantis,eligi
tur media via: quia si Titius mandatarius sciuit mortem
mandantis,antequā tradat ipsi Seio,expirat mandatū. se
cus si ignorans mortem tradit,quia tunc tenebit traditio:
& Seius habebit rem ex causa donationis causa mortis .
secus fuisset tradita : postquā sciuisset mortem mandan-
tis,vt ibi patet . de quo etiam aliquid tetigit do. Anto. hic
in ead.gloss.ibi ver.abolitio.ibi dicitur,q vbi sunt plures
accusationes,vt possit,quis impunè desistere,requiritur,
quod intercedant plures abolitiones. in ead.gloss.ibi,cū
in vna . ibi dicitur , quod quādo.plures sunt sententiæ,
plures etiam necesse est esse appellationes.in eadem glo.
ibi.§.ex causa.ibi diciť,qđ minor restitutus in vno capitu
19 lo,non intelligitur restitutus in diuerso.in ea.gloss.† ibi,
non est perpetuata iurisdictio,nisi in causa illa.hoc intel-
lige verum,quando citatio specificè fuit facta,& quando
aliæ causæ sunt separatę,facit , quod habetur.j.eod.in c.
fi.§.officium,libr.vj.& de hæreti.in c.ne aliqui.eo.libr.se-
cus si essent causæ connexæ: quia tunc perpetuatio facta
in vna , prodesset in alia propter cōnexitatem.& sic loqť
l.finalis. C.de duobus reis.allegata per glo.s.in cōtrariū.
nam ibi citatio fuit facta cōtra vnum ex correis : ideo p-
pter cōnexitatem obligationis talis citatio ppetuat actio
nem contra aliū correum. facit,quod dictū fuit in capitu
lo pastoralis.§.finali.de rescriptis . & quod habetur infra
de appella.capitulo inquisitioni.Et per hoc patet respon
20 sio ad dictam legem finalem.† Item secus, si citatio fuis-
set facta simpliciter ad respondendum de iure super ijs,q̄
intendit petere ille,qui facit citari. nam tunc talis citatio
generalis perpetuaret in omnibus . per.l.fin. C.de anna.
excep.est casus notabilis. Item secus secūdum do.Anto.
21 † si causæ nō fuissent separatim commissæ, sed sub quadā
vniuersitate, vt si committatur vniuersitas causarum cer
ti loci : quia tunc per citationem factam in vna causa p-
petuabitur in omnibus, quæ sub vniuersitate continen-
tur arg. l.si quis.§.si impubes . ff.de institoria , & hoc etiā
tenuit Bartolus in l.moræ . ff.de iuris.omnium iudi.sed
certe hoc vltimum dictum non videtur verum ; per ea q̄
habentur in dicto capitulo finali.§.officium . & in dicto
capitulo ne aliqui.in quibus patet, quod licèt commissa
fuerit vniuersitas causarum , non durat officium conser-
uatoris post mortem committentis officium, nisi quò ad
22 cœpta per illum . Et † ad §. si impubes. pōt responderi,
quod ibi loquitur in mandato extraiudiciali : quo casu
quando est mandatum vniuersale,etiam si nil sit cœptū,
non expirat morte mandantis.vt ibi patet. Et notat Bar-
tol.in l.ij.ff.de dona.sed hic nos loquimur in mandato iu
diciali: quo casu licèt sit mandatum vniuersale , videtur
solum perpetuari,quò ad illa, in quibus fit perpetuatio,
& non quò ad alia : per ea,quæ habentur in dicto §.offi-
cium.in eadem.gloss.ibi non potest procedere.idem no-
tatur.supra de rescriptis.in capitulo pastoralis.§.j.in glos.
fin.& dicit Inno.hoc esse indubitatum per dictum c.pa-
storalis.§.j.adducit tamen in contrarium.capitulo nouit.
de offic.lega.& non soluit.dic,quòd facit in contrarium,
quia ibi dicitur , quod legatus in pluribus prouincijs
facta vnius prouinciæ potest explicare in alia prouincia
coniuncta sub vna legatione, facit quod dixi supra de
23 connexis.† Item intellige gloss.procedere,quando facta

esset specificè citatio super re expressata in rescripto, licèt
etiam esset adiecta clausula generalis in rescripto, & re-
bus alijs, nam tunc procedit gloss. quia citatio facta super
re expressata in rescripto non prodest, quò ad res conten
24 tas sub clausula generali† si autem citatio fuisset facta ad
videndum expressionem rerum contentarum sub clausu
la, tunc perpetuata esset iurisdictio in omnibus conten-
tis. dicit domi. Anto. sub clausula: quia tunc censetur per-
petuata iurisdictio in omnibus cōtentis sub clausula, ex
eo, quia tunc videtur esse vnica iurisdictio vniuersaliter
commissa. quod tene menti. ¶ Contra tamen istud vlti-
mum dictum fortiter facit, quod habetur in c. fi. §. officiū.
lib. vj. & quod superius dixi. vnde non videtur hoc dictū
procedere per ea, quæ habentur in dicto §. officium. &
pro hoc etiam benè facit, quod habetur in capitulo ne
aliqui. de hæreticis. in vj. per locum a speciali. vbi patet,
quòd si inquisitoris officium committitur, seu delegatur
alicui, licèt videatur sibi facta commissio vniuersalis cau
sarum fauore fidei, est speciale, vt post mortem commit-
tentis duret officium, quò ad non cœpta: vt patet ibi in
textu coniuncta glo. & sic a contrario: aliàs erit secus: qa
nō durabit potestas delegata, quò ad nō cœpta post mor-
tem delegantis, licèt commissa fuerit vniuersitas causa
rum in ead. glos. ibi non procedet. Idem tenuit Innocen.
per c. quoniam. s. eodem. quod facit intelligendo, quod
commissio erat facta sub nomine proprio. & pro gloss. fa-
cit, quia depositus habetur pro mortuo: vt infra dicetur.
25 Et † aduerte: quia dixit Hosti. & videtur fuisse de mente
Innocent. quod si facta fuerat delegatio sub nomine di-
gnitatis ei, qui subdelegauit, quòd tunc si deponatur ipse
delegatus etiā re integra, non expirabit potestas delega-
ti, sed durabit: & erit subdelegatus successoris in dignita-
te. secus si commissio erat sibi facta, sub nomine proprio:
quia tunc si moriatur re integra, benè expirat potestas
subdelegati. & sic intelligatur gloss. & hanc opin. videtur
sequi. domi. Anto. in vna parte. sed Ioan. Cald. hic vide-
tur tenere oppositum, dicens, quod gloss. indistinctè pce
dit. quia illa distinctio, An fiat commissio sub nomine di
gnitatis, an verò nomine pprio expresso, habet locum ex
parte eius, cui fit commissio: vt patet in c. quoniam. s. eo.
sed ex parte committentis non habet locum: quia licèt,
quis committat ratione dignitatis, quam habet, tamen
dignitas non dicitur committere. quia dignitas non lo-
quitur, sed persona. & ideo iura communiter dicunt, qd
si Papa committit causam alicui, morte eius re integra
expirat potestas. s. eodem. in capitulo relatum. & iō quò
ad hoc, an expiret potestas subdelegati, vel nō re integra
non videtur attendendum, an delegatus, qui subdelega-
uit, fuerit delegatus sub nomine dignitatis, an verò sub
nomine proprio. Et per hanc rationem videtur, quod nō
sit differentia, an ordinarius sit, qui deleget, an verò sit
delegatus Principis, qui subdeleget, etiam si fuerit dele-
gatus datus sub nomine dignitatis: quia vtrobique vide-
tur expirare mandatum re integra morte mandantis. li-
cèt domi. Anto. hic videatur facere differentiam inter or-
26 dinariū, & delegatū, sed not. benè per prædicta. ¶ † Quid
autē in trāslato. Gofredus dicit, quod si re integra sit trāſ-
latus ad aliam dignitatem, expirabit iurisdictio delega-
ti. facit. xxj. quæstione secunda. in capitulo si quis transla-
tus. sed domi. Antonius non tenet hoc indistinctè: sed di
cit, quòd ipse translatus fuerat delegatus sub nomine di-
gnitatis, tunc non expirabit iurisdictio subdelegati,
sed erit subdelegatus successoris. idem dicit, si fuit com-
missio facta sub nomine proprio: quia non expirabit. ex
eo, quia ipse trāslatus aliter possit esse delegatus apostoli-
cus secundum ea quæ habentur infra de rescriptis. in c.
statutum. lib. vj. & per consequens durabit potestas sub-
delegati. Sed tu potes dicere, quod licèt fuærit delegatus
sub nomine dignitatis, tamen expirabit potestas subde-
legati, ex quò expirat delegati iurisdictio, per id, quod di-
xi. s. de deposito, in ea. glo. ibi, & non in ciuili. hoc intel-
lige, quò ad id, quòd dicit gloss. de donatione facta per vi
rum vxori secundum distinctionem. l. res quæ. C. de do-
na. inter virum, & vxo. quia glos. procedit in morte ciuili
contingente per deportationem. secus si per damnatio-
nem in metallum, vel per aliam pœnam, per quam effi-
ciatur seruus pœnæ. Et nota ex glo. quod mors ciuilis no
æquiparatur criminali. sed contrarium videtur voluisse
glo. in præcedenti quæstione, dum loquitur de deposito.
nam talis censetur ciuiliter mortuus. vij. q. j. §. ecce cum
honoris. & tamen glo. dixit idem, quod in morte naturali
27 in casu prædicto † potes dicere, quod aut mors ciuilis ha-
bet eundem effectum, quē habet mors naturalis, quò ad
id, quod quæritur, & tunc æquiparatur naturali: vt patet
in deposito, nam per depositionem factam de prælato ex-
tinguitur omnis ipsius potestas respectu dignitatis a qua
deponitur, sicut per mortem naturalem. ideo idem dic,
quod in morte naturali. Aliquando non habet eundem
effectum: tunc secus. & sic loquitur gloss. in hac vltima
quæstione. nam excommunicatio nō extinguit omnino
potestatem in excōmunicato, prout facit mors: sed solū
suspendit exercitium durante excommunicatione. & iō
tunc non est idē, quod in morte naturali. facit, quod no-
tat Cy. in l. deo nobis. C. de Episc. & cle. & Dy. & Bar. in l.
ex ea parte. §. insulam. ff. de verb. oblig. vbi videntur in ef-
fectu tenere dictam conclusionem, quando quæritur, an
mors ciuilis æquiparetur naturali. & de materia etiam p
glo. in c. susceptum. de rescriptis. lib. vj. & in capitulo, pla-
cuit. ij. in glo. fi. xvj. q. j. vbi glo. etiam dicit, & similiter in
d. c. susceptum. qd mors ciuilis nō æquiparat naturali, ni
si in casibus expressis in iure. sed melior vr doctrina. s. da-
ta. de quo etiam per Ioā. And. de conuer. coniuga. in c. cū
28 si. in eadē glos. † in fine ibi dicitur, quod gesta ab officiali
Episcopi, qui est excōmunicatus non habent vigorem, li
cèt ipse officialis non fuerit excommunicatus, sed solum
Episcopus, cuius erat officialis. sed dic secundum Innoc.
q ibi loquitur in officiali, seu vicario, cuius iurisdictio est
eadem, cum illa cuius est vicarius, & idem est cōsistoriū,
seu auditorium. hinc est, quod de vicario non appellatur
ad eum cuius, quis est vicarius. in c. ij. de consuetu. lib. vj.
secus in subdelegato: quia de eius sententia appellatur
ad delegātem. vt patet. j. c. si cōtra vnum. ad finem. & c. si
delegatus, & c. si is cui. j. eod. lib. vj. & in c. si a subdelega-
29 to. j. eo. titu. † & ideo tenet hic Innocen. glossam dicens,
qd si delegatus subdelegauit in totū vices suas, quia ex
toto desijt esse iudex excōmunicatio superueniens in eo,
non nocebit subdelegato. facit, quod habetur. s. eo. super
quæstionem. §. porrò. Si autem subdelegauit non in totū,
tunc videret. secus tamen tenet idem: quia excōmicatio
non extinguit iurisdictionem: & sic subdelegatus habe-
bit iurisdictionem. & licèt suspendat exercitium in dele-
gato, tū non suspendet in subdelegato: quia excōicatio
est vitium personale, quod respicit personam excōmuni
cati, non autem aliam. & ideo non suspendetur exercitiū
in subdelegato. & hæc dicit Innocen. procedere, quando
subdelegauit in totum, vel in partem iurisdictionem si-
bi commissam. secus si nudum articulum facti: quia tunc
non posset expediri per subdelegatum, ex quò superue-
nit excommunicatio in delegato. argumen. capitulo fin.
infra eodem titu. & forte voluit dicere, quod hoc vltimo
casu censeretur potius ipse excōmunicatus, q subdelega
uit: facere, quam ipse subdelegatus: ex quo subdelegatū
30 est merum factum. † Hostien. tamen dixit opi. Innocen.
procedere, quando subdelegauit in totum, secus quando
subdelegauit partem, quia tunc videtur, quòd sicut su-
spenditur iurisdictio ipsius delegati, qui subdelegauit, ita
etiam videtur, quod suspendatur iurisdictio ipsius sub-
delegati. nā debet repelli ille, cuius autor repelleretur. j.
de testi.

de testi.in c.licèt ex quadam,& de hæreticis.in c.fraterni
tatis, & quia etiam videtur eadẽ iurisdictio subdelegati,
& delegantis,hoc vltimum non est omnino verum. quia
tunc a sententia delegati non appellaretur ad delegantẽ,
qđ est falsum,vt patet.s̃.eo.in c.super quæstionum.§.por-
rò.sed contra Hostien.videtur casus in c.si is cui.j.e.tit.li.
vj.vbi videtur,qđ eo casu, quò deberet appellari de sub-
delegato ad delegatum subdelegantem,si ipse subdelega
tus procedat, & appelletur,nõ appellabitur ad delegatũ
subdelegantem,si sit excommunicatus.& sic aperte vide
turibi innui,quod licèt ipse delegatus sit excommunica
tus, tamen subdelegatus possit procedere:licèt si appelle
tur, non debeat tunc appellari ad eum propter excom-
municationem: quamuis aliàs appellaretur, si non esset
excommunicatus.& sic loquitur eo casu,quò subdelega
uit partem,& non totum.nam si subdelegat totum, non
deberet appellari ad eum,si non esset excommunicatus,
31 & sic videtur ibi casus per gloss. & per Innocen. † Et per
prædicta videtur,ꝙ si eo casu subdelegauit in partẽ, excõ
municatio delegati subdelegantis non habet obstare sub
delegato quominus procedat,multominus obstabit,quã
do delegasset in totum, etiam si superuenisset excõmu-
nicatio re integra.¶Ioan.tamẽ Cald. & Goffred.vidẽtur
velle,quando subdelegauit in totum, si superuenit excõ
municatio in delegato re integra, tunc licèt non extin-
guatur iurisdictio subdelegati,tamen suspenditur, sicut,
& iurisdictio delegati,& demum absoluto excõmunica-
to poterit procedi per subdelegatum ex veteri commis-
sione.& sic intelligit Ioan.Cald.opi.Goffre.qui simplici-
ter dixit,qđ excõmunicato delegante nõ expirat iurisdi-
ctio subdelegati,sed suspenditur.& demũ absoluto excõ
municato subdelegatus poterit procedere ex veteri ta-
mẽ cõmissione,& pro hoc allegat.c.quãuis.j.eo.in vj.vbi
32 †autẽ superuenisset excõmunicatio delegato,ꝙ subdelega
uit in totũ,& superuenitet re nõ integra tũc clarũ, ꝙ non
33 impeditẽ iurisdictio subdelegati † sed, vt s̃.tetigi videẽ,
ꝙ etiã,quãdo superueniũt re integra eo casu quò subde-
legauit in totum,nõ suspẽdatur iurisdictio delegati:quia
nõ suspẽditur,quãdo subdelegauit in partẽ:vt patet in di
cto c.si is cui.& sic multo fortius non suspẽdetur, quãdo
subdelegauit in totum, licèt excõmunicatio superuenit
in delegato re integra,& hoc credo verũ:licèt do.Flo.hic
34 videaẽ sequi opi.Io.Cal.† Itẽ aduerte: quia dixit hic Inn.
qđ iurisdictio delegata non expirat ipso iure per mortẽ
delegantis,sed ope exceptionis. sed gl.tenuit cõtrariũ in
c.cũ venissent.j.de testib'. vbi dicit,qđ ipso iure expirat.
& idẽ voluit glo.in l.eius,qui in prouincia.ff.si certũ pe-
ta.vbi decidit,qđ processus factus per delegatũ post mor
tem delegantis re integra,etiã ignorãte delegato est nul-
lus.& hoc tenuit Bart.in l.moræ.ff.de iur.om.iudi.& hæc
videẽ esse communis opi.de qua dixi.s̃.eo.in c.relatum.
35 ¶An † autẽ citatio facta cõtra vnã personam perpetuet
iurisdictionẽ contra aliã.Innocẽ.hic dixit,qđ nõ. sed dic
hoc verũ,nisi essent correi.l.fi.C.de duobus reis. vel nisi
cõnexitas,vel indiuisibilitas negotij,aliud suadeat: ꝑ ea
36 quæ habentur in c.pastoralis.de rescriptis. ¶†Vltimo tã
git hic Io.An.an à domino excõmunicato repellatur ꝓ-
curator,qui prius ante excõmunicationẽ fuit cõstitutus:
& cõcludit post Hosti.ꝙ sic.durãte ipsa excõicatione: ꝑ
ea q̃ habentẽ in c.fi.de ꝓcurator.& in c.post cessionẽ.j.de
proba.nec ob.qđ per litis contestationẽ fit dominus ipse
procurator,qa verum est,ꝙ fit dominus litis, vel instãtię
in c.j.de procurato.li.vj.sed per hoc non fit dominus rei
in iudicium deductę,nisi datus sit procurator in rem suã,
quo casu tunc non repelletur. secũdum Hostien.& Gof-
fred.allegat.secunda quæstio. sexto biduum. versicu.pa-
37 làm.† quod vltimum intellige verum, in quantum dixi
de procuratore in rem suam, si intentaret vtilẽ nomine
proprio:secus si intẽtaret directam actionẽ nomine ce-
dentis,licèt ad vtilitatem propriam.de quo per glos.in c.
j.de iure patro.lib.vj.& per Dyn.in regula, si quis in ius.
de reg.iu.in vj.& per Dyn.& Bart.in l. apud celsum.§.de
auctoris.& §.si cum legitima.ff.de doli.excep.vbi secun-
dum do.Ant.hic,Bar.videtur tenere,quod dixi.s̃. non di
stincto,an quis sit procurator in rẽ suam ex causa lucrati
ua,vel onerosa.quia excommunicatio est merę persona-
lis:& solum respicit personam,& non actionem.& sic est
vitium merè personale.secus si esset vitium concernens
actionem: quia tunc habet locum dicta distinctio dicti §.
de auctoris.& dicti.§.si cum legitima.& hanc opin.tenet
Io.An.in dicto.c.j.de iure patro.super gl.licèt Dyn.in di-
cta regula,si qs in ius.distinguat,an cessio fuerit facta ex
causa lucratiua, vel onerosa.& opi.Dy.etiam videtur te-
nere Bart.in dicto §.si cum legitima.licèt do.Anto.hic,vt
supra dixi,dicat Bart.tenere,quod in exceptione excom-
municationis non distinguatur causa lucratiua ab onero
sa.¶Et nota quod gl.in dicto §.si cum legitima. videẽ di-
stinguere,an committatur dolus in præambulo quæren-
dæ actionis,vt tũc distinguatur,an cessio fiat ex causa lu-
cratiua,an verò ex causa onerosa,an verò immediatè cõ-
mittatur in quærenda actione: & tunc obstabit cessiona-
38 rio,etiam si facta fuerit ex causa onerosa. † posset etiam
quæri de quæstione,de qua tangit Fede.consilio cciij.vbi
tangit,quod si Papa commisit alicui officium,quod ꝑ se
vel alium exercet,donec aliter duxerit ordinandum. qui
deputabit substitutum cum clausula donec etiam duxe-
rit negotium reuocãdum, qui substitutus incępit vti of-
ficio:deinde moritur substituẽs.an expiret officium sub-
stituti,& licèt do.Ant.hic dicat considerandum, an sub-
stituens habuerit iurisdictionem ordinariam,vt tunc ex-
piret officium substituti.per c.Romana.de offi.ordi.li. vj.
secus si delegaram:per hunc text.melius vr̃ dicẽdũ, ꝙ at-
tendi dẽat,an substitutus fuerit vicarius, an verò subde-
legatus:per ea quæ tetigi supra super gl. Et ad materiã fa
cit,quod notat Io.Andre.in c.si gratiosè.de rescriptis lib.
vj.in nouella,& in spe.ti.primo.§. restat in secunda colũ.
vbi de materia.glo.huius capitul. ¶ Et nota,quod posset
hic tractari,An,& quando expiret mandatum per mortẽ
mãdantis: quo casu possent cõsiderari tres casus: primus
in mandato,per quod committitur iurisdictio, & de isto
propriè loquitur hic.secundus in mandato procuratoris
constituti ad iudicia.de quo in l.si defunctus.ff. de procu
rato. Tertius est in mãdato procuratoris dati ad negotia
& de hoc per Cyn.in l.mandatum.C. mandati.& per Bar
tolum in l.ij.§.sed & si quis,ff. de dona. Ioannes de Imo-
la iuris vtriusque doctor famosissimus.

S V M M A M R I V M.

1 *Delegatus Principis sententia sua executionem ordinario committi potest.*
2 *Ordinarius sententiam delegati non tenetur exequi, nisi de illius iurisdictio ne sibi facta fides fuerit.*
3 *Delegatus nemo præsumitur, nisi probetur.*
4 *Executor merus exceptionem defectus potestatis committentis admittere potest.*
5 *Iudex non præcipit, nisi ea authoritate, qua fungitur.*
6 *Facta quare non præsumantur.*
7 *Delegationem allegans, eandem probare debet.*
8 *Delegatum aliquem non esse, qualiter probetur.*
9 *Præsumptio quando habetur pro factis a iudice.*
10 *Ordinarius qualiter quis esse probetur.*
11 *Sententia, an probetur per chartam publicam.*
12 *Instrumentum procuratorium qualiter probetur.*
13 *Sententiam nullam esse dicens, quando sit audiendus.*
14 *Delegatio qualiter probetur, si de eadem dubitetur.*
15 *Delegatio, seu mandatum delegationis, an possit testibus probari. & nume ro. 18.*
16 *Mandatum, an & quando per testes probari possit.*
17 *Delegatio, & subdelegatio sigillis delegantium, & subdelegantium probari debent.*

19 *Legatio per Principem commiſſa, literis eiuſdem eſt probanda.*
20 *Legato, quando credatur de ſua legatione, abſque literis.*
21 *Mandatum delegationis a Papa factum, quando per literas probari debeat.*
22 *Procurator alterius, quando quis eſſe præſumatur.*
23 *Inſtrumentum non ideo redditur falſum, ſi in eo reperiatur aliqua falſitas in confinibus narratis.*
24 *Sententia lata domino abſente, & ignorante, non præiudicat eidem.*
25 *Mandati procuratorij defectus, quando poſsit allegari.*
26 *Iudex ad priuatam vtilitatem officium ſuum non petitum interponere non debet.*
27 *Procuratori, an poſsit obijci defectus mandati poſt litis conteſtationem.*
28 *Dominus litis, geſta per falſum procuratorem ante latam ſententiam ratificare poteſt, etiam inuito aduerſario.*
29 *Acta ſubſtantialia iudicij, an præſumantur preceſsiſſe ſententiam.*
30 *Notarij verba enuntiatiua dicentis, viſa libelli oblatione, &c. non probant eadem præceſsiſſe.*
31 *Sententia ſi conſtet, quod in rem tranſierit iudicatam, pro eadem erit præſumptio.*
32 *Sententia lata, an præſumatur eſſe iuſta.*
33 *Executio ſententiæ, an impediri poſsit per exceptionem nullitatis.*
34 *Exceptio nullitatis, quæ a iure, vel ſtatuto excludi dicatur.*
35 *Sententiæ nullitatem incontinenti probare volens non ſemper auditur.*
36 *Executor, an teneatur exequi ſententiam, quam ſcit iniuſtam.*
37 *Executor ſententiæ cognoſcens eam nullam, quando poſsit de nullitate cognoſcere, & quando non.*
38 *Delegatum ſe aſſerenti in leuibus credi debet.*
39 *Delegato mandanti alicui, vt aliquem citet, obediri debet, licèt non ſit facta fides de mandato.*
40 *Iudicem ſe aſſerenti, an ſit in dubio credendum.*
41 *Dominus litis etiam, poſt ſententiam latam, poteſt ratificare geſta per falſum procuratorem in præiudicium aduerſarij.*
42 *Minor ſententiam pro ſe latam ratificare poteſt procuratore falſo gerente.*

CVm in iure. Non creditur quis delegatus, niſi delegationẽ
probet. hoc dicit communis diuiſio. ſecũda
1 ibi: ſuper quo. † Nota, quod delegatus Princi
pis poteſt committere executionẽ ſententiæ
per eum latę ordinario, & ſibi præcipere, vt illam exequa
tur. Nec mirum, nam quò ad dictã cauſam ſibi cõmiſſam
2 cẽſetur eſſe maior ipſo ordinario. ſ. e. ſanè. lo ij. † Nota ta
men, quod ordinarius non tenetur exequi, niſi de iuriſdi
ctione delegati fiat fides. Et ex hoc ẽt nota, ꝙ non pręſu
mitur, quem eſſe delegatum, niſi probetur facit, quod ha
betur in l. vna. C. de manda. princip. & in c. nobiliſſimus.
3 xcvij. di. Et ex prædictis etiam nota † quod merus execu
tor poteſt admittere exceptionem defectus poteſtatis cõ
4 mittentis. De materia aliquid tetigit hic † Innoc. & ple
nè ꝑ gl. ſ. e. paſtoralis. §. quia verò. & ibi plenè dictũ fuit.
¶ Item ex prædictis poteſt notari, quod licèt propter du
bium de mandato partes arctentur ad comparẽdum co
ram citante. ſ. de reſcriptis. ſuper literis. cum ibi notatis.
quod intellige, quando tranſmiſſa eſt copia reſcripti, vel
ſaltem in literis aſſeruit ſe delegatum. nam aliàs non te
netur citatus comparere per id, quod dixi. ſ. eod. pruden
tiam. & quod ibi notatur per Innocen. & quod notatur ꝑ
eundem. infra de dilatio. c. pręterea. tamen quò ad hoc, vt
extranei arctentur ad parendum, expedit fieri fidem de
5 mandato, vt hic probatur. † Nota practicam pręcepti per
iudicem fiendi, quia præcipit authoritate qua fungitur.
Hodie tamen, vt dicit Ioannes Andreas vtuntur plurali,
& non ſingulari. facit, quod habetur in capitulo cum ab
vno. de re iudi. in vj. Et dicit hic domi. Floren. quod vbi
quis exercet poteſtatem ſuo iure, tunc dicit illa verba, au
toritate qua fungor, ſeu fungimur, Sed vbi ex iure alie
no exercẽt, tũc dicũt, autoritate nobis ĩ hac parte ꝯceſſa.
imo verius apoſtolica, ſi a Papa fuerit facta conceſſio, vel
6 alterius, ſi ab alio fuerit cõceſſa. † Nota, q́d facta nõ præ
ſumunẽ. Et ad hoc poteſt allegari hoc. c. ſecundum. d. Flo.
Et ad idem benè facit. l. quæcũq;. §. fin. ff. de publica. Nã
hic non præſumitur hoc factum, q́d quis ſit delegatus, ni
ſi probetur. In gl. prima, ibi. licèt exhibeatur ſentẽtia. No
ta benè, q́d licèt litera loquatur, & ponat exẽplũ, cũ dele
gatus mandat aliquẽ denũtiari excõmunicatũ, quem di
cit ſe excõmunicaſſe, tamen gl. videtur literam extendere
etiam ad aliàs ſentẽtias. Et benè dixit glo. quia quod hic
dicitur de denuntiatione excõmunicati, ponitur gratia
exempli. Et ideo idem dicendum in alia ſententia: quia
exempla, non reſtringunt regulam. Allegat do. Florent.
duas gl. quas dicit ſingulares. vna eſt in l. j. §. quod vulgo.
ff. de vi, & vi arma. Alia eſt in c. j. in gl. j. j. ne cleri. vel mo.
Sed certe de hoc eſt text. expreſſus in l. dãni infecti. §. ſti
pulatio ꝑtinet. ad fi. ff. de dã. inſe. & iõ non fuit neceſſe re
currere ad gloſſas. In ea. gl. ibi. ij. quæſtione. vj. hoc etiam
nota benè ex gloſſ. quòd licèt appareat de ſententia, non
tamen præſumitur pro fundamento poteſtatis ſenten
tiantis, quando dicitur illum fuiſſe delegatum, ſecus ſi di
eatur eum fuiſſe ordinarium. Innocen. hic tetigit de ma
teria, & infra de eo qui furti ordi. rece. c. innotuit. & ibi li
mitat primum dictum procedere, quando ſententia nõ
dum tranſiuit in rem iudicatam, vt quia eſt appellatum,
& appellatio pendet. vel ſi tranſiuit, obijcitur de funda
mento poteſtatis ſententiantis per eum, qui fuit abſens.
7 Nam tunc procedit, quod dixit gl. † quia allegans funda
mentum poteſtatis ſententiantis, & ſi delegationem, de
bet probare. Si autem ille, qui allegat fundamentũ pote
ſtatis iudicis, fuit in iudicio. nam tunc ex quò nil dixit añ
litis conteſtationem, licèt dicat poſt litis conteſtationẽ,
vel etiam poſt ſententiam, præſumptio eſt contra eum:
quia huiuſmodi exceptiones debent in initio opponi. ĩ.
de re iudi. in c. inter monaſterium. & C. de excep. l. fin. &
facit. l. Pomponius. §. rati. ff. de procurato. & q́d notat In
nocẽ. in c. quoniam contra. ĩ. de proba. & in c. j. de elec. li.
vj. & quod ibi etiam notatur per gl. in verbo, abſentia. iõ
non audietur, niſi probet ipſum defectum. Nam licèt vi
deatur aſſerere negatiuã, tamen propter præſumptionẽ
transfunditur onus probandi in eum per id, quod habe
tur in c. vt noſtrum. infra vt eccleſiaſtica benefi. & l. ſiue
poſſidetis. C. de probationibus. & facit etiam, quod notat
8 Barto. in l. nulla. & l. hoc iure. ff. de verbo. obliga. † Poterit
ante probare hanc negatiuam, vel per confeſſionem ad
uerſarij. in c. j. de confeſ. lib. vj. vel probando reuocationẽ
mandati. ſ. de reſcriptis. in c. cæterum. vel probãdo, quod
delegans non fuit illa die in loco, in quò dicitur facta de
legatio: & ſic indirectè probabit falſitatem. de teſti. in c.
ex tenore. & in l. optimam. C. de contrahen. & commit.
ten. ſtipula. & quia iſta exceptio reddit iudiciũ retro nul
lum, poterit opponi etiam poſt ſentẽtiam, licèt nõ fuerit
appellatum, per id, quod habetur in c. in noſtra. de procu
ratoribus, & in l. licèt. C. de iudi. Et quod dixi. ſ. de abſen
te, dicit Innoc. in loco præallegato, verum eſſe etiã ſi ab
ſens fuerit contumaciter abſens. Refert tamen, quod alij
contra, & forte benè, ſecundum eum. Et hanc ſecundam
opi. tenet hic do. Florenti. dicens, ꝙ ſi ſententia tranſiuit
in rem iudicatã, & fuit lata contra abſentem contuma
cem, præſumetẽ pro fundamento poteſtatis ſentẽtiantis.
Et concludit, quod ſi pars fuit præſens, vel cõtumaciter
abſens, licèt audiatur de nullitate, tamen ipſi opponenti
incumbit probatio. quod dicit eſſe notandũ. Et dicit ſe in
hoc vidiſſe magnam controuerſiam. Tamẽ dicit probari
prædicta ex ijs, quæ dicit Inno. & Cõpo. in c. innotuit. Fa
cit, licèt non alleget, quod notat Innocen. & Compo. in
c. bonæ. lo j. ſ. de elec. vbi firmant, ꝙ ſi ſententia lata ſit
contra abſentem, ſi fuerit contumax, præſumetur pro
ſententia. Et tangit etiam Innocen. in dicto capitulo in
9 notuit. An, & † quando præſumatur pro factis a iudice.
ſed quò ad propoſitum dicit domi. Florenti. dicendum,
quòd ſi dubitatur de actis, an videlicet facta ſint, vel nõ,
de ipſis

de ipsis debet doceri.j.de proba.in c. quoniam contra. Si autem constat,quod acta sint facta,præsumitur pro iudice,quòd ritè sint facta. De quo remittit ad notata in d.c. quoniam ꝯ j.de proba. Sed de hoc inferius latius dicam. Et hoc in delegato,seu in sententia delegati.¶ Secundũ verò dictum, scilicet ꝙ præsumatur pro sententia ordinarij,limita ꝓcedere,quando ille fuit habitus,& tentus pro ordinario. Nam tunc illud solum sufficit,licèt aliter non probetur de commissione, per id quod habetur in l. Barbarius.de offic.præto.& in c.nihil est.de ele.

10 † aduerte tñ, quod quia hoc est notorium in loco, in quo est sic habitus,& tentus pro ordinario, nõ est necessaria probatio in loco illo,sed sufficiet allegare, quod sic habitus, & tẽtus fuit.ex quo illud est notorium, per illud qđ habet in ele. appellanti. cum ibi notatis per gl.de appel. Sed si in alio loco,præcipuè valde remoto de hoc disputaretur: tũc qa illud non est notorium,debebit probari,quod sic fuit habitus,& tentus, quod notat Ioan. An.in d.c.nihil est.de elec.Et ſm prædicta intelligo dictum do. Flo.hic, licèt non sic clare fuerit locutus.In ead.glo.ibi:videtur,quod sufficiat. Hoc intellige, quando publicatio est facta legitimè: puta parte aduersa præsente,vel absente,sed legitimè citata: aliàs secus. per id,quod habetur in c.penul. de fi.instru. & quod notatur etiam j.de testi.in c. Albericus. Et sic etiam intelligit Io. An.in addi.Specu.in rit.de recusa.§.j.super ver. sed obijcitur.Et facit,quod notat j.de priuileg.cũ olim j.& xcvij. distin.in c.nobilissimus.Et pro hoc facit,quia vt dicit Io. And. in loco præallegato.si sufficeret,ꝙ autoritate iudicis instrumentum aliquod registraretur in actis parte, & nõ citata, posset magnum præiudicium generari: qa aliqua vitia possent esse in originali,quæ non apparerent in registro:Facit quod habetur in c.cum olim lo j. de priuile. In

11 eadem gl.ibi:in publicam chartam.† Aduerte,quia si gl. solum intendit,ꝙ si scribatur sentẽtia in charta publica, quod illa charta probet sententiam , ex quo est reducta in publicam chartam, hoc est per manũ publicæ personæ, & sic tabellionis.hoc est clarum.Si verò voluit sentire,ꝙ si sentẽtia sit scripta in publica charta,seu in publica forma,quod tunc probet etiam commissionem iudicis , saltem quando in illa charta fit mentio,prout videtur contradicere ei,quod s.dixit.Sed dic,vt j.dicet.Et adde , ꝙ c. significauit.allegatum in gl.non probat dictum gl. vt ibi patet in authen.vt fratrum filij.§.j.quia non loquitur, qñ simpliciter in vno instrumento fit mentio de alio, sed qñ fuit publicatum iudicis autoritate,vt notatur per glos. in authen.si quis in aliquo.C.de ædendo.In ead.gl.ibi c.cũ inter.Ioan.And.dicit,quod glo. allegat hoc capitulũ pro contrario:quia ibi sententia Cardinalis,de qua fuit facta mentio,in sententia Episcopi, non ponderatur. Sed potes dicere, quòd ibi de illa non apparebat per scripturam publicam,nec fuit publicata in actis.vel illa est allegatio partis.vel forte ſm Io. An.voluit dicere gl.quod illud capitu.facit contra:quia priuilegia,& confirmationes faciẽtes mentionem de donatione ibi, non iuuarunt partem. Sed certè hoc nõ procedit:quia ibi apparet,quod instrumentum publicum fuit de donatione productum , & sic de ipsius insinuatione non erat querendum. Preterea ibi donatio fuit de iure inualida, vt ibi notatur. & ideo non valuit.In ea.gl.ibi §.non potest.Supple versi. quod si præses.& quod ibi notatur in glo.quæ incipit:argumentum, & quod dicit gl.bic sufficere subscriptionem testium:dic etiam si scripta sit sententia in charta non publica.Facit, quod habetur in c.qm contra j.de probationibus.& in l. scripturas.C.qui po.in pig.hab.In ead.gl.ibi:sufficiat solus tabellio. dic etiã sine testium inscriptione. de quò in dicto c.quoniam contra.in gl.iij.& hocquod dixit gl. qñ scriptura habet subscriptionem testium , vel quando solus tabellio scripsit,videtur ꝓcedere quò ad hoc, vt probetur sententiam esse latam.Sed,an tunc probetur commissio,vel delegatio iudicis,glo.non bene declarat. Et si sensit,quòd sic,contrarium sentit.s.in ver.caueat.de quo infra dicetur.& tetigi etiam superius.In ead.gl.ibi,vt nulla sit dubitatio.bene dicit glo.quia, vt ex prædictis patet, dubitatio est,an sufficiat constare de sentẽtia, si alteri nõ constet de commissione.In ea.gl.ibi:in ipsa sententia inserunt.hoc videtur esse verum, quando partibus præsentibus,& non contradicentibus,ista sunt inserta. Nam ẽt tunc si solum esset facta mentio de delegatione , vel etiã nulla fuisset facta præsumptio esset pro illa,vt superius dixi. Secus videẽ si ista insertio fieret altera parte absente , quia tunc non præiudicaret sibi: vnde expediret produci originale,vel appareret, quòd legitimè facta esset publicatio.¶ Do.Floren.hic dicit,quod Inn.multa, & varia dixit,quomodo,& qualiter stetur actis ad faciendam fidem de instrumẽtis productis in iudicio,vel de alijs gestis. Et quò ad id,quod dicitur de instrumento: dicit hic Inno.ꝙ licèt in iudicio producatur instrumẽtum procurationis , vel aliud simile,puta syndicatus quamuis obligatio sit de actis,non tamen secundum eum tenor instrumẽti est de actis:& ideo nisi aliter sit publicatum, ideo probabit procuratio,sed oportebit ostendi originale. quod est singulariter notandũ,& sæpe allegatur hoc dictum. De quo etiã per Bald. in l.fi. in quarta principali quæstione. ad finem. C.de edic.diui. Adri. Et est sensus secundum do.Florẽ.ꝙ

12 † si talis tabellio in actis scripsit,quomodo talis produxit instrumentum procuratorium qualiter erat procurator Titij,quod istrumẽtum est signatum per A. vel per aliud signum,vel eius Principiũ sic incipit.& ponit aliqua verba de Principio instrumẽti,& similiter aliqua de fine:nõ sufficiet ad probandum de procuratorio producere acta, sed oportebit producere procuratoriũ. Sed si totus tenor est registratus in actis,tunc sufficiet, ſm eum, producere acta. Et assignat rationem diuersitatis,quia primo casu sola oblatio,seu productio est de actis:sed in secũdo casu ẽt ipse tenor est de actis. Facit,quod notatur in Specu.de rescripti præsenta.§.j.ver. sed obijcitur. Hoc tamen dictum domi. Floren. videtur intelligendum,quando totus tenor fuit registratus in actis parte præsente, & non contradicẽte.per id quod notat Ioan. Andr.super dicto ver. sed obijcitur.Et dicit etiam ipse domi. Floren.ꝙ quia Inno. sparsim,seu in diuersis locis sparso modo loquitur, potest con-

13 cludi,quod ad id,quod tangitur in glo. † quod si sententia transiuit in rem iudicatam,si pars opponit de nullitate,vt quia negat acta substantialia præcessisse, audietur.at gu.e.in nostra.de procura.Sed si quæritur, cui incumbat probatio,dicit distinguendum,An pars fuerit præsens in sententia,an non,vt s.dixi. Si autem non trãsiuit in rem iudicatam,non stabitur sententiæ, nisi constet de actis ꝑ ipsa acta.infra de proba. in c. quoniam contra. Siue antẽ transiuit in rem iudicatam,siue nõ,si quæritur,an instrumenta producta in actis faciant fidem in illis instrumentis non productis originalibus,concludit quod nõ, si nõ fuerunt registrata in actis:quia tunc sola productio est de actis,vt prædixi. Secus si fuerunt registrata:quia tunc censentur esse de actis : nec oportet originalia ꝓduci si registratio est legitimè facta,quæ & qualiter debeat fieri , remittit ad notata in dicto c.quoniam contra. sed certè do. Flor.non videtur perfectè dixisse, nec plenariè declarasse hanc materiã. Vnde dic, vt dicetur post glossam.¶ In ea; gloss.in fine. Pro gloss.etiam bene facit,quod habetur in c.ex diligenti.infra de simo. & de senten. excommu.in c. cum desideres. Et aduerte pro declaratione gl. & eorum, ꝙ sunt tacta,quod tria sunt Principalia dubia in hac materia.primum est,an si appareat de sententia per scripturã publicam,præsumatur pro fundamento potestatis sentẽtiantis.¶ Secundum est,an præsumatur pro legitimatione personarũ ꝗ dicuntur in iudicio fuisse:& sic an præsumatur

matur,an quis fuerit procurator,vel sindicus, prout sententia sonare videtur. De quo glos.aliquid tetigit, & aliquid j.dicam. Tertium est, an præsumatur pro actis substantialibus,q̃ præcesserint sententiam,& sic,q̃ præcesserint sententiam,& sic,q̃ præcesserint libelli oblatio,& litis contestatio,& similia. Circa primum nõ insisto,quia
14 illud expediui.s̃.cum glo.& super ea.† Circa illud tamen potest dubitari eo casu, quo non præsumitur pro fundamento potestatis sentẽtiantis,& sic nõ præsumitur,quod fuerit delegatus,qualiter probabitur,tunc delegatio.Cõclude,q̃ si producatur originale, non est dubium,q̃ probabitur tunc ipsa delegatio.facit quod legitur, & nota.j. de proba.post cessionem.& in c.nobilissimus.xcvij.di.poterit etiam probari per exemplum, si fuit registratum in actis parte præsente, vel legitimè citata per ea, quæ dixi superius,& quæ etiam hic notauit gl.¶ Si verò non producatur originale , nec exemplũ publicatum apud acta, sed aliàs producitur simpliciter exemplum ipsius rescripti originalis:tunc dic,q̃ si quæritur,an standum sit exẽplo,quo ad hoc,vt arctentur partes ad comparendum.Et dic,q̃ sic. Nam quo ad hoc sufficit in citatorio transmitti exemplum,& sic copiam delegationis, vt voluit Hostiẽ. io Summa eo.ti.quod sit eius officium.circa principium. Et facit etiam,quod legitur,& nota.in c.præterea . de dila.Et pro hoc etiam,quia vt sentit. Hosti.in loco præallegato,quo ad istum finem videtur stãdum verbo,seu asser tioni delegati.Facit ff.de iudi.in l.si quis ex aliena . & qđ habetur in c.super literis.de rescriptis. & quod dictũ fuit in c.prudentiam.in principio.& in c.cum causa.s̃.eod.Si autem quæritur,quo ad finem, vt alteri vlterius necessitentur ad obediendum,vel quo ad tertium,tũc exigitur, quod fiat fides de rescripto , vt hic patet,& ideo non creditur exemplo:vt in c.j.& ij.de fide instrum.¶ Sed iuxta
15 hoc potest dubitari† an poterit probari per testes ipsa delegatio,seu mandatum delegationis.In hoc fuerunt opi. nam Petr.de Bel.perti. in l.nec quicquam.§.vbi decretũ. ff.de offi.procon.tenuit,q̃ non possit probari per testes ꝑ l.j.C.de man.princi.& per dictum.§.vbi decretum.Et idẽ videtur voluisse Archid.in d.c.nobilissimus.Sed Guil.de Cu.in d.§.vbi decretum.vt hic refert dom.Anto. dixit,q̃ aut mãdatum fit in præsentia ipsius delegati,aut ipso delegato existente in loco,in quo fit mandatum,& tunc dicit,q̃ potest probari per testes:quia secundum eum de illo tunc cõmuniter non fit scriptura.Et idem voluit Goff. in Summa huius ti.in §.Item credi debet.vbi dicit,q̃ officium auditorum curiæ potest probari per testes : quia communiter auditores dantur,qui sunt præsentes in curia.Et idem tenui Archi.in d.c.nobilissimus. facit quod habetur in Auth. vt litigantes iurent.§.qa verò.coll.viij. ¶ Si autem fiat in absentia tunc concludit , q̃ si est mandatum simplicis cognitionis,potest probari per testes, ꝑ ea quæ habentur in d.§.quia verò.& in auth.in medio litis.§.j.& hoc dicimus.& §.eam.colla.vj. Idem dicit,si nõ est mandatum cognitionis fiendæ , sed alterius actionis, seu actus, si illud consonet officio,de quo constat, per id quod habetur in Authentica de litigio.§.omnem.& §.si vero initium.collat.viij.& in §.si verò.in Authentica. de quæstore.Secus si non consonaret officio: quia tunc non posset probari per testes , per dictam.l.j.C.de mand.prin. & in Authentica de collatoribus.§.eos. collatio.ix.Et sic transit domious Antonius. ¶ Tu adde quod glo.in capitulo primo.ad finem.de cẽsi.libro sexto, vbi ponit casus, in quibus requiritur probatio per scripturam , ponit expresse causam,quando agitur de probanda delegatione, & sic videtur velle,quod nõ possit probari per testes. Idẽ videtur voluisse Specu. io titulo de iostrumen.ædi.§.videndum.tertia columna, vbi etiam ponit casus multos , in quibus requiritur scriptura, & sic probatio per scripturam:& inter cæteros ponit istum. Pro hoc etiam,q̃a delegationes,vel subdelegatiooes videtur, q̃ debent probari per sigilla,seu literas sigillatas sigillo delegãtis,vel subdelegati,vt dixit Innocentius,in capitulo primo. quoniam contra.infra de proba.circa medium.& idem Archi.in c. pen.de offi.dele.lib.vj.Innocen. etiam tetigit de hac materia in c.cum olim.j.de priuileg.& ibi concludit, q̃ legatio non potest probari per testes , etiam si probetur, literas legationis amissas esse.Et idem videtur velle gl.quod intelligitur primo,nisi esset persona nota,& honesta illa, quæ assereretur se legatum:quia tunc videtur,q̃ possit ꝓbari per testes:& aliquãdo etiam stabitur suæ assertioni, dicto c.nobilissimus.Sed in delegato dicit primo, q̃ potetit delegatio probari per testes , per id , quod habetur in Auth.de liti.§.omnem.& §.si vero initium. Demum sina liter dicit,q̃ videtur,q̃ uon possit probari per testes,sed ꝑ literas,per hoc c.& per ea, quæ habentur in c.sancimus. xxv.q.ij.Et in hac opi.residet ibi.ista quæstio est satis dubia:& de ipsa tetigit Spec.in tit.j.§.excip.in ver.item excipitur.& in ti.ij.§.superest.versi.quid si delegati.cũ duobus sequentibus.& in tit.de proba.§.videdum.circa principiũ.& ibi refert opi. Nam refert opi. Vberti de Bobio, & demum opi.Ioan.& Ber.tertio opi.Tancre.& Vincen.
18 Potes cõcludere , q̃ † aut quærimus de delegato ab inferiore a Principe , vel Papa : & tunc videtur,q̃ possit talis delegatio probari per testes , cum non repetatur in iure cautum contrarium:& regulariter æquiparetur probatio testium,& instrumentorum.C.de fide instru.l.in exercendis.Et hoc etiam tenuit Vbet.vt refert Spec.in loco præallegato.Aut loquimur in delegato Principis, vel Papæ: & hoc casu potes dicere,q̃ si quæritur de delegato Papæ, vt̃, q̃ debeat ꝓbari delegatio per literas apostolicas , per hunc tex. Et hoc etiam tenuit Albertus Galeotus in sua Margarita,refert Io.And.in addi.Spe.in ti.§.excipi.super vet.item excipitur.& Spec.in tit. de sententia in §.fi.ver. si autem. Aut quærimus in delegato Principis,& tunc videretur idem dicendum, per l.vnam.C.de manda.princ. sed in contrarium faciunt iura.s̃.allegata , q̃ præcipuè.§. omnem.& §.si vero initium . & dicto §.quia vero. & etiã tex.in d.Auth.vt in medio liti.præalle.propter quod Ioã. antiquus glossator in d.§.superest.in ver.sed nunquid.vi
19 detur tenere † q̃ si per Principem committatur legatio, tunc debeat probari per literas : & sic loquitur.l.vna.C. de manda.princ. Secus si detur delegatus per Principem in aliqua causa : quia tunc poterit probari per testes, per iura superius allegata. Et idem videtur tenuisse Albe.Galeotus,vt refert Io.in loco præallegato, qui etiam respondet aliter ad dictam l.vnam.C.de manda.princi. quia secundum eum,loquitur quando per Principem committitur aliqua administratio.secus quando aliqua causa delegatur,per iura.s̃.allegata. Et pro eo quod dixi,q̃ requiratur scriptura,quando committitur administratio, facit quod habet in §.eos.in Auth.de collato.colla.ix.Et hæc opin.satis de iure videtur procedere , seu sustineri posse. Spec.tamen in d.§.videndum. videtur velle,q̃ in delegato Principis, vel Papæ nõ possit fieri per testes probatio, saluo nisi literæ semel fuissent præsentatæ,& postea a casu essent cõmissę. Et forte hoc seruaretur in practica propter autoritatem gl.in c.j.de censibus.lib.vj.Et per prędicta patere potest quid dicendum in legato. do.Ant.hic
20 dicebat † q̃ solo verbo legati creditur de sua legatione,si sit persona no.& honesta,quatenus non tãgitur aliorum præiudiciũ . facit quod habetur in dicto c.nobilissimus. xcvij.distin. aliàs non credetur, nisi probetur per literas legationis:quia aliorum honores alijs præiudicium afferre nõ debent.C.de sta.& imagi.l.& virtutum. Et facit qđ not.in c.sicut nobis.de seot.excom.& quod no.Archi.in d.c.nobilissimus.¶ Illud etiam est certum,quod verbo legati non creditur de ijs , quæ regulariter non includũtur in officio legationis:vt si dicat se habere aliquam specificam

eam potestatem super aliquibus reseruatis Papæ.de qui-
bus in c.quod translationem infra tit.j.Et no. quod Ioan.
And.in c.j.de offi.lega.lib.vj.in nouella.& Spe.in d.§.su-
perest.in ver.quid si delegati.cum ver.seq.Et sic ex prædi
ctis videtur,quod quo ad ea,quæ possunt tenere ad prẹiu
dicium alterius expedienda,videtur quod debeat proba-
ri legario per literas,nec videtur posse probari per testes,
vt voluit glo.in d.c.j.de censibus.lib.vj.& etiam Spec. in
dicto §.videndum.¶ Et quid si casu dicantur literæ lega-
tionis amissæ:dixi superius,& tangit gloss.& Innoc. in c.
cum olim.§.& Specu.in dicto. §. videndum. vbi videtur
sentire idem dicendum,quod dixi supra de literis delega
tionis.Et per hoc habes plenè,an mandatum legati , vel
delegati possit probari per testes,& plenius quàm tangãt
doct.Et adde supradictis inquantum dixi idem dicendũ,
quando literæ legationis dicuntur amissæ , quod dictum
fuit in literis delegationis . nam hoc etiam tenuit Vber.
& Io.vt notauit Spec.in tit.ij.§.superest.ver. sed quid si le
gationis literæ.licèt glo.in c.cum olim.lo j. infra de priui
legijs.& Inn.ibi,& refert Spe.in d.versi. literæ.aliter dixe
rint,vt etiam s.recitaui. sed non video bonam rationem
diuersitatis,cum etiam delegatus repræsentet personam
Papę,quo ad dictam causam sibi commissam,sicut,& le-
gatus Papæ quo ad officium legationis sibi, commissum.
21 ¶ †Item etiam adde,quia quatenus dixi mandatum dele
gationis factum a Papa debere probari per literas , videt
tur procedere,quando mandatum fit in absentia delega-
ti:secus quando fit in præsentia,vt contingit in mandato
delegationis,quod fit ab auditoribus in curia: quia tunc
videtur,quod possit probari per testes: per id quod dixi s.
post Gofre.& Hostien. Et hoc etiam tenet Specu. in titu.
de proba.§.videndum.versic.quid de auditoribus.Et hæc
sufficiant de primo dubio.¶ Circa secundum conclude ,
quod licèt in sentẽtia asseratur quem procuratorem , vel
syndicum,ex hoc non præsumitur procurator,vel syndi-
cus ad præiudicium domini absentis hoc negantis.Et iõ
si dominus postea compareat , & dicat sententiam nullã
ad sui præiudicium,ex eo, quia ille non fuit procurator ,
vel syndicus,sententia non faciat fidem de ipsa procura-
tione,vel syndicatu,si fuit lata absente ipso domino,arg.
l.j.& ij.C.q bus res iudi.non nocer.& ideo oportebit pro
bari mandatum per instrumentum publicum,vel per te-
stes:nec sufficiet exemplum procurationis , etiam si fuit
in actis registratum,si domino absente non citato fuerit
illud factum: quia tunc non præiudicat domino , vt dixi
super gloss.Et quod supra dixi,etiam videtur tenere Spe.
in ti.de probatio.§.videndum. restat versi.sed ponè. & in
22 titu.de procuratore.§.rationem quoque.ver.illud.¶ † Et
prædicta intellige , quando aliquis tanquam procurator
egit nomine absentis,& ignorantis.Si autem apparet, q
nomine absentis egisset illo sciente,& non contradicen-
te,tunc isto casu præsumeretur, quod ille fuerit procura-
tor,nisi contrarium probetur,vt voluit hic Inno.¶ Et ad-
uertendum secundum do.Ant.quod Inno.hic non dicit,
secundum eum,q si aliquis agat nomine alterius eo sciẽ
te,& tacente,seu non contradicente,quod tunc videatur
ille,cuius nomine est actum,habere tacitè rata gesta per
talem,tanquam procuratorẽ.licèt hoc dixerit in c.ex par
te decani.de rescriptis.sed contrarium ipsemet Innocen.
tenuit in c.pe.de re iudi.& illud videtur verius , secundũ
do.Anto.de quo dixi in d.c.ex parte decani.& in d.c. pe-
nul.& tangam etiam infra c. proximo.sed dicit Innocen.
secundum eum hic,quod tunc præsumitur procurator il
lius,cuius nomine egit,ex quo ille sciuit, & non contra-
dixit,nisi aliud probetur. Et hoc dictum verum, secundũ
eum,& notandum licèt aliqui allegent : & non bene se-
cundum eum Innocen. hic tenere idem , quod tenuit in
dicto.c.ex parte decani.¶ Et ex prædictis patet, quod qñ
fertur sentẽtia absente domino,& ignorãte, licèt in sen-
tentia asseratur quem fuisse procuratorem,qui forte fuit
condemnatus,nõ per hoc probatur procurator ad prẹiu-
dicium domini.Quidam tamen dixerunt , quod per talẽ
sentẽtiam probatur quem fuisse procuratorem,per l.op-
timam.C.de contrahen.& commit.stipula.vbi patet, qđ
in instrumento dicatur,talis seruus Titij stipulatus fuit a
Seio decem:præsumitur,quod ille fuit seruus Titij,& ac-
quirit ipsi Titio ius ex dicta stipulatione.Sed Innocẽtius
hic tenet contrarium, & sic quod talis sententia non pro
bet quem procuratorem. Et ad l.optimam respondet, qđ
ibi est speciale in casu dictæ l.vt inducat dictam probatio
nem,vel secundo potest dici,secundum eum,quod illud
habet locum, quando aliqua enuntianẽ præsentibus par
tibus principalibus,de quorum præiudicio agitur : nam
tunc enunciata in instrumento præsumuntur, quatenus
exiguntur ad validitatem actus, vel contractus contenti
in instrumento.enuntiatum tamen propter alium finem
non præsumeretur,per id,quod habetur in c.illud de prę
sump.& quod etiam notatur.in dicta l.optimam.nec etiã
præsumerentur ad præiudicium tertij: nec similiter enun-
tiata in instrumento incidenter facerent,fidem, nisi quate
nus notarius super illis attestaretur. Facit, quod ipse not.
infra de hæreticis.in c.fraternitatis.vbi etiam dicit: & hic
23 etiam tangit,† quod licèt reperiretur aliqua falsitas in cõ
finibus descriptis in instrumento,qa talia incidenter nar
rantur,non redderetur ex hoc,instrumentum falsum. Et
facit,etiam quod notat Iaco.de Butriga.in lege , Lucius.
ff.de ijs qui notã.infa.Potes clarius dicere, quod in dicta
l.optimam.ad præiudicium ipsius,qui tanquam seruus ,
Titij stipulatur, præsumitur ipsum esse seruum quo ad va
liditatem actus contenti in instrumento , & quo ad effe-
ctũ acquisitionis iuris : & similiter in casu proposito quo
ad acquisitionem ipsius procuratoris facientis se scribi tã
quam procuratorem staretur sentẽtiæ, quę etiam quo ad
eius prẹiudicium valet, vt notatur in l.licèt.C.de procu-
ratori. sed non sequitur,quod per talem assertionem fiat
præiudicium domino absenti,& ignoranti. nec hoc pro-
batur in dicta l.optimam.C.de procuratoribus.quod per
talia enuntiata in instrumẽto fiat præiudicium Titio ab-
senti.Imo glo.ibi potius videtur velle oppositum.Et , sic
restat conclusio,quod in casu prædicto, quãdo fertur sen
tentia domino absente, & ignorante , non præiudicatur
domino,nec præsumitur ad præiudiciũ domini nomina-
tum procuratorem,quando nõ apparet talem agitasse iu
dicium domino sciente,& non contradicẽte , sed potius
ipso ignorante. Et hanc cõclusionem videtur tenere hic
Innocen.& Specu.in d.§.videndum.versi. sed ponè.& in
§.ratione quoque. in versic.illud. Et hoc ẽt tenuit hic do.
Ant.in vna parte.in alia tamen videtur tenere contrariũ,
inquantum concludit, quod si in instrumento sententiæ
est scriptũ,condemnamus talem procuratorem , creden-
dum est ipsum fuisse procuratorem,& præsentẽ ipsi con-
demnationi,nisi cõtrarium probaretur,per dictum l.op-
timam.Sed præcedens dictum puto verius. Et ad l. opti-
mam.potest responderi, vt s.dixi.Et quæ dixi s. procedũt
quando ille cuius nomine egit,tãquam procurator: alle-
gat defectum mandati, & negat ipsum fuisse procurato-
rem.¶ Interdum verò quæritur, an ille cum , quo litigat
aliquis tãquam procurator: possit allegare defectum mã
dati post sententiam,vel alio tempore.Conclude , quod
si procurator cauit de rato,non poterit tũc ille, cum quo
litigauit,allegare defectum mãdati:vt est casus in l. inter
quos.§.alieno ff.de dam.infe. secũdum vnum intellectũ.
¶ Idem si fuit opposita exceptio in iudicio, & illa nõ ob-
stante fuit admissa:quia imputet sibi, qui non appellauit.
argumento.supra de elec.in c.cum dilecti. ad finẽ.¶ Idẽ
si fuit productum mandatum,& data copia parti,& nihil
opposuit.Nam tunc non audietur,nisi probet ipsum de-
fectum mandati:vt voluit Innocen.in c.quoniam cõtra ,
de pro-

de proba.& hoc maximè procedit, si fuit registratum in
actis. Nam vt voluit hic glo. ibi registratur in actis tenor
instrumenti producti parte præsente, & non ꝯtradicen-
te.stari etiam debet tunc exemplo registrato in actis,nisi
aliud probetur. Idem etiam si nõ fuit registratũ, sed solũ
apparet in actis productum fuisse originale parte aduersa
præsente,& non contradicente: quia imputet sibi,quare
25 tunc non contradixit. † vbi autem simpliciter fuit litiga-
tum, tãquam cum procuratore,& nihil fuit oppositum,
nec productum aliquod instrumentum:vel si fuit produ-
ctum,parte absente:tunc videtur,quod possit opponi de-
fectus mandati, & quod incumbat onus probandi ipsi
asserenti mandatum. Et hoc tenuit Barto.in l. licèt.C.de
procurato, & in l.Pomponius.§.rati.ff.de procurator. Et
sic dicit Innocentium voluisse in capitulo quoniã cõtra.
infra de probatio.Sed certe ipse Innocẽtius in c.j.de elec.
lib.vj.in verb.absentia.per glos.videt velle, quod ex quo
ante litis contestationem nihil fuit dictum contra asserẽ-
tem se procuratorem,ꝙ imputandum sit parti:& ideo nõ
debet audiri,nisi probet defectum mandati,per id,quod
habetur dicta lege Pomponius. In §.rati. ¶ Dicit tamen
Inno.in d.c.j.& etiam glo.ibi, ꝙ post litis contestationẽ,
licèt pars non possit obijcere defectum mãdati, nisi pro-
bet,tamẽ iudex ex officio poterit obijcere, ne eius ꝓces-
sus reddatur elusorius.Sed aduerte,quia contra hoc vlti-
mum dictum est casus, secundum vnum intellectum,in
l.inter quos.§.alieno.ff. de dam.insec. per quem videtur
reprobari dictum Inno.& glo.in quantum dicunt, quod
iudex ex officio poterit obijcere.nam ibi est tex.in cõtra-
rium,secundum vnũ intellectum.Et ad rationem Inn.&
gl.potest responderi, quod iudicium non erit elusorium
ex eo,quia processus non est omnino nullus. Nam licèt
non teneat ad præiudicium domini, tamẽ teneat ad præ-
iudicium procuratoris:vt notatur per gl. & doc.in l.licèt.
26 C.de procura.Et per Inno.s̃.eo.prudentiam. † & ideo vi
detur, quod ad priuatam vtilitatem non debeat interpo-
nere officium suum non petitum, per l.iiij.§.hoc autẽ.ff.
de dam.insec.& de elec.in c.innotuit. & per notata ꝑ Io.
And.j̃.de iureiu.c.ad nostram.lo ij.& sic videretur verius
dictum Bart. Et tenendo eius opi.posset responderi ad §.
rati.quod ibi loquitur de cautione de rato, quæ non põt
peti post litis contestationẽ:sed non negatur ibi; q̃d non
possit obijci de defectu mãdati in casu, de quo dixi.s̃.post
Bar. & etiam si sciuerit ille,qui obijcit defectum mãdati,
eum fuisse falsum procuratorem,prout voluit Bar.in d.l.
licèt: quia nõ erat in eius potestate validare iudiciũ,licèt
esset in potestate illius,cuius nomine quis egit, tãquam
procurator.Et sic vr̃ tenendum esse opinio.Bar.de qua p̃-
dixi.¶ Aduerte tñ,quia Inn.& glo.in d.c.j.de elec.lib.vj.
27 voluerunt † quod vbi post litis contestationem opponiẽ
exceptio defectus mandati procuratoris,ꝙ tũc nõ audia-
tur obijciens,nisi probet.Et idem vr̃ voluisse gl. in l.Põ-
ponius.§.rati.ff.de procu. & in d.l.licèt.C.de procura. Et
pro hac opi.potest induci, quod q̃a exceptio ista respicit
legitimationem personarũ vr̃, ꝙ deberet in initio oppo-
ni.per id quod hr̃ in l.non ignorat.C.qui accus.non.& in
l.fi.C.de excep.& ideo si hoc non fit,saltem vr̃ transferri
onus probandi in ipsum obijcientem defectum mãdati
post litis contestationem, & sic dictum Bar.vr̃ intelligen
dum inquantum vult post litis contestationẽ posse obij-
30 etiam Io. An. verum, inquantum vult † quod expressa ac-
tione reali sub clausula generali nõ includatur actio per-
sonalis: quia imo includet, nisi per aliqua adiuncta aliud
posset apparere fuisse de mente rescribentis. Facit, quod
notat. Io. And. in c. Rodulphus. super prima glo. de rescri-
ptis. Item adde inquãtum dixi, quod mandatum procura
tionis est stricti iuris. nam Inno. videtur voluisse contra-
riũ in c. sedes. de rescriptis. vbi videt velle, ꝙ sit lati iuris.
Sed potes dicere, quod illud verum, quãdo agitur de in-
terpretãda clausula generali adiecta numeratione casuũ
q sunt de iure communi. Sed, ꝙ dixi ꝓcedit quo ad hoc,
vt ptãs procuratoris nõ extendatur ad alia, q̃ cõprehen-
sa in rescripto. Dominus Ioannes de Imola iuriũ doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Peccatum suum vnusquisq; erubescere debet.*
2 *Relationem non prius faciendam, quam copia processus sit data partibus.*

3 *Literas*

3 *Literas etiam Papæ directas referans non incidit in pœnam.*
4 *Suspectus in vno, facile præsumitur errasse in alio.*
5 *Notandi verbum variè sumi.*
6 *Sigillum violans, an sit puniendus tanquam falsarius.*
7 *Tutorem datum per iudicem ex inquisitione non satisdare, accusari tamen posse vt suspectum, datum autem simpliciter debere satisdare.*
8 *Iudex simpliciter a principe datus recusari potest.*
9 *Relationem se præsente factam impugnare volens, an sit audiendus.*
10 *Instrumentum producens, non potest aliquid dicere contra illud.*

Cum olim magister. Qui acta clausa relationis delegatorum, ipsa violando, sigilla aperuit, contra illa acta non debet audiri. hoc dicit. Et prima pars decisè ponit factum principale. secunda ibi: verum. narrat culpã, Tertia de qua in litera ibi: qui postmodũ. ponit ipsius confessionem, & excusationem. Quarta ibi: sanè. excusationis reprobationem. ¶ Quinta ibi: sed vt culpæ punitionem. ¶ In tex. ibi: & infra deciditur, quod licèt diceretur permutationem dictorum beneficiorum factã, tamẽ magister Seba. dicebat illam nõ tenuisse: & repetebat archidiaconatum, quẽ tenebat Ber. quẽ a principio ipse habuerat. & super ista quęstione fuerunt dati tres iudices per Papam. qa quęlibet partium elegit vnũ, & Papa proprio motu dedit tertium, coram quibus postea fuit processum. & tandem iudices retulerũt negotiũ instructũ ad Papã, mittendo ei literas sigillatas: & similiter acta clausa, & sigillata. & dederunt literas, & acta ipsi. b. vt illas portaret Papę, qui postea violauit sigilla, & aperuit acta: & demũ taliter qualiter reaptauit sigilla. vñ postea præsentatis actis Papæ, qa Papa habuit suspitionem de violatione sigillorũ, interrogauit illum Ber. an illa violasset, qui confessus fuit aduersario præsente, quod sic. sed se excusabat, vt sequitͬ. ¶ Not. primo pro practica qua vtuntur delegati, quia dicunt, autoritate nostra. immo verius, Apostolica tibi mandamus. &c. ¶ No. qđ iniuria facta delegato videtͬ etiam facta deleganti. facit etiã. c. in nouo. ¶ No. qđ acta debent mitti clausa, & sigillata, quando remittitur causa ad superiorem. Not. quod violans sigilla relationis actorum, non potest aliquid cõtra ipsa acta opponere. nota. qđ etiam vni partium possunt dari acta sigillata relationis, vt illa pręsentet superiori. cautius tamẽ est, vt dentur vni tertio, vt sic tollatur occasio malignan-
1 di. & sic cõmuniter obseruatur. no. quod quis † debet erubescere de peccato. nam Imperator etiã erubescit recitare peccatum alterius. in Authen. de restitu. & ea quæ pa. §. vnum si quidem. versicul. sed quomodo. coll. iiij. & facit quod habetur in c. in eo. xxxij. q. iiij. & allegat Ioan. And. etiam aliquas autoritates, & præcipuè illã beati. Ber. lauari pudet, sed coinquinari non pudet. abstergitur caliga, sed contemnitur anima. no. de literis Vrię, de quò in gl.
2 iiij. ¶ † Nota. quod in actu relationis, antequam illa fiat, debet dari copia processus partibus, vt sic videatur, an plenè, & fideliter fiat relatio. de quò in l. j. & ij. C. de relat. Nota. quod iudex electus per partem non potest recusari: intellige, nisi superueniret noua causa. supra eodẽ ti. c. insinuante. ¶ No. illud vulgatũ, quod quis debet puniri in eo, in quo peccauit: & quod dolus nemini debet ꝓ-
3 desse. † Nota sm do. Floren. quòd aperiens lr̃as etiam Papæ directas, non incurrit pœnam: licèt alias delinquat, & grauiter peccet: nã si illã incurreret hic illã expressisset: quod tamen non fecit, & sic non videtur vera opi. dicentium oppositum. facit quod not. Bar. in l. iij. ff. ad silla. no-
4 ta. † quod cõtra suspectũ in vno faciliter creditur, vel pręsumitur contra eum in alijs. facit. ff. de eden. in l. si quis ex argentarijs. §. j. & de præsump. in capitulo maudata. eum coneor. ¶ Nota. quod contra rationem videtur pars audienda, etiam si illam tulit, dummodo non violauit sigilla, nec falsauerit acta. de quo infra dicetur. potest etiã notari ex litera, dum dicit, si quod expediret melius notauisset, argu. quod notanda sint illa, quæ expediunt, & ꝑ
5 consequens non superflua. facit supra in proœmio. † Et expone secundũ Io. An. notauisset. i. notando diligenter considerasset. & sic ponitͬ pro notabili, quo vtimur quotidiæ, cum dicimus, aliquid notandum. facit. ij. q. iij. §. notandũ. Alibi ponitur ꝓ reprehensione. de sortile. ca. fina. Alibi pro infamia infra de purga. cano. in capitulo accedẽs.
6 ¶ † In glo. iij. in fine. Cum glo. transit Hostien. dicens, qđ licèt iura allegata in gloss. non loquantur de violante sigillum, tñ ex ipsorum mente videtur esse, quod dixit gl. sed Inn. hic tenuit contrarium videlicet, quod violans sigilla non debet puniri tanquam falsarius, vnde dicit, qđ magis peccat falsans sigillum, quàm solum aperiens: & similiter magis peccat falsans literam, quàm sigillum. & ideo aperiens solum videtur teneri pœna extraordinaria. & sic arbitraria. facit supra eo. de causis. non autẽ pęna falsi, nisi fortè violasset sigillum testamenti, quod quãdoque fit in scriptis, & sigillatur: licèt raro hodie hoc fiat. facit. l. qui testamentum. ff. de falsis, & hoc tenent etiam Petrus, & Abbas, scilicet, quod hic non debuerit puniri pœna falsi, sed arbitraria. sed Goffre. & Hostien. qui tenẽt cũ glo. allegant pro illa. l. j. §. is qui. ff. de fal. sed potes dicere, qđ ibi loquitur in aperiẽte instrumẽta apud se deposita, vt aduersario notificet. sed hic solũ aperiebat, vt ipse aperiens haberet notitiã. & sic casus est aduersus. & hanc opi. Inn. & Petri sequitͬ etiã hic. do. Flo. dicens, quod iste non incurrit crimen falsi, sed crimen stellionatus: quod competit, quãdo deficit titulus crimi. l. j. & ij. ff. de crimi. stellio. & ex illo imponitur pœna arbitraria, vt ibi patet. & pro prædictis facit regula. in pœnis. de regulis iuris. libro sexto. ¶ In glo. iiij. ibi, in libro regum. Supple secundo. c. xj. in ea. glo. in fine. adde, quod dicetur post glossas. ¶ In gloss. ibi, possit recusari. & hoc est verum, de quo in c. j. xcij. di. & de appellat. in capitulo postremò, & per Ioan. Andre. in addit. spec. in titul. de recusatio. §. ij. super secundo versiculo, & probatur etiam satis hic. ¶ In eadem glo. ibi nouit, sed dic, quod ibi loquitur in Cardinali, qui æquiparatur præfecto prætorio. vt notat gloss. in l. j. ff. de offic. præfect. præto. ¶ In eadem. gloss. ibi. l. j. ibi est speciale in præfecto prætorio propter eminentiam digni tatis, vt non possit ab eiusdem sentẽtia appellari. licèt pos
7 sit supplicari, vt ibi, & l. j. C. de sen. pręfe. præto. ¶ † In ea. gloss. in fine. ibi dicitur, quod tutor datus per iudicem ex inquisitione non satisdat. potest tamen accusari de suspecto, si sit suspectus. & sic modicum facit. facit. l. iij. ff. de suspect. tutor. & l. j. ff. vbi pupil. edu. debeat. & quod habetur in specu. de tutore. §. si autem ver. horum autem. & ꝑ dicta glo. facit, quia tutor datus simpliciter a iudice tenetur satisdare. l. penul. C. de tuto. & curato. qui satis nõ de.
8 & † sic eadem ratione si Papa, vel Princeps simpliciter dat iudicem, debet posse recusari, nam in dubio non intendit tollere ius alterius supra eodem. ex parte. & capitulo super eo. nec obstat, quod credat princeps iudicem datum ab eo non aliter iudicare, quàm ipse iudicaret. quia non per hoc sequitur, quod non possit euenire contra-
9 rium: præcipuè, quando iudex esset suspectus. ¶ † Extra glossam oppo. contra illud, quod dicitur in versicul. si autem. scilicet quod si iste. b. non violasset sigilla, fuisset auditus contra relationem. nam videtur, quod immo non esset audiendus, ex quò eo præsente fuerat facta, & tunc non contradixit: per id, quod habetur in l. prima, & secũda. C. de rela. & de appella. in capitu. intimasti. Soluit Inno. quod si sciuisset quid contineretur in relatione, nõ audiretur. Sed quando nescit, quid contineatur, licèt non possit audiri contra sigilla iudicum, & contra literas relationis, dicens illas nõ esse veras, ex quò illas portauit, secđa q. vj. biduũ. circa finẽ. tñ ꝯ contẽta in ipsa relatione benè fuisset auditus, si non violasset sigilla, ex quò igno-

rauit,quid cõtineretur in relatione.ſed propter violatio-
nem nullo modo auditur contra contenta in relatione,
nec contra acta. facit,quod habetur in capitulo,quanto.
infra de ijs,quæ fi.a prælat. & in dicto capitulo intimaſti.
& pro prædictis etiam facit, quia licèt producens teſtem
non audiatur contra perſonam teſtis, quia illam appro-
bauit, tamen auditur contra dicta,quæ non approbauit.
10 iiij.quęſt.iij.capitulo ſi quis teſtibus.item † non ob.pręd
ctis,quod habetur in capitulo cum venerabilis. de exce.
& de cenſib.in capitulo cum olim.vbi patet,quod produ
cens inſtrumentum non poteſt aliquid dicere contra il-
lud,& ſic videtur,quod ex quò iſte portauit acta etiam ſi
non violaſſet ſigna,non debuiſſet audiri. quia reſponde,
quod hic non produxit acta:ſed præſentauit illa tàquam
ſimplex nuntius. ideo potuiſſet opponere contra illa, ſi
non violaſſet ſigilla.Imolanus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus admittatur nec ne tanquam procurator eccleſiæ ſuæ cum cautione de rato,ſi mandatum non habeat.nu.2.*
2 *Inſtrumenta ad cauſam facientia penes ſe habens,præſumitur habere mandatum ad pertractandam cauſam,ſi hoc allegat, ac proinde admittendus eſt cum cautione de rato,& nu.8.& 16.*
3 *Cautio de rato præſtari debet cum fideiuſſoribus. & aliquando cum pœna de quo nume.13.*
4 *Eccleſia ædificata in alterius parochia,demolitionem poteſt matrix eccleſia procurare,aut ſaltem,quod ſit ei ſubdita.*
5 *Eccleſiam nouam poſſe ædificari intra limites alterius eccleſiæ ex iuſta cauſa,& cum authoritate Epiſcopi.*
6 *Conditionem ita debere interpretari, vt poſſit purificari, & exiſtere,non autem ſic intelligi,vt nunquam,vel raro verificetur.*
7 *Iura adaptari debere ad ea,quæ frequenter,non quæ raro accidunt.*
10 *Reus in cauſa principali an,& quò ad quæ cenſeatur etiam eſſe reus in cauſa appellationis.*
11 *Interueniens pro reo ſatiſdat de iudicato ſoluendo regulariter, non autem de rato. & quid ſi agatur de ſtatu perſonæ,vel eccleſiæ, quomodo tunc ſatiſdare debet interueniens.*
12 *Interueniens ex parte actoris,quando debeat ſatiſdare de rato.*
14 *Cautio de rato,ſub pœna cui ſit præſtanda, partine, an iudici, an vtrique.*
15 *Inſtrumento legato cenſeri legatum ius,quod in eo continetur.*
17 *Inſtrumenta habenti ſi apparet dominium ei donaſſe,cenſetur etiam donaſſe contenta in eo.*
18 *Inſtrumentorum traditione,an cenſeatur data poteſtas agendi nomine tradentis.*
19 *Inſtrumentorum donatio non præſumitur in dubio ex traditione eorum.*
20 *Delegatis duobus cum clauſula,quod ſi non omnes,cum prærogatiua etiam prælectionis,an ſubdelegatum ab altero teneatur alter admittere,& numero 26.& 32.*
21 *Reſcriptum non vitiari ipſo iure per ſurreptionem,ſed de ea neceſſe eſt excipi per partem.*
22 *Clauſula,quod ſi non omnes in reſcriptis iudicum delegatorum apponi ſolita,quando,& qua ratione verificetur.& nu.28.*
23 *Subdelegatum ab altero ex delegatis tempor alter impedito,an teneatur alter delegatus admittere, ſi in reſcripto appoſita eſt clauſula, quod ſi non omnes &c.& nume ſeq.& 31.*
25 *Subdelegatum a delegato ſurreptitiè alteri adiuncto,non tenetur alter delegatus admittere.*
27 *Delegatis duobus appellatione remota cum clauſula,quod ſi non oẽs,&c. ſubdelegatum ab vno non tenetur alter admittere.*
29 *Delegatus poteſt ſubdelegare,& ſubdelegatus cogitur acceptare.*
30 *Delegati duobus ſubdelegatum ab altero quando teneatur alter admittere,& quando non,& nume.33.*
34 *Delegatus, cui re non integra alter adiunctus eſt, an mortuo delegante prius quam adiunctus de cauſa cœpiſſet cognoſcere,poſſit in ea cauſa procedere,& an adiuncti iuriſdictio expirarit nume.ſeq.& 36.& 38.*
37 *Intellectus ad c.ſi capitulo.de conceſſio.præben.libr.vj.*
39 *Sententia ſecunda ſi primam confirmet,actio iudicati oritur ex ſecunda non ex prima.*
40 *Auditor negotij,an poſſit diſpanire ipſum negotium.*
41 *Sententiam non deberet ferri ſuper non petito.*
42 *Appellationis cauſam poſſe tractari parte abſente,atque ibi an iudex appellationis poſſit firmare,aut infirmare primam ſententiam circa petitionem partis nume. eq.*
44 *Iurandum de calumnia præſtandum eſſe etiam in cauſa appellationis*
45 *Lis,an,& quando debeat conteſtari in cauſa appellationis.*

Coram dilecto filio. Delegatus ſub-
delegatum college impediti non tenetur
tur admittere, ſi in reſcripto ſit clauſula,
quod ſi ambo. cum prærogatiua præle-
ctionis pſonæ:vel ſi adiunctus eſt per lite-
ras ſurreptitias.hoc dicit.Et diuiditur in quinque partes.
quia primo ponitur petitio,& allegatio appellati. ſecun-
do petitio,& reſponſio appellantis. tertio replicatio ap-
pellati.quarto pronũtiatio auditoris.quinto pronũtiatio-
nis confirmatio. ſecunda ibi nuntius. tertia ibi, econ-
tra.quarta ibi idem igitur.Quinta ibi nos ergo. ¶ In tex-
tu ibi contempſit.Supple.& appellauit a ſententia pręd
ctorum iudicum ad ſedem Apoſtolicam, & cauſa appel-
lationis fuit commiſſa Epiſcopo Ferrarien. coram quò
poſtea fuit proceſſum,vt infra ſequitur.¶ Item ibi confir
mauit. & infra deciditur,quod a ſententia Epiſcopi Fer-
rariñ.fuit appellatum ad Papam: & cauſa appellationis
fuit commiſſa Cardinali,de quò in principio capituli:co
ram quò fuerunt partes: & inter cætera ad impugnatio-
nem proceſſus, & ſententiæ Epiſcopi Ferrariñ. nuntius
eccleſiæ ſanctæ Agathæ recuſauit:allegauit id,quod ſeq-
tur.item ibi proceſſit,& infra,& per hoc cõcludebat ſen-
tentiam, & proceſſum Epiſcopi Ferrarieñ. non valuiſſe
1 † nota. primo quod clericus admittiť pro eccleſia ſua cũ
cautione,de rato,licèt non habeat mãdatum:quod quali
2 ter intelligatur dicetur cum gloſſ.prima. no.quod † vbi
quis habet inſtrumenta ad cauſam facientia penes ſe pſu
mitur,quod habeat mandatum ad cauſam pertractandã,
ſi hoc allegat. ideo admittitur ſaltem cum cautione de
rato. & ſic hoc caſu ſatis dicitur eſſe dubium de manda-
to,vt debeat admitti cum cautione prædicta,quod eſt no
tandum,& ſic intelligit, & allegat hũc tex.cũ gloſſa Bar.
in l.iiij.§.cauſę.ff.ad carbo.& facit,quod notat Cy.& Bal.
in l.ſi qua per calumniam.C.de Epiſcopis.& cleri.& qđ
habetur in text. & gloſſa in l.fina.ff.de pactis conuentis.
3 † nota. quod cautio de rato debet præſtari cum fideiuſ-
ſoribus.facit,quod notatur in l.prima.C.de procurato.&
4 in capitulo primo.de procur.¶ † Not.quod contra eccle-
ſiam ędificatam in alterius parochia,poterit matrix eccle
ſia agere ad demolitionem illius. & ſic agebatur hic ſecũ
dum vnum intellectum. facit capitulum eccleſiæ,& ca-
pitulum quicunq;.xvj.q.j.& de operis noui nũtia. capitu
lo primo.& ſecundo.vel ſaltem,quod pronũtietur ipſam
eccleſiam ędificatam ſubiectam eſſe matri eccleſiæ, vel
quod non recipiat eius parochianos, prout hic agebatur
ſecundum alium intellectum. & intellige,quãdo ędifica
5 tur ſine ꝯſenſu matris eccleſiæ,& ſine iuſta cauſa. † nam
interdum ex iuſta cauſa cũ autoritate Epiſcopi poteſt ęd.
ficari noua eccleſia intra limites alterius. in capitulo ad
audientiam.de eccle.ædificand.& quod ius habeat ſupe-
rior eccleſiæ, quãdo intra eius limites de eius voluntate
ædificatur,dic vt nota.in cap.cum dilectus.de religio.do.
& de capel.mo.capitulo ſecundo. & de offici.archidi.ca-
pitulo fina. ¶ No.quod adiũctio delegati nõ facta mẽtio
ne de proceſſu,& ſtatu cauſę non valet velut ſurreptitia.
facit infra de re iudica.capitulũ inter monaſteriũ.¶ Not.
quod in cauſa appellationis ſententia debet eſſe confir-
matoria,vel infirmatoria primę ſentẽtię.de quò in l.eos.
C.de appellat.¶ Not.quod conditio illa,ſi non poteritis
intereſſe,in reſcripto appoſita,non intelligiť p ſe,vel per
alium,ſed de perſonali impotentia.¶ Et no.bñ rõnẽ,qua
6 re, quę ponitur in litera. Ex qua † not.generaliter,quod
quęlibet

quælibet cõditio sic debet intelligi, vt possit purificari.& habere se ad esse,vel non esse,non autem taliter intelligi quod raro,vel nunquam possit verificari.& pro hoc bene facit l.ex facto.§.fina. ff.ad trebellia. vbi si aliquis grauat restituere hæreditatem,si decesserit sine hærede,intelligitur.i.sine liberis. quia aliàs raro, vel nunquam quis decederet sine hærede: cum saltem haberet fiscum vltimo loco l.j.C.vnde vir,& vxor. ¶ Et ex prædictis etiam not. q̃d ista duo raro,vel nunquã,æq parantur in iure.pro hoc
7 †facit,quia iura adaptantur nõ ad illa,q̃ raro,sed ad illa q̃ frequenter accidunt.infra de despon. impube.c. literas, & ff.de legi.in l.nam ad ea.Nota. quod auditor datus in curia habet etiam potestatem sentiandi. de quo in clemen.auditor de rescriptis. ¶ Nota. de confirmatione Papæ,per quam confirmat sententiam, contra quam secundum Innocen.quando fit cum causæ cognitione, nõ est aliquis audiendus:nec potest aliqui, se intromittere sine speciali mandato. infra de confirmatione vti c.j. & ij. potes etiam notare de literis de rati habitione i.mandati cũ clausula de habendo ratum.de quo aliquid in glos.& infra de transac.in c.contingit.¶ In gl. prima ibi, quia erat coniuncta persona. hæc prima solutio communiter non tenetur.Nam glo.videtur velle,quod alia coniũctio,quã carnalis sit sufficiens, vt quis admittatur ex cautione de rato.quod communiter non tenetur. & ideo non sufficit quem esse clericum,vel canonicum ecclesiæ.prout notatur in c.fina.de procurato.& de rescriptis.nonnulli.§.j.& vtrobique per Ioan. And.& ideo glo.infra.in versicu. vel
8 posset dici dedit aliam solutionem.¶ †In ea.gloss.ibi, q̃a de mandato dubitatur. Supple propter præsumptionem, quæ erat pro allegante mãdatum,ex quo habebat instrumenta causæ penes se.& ista est intentio glos. facit,quod dixi in notabilibus,& quod nota. Barto.in l.iij.§.causę.ff. ad carboni.& ideo debuit admitti cum cautione de rato. per ea quę notantur in l.j.C.de procurato.& in c.j.de procurato.Et per hoc,quia vt dicebat Ioan. And. fortè poterat esse,quod re vera fuerat sibi datum instrumẽtum mãdati in partibus,seu dum erat in partibus, & dum accepit instrumenta,credebat se recepisse cum illis,instrumẽtum mandati:quod tamen fortè dimiserat ex inaduertẽ-
9 tia.¶†Vel tertio potest dici secundum domi. Anto.quod iste clericus veniebat ad defendendum ecclesiam suam: ideo debuit admitti eum cautione de rato. per id, quod habetur in c.olim.de testi. & de rebus ecclesiæ non alienan.in c.si quis presbyte,Sed ad agendum non admitteretur, nisi cum est dubium de mandato. ista tamen solutio nõ videtur tuta.quia hic videbatur esse actor iste clericus ex eo,quia prosequebatur causam appellationis:licèt originaliter ecclesia sanctæ Agathę esset rea.Sed posses dicere,quod videtur debere attendi potius, quod fuerit rea originaliter ipsa ecclesia sanctæ Agathæ:per id, q̃ habetur in ca. significauerunt.de excep.ibi loquitur quo ad aliud,videlicet quò ad hoc,vt non obstante excommunicatione possit esse in iudicio ille,q̃ fuit originalis reus, licèt accidẽtaliter sit actor in causa appellationis, sed hic loquimur quò ad cautiones, vt q̃s admittatur ad agẽdum cu
10 cautione de rato, † & sic reus in causa principali intelligitur etiam esse reum in causa appellationis,quãtum ad onus probandi.quia illud sibi non incumbit circa negotium principale,etiã in causa appellationis. & sic quò ad decisoria reus in principali cẽset ẽt esse reus in causa appellationis: sed nõ quò ad formam legitimãdi personas, nec consequenter quò ad præparatoria,& quò ad cautiones iudicialiter præstandas. Imo esset censet actor ipse,q̃ fuit reus in cã principali, in causa appellationis, ex quo ipse appellauit.facit ad prædicta,q̃ not. infra de renuntia.
11 in præsentia. † Et aduerte etiam, quia licèt interueniens ex parte rei pro alio,consueuit satis dare de iudicato soluendo,& nõ de rato.l.qui ꝓprio.§.ij.ff.de procuratori. & notatur in c.j.de ꝓcuratori.tñ illud fallit,qñ agit de statu ecclesiæ,vel personæ,q̃a tũc reus,seu interueniens ꝓ reo dẽt cauere de rato.l.nõ solũ.§.si stat°. ff.de ꝓcurato. ¶ An aũt tunc debeat interueniens ꝓ reo ẽt satisdare de iudicato soluẽdo.tangit gl.in §.si status, & cõcludit, q̃ sic.q̃a licèt agatur de re inęstimabili,& sic quo respectu non possit habere locum dicta satisdatio ex clausula eius , quod verbum sonat , tamen potest habere locum respectu ecclesiæ de defendendo,& de dolo,quod absit, seu non interueniat.quæ clausulæ etiam includuntur sub cautione prædicta de iudicato soluendo.l.iudicatum solui. ff.iudi-
12 ca.solui.interueniens † autẽ ex parte actoris debet cauere de rato, quando est dubium de mandato.l.j.C.de procura.& de procura.in ca.j.& facit ad prędicta,quod habet in l.non cogendum.§.fina.ff.de procuratori. Et per prędicta patet,seu patere potest,quod nõ obst.si dicatur, quod iste nuntius sanctæ Agathæ interueniebat ex parte rei, quia pro ecclesia sanctæ Agathæ,quæ conueniebat,& sic nõ debebat cauere de rato. sed potius de iudicato soluendo: per ea quæ habentur in dicta l.qui proprio.§.ij.& in dicto c.j.de procurato.Nam potest dici,quod cum ecclesia sanctæ Agathæ esset rea in cã principali, tñ erat agẽs in causa appellationis: ideo interueniens pro illa debuit cauere de rato,& non de iudicato soluendo. ¶ Item etiã potest dici,quod quia agebatur de statu ecclesiæ,etiam si interuenisset ex parte rei, debuisset cauere de rato: ꝑ id, quod superius dixi. ¶ Alij verò dixerũt,quòd hic vterq; erat actor,& reus:intelligendo hic,quod ecclesia sanctæ Mariæ prætendebat ecclesiam sanctæ Agathæ sibi subiectam: & econtra, Archipresbyter de Pastino dicebat illã sibi subiectam . & ideo vterque interueniens pro prædictis cauit de rato,& de iudicato soluẽdo. hæc tamen opinion multum literæ conformatur. quia nulla fit mentio in litera de ipso Archipresbytero. licèt fiat mentio in gl. Alij verò dixerũt ,quod hic agebatur actione in rem per ecclesiam sanctæ Mariæ,dicẽdo ecclesiam sanctę Agathę ad se spectare facit,quod legitur,& notatur infra de iudi. examinata . & ideo etiam pro interueniente ex parte rei debet cauere de rato, nedum de iudicato soluẽdo.l.pōponius.§.sed ijs.ff.de procuratoribus , & hanc solutionem etiam tenet hic domi.Florenti. sed quò ad literæ intellectum prima solutio placet Io. An.videlicet, quod interueniebat iste nuncius ex parte actoris: ex eo , quia in causa appellationis,vt superius est dictum ,ecclesia sanctæ Agathæ erat agens.in ea.glo.ibi,non possit æstimari. Supple, quia etiam velut res religiosa non recipit æstimationem. instit.de re.diui.§.sacræ.sicut etiam nec liber homo potest ęstimari.l.penul.seu fina.ff.si qua.pa.se.dicatur . ¶ In ead.gloss.ibi , per hoc consequitur sumptus.i.consequi potest a procuratore , & etiam a fideiussoribus datis . sed vbi dominus interuenisset in iudicio , solum ab ipso cõsequeretur sumptus.In ead.glos.ibi,tutius esset.benè dicit tutius , quia in casu isto non habuit necesse probare mandatum: sed fuit admissus cum cautione de rato propter dubiũ de mãdato.¶ In ea.gl.ibi,in cõsimili causa,& sic vult glos.q̃d ęstimabitur, quãtum interest ecclesię,q̃d non stetut sententię propter litigium,quod posset in posterum moueri,& per hoc in litibus fatigari . Hosti.verò hic dicit,quod hic forte promisit de rato sub certa pœna.
13 † & sic dicit in curia practicari,quod quãdo non apparet de mãdato,vel apparet minus sufficiens,pręstatur cautio cum fideiussore de rato sub certa pœna. Et promittit,q̃d dominus ratificabit per suas patentes literas infra certũ tempus. & hoc est vtile,videlicet exprimere certam pœnam,pręcipuę in ijs,quę non recipiunt ęstimationem pecuniariam. per id , quod legitur, & notatur in l.fin.ff.de
14 pręto. stipula. † & pręstabitur hęc cautio parti. per dictam.l.fin.licèt aliqui dicant , quod pręstari debeat iudici,cuius interest,ne iudicium eius sit elusoriũ. Alij verò

 dicunt,

dicunt,quod vtriq; debeat præſtari.ſ.parti, & iudici, qđ
videtur tutius ad opiniones vitandas. tamen de iure ſuf-
ficere videtur,quod præſtetur parti: per dictã l.fi.¶ In gl.
ead.ibi,ſe velle probare mandatum.hoc non eſt verum,
quia immo tunc debet admitti etiam ſine cautione, ſi ꝓ-
bet mandatum.vt plenè probatur in l.j.hic allegata.& in
c.j.de procura.& ideo dixit Ioan.And. intelligendum eſ-
ſe,quod gloſſ.hic fuit locuta allegando, & non deciden-
do.¶ In ea.gloſ.ibi,per fideiuſſoriam cautionem.hoc ve-
rum ſm Ioan.And.quando clericus agit nomine alieno.
ſed vbi agit nomine proprio, eo caſu, quo debet cauere
ſufficit,quod caueat ſub hypotheca rerũ ſuarũ. in Auth.
de ſanctiſſimis Epiſcopis.§. ſi quis autẽ pro pecuni.coll.
viij.¶ In ea.gloſſ.ibi,& hoc conſtabat.Supple.quod teſta
tor voluit inſtrumentum peruenire ad legatarium, ad
15 finem,vt ex illo poſſet agere.quia † ex quò legauit inſtru
mentum,intelligitur legaſſe ius,quod in illo continetur,
vt ſubijcit gl.quæ etiam rationem aſſignat. facit,qđ legi-
tur,nota.in l.Labeo.& l.poſtquã.ff.de pactis. ſed hic non
conſtabat inſtrumenta perueniſſe ad iſtum de voluntate
domini.& potuiſſet eſſe,quod illa fuiſſet furatus. facit.l.j.
§.ſed ne fraudandi.C.de lati.lib.tol.licèt hoc non præſu-
matur in caſu iſto.ſed potius oppoſitum,ad finem, vt ad-
mittatur cum cautione de rato, vt dixi ſuperius ſuper gl.
& idem in effectu voluit hic do.Flo.dicens gloſ.voluiſſe
dicere,quod iſte caſus eſt diuerſus a caſu.l.qui chirogra-
16 phum, & † quod licèt iſte habeat inſtrumenta cauſæ,
non per hoc ſequitur neceſſario, quod habeat mandatũ
ad agendum.quia poſſet eſſe, quod ſubtraxiſſet, vel ha-
buiſſet in depoſitũ.tamen ex quo habet inſtrumentũ pę-
nes ſe,& allegat mandatum,præſumitur, quod habuerit
mandatum:ſed nõ eſt plena ꝓbatio,ſed quædã p̃ſumptio
cuius vigore admittitur cum cautione de rato, vt dixi,&
no.Bar.in l.iij.§.cauſę.licèt.§.allegauerimus.§.duę cauſę.
ff.ad carb.d.verò Ant.hic videt̃ dicere,qđ ita demum ad-
mittetur cum cautione de rato,ſi appareat inſtr̃a ſibi fuiſ
ſe tradita a dño: aliàs ſecus. ſed hoc cõiter non tenet̃.q̃a
imo ſufficit,ꝙ hẽat iſtr̃a pęnes ſe,& alleget habuiſſe mã
datũ,licèt aliter non ꝓbet,ad hoc,vt admittat̃ cũ cautio-
ne de rato.ꝑ ea q̃.ſ.dixi,qñ autẽ appareret,ꝙ de volunta-
te dñi haberet inſtrumenta, vr̃ ꝙ tunc eſſet diſtinguẽdũ,
17 ꝙ aut apparet † qđ dñs donauit ſibi illa inſtr̃a, & tunc vi-
deretur donaſſę ius contentum in inſtrumento.per.l.j.C.
de donatio.& per id qđ dixit glo. quando legatur inſtru-
mentum.nã & legatũ eſt donatio q̃dã,in teſtamento reli
18 cta.l.legatum.ff.de lega.ij.† Aut apparet, quod ſimplici-
ter tradidit:& tunc videtur, quod conſideranda ſit quali
tas ꝑſonæ.nam ſi eſſet vxor tradẽs inſtrumẽta,quæ habe
bat virũ,videret̃ dare ſibi poteſtatẽ, vt agere poſſit ex il-
lis ad vtilitatẽ mulieris.l.fi.C.de pactis conuent. Aut ſit
traditio alteri perſonę:& tunc videretur cõſiderãda quali
tas perſonæ:quia ſi eſſet procurator,videretur ex hoc da-
tum mandatum, vt poſſit ex illis agere ad vtilitatem do-
mini.arg.eorum, quæ habentur in dicta l.fi.& in l.ſi qua
per calumniam. C.de Epiſcopis, & cleri. ¶ Aut eſt alia
perſona imperita:& tũc videbitur tradidiſſe in depoſitũ.
ar.eorum quæ not.gloſſa in l.cum quid.ff.ſi certum peta
19 tur. † non autem in dubio præſumetur donatio; cum in
dubio nõ p̃ſumatur, q̃s iactare ſuũ.l.cum de indebito.ff.
de probatio.¶ In ead.gloſſa in fine. & de hoc etiam in c.
contingit.de tranſa.nam dixerũt quidam, literas de rato
appellari mandatum procurato. quia in mãdato promit-
tit dominus ſe ratum habiturũ geſta per procuratorẽ.l.ſi
procuratore abſente.ff.de procuratorib. cum ibi notatis.
licèt alij aliter dicant:de quo dic,vt ibi,& in iuribus præ
allegatis. ¶ In gloſſ.deciſione. ibi, mentionem feciſſet.
Supple,expreſſe,vel etiam tacitè,vel tacitè diceretur fe-
ciſſe,ſi ſolum fuiſſet adiunctus in deciſione. facit, quod
habetur in ſimili in capitulo conſtitutus, de reſcriptis,

& propter hoc gloſ. hic in principio expoſuit,deciſione.
i.cognitione.¶ In gl.admittere voluit.ibi, dicunt quidã.
20 † Aduerte,quia voluit iſta opi.licèt glo.non bene decla-
ret,quod quando dantur plures iudices,quorum alter eſt
Epiſcopus,& apponitur clauſula,quod ſi non omnes.cũ
prærogatiua prępelectionis,vt quia dicitur,quod ſi nõ om
nes intereſſe poteritis,tu pater Epiſcopæ in cauſa proce-
das:tunc ſi ille,qui eſt prępelectus adueniente conditione
clauſulæ voluerit procedere,nõ tenebitur admittere ſub
delegatum a collega.& iſte erit caſus ſingularis hic ſecũ-
dum hunc intellectum.ſed econtra collega bene tenere-
tur admittere ſubdelegatum Epiſcopi. & hũc intellectũ
ſequitur Specul.in titu.j.§.ſequitur.verſ. verum cum cã.
& ſequitur etiam Ioan. Andre. Alius fuit intellectus,quẽ
ſequitur Innocen.quod indiſtinctè non tenetur quis ad-
mittere ſubdelegatum a collega impedito. quando eſt
appoſita clauſula, quod ſi ambo, per rationem appoſitã
in litera, quæ videtur generaliter loqui. iſta tamen opin.
Innocen.communiter non tenetur,ſed certè ſane intel-
lecta poterit ſaluari per id,quod dicam ſuꝑ gloſſa penul
tima.¶ Tertia fuit opi.Hoſtien.quod hic erant delegati,
cum clauſula appellatione remota. & cum clauſula, qđ
ſi ambo.& ideo non tenetur vnus admittere ſubdelega-
tum a collega:quia vulneraretur eius iuriſdictio, attenta
clauſula appellatione remota,vt patet ex iis,quę haben-
tur ſupra eo.ſuper quæſtionum.§.ſi verò duo.hæc tamen
lectura Hoſtien.licèt ſit in ſe vera,& notanda, tamen di-
uinat quò ad iſtam literam, quæ nullam facit mentionẽ
de clauſula appellatione remota.¶ Quarta fuit opin. quã
tangit glo.in verſiculo dicas.quod hic propter ſubreptio
nem non tenebatur admittere Epiſcopus ſubdelegatũ,
& iſta lectura etiam eſt bona.¶ In eadem gloſſ.ibi, ſi ipſe
non poteſt intereſſe.Supple, quod non videtur verum ꝑ
iura ſuperius allegata.& per id,quod tangit glo.ſequens,
& ſic per hoc glo.videtur reprobare opin.poſitam in ver
ſicu.dicunt quidam.ſed certè illa poteſt ſaluari.intelligẽ-
do eam,vt ſuperius declaraui.¶ In eadem gl.ibi nec ſub-
delegatum admittere,&c.hoc non videtur tenere hic do
21 mi.Florenti.quia † ſurreptio non vitiat ipſo iure.vt dictũ
fuit in c.ad audientiam.ii.ſupra de reſcriptis,& in c. cæte
rum.eodem titu.& ſic videtur,quod debuerit admitti, ni
ſi fuerit exceptum,& appellatum per partem:per ea quę
habentur in dicto capitulo cæterum,& quod ibi dictum
fuit.vnde ſecundum eum nõ videtur,quod ex officio po
tuerit primus illas literas ſurreptitias reijcere, quia non
habet ſupplere defectum partis.ſecundum nota.in c.bo-
næ.lo j.de poſtulat.& de elect.in c. innotuit. & ideo dicit
veriorem eſſe intellectum,qui præcedit in glo.intelligẽ-
do eum,vt prędixit,ſed certè cum gloſſ. communiter trã
ſeunt docto.& illam puto poſſe ſuſtineri,quia licèt ſubre
ptio in contentioſis non vitiet ipſo iure,tamen vitiat opę
exceptionis,quam poterit hic obijcere Epiſcopus contra
adiunctum,& ſubdelegatum ab eo.quia adiũgebatur iu-
riſdictioni eius:& ideo potuit defendere ſuã iuriſdictio-
nem: ex quo ſurreptitiè, & ſic minus legitimè facta erat.
adiuncto argu.ca.j.ſupra eo.& l.j.ff.ſi quis ius di. non ob
temp.¶ In glo.penul.hæc glo. poteſt diuidi in vj.partes,
nam primo quærit. Secundo arguit pro vna parte.ibi, &
quod poſſit.tertio arguit pro alia.ibi,ſed contra.¶ Quar-
to ponit vnam opin.quorundã.ibi,dicunt.¶ Quinto im-
probat illam ponendo ſuam.ibi,ſed hoc.Sexto ſoluendo
diſtinguit.ibi,& circa.& eſt glo.iſta notanda tanquam ma
giſtra in materia,& melior de corpore iuris in hac mate-
22 ria.¶ In eadem gl.in fine.† Et ſic vult glo.quod clauſula,
quod ſi non omnes,vel ſi ambo, verificetur in impoten-
tia iuris,item in impotentia facti, quando impedimentũ
eſt perpetuum, præſertim ſi tollit iudicium rationis, vt
eſt impedimentum furoris, vel dementiæ: quia tunc
non poſſet ſubdelegare taliter impeditus. idem ta-
men

men vult glo.etiam si possit personaliter interesse, & pro
23 hoc bene facit iste tex.idem vult † glo.etiam si possit sub
delegare,si impedimentum sit facti,& temporale,dum-
modo sit tale,quod nullo modo potest personaliter inte-
resse:quia tunc verificatur clausula per hunc tex. & licèt
posset tunc subdelegare, non tamen tenetur collega ad-
mittere subdelegatum,per hunc tex. secus si est impedi-
mentum temporalis incommoditatis. vt quia bene pos-
set interesse si vellet,sed non sine incommoditate: vt qa
aliàs fortè aliquod damnum in rebus suis posset occurre
re si vellet personaliter interesse. nam tunc si nõ vult in-
teresse ne patiatur damnum potest subdelegare: & tene-
bitur collega admittere subdelegatum, & ratio esse põt,
licèt glo.non assignet,quia hoc casu non videtur propriè
verificari clausula.ex quo posset interesse si vellet: & sic
nõ verificatur tunc clausula ex vi verborum, sed potius
ex iuris interpretatione, quod voluit etiam per volunta-
tem dictam clausulam verificari supra eo. prudentiam.§.
adijcimus,& ideo cum velit interesse,licèt per alium,nõ
debet dici verificatam dictam clausulam,nec etiam pote
rit ex capite voluntatis,ex quo vult interesse,licèt p aliũ.
& ideo tenetur tunc collega subdelegatum a collega ad-
24 mittere. † Et per prædicta patere põt,qđ opi.Inn. de qua
dixi super gloss.præcedenti sane intellecta potest saluari,
inquantum dixit,quod collega indistinctè non tenet̃ ad-
mittere subdelegatum a collega, quãdo est apposita clau
sula,quod si nõ omnes,vel quod si ambo. & verificata est
clausula propter impedimentum collegæ. nam dicta opi
nio est vera, quando clausula verificatur ex capite impo-
tẽtiæ,& sic allegatio posita hic in tex.ponit ius,& est ve-
ra,licèt glo.supra dixerit contrarium.& non bene. secus
quando verificatetur ex capite voluntatis stante tempo-
rali impedimento ratione incommoditatis,quia tunc be
ne tenetur admittere subdelegatum:vt supra dixi.& hoc
25 casu procedit opi.glo. & rationem supra assignatam † &
hæc vera cessante surreptione.secus,quando ille qui sub
delegat,surreptitiæ fuisset adiũctus, vt quia ex postfacto
re nõ integra nõ facta mentione de processu adiũget̃. qa
tunc etiam si ex capite voluntatis clausula veniret verifi-
cãda,nõ tenet̃ delegatus admittere subdelegatum a tali
adiuncto surreptitiè: vt hic est casus secundum vnũ intel
26 lectum.† Item prędicta intellige vera, quæ dixi de capite
volũtatis,nisi fuisset apposita clausula, cum prærogatiua
prælectionis:vt fuit in casu huius capituli: quia tunc et
si clausula veniat committenda ex capite voluntatis non
tenebitur prælectus admittere subdelegatum a collega
27 vt hic est casus secundum alium intellectum.† ¶ Itẽ ter-
tio limita prędicta,nisi esset apposita clausula, appellatio
ne remota,quia tunc etiam si clausula,quod si ambo. vel
quod si non omnes veniat committenda ex capite volũ
tatis,non tenebitur quis admittere subdelegatum a col-
lega,ne vulneretur eius iurisdictio; vt est casus secũdum
intellectũ Hostien. Et de materia in Specula.tit.j.in ver-
28 siculo,verum cũ causa. Et per prædicta patet, † quod in-
terdum delegatus est impeditus impedimento iuris, &
tunc clarum, quod non potest subdelegare. & ideo non
est tractandum,an tunc collega teneatur admittere sub-
delegatum ab eo.¶ Aliquando est impeditus impedimẽ
to facti,& talis,quod tollit iudicium rationis: vt quia est
effectus furiosus,vel demens:& clarum, quòd tunc non
potest subdelegare, & consequenter non est aliquid tra-
ctandũ de eius subdelegato,an debeat admitti. aliquãdo
est impeditus impedimento facti, quod non tollit iudi-
29 cium rationis:& tũc si est vnus † solus clarum, quod po-
test subdelegare, & subdelegatus tenetur acceptare.
nam etiam si non esset impeditus, posset subdelegare;
& subdelegatus etiam cogeretur acceptare;nisi appare-
ret, quod subdelegans malitiosè vellet se exonerare,su-
30 pra eo.capi.pastoralis.si verò † fuerit vnus a principio,&
ex postfacto alius fuit ei adiunctus,tunc si re integra, idẽ
dicendum, ac si a principio ambo fuissent dati delegati.
Si verò sit adiunctus re integra: tunc nõ valet adiunctio,
tanq̃ surreptitia si non sit sufficiens mẽtio de processu: vt
hic patet.interdum vero a principio dantur duo:& tunc,
aut dantur sine clausula,quod si ambo,& sic simpliciter.
& tunc si alter ipsorum sit impeditus, potest subdelega-
re:& tenetur collega illum admittere: quia solus nõ pos-
set in causa procedere, ex quò simpliciter sunt dati sine
clausula,quod si ambo. supra eo.causam matrimonij. &
hoc intellige verũ,nisi essent dati cũ cla,appellatione re-
mota:qa tũc licèt vn9 ex eis impeditus, vel nõ impeditus
possit subdelegare.j.eo.quoniam. tamen collega. non te-
nebitur admittere ne vulneretur eius iurisdictio. supra e.
super quæstionum.§.si verò duo. non poterit tamẽ solus
in causa procedere,ex quo,dati sunt sine clausula,quod si
ambo.interdum verò sunt dati cum clausula, quod si am
bo.vel plures delegati cũ clausula, quod si nõ omnes,&
tunc si vnus illorũ sit impeditus impedimento facti p-
petuo,licèt nõ tollat iudiciũ rõnis, poterit subdelegare.
p.c.si.j.e.tit.tñ collega, vel collegæ non tenebuntur sub-
delegatum admittere, ex quo verificata est clausula im-
31 potentiæ ex capitę impotentiæ perpetuæ.† Idem si sit im
potentia temporalis facti, & impediatur omnino tunc
interesse. qa licèt possit subdelegare si non caret iudicio
rationis,tñ collega,vel collegæ non tenebuntur admitte
re subdelegatum, ex quò verificata est clausula ex capite
impotentiæ.Si verò sit impedimentum temporalis in cõ
moditatis,tunc conclude, quòd taliter impeditus potest
subdelegare: & collega, quando sunt duo, vel collegæ,
quãdo sunt tres, tenetur admittere subdelegatum a tali.
32 aliàs nõ possunt procedere,& hoc verũ regulariter.† Fal-
lit,quando apposita esset clausula prælectionis: qa tunc
prælectus nõ teneretur admittere subdelegatum a tali
taliter impedito,per hunc intellectum.secus econtra:per
id,quod dixit glos.circa finem.Fallit secundo, qñ esset ap
posita clausula appellatione remota: qa etiam tunc non
tenetur collega, vel alij collegæ admittere talem subdele
gatum,ne vulneretur eius iurisdictio: vt hic est casus ſm
opi.Host.item etiã fallit tertio,vt supra dixi,qñ ex postfa
cto ille, qui subdelegat fuisset surreptitiè adiũctus. ¶ Itẽ
aduerte:quia vbi a principio tres sunt dati cum clausula,
quòd si non omnes.si alter ipsorum moritur,& sic rema
nent alij duo: si dictum erat,si non omnes duo: perinde
erit,ac si solum illi duo essent a principio dati sine aliqua
33 clausula:vt hic voluit Innocen.† Item adde, quòd si dan
tur duo,vel plures cum clausula, vos, vel alter vestrum,
tunc non tenetur collega admittere subdelegatum datũ
ab impedito quocunque impedimento fuerit detentus.
per.c.cum plures. infra eodem.lib.vj.& per hæc habes
34 plenè hanc materiam declaratam. † Sed iuxta prædicta
potest quæri,quid si datus sit vnus delegatus,qui iam in-
cępit procedere in causa:& demum adiungatur alius,fa-
cta mẽtione de processu: sed morit̃ adiungens re integra
antequã adiunctus cœperit vti sua potestate: an tũc po-
terit procedere primus delegatus. Io.And.j.eo.cum plu-
res.in nouella tenet,q sic. qa potestas adiuncti expirauit
per mortem adiungentis re integra: & sic remanet pri-
mus delegatus solus:& ideo poterit pcedere. sed Io.Cal.
in sua quæstione, q̃ incipit, Regino Episcopo. dicit hoc
verum,nisi literæ adiunctionis fuissent præsentatę primo
delegato, vel illi insinuatè: per id, quod habetur in ca-
pitulo si e. de conces.præbẽ.libro vj..nam tunc secundũ
eum per talem præsentationem esset affecta potestas pri
mi delegati: & ideo ipse primus non poterit procedere,
nec poterit etiam adiunctus: quia expirauit eius iurisdi-
ctio. sed Ioan.de Ligna. hic videtur tenere contrarium,
quando simpliciter fuit adiunctus. nam dicit, quod ex
quò adiunctio nõ habet effectum. qa expirauit potestas

adiuncti per mortem adiungentis re integra, vt volunt
Ioan.And.& Ioan.Cald.videtur, q remanere debeat pri-
mus, cui non debeat præstare impedimentū dicta adiun-
ctio, ex quò non sortitur effectū: per regulam, nō præstat.
de reg.iur.in vj.facit, licèt non alleget, quod habetur in l.
sciendum.cum.l.sequēti.ff.ex qui.cau.maio. sed vbi non
fuisset simpliciter adiunctus secundus primo, sed fuisset
etiam adiectum, q primus solus procedere non deberet,
tunc posset procedere opi.Ioan.Calde.ſm eum.do.verò
35 Flo.hic tenet † contra prædictos: dicens non expirare po-
testatem adiuncti per mortem adiungentis re integra: li-
cèt Io.An.& Io.Cal.& Io. de Ligna.sentiant contrariū,
mouet, qa ex quò primus iā inceperat pcedere in cā.p-
petuauerat iurisdictionem,& sic secundus, qui fuit adiū-
ctus iurisdictione iam perpetuata, & ideo non expirabit
eius potestas, licèt moriatur adiungens re integra ante-
quam adiunctus cœperit vti sua potestate.allegat in arg.
capitulū si super gratia.de rescriptis. libro sexto.vbi non
expirat iurisdictio, seu potestas executoris dati super gra-
tia iam facta per mortem dantis dictam potestatem ipsi
executori re integra. secus dicit, si Papa dando adiun-
ctum, reuocasset primum, & dedisset nouam formam:
36 quia procederet opin. Ioan. Calde. † Sed aduerte, quia
verior videtur opin.Ioan.de Ligna.per.d.l.sciendum. cū
sequēti, quę incipit, nec vtilem.nam videtur, quòd rema-
neat potestas pœnes primum, ex quò efficaciter non est
translata in ipsum adiunctum. arg.d.l.nec vtilem præal-
legata. & facit etiam, quod habetur in dicta regula, non
præstat.de reg.iur.in vj.Nec obst.c.si super gratia.allega-
tum.per do.Flo.quia ibi potestas executoris venit acces-
soriæ ad gratiā, ideo regulatur ſm illā.arg.c.accessoriū.de
reg.iur.libr.vj.sed hæc potestas adiuncta non est accesso-
ria potestati primi delegati: immo est illi par cum sit col-
lega.facit.ff.de verb.sig.l.collegarū, & ideo non videtur
regulari ſm potestatem primi delegati. fateor tamen, vt
voluit Io.And.in d.c.cum plures.quòd satis esset iustum
hoc statuere, quòd qn adiūctus adiungeret alteri, qui p-
petuasset iurisdictionem, q tunc illud sufficeret. nec ob.
ēt prædictis dictum c.cū plures. quia nō loquit de adiū-
cto, sed in pluribus datis cum clausula, vos, vel alter ve-
strum. quo casu perpetuatio primi delegati non potuit
prodesse adiuncto, qui non erat tempore, quo facta fuit
perpetuatio per primum: vt voluit Ioan. Andre.in d.c.cū
plures.Nec ob.etiam prædictis, quòd affecta fuerit pote-
stas primi, vt dixit Ioan.Cald.per præsentationem litera-
37 rum adiuncti † quia decre. si capitulo.per quā mouetur,
loquitur in diuerso casu: vt ibi patet. nam ibi reuocabat
potestas ordinarij per dationem executorijs: sed hic per
dationem adiuncti non reuocabatur primus. præterea ēt
si dicatur affecta potestas primi, talis affectio est accesso-
ria ad ipsam adiunctionem: demum debet habere effe-
ctum, si ipsa adiunctio sortiatur effectum. aliàs venit cō-
quassanda, conquassata adiunctione, velut principali.at.
j.de fid.instr.c.inter dilectos.§.cæterum.& C.de legi.in l.
non dubium. Et pro prædictis etiam faciat, quia etiam
in casu capituli si capitulo sola præsentatio non perpe-
tuat gratiam: & notauit ipse Ioan. Andre.in capitulo si is
cui.de præben.libro sexto.& sic debet intelligi affectio fa-
cta, inquantum durat gratia. nam aliàs si expiret gratia,
non est ratio quare debeat remanere affectio, quæ est ac-
cessoria ad gratiam,& est solum in fauorem impetrantis.
& ideo ex quò non posset operari in eius fauorem, si gra-
tia expirat, meritò debet cessare tunc affectio. qa cessat
causa, propter quam surgebat affectio, ex quo nō potest
in fauorē impetrantis operari,& ideo videtur, q effectus
affectionis debeat cessare.arg.capitulo cum cessante. in-
fra de appella. & sic ex prædictis videtur posse defensari
38 opinionem Io.de Ligna.† pro opin. tamen do.Flo.potest
induci dictum c.cū plures.nam ratio quare ibi perpetua-
tio vnius prodest alteri, videtur, quia iurisdictio est indiui
sibilis, vt dictum fuit s.eod.prudentiam.& ibi notatur in
prima gl. magna. & propter hoc prodest alij perpetuatio
vnius.facit, qd habetur in l.vna est via.ff.de seruitut.ru.p̄
di.& l.si communem.ff.quemadmo.seruitu.admit. & qd
habetur in l.fin.C.de duo.re.sed vt dixi s.potest dici, qd
perpetuatio vnius prodest alteri tunc existenti tempore
perpetuationis.& sic videtur, quod non habeat prodesse
adiuncto dato ex postfacto, qui tunc non erat tempore p
petuationis factæ per primū.& licèt do.Floren.dicat per-
petuari substantiam iurisdictionis, non videtur verum,
imo videtur, quod perpetuatio fiat respectu personæ ha-
bētis iurisdictionem, vt sic illa possit vti, licèt superueniat
39 mors illam concedentis.¶ In glo.finaliter in fine.¶ † No
ta bene ex gloss. quod vbi secunda sententia confirmat
primam agitur,& oritur actio ex secunda,& non ex pri-
ma.& sic secunda est illa, quę meretur executionem, nō
autem prima.de quo plenè dictum fuit s.eo. pastoralis.§.
40 quia verò.† Extra glos.potest opponi. q auditor non de-
buerit diffinire: quia habuit mandatum ad audiendū, nō
autem ad diffiniendum.facit, quod not.glo.in l. qui pro-
curatorem dat.ff.de procur.solutio, potes dicere, q hic ēt
habuit mandatū ad diffiniendū, licèt non clare appareat
in litera, vel secundo potest dici, q quia non habuit man
datum, necessaria fuit cōfirmatio Papæ, vel dic tertio, da
tus in curia, vt audiat causam, intelligitur datus etiam ad
diffiniendū, vt hic videtur innui non diuinando. de quo
in cle.auditor.de rescriptis.facit l.de qua re.ff.de iudicijs,
& j.de causa pos.c.cum super.¶ Vltimo p̄t opponi, quod
non debuerit sententia Episcopi ferrariensis confirmari,
& silentium imponi aduersario, quia nō apparet hoc pe-
41 titum fuisse, & super non petito † nō debet ferri senten-
tia.infra de simo.licèt hely.Solutio, dicit Inno. quòd dēt
litera intelligi, quòd petita erat confirmatio sentētiæ Epi
scopi ex parte capellani ecclesiæ sanctæ mariæ: & qd im-
42 poneretur silentium aduersario † Hostien.verò dicit, qd
sicut in causa appellationis est speciale, quod potest con-
tra absentem procedi.l.si.post medium.C. de temp.appel
la.ita ad officium suum spectat confirmare sententiam,
vel infirmare.ij.q.vj.appellatione. & sic videtur secundū
eum, q sine alia petitione. potuerit hic sententia confir-
mari.facit, quod habetur infra de appella.oblatæ.ad finē.
43 domi.Anto. hic videtur † dicere, quod necessaria est pe-
titio in causa appellationis. sufficit tamen qualis qualis.
puta si dicatur, peto procedi in causa, & quid iuris est ter
minari.Si autem non præcederet aliqua petitio, omnino
dicit, quod nō videt, qualiter iudex possit procedere par-
te ipsa non petente: de quo remittit ad notata per Bart. in
l.si expressim.ff.de appel.& per Innocen.in c.1.dilecto.de
appel.& facit, quod habetur, & notatur infra eodem. cū
contingat.per Innocen.satis puto, quod necessaria sit pe
titio, quia in causa appellationis etiam debet præstari iu-
ramentum de calumnia.l.fina. C.de iura.calū.circa prin-
cipio,& probatur expresse etiam in c. secundo de iura,ca
lum.libro sexto.licèt olim inter Legistas esset de hoc opi
nio, vt patet ex notatis per glos.in d.l.ij.Item, quia debet
etiam lis contestari, quando partibus præsentibus agita-
tur causa.faciat, quod habetur in l.vna C.ne liceat in vna
eademque causa,& quod etiam notauit Barto.in l.ab ho
stibus.§.sed quod simpliciter ff.ex qui.cau.maio. & sic ea
dem ratione videtur, quod in causa appellationis debeat
interuenire petitio, seu libellus. tene tamen menti di-
ctum Hostien.Ioan.

SVMMARIVM.

1 *Socius, an possit delegari iudex in causa socij.*
2 *Doctor, vel magister possit ne delegari in causa scholastici.*
3 *Delegatus, an, & quando possit subdelegare appellatione remota. & nu-*
mero, 16.

4 *Delegatum*

4 *Delegatum etiam inferioris a Principe posse subdelegare, si hoc, etiam a delegante permissum sit.*
5 *Iudicem eligendum esse, qui sit prouidus.*
6 *Iudicem ex ea diœcesi esse delegandum, ex qua actor, & reus sunt, si contingat vtrunque esse ex eadem diœcesi.*
7 *Processus factus a delegato Papæ in causa laici, an, & quando teneat, atque inibi, an Papa habeat iurisdidictionem in Laicos.*
8 *Frater, an sit idoneus testis in causa fratris*
9 *Testes eos duntaxat esse posse, qui negotio, de quo agitur, interfuerunt, iudices esse possunt, etiam qui non interfuerunt.*
10 *Pater an, & quando, & quatenus possit esse iudex in causa filij.*
11 *Patrem posse delegari, in causa ciuili filij sui, an sit indistinctè verum.*
12 *Appellari posse a facto iudicis, non etiam a dicto testis.*
13 *Iudicem posse esse eum, qui est criminosus, dum non sit infamis*
14 *Testi posse obijci crimen, etiam quod non infamat.*
15 *Iudex an, & quando is detur, quem altera pars petierit.*

CVm.R.canonicus. Locus ad quẽ re' secure accedere nõ põt, & concanonicus in causa cõcanonici põt recusari.h.d. Et in prima ponitur prouisionis, & mãdati causa.in secunda mandatum. secũda ibi, mãdamus. Nota, ꝙ propter locum suspectum, & non tutum iudex potest recusari, & a iudicando remoueri. Et nota, ꝙ sufficit locum, non esse tutum nedum, propter inimicitias proprias, sed etiam propter inimicitias communes ciuitatis ipsius partis. No. ꝙ concanonicus in causa concanonici, nõ debet dari delegatus: quia verisimiliter po-
1 test esse alteri parti suspectus. † Nota, qđ socius in causa socij, non debet delegari: quod est verum durante societate, secus si sit finita nisi nimia affectio remãserit ex societate præambula, secundum Io. And. facit, quod not.
2 Barto. in simili in l.j.§.idẽ.ff.de quęstionibus. ¶ An† autẽ magister, vel doctor possit delegari, & sic dari iudex in causa sui scholaris, cõmuniter tenetur, ꝙ non, nisi aduersarius, esset etiam suus scholaris, & si datus fuerit, quãdo alter solũ est su' scholaris, poterit, vt suspectus recusari, vt not. in Spe. ti.j.§. superest. ver. quid de magistro. & sequenti. ¶ Nota casum in quo subdelegatus procedit appellatione remota, quando.s. Papa hoc expresse subdelegato cõcedit. ¶ Nota, ꝙ Papa aliquãdo cõmitit causam
3 contra laicum, quod intellige, vt tangit in glo.j. † Nota secundũ vnũ intellectum, ꝙ aliquando delegatus potest subdelegare cũ clausula, appellatione remota: qđ contin
4 git, quando hoc expresse a Papa sibi conceditur† nota. ꝙ delegatus poterit alteri subdelegare vigore potestatis sibi commissæ a delegante, & sic facit pro opi. quæ habet, ꝙ delegatus inferioris a Principe possit subdelegare, vbi a delegante hoc sibi permittitur. de quo per gl. j. eo. l. si is cui. lib. vj. & dixi. s̃. eod. super quæstionum, in §. porrò. vbi glos. tangit. Nota, ꝙ quandoque impetranti datur potestas eligendi iudicem, quodqualiter sit intelligendum,
5 tangitur in gloss. fina. † Nota quod iudex debet eligi, qui sit ꝓuidus. s̃. eo. l. si pro debilitate. de quo dic. vt hodie ha
6 betur in c. statutũ. in prin. j̃. eo. li. vj. ¶ Not. quod† quando actor, & reus sunt eiusdem diœcesis, debet iudex delegari in illa, & sic videtur hæc decr. prophetasse ius nouum, quod hodie habetur in decret. statutum. §. j. de rescriptis. lib. vj. ¶ In glo. prima ibi, contra laicum. nam hoc non videtur posse fieri, per id quod habetur in c. nouit. de iudi. & qui filij sint legi. in c. causam quæ. in ea. gl. in fine. quælibet solutio in se est bona, & ꝑ vltima bene facit, quod habetur in c. cum contingat. de foro comp. & in l. j. C. de
7 emanci. libe. † Nota tamen præcipuè secundam, quia ex illa habes, ꝙ licèt contra rescriptum impetratum a Papa contra laicum, intellige, qui non sit de temporali iurisdictione ecclesiæ, possit excipi, tamen si non excipiatur, tenebit processus: vt hic est tex. cum gloss. & pro hoc bene facit, quia Papa dicitur habere iurisdictionem, quò ad habitum, etiam in laicos: licèt quò ad exercitium eam habeat Imperator in terris ecclesiæ non subiectis: prout notatur in c. nouit. de iudi. contra laicos autem, qui sunt de temporali iurisdictione ecclesiæ etiã habet exercitium, vt in c. si duobus. de appel. & q. filij sint legi. in c. per venerabilem. potes etiam intelligere tex. ꝙ iste laicus fuit actor originarius, & egit contra istum canonicum corã iudice ecclesiastico, qui tulit sententiã contra ipsum canonicum: a qua sententia appellauit ad Papam. vnde nimirum, si Papa potuit delegare, & adde etiam, quod le-
8 gitur, & nota. in c. si clericus. de foro comp. ¶ † In gloss. ij. ibi ẽt frater pro fratre. detrahitur tñ aliqd de eius fide, vt not. Spe. in tit. de teste. §. j. ver. sed nunquid frater, qđ, intellge, nisi qualitas ꝑsonæ ipsius testi aliud suadeat. nã posset esse adeo notæ, & probatæ vitæ, & fidei, ꝙ non detraheret de fide dicti ei', qd enim si eẽt frater, sed religiosus de ordine Cartu. vel Mõtis Oliueti, vel de obseruãtia sancti Francisci. vel licèt aliàs esset laicus, reputaretur ab omnibus religiosæ vitæ, & talis, ꝙ verisimiliter, non diceret, nisi veritatem, etiam pro fratre. nam certe videtur, ꝙ tunc sibi sit credendum, sicut alij idoneo testi. facit quod legitur, & notatur in c. in literis. j. de testibus. & in l. iij. §. j. ff. de testi. dictum ergo Specu. procedat, vbi non apparet talem fratrem esse, tam notæ, & probatæ fidei. In ea. glo. ibi, sit prohibitorium. Supple certarum personarum, & permissorium regulæ, quia quilibet admittitur ad testificandum, nisi reperiatur prohibitus. l. j. allegata in glos. & facit quod notatur in simili. de spon. in c. cum apud. ¶ In
9 ead. glo. ibi, quam testes. † nam solum testificari possunt qui interfuerũt negotio, de quo agitur. l. testium. C. de testibus. & in eo. ti. c. cum causam. sed iudices esse possunt, etiam si non interfuerunt negotio: quia poterunt iudicare secundum allegata, & probata. s̃. eo. pastora. §. quia ve-
10 ro. redeo ad glo. in ver. sed tamen. ¶ † In ead. glo. ibi, pater in causa filij, & de hoc dic, vt no. in §. tria. hic allegato, & in l. qui iurisdictioni. ff. de iuris. om. iu. & in l. quin etiam. ff. de arbi. & in l. & in priuatis. ff. de iudi. in quibus cõcluditur, ꝙ pater non potest esse iudex in causa filij, si sit causa criminalis: nec etiam in causa ciuili, si est ordinarius, nisi forte vsque ad contestationem litis, si actio sit tempore peritura, quæ perpetuatur, per litis cõtestationem. l. fi. C. de anna. exce. & sic vltra non procedetur, ex quo cessa
11 bit periculum moræ, sed † bene potest esse delegatus in causa ciuili filij sui: & est ratio, quia fungitur vice delegãtis. s̃. eod. cum olim magister. & sic transeunt glo. præallegatæ. & Doc. & sic potest intelligi glo. hic, sed hoc intelli ge verum, saluo iure recusationis. nam si consanguineus potest recusari in causa consanguinei, multo fortius pater in causa filij propter maiorem affectionem. arg. eorũ, quæ notantur in capi. cum in cunctis. de elec. & C. de sacro sanc. eccle. auth. multo magis. & sic in effectu nõ erit aliud quò ad patrem ad filium, quam de consanguineo ad cõsanguineum. licèt gl. videatur aliud sentire. ¶ In ea.
12 glo. ibi, sed non testes. ratio diuersitatis † quia a facto iudicis potest appellari. j̃. de appella. c. vt debitus. sed non a dicto testis. & sic est maioris præiudicij posse testificari, q̃ esse iudex. Ideo cautius fuit agendum. j̃. de ele. vbi periculum lib. vj. & notatur per Vincen. in c. fi. de cle. excom. &
13 † intellige, quod criminosus potest esse iudex, dummodo nõ sit infamis, nam aliàs secus. de rescriptis in c. sciscitatus
14 † contra testem, tamen potest obijci crimen, etiam quod non infamat. vt legitur, & notatur j̃. de testibus. super eo. & in c. testimonium. ¶ In ea. glo. ibi, de testibus. c. personas. & sic hoc casu æquiparantur iudex, & testis, ꝗa tunc eadem ratio est in vtroque: & per consequens idem ius. supra de const. translato. cum similibus. ¶ In ead. glo. ibi, contra alium cõcanonicum. Supple pro canonico, & sic actor, & reus, tunc essent concanonici iudicis delegati. ¶ In glo. fi. ibi, non statur. hodie hoc communiter non tenetur,

tenetur,quia etiam hodie in causa criminali episcopi, presbyteri,diaconi, vel subdiaconi datur electio iudicis reo secundum formam prædictorum capitulorum. ¶In ead. glo.ibi voluerit concordare.similis expositio fit in c.cum
15 speciali.j.de appellationi.¶†In ea.glos.ibi altera pars est absens.hoc obseruarur in curia Romana.vt dicit gloss.in l.obseruandum.ff.de iud. quia altera parte absente datur petitus,nisi superiori,aliud videatur,sed vtraque parte presente,non datur petitus, nisi alia pars consentiat, vel nisi detur ob euitandam verecundiam iudicis petiti,ne videatur reijci,tanquam imperitus,& si cōcordant de aliquo, ille dabitur:si autem non possunt concordare de vno,tūc quælibet pars eligit sibi vnum, & curia ex officio dat tertium.facit quod dictum fuit s̄.eodē.in c.cum olim magister.& quod notatur in c.nonnulli.de rescriptis . ¶In ea. gl.ibi.de iudice suspecto in illo,dic vt habetur in d.§.tertio.& hodie melius,in c.iudex.j.co.lib.vj. In ead.glo.ibi, ad iudicem . supple propter locum nō tutum:vt patet ex litera.In ead.glo.in fine.vel dic,q̄ iste erit certus,quando subdelegabit,& potest intelligi,q̄ erit subdelegatus , sed
16 tunc obstat † quia in litera hic dicitur , q̄ procedet cum clausula (appellatione remota) quod tamen non potest committere,nisi Papa,vel Princeps.s̄.eo. super quæstionum,sed dic,q̄ hic est speciale, vt delegatus subdeleget, cum tali clausula ex speciali commissione Papæ , & pro hoc litera ibi,autoritate nostra &c. facit quod notatur in c.pastoralis.s̄.eod.posset etiam intelligi, q̄ iste subdelegatus,sit subrogatus primo : & tunc cessaret obiectio de dicta clausula(appellatione remota) Io.de Imo.doctor &c.

SVMMARIVM.

1 *Libellum alternatiuum debere admitti.*
2 *Excommunicationis in se latę nullitatem allegans id prius probare debet, quàm ad eius absolutionem procedatur.& nu.28.*
3 *Excommunicatum se iniuste conquerens prius absoluendus est , quàm de causa cognoscatur.& nu.6.& 29.*
4 *Excommunicationis sententia quibus casibus sit ipso iure nulla,& numero 14.& 28.*
5 *Sententia lata contra ius scriptum errore in ipsa sententia expresso,an sit semper ipso iure nulla.*
7 *Probare volens id , quod probatum non releuaret , non est audiendus.*
8 *Articulus vel positio impertinens non debet admitti.*
9 *Casum frustra expectari,cuius euentus nihil operaretur.*
10 *Errorem intolerabilem expressum in sententia opponens censetur opponere de iniustitia sententiæ.*
11 *Iniustitiæ appellatione,an comprehendatur nullitas sententiæ.*
12 *Libellus in quo est error notorius potest per iudicem ex officio reijci.*
13 *Testium dicta quando debeant ad concordiam reduci.*
15 *Excommunicatio minor non repellit quem ab agendo.*
16 *Exceptionem prius discutiendam,vt cognoscatur admittenda sit nec ne, quam probationes super ea recipiantur.& nu.19.*
17 *Protestationes cuiusmodi solent fieri per iudices in admittendis exceptionibus , & probationibus , item etiam in admittendis articulis , & numero 20.& 22.*
18 *Reus,an possit cogi ad respondendum positioni,quam dicit impertinentem. & nume.23.*
21 *Exceptionem præiudicialem non esse admittendam cum protestatione,si,et inquantum,&c.sed super ea est interloquendum, antequam ad vlteriora procedatur.*
24 *Clausula,si & inquantum de iure fieri potest, apposita in reformatione , vel decreto quid operetur.*
25 *Alienatio rei minoris,cum decreto, in quo iudex adiecit clausulam , si,& inquantum,de iure valere possit,an valeat.*
26 *Excommunicatus,qui conqueritur se iniuste excommunicatum, per quem sit absoluendus.*
30 *Excommunicationem dicens esse nullam,si id non possit probare , sed probet duntaxat esse iniustam,an,& inquantum sit condemnandus.*
31 *Probationes factæ ad vnum finem in vna instantia,non prosunt in alia instantia,quæ est ad alium finem.*
32 *Sententiæ nullitatem deducens,an eo ipso videatur deducere iniustitiam ipsius sententiæ,& an sententia nulla possit dici iniusta, vel econtrario. numero sequen.*
34 *Sententiæ nullitatem,& iniustitiam possit ne quis simul, & semel deducere.& nu.seq.& 37.*
36 *Verba in libello latè sumi posse pro libellante.*
38 *Sententiam dicens esse nullam ex vna aliqua causa,an si illam causam non probet,sed aliam debeat obtinere.*
39 *Sententia,si petatur cōfirmari, an poterit aduersarius dare petitionem suā super infirmatione.& nu.41.*
40 *Sententiam non esse ferendam super non petitis.& nu.44.& 45.*
42 *Sententiam latam contra alteram sententiam in diuersis instantijs valere.*
43 *Petitio,an sit porrigenda in causa appellationis.*
46 *Libellus alternatiuus,an,& quando possit admitti.*
47 *Excommunicatio iniusta,an,& quare,& quatenus liget.*
48 *Sententia lata,non præcedente citatione est ipso iure nulla.*
49 *Confessio,quando possit pro parte approbari,& pro parte reijci.*

CVm contingat. Delegatus,cui mādatur, q̄ absoluat illum , qui se dicit excommunicatum iniuste,antequam partium probationes recipiat illum absoluat.si verò mandatur ei , q̄ denunciet excommunicationis sententiam fore nullam,tunc prius super eo probationes partium recipiet.h.d.Et primo ponitur consultatio: in secunda responsio.secunda ibi ad quod.Et illam secundam distinguit,& membra prosequitur,vt patet ex litera, & sic transit Ioā.And.posses dicere,q̄ distinguit in effectu duo membra principalia:primum est,quando quis conqueritur se excommunicatum post appellationem legitimam. Secundum est,quando quis conqueritur se iniuste excōmunicatum,& hoc membrū subdiuidit : nam primo loquitur,quando excōmunicatus volebat probare se iniuste excommunicatum,antequam absoluatur.secundo loquitur, quando excommunicator volebat probare se iuste excommunicasse, antequam excommunicatus absolueretur,licèt peteret se absolui. Primū membrum principale,est in versiculo ad quod.Secundum in versi.in eo.Et secundum membrum , secundi membri, est in versiculo verū.In textu ibi probatio admittenda.Supple,si non petit se absolui, sed potius vult antequam absoluatur probare se iniuste excommunicatum. Item ibi,excommunicatū iniuste.Supple,& petat humiliter se absolui ante omnia: sed Episcopus contradicat,volens prius probare, q̄ iuste
1 ipsum excommunicauit . † Nota primo argumentum,q̄ libellus alternatiuus debeat admitti : de quo aliquid dictum fuit.s̄.de rescriptis.ex parte.& nota. etiam per gl.in c. Abbate.de re iudi.lib.vj.vbi bona glo.& aliquid etiam
2 j.dicetur.¶ Nota duas regulas,quarum prima est,q̄† vbi excommunicatus conqueritur de nullitate excommunicationis,vt quia dicit, q̄ fuit excōmunicatus post appellationem legitimā, vel q̄ in illa est intolerabilis error expressus , prius est cognoscendum de hoc , antequam fiat absolutio . & ratio est,quia tunc,non fatetur se ligatum , & sic non cognoscat , an indigeat absolutione, posset tamen peti,& dixi dari absolutio ad cautelam, per id quod habetur.j.de sen.excom.c.per tuas.& eo.ti.in c.solet. lib. vj.& in c.venerabilibus.§.pe.& fin.eo.ti. & lib. Secunda
3 regula est, † q̄ vbi excōmunicatus conqueritur de iniustitia excommunicationis,semper est absoluendus,antequam de causa cognoscatur,quia fatetur se ligatum:& sic ei non est communicandum,nisi fuerit absolutus præstita cautione,de parendo mandatis ecclesiæ,quando offensio est dubia.j.de verbo.signi. in c.ex parte . † Nota duos
4 casus, in quibus sententia excommunicationis est nulla ipso iure:primus est, quando est lata post appellationem legitimam.secundus est,quando continet intolerabilem errorem:& sic quando est lata iuris errore in sententia patenter expresso.facit j.de sen.excom.c.per tuas. & eo.tit. c.venerabilibus.§.pen.& fi.lib.vj. & sic a contrario secus videtur , si error esset tolerabilis : vt si lata esset sententia

contra

contra extrauagantem, de qua potest probabiliter dubi-
5 tari. facit † quod not. Bar. in l. cum prolatis. ff. de re iudica.
vbi videtur velle, quod licèt sententia lata contra ius scri
ptum insertum in corpore iuris, expresso errore in illa,
non valeat, tamen secus si lata sit contra extrauagan-
tem non insertam in corpore iuris. idem videt, si sit sen-
tentia promulgata, contra legem multipliciter intelligi-
bilem: vt quia super illius intellectu sint variæ opiniones
nam per hoc non redderetur sententia nulla. facit quod ha
betur in §. quibus. C. de nouo Codi. compo. & in prima
constitutione. C. & in l. dos a patre. ff. sol. ma. & quod di-
6 xi. §. de rescriptis. in c. ab excommunicato. † Nota, ꝙ vbi
quis conqueritur de iniusta excommunicatione in casu,
in quo non est euidenter nulla, nō debet audiri, nisi an-
te omnia petat se absolui: & ante omnia est absoluēdus,
secundum formam ecclesiæ, etiam inuito excommuni-
catore, quamuis offerat se velle probare ante absolutio-
nem, se iuste excommunicasse: nam non est audiendus
7 per rationem positam in litera. Nam ratio est, † quia quis
non debet admitti ad probandum id, quod probatū non
releuaret: vt hic probatur, & in l. ad probationem. C. de
proba. & ad hoc sæpe allegatur hæc decretalis. Et ex hoc
8 etiam nota, ꝙ † articulus, seu positio impertinens, non
debet admitti, quia etiam si cōfessaretur per aduersariū,
vel probaretur per partem, nil releuaret, & ad hoc etiā
sæpe allegatur hoc capitul. facit ꝙ not. in c. ij. de confes. li-
9 bro vj. † Item ex prædictis nota, ꝙ frustra expectatur ca-
sus, cuius euentus nihil operatur. facit, quod habetur in
l. aliquando. ff. ad Velleia. ¶ Nota, ꝙ plus non debet ope-
rari dubius euentus, quàm casus expressus determina-
tus. Facit quod habetur in d. l. aliquando. not. ꝙ excōmu-
nicatio iniusta tenet, & eget absolutione. de quo in c. ab
excommunicato. de rescriptis. Nota, ꝙ ex varietate ꝓba-
10 tionum variatur modus pronunciandi. † Nota, ꝙ quando
apponitur, ꝙ in sententia fuit expressus error intolera-
bilis, dr̄ opponi de iniustitia: vt hic probaē in ver. in eo. iū
ctō ver. nisi. cum exceptio debeat esse de regula: vt notaē.
j. de regu. iuris. super rubrica. lib. vj. contra hoc tamē fa-
11 cit, † quia aliud videtur nullitas, aliud iniustitia: & sic vr̄,
quod sub iniustitia, non comprehendatur casus inferens
nullitatem, cuius contrarium hic videtur innui. Sed po-
tes dicere secundum do. Flor. ꝙ si verbū iniustitia sumaē
strictè, & propriè, præsupponit sententiam esse aliquam:
sed latè tamen sumendo verbum iniustitia, etiam cōpre-
hendit iniustitiam, quæ infert nullitatem: vt hic patet. Et
nota. ex prædictis, ꝙ libello porrecto super iniustitia, vi-
detur posse pronūciari super nullitate excōmunicatio-
nis. de quo inferius dicetur. Nota, quod aliquādo in sen-
12 tentia est patens, & sic notorius error. † Quid autem, si in
libello, sit notorius error. notaē ꝑ Inn. in c. examinata. de
iudi. & in c. sua. de offi. Vic. vbi dicit, ꝙ pōt ex officio iudi
cis reijci. Nota ex tex. ibi, postulanti. ꝙ absolutio, non vi-
detur concedenda, nisi petenti. de quo dic, vt dixi in c. ab
excōmuuicato. §. de rescriptis. Nota, ꝙ absolutio ab ex-
communicatione debet fieri, secūdum formam ecclesiæ:
de qua forma habetur j. de sent. excō. c. cum desideres. &
in c. a nobis. lo ij. ¶ In glo. prima ibi, ante & post fuerit
appellatum, præsumendo, binam appellationem inter-
cessisse: vnam ante excommunicationem propter testes
excommunicati, aliam post excommunicationem, pro-
13 pter testes Episcopi. ¶ In ea. gl. in fine. † No. bene ex hac
glo. notabilem limitationem ad decret. cum tu. de testi.
inquantū ibi dicitur, debere dicta testium reduci ad con
cordiā, quia illud hēt locum, qn̄ testes vtriusque partis
sunt æquales. secus qn̄ testes vnius partis ꝑponderant te
stibus alterius partis, vt qa forte sint plures, & meliores.
nā tunc illis statur, vt hic dixit gl. & etiam Inn. de quo
etiam tangitur in d. §. c. cum tu. vbi etiam per do. Anto.
& ibi etiam dixi, & in l. inter stipulā. §. j. vbi etiam Barto.
aliquid tangit. ff. de verb. oblig. ¶ Potes etiam dicere ex-
tra glossam, ꝙ per responsionem partis aduersæ factam
ad positionem alterius partis, vel ad interrogationem iu
dicis, poterit cōstare vnicam tantum fuisse appellationē,
facit, quod habetur. j. de fide instru. cum Ioannes. circa fi-
nem. in c. ij. de confes. li. vj. & sic tunc cessabit, quod dixit
gloss. de bina appellatione præsumenda. vnde tunc stan-
dum erit melius probanti. & si erūt æquales, feretur sen-
tentia pro reo. de reg. iur. cum sint partium. lib. vj. ¶ Item
poterit esse, ꝙ forte solus episcopus excōmunicator pro-
babit intentionem suam, & excōmunicatus nihil ꝓba-
bit: & ideo tunc indubitanter operabitur probatio te-
stium episcopi. & si dicatur, quod inter ꝓbationes ipsius
episcopi, & confessionem, seu assertionē alterius partis,
debet fieri cōcordia, sicut si ambo ꝓbassent: dicit Inno.
hoc non esse verum: quia assertioni suæ, vel confessioni
non statur per se. l. de ętate. §. j. ff. de interro. ac. Et ex præ-
dictis patet non esse superfluum, seu superuacum, qd
recipiantur testes ex parte episcopi, ꝙ excōmunicauerit
ante appellationem, quia talis probatio potest prodesse
in casibus, de quibus superius est dictum: quando videli-
cet testes episcopi essent plures, & melius probarent, vel
quando constaret, vnicam tantum fuisse appellationē,
vel appellationem minus legitimam fuisse. Et per hoc
patet responsio ad obiectum glos. ¶ In glo. ij. ibi sequēti
tantum. tu dic idē in alijs, in quibus sententia esset nul-
la euidenter: quia eadem est ratio, & sic idem ius esse de
14 bet. §. de cōstitu. c. translato. † & multos casus, in quibus
sententia excommunicationis est nulla, posuit gloss. in
c. præsenti. de sen. excom. lib. vj. & sic illud quod ponitur
in versiculo, nisi, ponitur grana exempli, & pro hoc non
restringit dictum ad illum casum tātum: per id, quod ha
betur in l. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de damno
infec. Et nota ex tex. cum glos. quod vix fit, nihilominus
fit. de quo in c. ij. de cogna. spiri. lib. vj. Quando autem di
catur esse patenter error expressus in sententia, dic, qn̄
quis esset excommunicatus, propter obedientiam, cum
econtra propter inobedientiam, & contumaciam, quis
sit excommunicandus. de sen. excom. sacro. vel quando
quis esset excōmunicatus ex eo, quia daret elemosinas
pauperib⁹. facit, quod legitur, & notatur, de sen. excom.
c. per tuas, & eo. ti. c. venerabilib⁹. §. penul. & fi. li. vj. ¶ In
glo. iij. ibi, tunc demum audiat probationes. Supple, & si
non sunt admittendę, tunc non audiat probationes, &
sic bene sequitur in gl. quod qui aliter faciunt hoc casu,
non bene faciunt. ¶ In ea. gloss. ibi, posset esse causa ap-
pellandi. hoc non placet Ioan. And. quia si propono ex-
ceptionem, quod actor non debet audiri, quia est excom
municatus minori excommunicatione, licèt iudex ad-
mittat me ad probandum, & postea non repellit actorē,
non per hoc potero appellare, quia non intelligitur me
15 grauare, ex quo de iure non debet repelli. † cum minor
excommunicatio non repellat quem ab agendo. j. de ex
cept. in c. a nobis. cum ibi notatis, & etiā, quia iudex po-
test sententiam interlocutoriam reuocare. j. de appella.
in c. cum cessante, & sic licèt tacitè videretur admisisse
dictam exceptionem, tamen posset talem admissionem,
velut interlocutoriam reuocare: attento, quod de iure ta
lis exceptio non habet repellere quem ab agendo, & si
dicatur, iudex grauauit me in onere probationis: & sic vi
detur, quod possim appellare, si non admittit dictam ex
ceptionem, potest responderi, ꝙ ego fui in culpa, ingerē
do me ad probandum id, quod non iuuabat de iure, & iō
non possum de hoc inculpare iudicem: sed potius culpa
mea cum culpa iudicis compensabitur. arg. l. si ambo. ff.
de compensa. ¶ In ead. gloss. in fine. Nota bene ex gl. pra
16 dictam, † quod vbi opponitur exceptio, debet iudex pri⁹
discutere, an sit admittenda, vel non, antequam reci-
piat probationes super illa, & sic si viderit illam non ad-
mittendam,

mittendam reijciat eam , & non admittat probationes.
Si verò viderit illam admittendam,illam admittat,& au
diat probationes,ſuper illa:non autem debebit admitte-
re probationem ſuper illa, prius quàm per eũ diſcuſſum
fuerit,an ſit admittenda,quod dicit glo. procedere , ſal-
uo niſi velit iudex admittere probationes ſub proteſta-
tione, quod ille demum valeant, ſi de iure debent vale-
re:& ſic inquantum debuerunt admitti , & aliter non.&
17 ita quotidie faciunt iudices:†quia dicunt,admitto inquã
tum de iure debeo.Et ſimiliter dicunt,admitto probatio
nes,inquantum de iure debeo,& ſimiliter etiam ſit pro
teſtatio in articulis,& poſitionibus:quia dicit iudex, ad-
mitto ſaluo iure impertinentium,& non admittendorũ.
Hoſti.verò hic dicit,qđ dicta proteſtatio nõ iuuat,ſi fiat
ĩnuita parte:per id,quod not.ſ.de ele.in c.Cumana:quia
vt dixit gloſſ.parte inſtãte debet diſcuti,an exceptio, vel
articulus,vel poſitio,aut probatio debeat admitti , ante-
quam admittatur,vel recipiatur probatio ſuper exceptio
18 ne,vel articulo,† & ſic videtur,ꝙ non poſſit iudex cogere
reum ad reſpondendum poſitioni,quam dicit reus imp-
tinentem,& ſic ei non eſt reſpondẽdum,etiam ſi velit eũ
cogere ad reſpondendum, ſaluo iure ſuo,hoc eſt, quod
habeatur pro non reſponſo inquantum de iure reſpon-
dere non debuerit,ſi reus contradicat, ſed ipſo non con
tradicente,nec actore,poterit admitti reſponſio rei, ſi di
cat,reſpondeo ſic ſaluo iure meo,& ſimiliter non contra
dicente reo,nec actore videtur,quod poſſit recipere exce
ptionem , & probationem ſub ꝓteſtatione,quod valeãt,
ſi de iure debeant valere.& aliter non.& ita ſæpe practi-
catur,ſed reo contradicente videtur,ꝙ non poſſit cogi ad
reſpondendum,etiam ſaluo iure ſuo.& videtur etiam , ꝙ
contradicente actore non debeat admitti exceptio etiã
cum proteſtatione.de qua in gloſſ. ſecundum Hoſti. qui
tamen intelligit prædicta vera, niſi ſit præſumptio cõtra
reum,ꝙ faciat cauſa differendi proceſſum.argum.de prę-
ſump.in c.nullus.vel niſi ſit exceptio dubia , & q̃ requi-
rat longum tractum, vel niſi ſubſit alia iuſta cauſa , quæ
debet in actis exprimi,aliàs daretur materia appellandi ,
vnde non ſubſiſtente cauſa parte inſtante debet iudex in
terloqui,an exceptio ſit admittenda,vel non,& ſi diceret
iudex , nec repello,nec admitto,procedatur ad vlteriora
reſpondeat reus:& dicat nec procedo,nec non procedo,
interloquamini ſuper exceptione. Et ſecundum prædi-
cta dicit Hoſtien. debere intelligi cap.ad diſſoluendum.
de deſponſa.impu. ſubſiſtente autem aliqua cauſa de ſu
pradictis, poterit reus cogi ad reſpondendum ſaluo iure
ſuo , & ſimiliter poterit iudex admittere exceptionẽ ſub
conditione illa,ſi , & inquãtum de iure ſit admitenda: &
19 poſtea in fine hoc plenariè diſcutieť : † & per hoc habes
ꝙ ſi dicatur poſitionem, vel articulum eſſe impertinẽtẽ,
ſi hoc de facili poteſt conſtare,non debet iudex admitte
re,ſed prius diſcutietur,an pertinens,vel non,ſed vbi de
facili hoc non poteſt conſtare, vt quia fortè eſt dubium,
an ſit pertinens,vel impertinens,& tunc poterit admitte
re adiiciendo ſaluo iure impertinentium, & non admit-
tendorum,& ſic in effectu cum proteſtatione,& ſub con
ditione,ſi,& inquantum,& de iure admitti debeant , &
20 aliter non, & ſic practicatur.Imo quaſi†in omnibus acti
bus iudices apponunt clauſulam illam,ſi,& inquantum
de iure facere debeant, ſiue producantur articuli , ſiue
poſitiones , ſiue inſtrumenta , ſiue aliæ ſcripturę . nam
ſemper dicunt,admitto,ſi,& inquantum de iure admitti
debeant , & aliter non,quod tene menti . ¶Et per præ-
dicta habes declaratum,quando procedat id, quod dixit
glo.de admiſſione fienda cum proteſtatione de qua in
gloſſ.Et prædicta etiam ſunt de mente Hoſti. ſecundum
21 quem etiam poteſt dici, †quod ſi exceptio eſt præiudicia
lis,& peruertens iuris ordinem , ſeu impediens proceſ-
ſum,ſuper tali eſt interloquendũ,antequam ad vlteriora
procedatur : nec debet tunc admitti etiam cum proteſta
tione de qua ſ.exemplum ſi opponatur exceptio,tu non
es iudex competens,vel tu non es procurator,& ſimilia.
de iudi.in c.exhibita. & de procuratori. in noſtra.ſi vero
22 † non impediat proceſſum , vt ꝯtingit in exceptione di-
latoria ſolutionis, quæ ante litis conteſtationem propo-
nitur,& poſtea probatur.C.de proba.in l.exceptionẽ.vel
ſi dicatur reſpondendũ eſſe poſitioni , vel interogationi.
vel ſi obijciatur teſtem non eſſe producendum , poterit
admittere prædicta cum proteſtatione. & idẽ ſimilibus ,
quæ dependeant a mero officio iudicis.l.vbicũque.ff.de
interro.act.& facit,quod habetur in c.j.de confeſ.libr.vj.
23 †dicit tamen in dicto caſu , ꝙ ſi pars inſtat pronunciari,
an exceptio ſit legitima, vel non,vel an ſit reſpondendũ
poſitioni,vel interrogationi,debebit iudex ſuper hoc in-
terloqui. aliàs daret cauſam appellandi,ſaluo niſi contra
partẽ præſumereť.arg.d.c.nullus. de præſump.& l.ſatis.
C.de falſis. vel niſi requirereť diſputatio ſuper allegatis
per partem,& non poſſet faciliter diffiniri:nam tunc po-
terit iudex admittere cum proteſtatione de qua.ſ.& ſic
intelligatur glo. & ſic etiã videť reſidere hic Ioan.Andr.
¶Communiter tamen practicatur , ꝙ etiam ſi ſit exce-
ptio reſpiciens proceſſum,ſi ſit dubia , & requirat tractũ
in eius diſcuſſione, vel ſi ſit præſumptio contra excipien
tem,quod admittitur exceptio , cum proteſtatione, ſi,&
inquantum de iure debeat admitti.purgaretur,tamen ꝓ-
ſumptio,quæ eſſet contra reum, ſi offerret ſeparatim in-
continenti probare de iure ſuo . argu.l.ſi is a quo.ff. vt in
poſ.lega.& j.de appella.in c. interpoſita . poſſet etiã eſſe
tanta præſumptio contra reum , ꝙ ſi non offerret ſepara-
tim incontinenti probare de iure ſuo, quod poſſet iudex
repellere exceptionem per eum oppoſitam:per id, quod
not.Inno.j.de conceſ.præbẽ.in ca.poſt electionem. & fa-
cit etiam,quod habetur in l.ſatis.C.de ſal. & adde prædi
24 ctis, † quod not.Bar.in l.ambitioſa.in pe.col.ff.de decre.
ab ordi.faci.vbi tangit,quid ſi fiat reformatio,vel interpo
natur decretum in aliquo actu,cum clauſula,ſi de iure id
fieri poſſit.nam dicit, ꝙ ſi non appoſita dicta clauſula te-
neret reformatio,ſed eſſet caſſanda, vel ſi teneret decre-
tum,ſed eſſet reuocandum,ꝙ in dicto caſu,quando dicta
clauſula eſt appoſita , ipſo iure erit nulla reformatio : &
ſimiliter erit nullum decretum,quia illa verba,ſi de iure
fieri poſſit, debent intelligi.ſ.cum effectu.per l.hæc con-
ditio.ff.de condi.& demon.& ff.de hære.iuſti.in l.in tem
pus.& ſic ex quo non potuiſſet fieri cum effectu,quia ve
niebat reſcindenda reformatio,& ſimiliter decretum,ap
parebit condictionem deficere,& ſic ipſo iure non vale-
bit propter adiectionẽ dictæ clauſulæ.facit l.cum ad prę-
25 ſens.ff.ſi certum petat. † & adde etiam quod notatur per
eundem Bar. in l.cum propter.ff.de legatis præſtand. vbi
tãgit,quod ſi in cõtractu inito per minorem ſuper alie-
natione rei ſuæ,iudex interponit decretum,ſi,& inquan
tum de iure dicta alienatio valeat,an ſi dicta alienatio ha
bebat alias ſolennitates præter decretum,valebit:nam vi
debatur quod non,quia ſine decreto non valebat.tamen
contrarium tenet , quia mens iudicis videtur fuiſſe , ꝙ ſi
aliàs eſſet nulla,etiam dato ꝙ interueniret decretum,tũc
non intendit interponere decretum , ſed bene intendit
interponere,ſi ſit valitura interueniẽte decreto. quod te-
ne menti. ¶In gl.fi.ibi,ſuper hoc.non videtur,ꝙ ſint ſu-
perfluæ,ex quo eſt abſolutus, ſuperfluis autem nõ debe-
mus vti:vt ſ.in proœmio huius libri. ¶In ead.glo.ibi,in
tantum tempus abſtineat.Supple à communione homi-
num.vt notat glo.de ſen.excom. in c.ſacro. in gloſſ.quæ
incipit hæc pœna.¶In ea.gl.in fine . quo autem iure ad-
mittantur iſtę probationes , & quo iure poterit agi ad id
quod dicit glo. dicit Inno.ꝙ condictione ex hac decreta-
li,vel ex c.ſacro.de ſen.excom. vnde dicto iure poterit ẽt
peti , & agi , vt pronuncietur ſententia excommunica-
tionis

tionis esse iniustam, vel secundum eũ poterit super hoc implorari officiũ iudicis. Host. verò dicebat non curandum secundũ ius canonicũ de nomine actionis. j. de iud.
26 c. dilecti. ¶ † Extra gl. potest quæri, quia hic dicitur, quod excommunicatus statim est absoluendus, quando conqueritur de iniusta excommunicatione: per quẽ erit absoluendus: dic quod remittendus erit ad excommunicatorem, vt absoluat, etiam si in literis delegationis de remissione nil dicatur, sed solum, quod secundum formam ecclesiæ absoluatur. per id quod habetur in c. prudentiã. §. sexta. supra eo. ti. & si nollet absoluere, nec iustam causam allegaret, tunc absoluet delegatus: per id quod habetur in d. §. sexta. & de rescriptis. ab excommunicato. si autem iustam causam prætenderet, audiet illam, & examinabit delegatus: vt patet ex dictis iuribus, si tamen non facta remissione absolueret in casu huius capituli ipse delegatus, tenebit absolutio: cum habeat potestatem super illa, ex quo principaliter delegata est sibi absolutio. facit j. de sen. excom. in c. venerabilibus. §. vbi autem. lib. vj. secus vbi principaliter non esset delegata potestas absoluendi, vt in casu ca. prudentiam. §. sexta. quia tunc non teneret absolutio delegati non facta remissione: vt ibi notat, per glo. licèt do. Floren. ibi aliter dixerit, & non bene, vt
27 ibi etiam tetigi. ¶ † Vlterius nota. ex glo. cum text. quod quandoque sententia excommunicationis est nulla, & tunc non debet quis petere se absolui, nisi fortè petat ad cautelam. j. de sen. excom. c. solet li. vj. & tunc seruari debet, quod ibi dicitur. & facit quod habet j. de senten. excommu. c. per tuas, & eodem titu. c. venerabilibus. §. pen. & fi. li. vj. sed debet petere se denuntiari, seu pronuntiari
28 non esse ligatum. est † autem sentẽtia excommunicationis nulla in duobus casibus, de q bus in litera, & in alijs
29 notaris in c. præsenti. de senten. excom. li. vj. † quandoque verò sententia excommunicationis est aliqua, sed iniusta vt quia est lata non seruata forma concilij generalis. c. sacro. de senten. excommu. vt quia est lata monitione canonica non præmissa, vel ex causa minus rationabili, nõ tamen patenter contra ius: & tunc debet petere se absolui. & hoc casu ante omnia est absoluendus: vt hic dicitur, & postea recipientur probationes super iustitia, vel iniustitia excommunicationis vtriusq; partis, ad finem de quo dixit gl. fin. videlicet, vt videatur, an præceptum aliquod fieri possit excommunicato, & an teneatur excommunicatori ad interesse. & similiter, an econtra. nullum præceptũ fieri debeat, sed potius debeat excommunicator condemnari ad interesse excommunicato, & ad pœnas, de q
30 bus in gl. † Sed iuxta prædicta insurgit dubium, an si aliquis dixit excommunicationem nullam, fortè quia lata post appellationem legitimam, & postea hoc nõ probat, sed solum probat illam iniustam, quid fiet. dicit Innocẽ. quod absoluetur reus a petitione actoris, & condemnabitur sibi actor in expensis. Hostien. verò dicebat. & sequitur dominus Florent. quod hoc casu absoluetur Episcopus ab obseruatione iudicij, & condemnabitur actor in expensis. allegat infra de pœnis. calumniam. sed pcedẽs opi. verior vt: vt hic etiam dicit d. Ant. ex eo, qa vbi reus venit absoluendus propter ea, quia actor non pbauit suã intentionem, debet reus absolui diffinitiuè a petitione actoris, nõ autem ab obseruatione iudicij, vt patet ex ijs, quæ leguntur, & notantur in l. properandum. §. j. C. de iudi. Subdit autem Innocẽ. q licèt reus absoluatur in casu prædicto, vt est dictum, tamen in alia instantia de nouo inchoanda coram iudice competenti, & sic coram ordinario, vel coram delegato, si ad hoc se extendat eius potestas, poterit actor petere se absolui, si probet excommu
31 nicationem iniustam. † Nam probationes factæ in præcedenti instantia, quia tunc factæ fuerunt ad alium finem, non ualebunt in hac noua instantia, in qua actor dicit excommunicationem iniustam. & ideo opus erit, quod repetatur. facit qđ habetur in c. veniens. lo ij. j. de testi. & hoc casu si probet ipse actor excommunicationem iniustam obtinebit: & condemnabitur sibi reus in expensis. pet ea, quæ habentur in d. capi. calumniam, & ista est cõmunis opin. Quidam tamen vltramontani, vt refert hic Ioan. de Lign. dicunt, quod in eadem instantia, in qua dixit de nullitate actor debebit obtinere, vt absoluatur ab excommunicatione, si probauit illam iniustam. Mouen
32 tur, quia ille, † qui deducit nullitatem, videtur etiam secundum eos incidenter deducere iniustitiam. sicut econtra dicitur, quod ille qui appellat ab iniustitia sententiæ, potest etiam incidenter deducere nullitatem. iuxta id, quod notatur in capitulo dilecto. de appella. & in l. j. C. quando prouoca. non est neces. per glo. & Barto. & etiam per eundem Bar. in l. si expressim. ff. de appella. facit l. carmelia pia. ff. de iure patro. & ff. famil. ercisc un. l. quædam. & pro hac opi. etiam potest induci iste tex. in versicu. In eo. iuncto versic. nisi vbi patet, quod etiam sententia nulla potest dici iniusta. nam alias exceptio nõ esset de regula: contra id quod habetur de regulis iuris in rubr. libro
33 vj. † sed do. Floren. dicit illud verum in lata significatione: sed secundum propriam significationẽ sententia nulla, differt ab iniusta: quia quando est iniusta præsupponitur eam esse aliquam, & sic non videtur procedere opin. prædictorum. & pro hoc etiam bene facit ratio Ioan. de Ligna. qui tenet contra prædictos: quia si sentẽtia est iniusta, ergo de proprio significato est sententia, quia qualitas iniustitiæ non potest esse sine subiecto. l. eius qui in prouincia. ff. si certum peta. & de desponsa. impu. in c. ad dissoluẽdum. si ergo debet dici sententia, ergo est aliqua: quia sententia nulla, non est sententia propriè, nec meretur hêre nomen sententiæ. l. a nullo. C. de ferijs. & l. quæ ta. §. condemnatum. ff. de re. iudi. & per hoc dicit do. Flor. q opi. Ioan. de Ligna. verior est, & similiter Inno. nisi saluemus opi. aliam ex eo, quia iniustitia largè sumpto vocabulo comprehendit nullitatem, vt dixi. s. Sed tu potes dicere sequendo opi. Innoc. & Ioan. de Ligna. q licèt sub iniustitia lato sumpto vocabulo posset comprehendi nullitas, vt hic patet: quia illud, quod est nullum, late potest dici iniustum. i. non iuste factum. j. de verb. signi. in c. ius dictum. tamen econtra non reperitur, quod sub nullitate comprehendatur iniustitia, quæ solum respiciat merita. & ideo verior videtur opi. cõmunis, quod ex quo actor solum deduxit nullitatem, debeat succumbere in illa instantia, licèt in ea appareat, vel probauerit de iniustitia.
34 † An autem possit quis simul, & semel deducere nullitatem, & iniustitiam vt quia dicat, se excommunicatũ post appellationem legitimam, & iniustè: & ideo petit sentẽtiam pronuntiari, & denuntiari nullam, & iniustam. tetigit hic Innocen. & dicit, quod non. quia talis petitio videtur in se continere contraria. cum iniustitia videatur præsupponere validitatem sententiæ, vt supra tetigi. ideo nõ videtur admittenda per capitulũ solicitudinem. infra de appellat. saluo, nisi ex facto aduersarij causaretur incertitudo, vt quia Episcopus priuatim, & occulte excommunicasset: nec bene posset scire excommunicatus, an fuerit excommunicatus post appellationem, vel ante: nam tunc admitteretur petitio, non tamen copulatiuè, sed alternatiuè, petendo sententiam pronuntiari, & denuntiari nullam, vel iniustam cum protestatione, quod cum cõstabit de altera parte alternatiuè, illam prosequetur: per l. j. §. quod autem. ff. quorum legatorum. secundum Innocen. sed Hostien. dicit hoc procedere secundum subtilitatem legalem: sed secundum simplicitatem canonicam poterit fieri petitio hoc modo: quia dicet se excommunicatũ post appellationem legitimam, & iniustè: quare petit ab ipso superiore, quod per eius officium sibi prouideatur denuntiando sententiam nullam, vel absoluẽdo, prout de iure fuerit conueniens: condemnando etiã excommu-

communicatorem sibi in expensis: & eum aliàs canonicè puniendo. sed certè non video quomodo etiam de iure canonico ista petitio sit admittenda, nisi tantum in casu. de quo s. dixi. §. quando incertitudo causaretur a facto aduersarij. nam aliàs nõ videtur admittenda etiam de iure canonic. cum talis petitio tanquam alternatiua videatur incerta. quia alternatiua parit obscuritatem. l. prætor. §. quautem. ff. de iniurijs. & sic non debet admitti etiam de iure canonico: per ea quæ habentur in c. ij. de libel. oblatio.

35 † Item aduerte, quia videretur, quod possim petere sententiam pronũtiari nullam, & iniustam, vt si sit lata post appellationem legitimam, & non seruata forma c. sacro. de sen. excom. nam tunc verum est dicere, quod sententia illa lata per iudicem est nulla: & etiam iniusta: quia lata nõ seruata forma præscripta in d. capi. sacro. sicut etiam in simili posset esse, quod sententia esset nulla, quia lata die feriata: & etiam iniusta, quia iudex condemnasset illum, qui erat absoluendus secundum acta: & ideo non videretur absurdum, quod tunc talis petitio fieri possit: & præsertim, quia (vt dixi) lato sumpto vocabulo illud, quod est nul-
36 lum, potest dici iniustũ. & † in libello etiam latè possunt sumi verba pro libellante. l. solemus. & l. si quis intentione. ff. de iudi. & l. sed, & si possessori. §. Item si iurauero. cũ notatis per Butr. & Barto. ff. de iureiuran. licèt secundum proprium significatum aliud sit nullum, & aliud iniustũ, & fortè de iure hæc opi. posset defensari. tamen communiter tenetur oppositũ: quia non debet admitti secundũ opinionem communem talis petitio, velut continens in
37 se contraria. † posset dici, quod in casu pmisso petitio poterit fieri conditionalis hoc modo, quia narrabit quis se excommunicatum post appellationẽ legitimam, & iniustè: quare petit se denuntiari non ligatum. & inquantum sententia esset aliqua, petit se absolui. nam sic etiam videmus in simili, quod admittitur petitio cõditionalis in causa appellationis: quia dicit quis sententiam esse nullã, & inquantum esset aliqua, dicit eam esse iniustam, & ab ipsa appellat. iuxta notata in l. j. C. quando prouoca. non est necess. per legistas. & per Bar. etiam in l. si expressim. ff. de appel. & per canonistas. j. de appella. in c. dilecto, & similiter in causa restitutionis in integrum dicit quis sententiam esse nullam, & inquantum sit aliqua, petit se restitui, vt patet in c. cõstitutus. de resti. in integ. & per hãc
38 practicam euitarẽtur opiniones, de quibus. s. dixi. † Quid autem si quis dixit sententiam nullam ex vna causa, vt quia latam post appellationem legitimam, an si illam nõ probet, aliam autem causam nullitatis probet, debebit obtinere? Innocen. hic probabiliter tenuit, quod non, & sic in effectu æquiparat causam nullitatis causæ motæ sup actione reali: vt sic distinguatur, an simpliciter quis dicat sententiam esse nullam, & tunc posset omnem causam nullitatis prosequi, sicut in reali, quando nulla causa exprimitur. infra de re iudi. in c. Abbate. libr. vj. cum ibi notatis. & de except. in c. aduersario. secus si vnam causam tantum expressit: quia tunc illam solam poterit prosequi: sicut contingit etiam in actione reali vna causa expressa: vt notatur in dictis iuribus, vt patet in l. si mater. §. si qs. ff. de except. rei iudi. & hoc dictum Innocen. quod causa nullitatis æquiparetur actioni reali, tenuit etiam Bart. in d. l. si expressim. quod tene menti. videntur etiam Innocen. & dominus Anto. velle, quod si petita sit confirmatio sententiæ, possit deduci omnis causa inferens ipsam confirmationem: secus si petita sit confirmario certa causa expressa: quia alia causa nõ poterit deduci: per id quod dixi
39 s. in simili de causa nullitatis. † Vlterius tractat hic Innocen. an si quis petat sententiam, vel alium actum confirmari, an pars aduersa econtra poterit dare petitionem sup infirmatione. Et ponit duas opin. vna est, quod sic. quia aliàs si non probaretur, quod deberet confirmari, & appareret ipsam esse infirmandam, non posset iudex illam in-

40 firmare, ex quo illud nõ esset petitum. nam † super non petitis, non videtur ferenda sententia: quia debet conformari petitioni. infra de simo. in c. licèt heli. & ff. communi diuidun. in l. vt fundum, & ideo secundũ istos est cautum, & sanum concilium, quod pro parte rei detur petitio
41 super infirmatione. † Alia fuit opinio contraria, videlicèt, quod nõ poterit dari petitio supe infirmatione: vel si detur, non erit admittenda. nec videtur sanum cõsiliũ, quod detur, vel admittatur: quia esset intricare pcessum, nam super qualibet petitione deberet tunc ferri sententia, ex quo vtraq; petitio esset porrecta: & possibile esset contrarias sententias ferri: & vltima videretur præiudicare pri-
42 mæ, secundum Innocen. ex cuius dicto habes † qd sententia contra sententiam lata in diuersis instantijs valet. de quo per Bart. in l. duobus. ff. de exce. rei iudi. & per Ioan. Andr. j. de re iudi. in c. inter monasterium, & ibi plenè dixi. vbi etiam per domi. Anto. & tangitur etiam per Innocen. in c. cum martinus. s. de constit. & propter prædicta, Innocen. tenet hanc secundam opinio. fatetur tamen, quod licèt nulla detur petitio super infirmatione, tamen audiri debebit reus, si velit aliqua probare, vel ostendere, per quæ sententia veniat infirmanda. & si hoc appareat, in casu isto non confirmabitur sententia, sed potius infirmabitur: per id, quod legitur, & nota. in simili in l. circa. ff. de proba. & in c. ex conquæstione. de resti. spo. in quibus patet, & nota, quod si actor petijt se pronuntiari dominum, & demum hoc nõ probet, sed reus probet se dominum, feretur sentẽtia pro reo: quia absoluetur a petitione actoris: & declarabitur ipsum esse dominum: licèt non præcesserit petitio super dominio rei, & pro hoc etiam allegat, quia sic seruatur in simili, in causa appellationis. nam si petitur in illa sententiam cõfirmari, & postea appareat ipsam infirmãdam, debebit iudex illam infirmare. de ap-
43 pella. in c. oblatæ. refert † tamen Innocen. quosdam dicere, quod in causa appellationis non est necesse porrigi petitionem: quia porrecta fuit in causa principali. & hoc videtur hic sequi dominus Florenti. de quo remittit ad notata per se infra de testa. in c. Raynaldus. in versi. dilectus, sed certè hoc dictum non credo verum, quia alia est instãtia causæ appellationis, alia est instantia causæ principalis, vnde etiam diuersa tempora dantur ad finiẽdam causam principalem de iure ciuili, & diuersa ad finiendam causam appellationis, vt patet in l. properãdum. C. de iudi. & in authen. ei qui. C. de tempo. appellatio. & ideo rei iterantur actus in causa appellationis, qui tendunt ad ordinationem iudicij vnde etiam in causa appellationis iuratur de nouo de calumnia, vt probatur in capitulo ij. de iuramen. calumniæ in vj. & facit, quod notat Innocen. in capitulo causam quæ. lo j. de testi. & Bartol. in l. ij. ff. iudi. solui. & pro hoc etiam, quia petitio in causa appellationis principaliter respicit aliud, quã petitio in causa principali, quia in causa principali respicit negotium principale: sed in causa appellationis respicit principaliter actũ sententiæ: quia petit quis pronuntiari malè iudicatũ, & bene appellatum. l. eos in principio. C. de appellat. Sed
44 aduerte, † quia contra secundam opinio. de qua supra. facit, quia sententia non debet ferri super non petitis, vt superius tetigi. & propter hoc Hostien. videtur tenere primam opinio. Et ad l. circa. ff. de probatio. respondet, quod debet intelligi, quando etiam reus petijt se pronunciari dominum, & sic porrexit petitionem super suo dominio: vel quando conuentum fuit inter partes, quod si reus probaret se dominum, deberet sententia ferri pro eo. nam possunt partes conuenire de sententia ferẽda. l. si cõuenerit. ff. de re iudi. & per hoc etiam respondet ad l. sed & si possessori. §. si. cum. l. sequenti. ff. de iureiuran. quia secundum eum ibi fuit conuentum inter partes, quod si reus iuraret se dominum, feretur sententia pro eo. & de materia tetigit Io. An. in c. ex conquæstione. j. de test. spo.
vbi

vbi etiam tecitat opi. Inno. & Hosti. qui fuerunt contrarij, vt patet ex prædictis, sed Ioan. de Ligna. tenet opinio. Innocen. per dictam. l. circa. quæ simpliciter dicit, quod si reus probet se dominum, debet pro eo ferri sententia, & absolui a petitione actoris, & etiã declarari dominus. & sic feretur etiam sententia super suo dominio. nec ibi apparet aliquod de cõditione partiũ, nec de libelli oblatione, seu petitione porrecta per reum. & ista etiam fuit
45 opi. gl. ibi, & Iac. de Bel. nec ob. ratio Host. † quia verũ est, ꝙ super non petito expresſè, vel tacitè nõ debet ferri sententia. sed potest benè ferri etiam super tacito saltem petito. & ita cõtingit in casu proposito. nam si dico me dominum, tacitè videor negare reum esse dominum, & dicere illum non fore dominum, quia duo non possunt esse domini insolidum eiusdem rei. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commodati. & probatur etiam. in l. Pomponius. §. primo. ff. de procu. & in l. si inter. ff. de executio. rei iud. & sic tacitè videtur esse deductum dominium rei conuenti negatiuè per actorem. & super illo etiã videtur fuisse lis contestata. ideo nimirum si super dominio ipsius rei potest ferri sententia: vt probatur in dicta l. circa. vbi est casus non violando illã, & de materia dixi in dicto c. ex cõquestione. de resti. spol. Et per prædicta etiam patet, quod quia quando peto sententiam confirmari, tacitè videor dicere illam non esse infirmãdam, ideo meritò super infirmatione, si postea de illa constet, poterit ferri sentẽtia. videtur tamen velle hic do. Ant. ꝙ si simpliciter peto sententiam confirmari, quia videor deducere omnem causam, ex qua possit confirmari, etiam tacitè videor deducere, quod ex nulla causa debet infirmari. & sic reus poterit omnem causam infirmationis probare. secus si peto ex certa causa expressa sententiam confirmari, ex quo actor solum certam causam deduxit. arg. l. si mater. §. si quis. ff. de exe. rei iudi. ¶ Extra glo. potest opponi, quod libellus alternariuus, & sic incertus, non debuit admitti, per ea quæ habentur in c. ij. de libel. obla. dic secundum Innocen. si posset esse certum, an quis fuerit excommunicatus ante, vel post appellationem, vt quia sententia nõ fuit lata occulte: tunc talis libellus non admitteretur. secus qñ esset incertum: vt quia fuisset occultè lata: quia tunc propter factum excommunicatoris esset incertus actor, ideo admitteretur libellus alternatiuus. l. j. §. quia aũt. ff. quorum legatorum. vel potes dicere, quod hic non dicitur, quod simul proposuerit alternatiuè de nullitate, & iniustitia: sed debet intelligi, quod separatè, q̃a fuit quæsitũ, q̃d iuris si ꝯtingat, q̃d q̃s ꝓponat de nullitate, vel si ꝯtingat, q̃d ꝓponat de iniustitia. ¶ Sc̃do põt opponi, quia videtur, ꝙ excommunicatio iniusta non ligat: quia ẽt non habet maculam, neque rugam. de pœ. dist. j. c. ecclẽsiam. solutio, communiter dicitur, quod hoc fuit statutum, vt claues ecclesiæ, sint in maiori reuerentia, non enim ligat̃ talis quo ad ecclesiam triumphantem. de sen. excom. c. a nobis. lo ij. sed do. Ant. hic dicit, quod non videtur hic esse aliquod speciale in sentẽtia excommunicationis, quia quælibet sententia, etiam Iniusta ligat. de re iudic. c. cum inter, sed tu potes dicere, ꝙ imo est speciale in sententia excõmunicationis in hoc, quia valet etiam si sit lata non præmissa citatione, vel monitione. j. de sent. excom. in c.
48 sacro. † secus in alia sententia, quia si fertur non præcedente citatione, vel monitione, est ipso iure nulla. l. ea q̃. C. quomodo, & quãdo iudex. ¶ Vltimo potest etiam opponi contra id, quod hic dicitur in ver. ad quod, ꝙ ex eo, ꝙ appareat, quem excommunicatum ante appellationẽ, non per hoc appareat, vtrũm indigeat, vel non indigeat absolutione, quia per hoc non constat necessario, quòd indigeat, quia possibile est, ꝙ ex alia causa sentẽtia sit nulla. dic secundum Innoce. ꝙ apparebit saltem præsumptiuè, an indigeat absolutione, quia eo ipso, ꝙ non probauit se excommunicatũ, post appellationem præsumitur eum excommunicatum, & indigere absolutione. ¶ Vel etiam potest dici, ꝙ apparebat verè, quia dicendo se excommunicatum, fatetur excommunicationẽ, & in hoc statur contra eum. ar. c. fi. de confes. & dicendo se excommunicatum, post si hoc non probat, quia non statur suæ confessioni in suum fauorem. l. de ætate. §. j. ff. de interro. act. videtur verè constare de excommunicatione, & sic, ꝙ indigeat absolutione, secundum Inno. ¶ Ex cuius dictis nota, ꝙ dicens sententiam nullam, si non probet de nullitate, videtur quodammodo fateri illam esse aliquã. secundum do. Ant. sed certè hoc non bene colligitur ex dicto Innocẽ. nec etiam videtur in se verum, quia potest esse, quòd verè est nulla: licèt defecerit in ꝓbatione ipse
re officiũ iudicis, vt cõdemneris mihi ad meum interes-
se,quatenus interest mea pecuniam fuisse solutam in ter
12 mino Bononię.& hoc est,quod voluit dicere gloss.† si au
tem solueres mihi hic, & ego reciperem pecuniam mu-
tuatam simpliciter, non possem postea petere interesse.
quia per solutionẽ pecuniæ mutuatæ extincta esset obli-
gatio principalis, & consequenter accessoria ad interes-
se, quæ solum iudicis officio veniebat, & sic non po-
test durare extincto principali.l.iiij. C.deposi. & in l.ij.
aliàs.iij.§. idem Iulianus. ff.de eo, quod certo loco.
& ideo cautela est, quod ille cui debet solui mutuum,
vel alia res in loco, & termino,si non est facta solutio se-
cundum formam conuentionis, non recipiat pecuniam
mutuatam, nisi etiam soluatur sibi interesse suum.
quia si, vt dixi reciperet simpliciter, non posset po-
stea petere interesse. sed si non recipit,poterit petere in-
13 teresse. † Et not. etiam, quod actor non potest petere
in alio loco, nisi post moram ipsius rei. nam ante ob-
staret exceptio. infra de plus peti. capitulo vno: sed
post moram benè potest petere actor in alio loco, in
quo reus sortiatur forũ. & tunc ex quò actor petit in alio
loco,quàm conuento, quia aufert reo vtilitatem loci,vt
sequitur in gloss.habebitur ratio interesse ipsius rei, vt
sic tanto minus soluat, inquantum interest sua potius
soluisse in loco destinato. & secũdum hoc videtur,quòd
etiam, quando reus fuerit in mora soluendi in loco de-
stinato, nihilominus si postea conueniatur in alio loco,
& habeatur ratio sui interesse haberi etiam debebit ratio
interesse actoris, & sic habebitur ratio interesse vtriusq;.
nam,vt infra dicit gl.ista actio cõtinet vtilitatẽ vtriusq;,
scilicet actoris, & rei. vnde poterit fieri cõpensatio vsq;
ad concurrentem quantitatem interesse: & in residuo ha
bebitur ratio. Facit, quod habetur in l.ij.alias.iij.§.nunc
de officio.ff.de eo,quod certo loco. ¶ Quomodo autem
habeatur ratio in hoc interesse non solum damni, sed
etiam lucri officio iudicis, & quare hoc remedium fuerit
inuentum, colligitur ex ijs, quæ leguntur, & notantur
in dicta l.ij.aliàs.iij.§.nunc de officio. & §.penul.& fin.&
l.sequen.de eo,quod certo loco. Et quomodo debeat ha
beri ratio interesse rei, etiam si fuerit in mora, nedum
actoris,notatur per gloss.& Barto.in dicto §.nunc de of-
ficio.¶ In eadem gloss.ibi.C.eodem titu.vult allegare se
cundum Ioan.And.l.vnam.C.de senten.quæ pro eo.sed
dic melius secundum domi. Anto.quod vult allegare.l.
vnam. C.vbi conuenia.qui certo loco dare promi.quæ
rubrica est in tertio libro Codicis: & hoc sequitur etiam
hic domi. Floren.qui dicebat post dictum Ioan. Andre.
alij dicunt,& melius,quod voluit allegare. C.vbi conue
nia.qui certo loc.da.promi.l.vna.vbi dicitur id, quod di-
cit glos.& ex hoc suspicor,quod fortè videtat aliquas re-
collectas domi. Anto.in hac materia, seu super hoc ca-
pitulo. ¶ In eadem gloss. ibi, & dicitur hæc actio certi
14 conditio. † ¶ Aduerte pro declaratione huius, quod est
dare certi condictionem generalem: & hoc habet lo-
cum, quandocunque aliquid certum petitur, & potest
concurrere, cum quacunque alia actione per quam cer-
tum petatur. ¶ Item est reperire certi conditionem spe-
cialem: & ista est duplex: nam reperitur certi conditio
ex mutuo, & sic quæ specialiter competit pro mutuo.
¶ Item reperitur certi condictio ex stipulatione, quan-
do certum petitur ex stipulatione.l. si quis certum.ff.si
certum petatur. & legitur, & notatur in l. certi condi-
ctio. in principio.ff.si certum petatur. & etiam super ru-
15 brica. ¶ In eadem gloss. ibi, appellatur arbitraria pro-
pter locum. pro declaratione gloss. scias, 1. quod quę-
dam sunt actiones bonæfidei,quædam stricti iuris,bonę
fidei actiones appellantur, quæ enumerantur in §.actio-
num.instit.de actio. & per gloss.in capitulo cum venera-
bilis.de excep.Aliæ autem,quæ non enumerantur in di-
ctis locis,sunt stricti iuris: vt est certi condictio ex stipu-
latione,& certi condictio ex mutuo, & actio ex testamẽ
to,& actio quæ competit ex contractu emphyteutico, &
condictio ex lege: & generaliter omnes condictiones
sunt stricti iuris. Aliæ autem actiones,vt ex vendito, ex
empto,vel locato, aut conducto, & similes de quibus in
dicto §.actionum. & in dicto capitulo cum venerabilis.
16 sunt bonęfidei. ¶ †Et nota,quod differẽtia est inter actio
nem bonæfidei,& actionem stricti iuris.quia in actioni-
bus,& sic in iudicijs bonęfidei venit illud,quod est ęquũ
venire, licèt non fuerit expressum. secus in stricti iuris.
quia nõ venit nisi illud,quod est expressum, & omissum
habetur pro omisso.sicut dicitur in simili in cõtractu cõ-
promissi.infra de arbit.in capitulo cum dilectus. & facit
quod legitur,& notat̃ in l.quicquid astringendæ.de ver-
bo.obliga & in dicto §.actionum. & ideo in actione bo-
næfidei iudex habet latiores habenas, & sic iudicis of-
17 ficium magis exuberat, quam in stricti iuris: † vnde
in bonæfidei actionibus post moram habetur ratio in-
teresse officio iudicis, etiam si quantitas, vel species
sit in obligatione. l.mora.§.in bonæfidei. ff de vsuris.
& benè dixi, si quantitas, vel species sit in obligatio-
ne:qui

ne:quia si factum esset in obligatione, etiã in actionibus
stricti iuris post moram succedit obligatio ad interesse l.
stipulationes non diuiduntur.versicu.celsus.ff.de verbo-
rum obligatio. ¶ Sed in actionibus stricti iuris si debe-
tur species,vel quantitas,quia natura actionis est stricta ,
non venit interesse post moram.facit l. eum fundus.ff. si
certum petatur.Item dolus dans causam contractui bo-
næ fidei reddit contractum illum nullum propter bonã
fidem,quæ debet exuberare in ipso contractu, sed secus
in contractu stricti iuris:quia non reddit contractum stri
cti iuris ipso iure nullum:vt notatur in capitu.cum dile-
cti.infra de emptio.& venditio.& in l.eleganter.ff.de do-
18 lo.¶ Item aduerte † quia actionum stricti iuris quædam
sunt simpliciter stricti iuris, quędam appellant̃ stricti iu-
ris arbitrarię ex eo,quia ex accidenti propter locum adie
ctum iudex habet arbitrium circa interesse,vbi alias nõ
habebat. facit quod habetur in §. præterea quasdam. in-
stitu.de actionibus.& hoc contingit , quando in contra-
ctu mutui,vel stipulationis adijcitur locus,vbi debet fie-
ri solutio:vel in legato facto,vt soluat̃ in certo loco , pro
quò competit actio ex testamento.nam in dictis casibus
si non fit solutio in loco destinato,ex accidenti iudex ha
bet arbitrium, vt possit habere rationem interesse , licèt
ex natura actionis simpliciter superscripte non haberet
rationem interesse : sicut patet, quando locus non esset
adiectus,vt hæc probantur in l.ij.& iij.ff.de eo, quod cer
to loco,& per hoc habes intellectum gl.nam in actioni-
bus bonæfidei etiam si non adijciatur locus,ex natura ip
sius actionis iudex habet latiores habenas, q̃ in actioni-
bus stricti iuris:quia in eis venit id,quod æquum est veni
re:vt superius dixi,& ideo si adijciat̃ locus in actione bo-
næfidei,vt si emptor promisit soluere pretium in certo lo
co,non dicetur iudex habere arbitrium propter adiectio
nem loci,sed propter naturã actionis.l.in bonæ.ff.de eo,
ꝙ certo loco.¶ In ea.gl.ibi,tunc iure actionis.melius di-
19 xisset ex natura actionis,† quia reuera interesse non ve-
nit iure actionis,nec est in obligatione , quando petitur
species,vel quantitas ex contractu bonæ fidei : sed venit
ex officio iudicis : vt patet in l. in bonæ fidei. allegata in
glo.secus si factum esset in obligatione ex contractu bo-
næ fidei, puta rem tradi ex contractu emptionis:qa tunc
bene succedit post morã obligatio ad interesse l.j. in prin
ci.& ibi plenè notatur.ff. de ac. empt. & hoc casu saluari
posset glo.& per hoc habes declaratam gl.latius , & me-
lius quam communiter declarent doctores.¶ In gl.pro-
mulgati.ibi,quod quidem potest.Supple corã iudice cõ-
petenti,vel coram iudice,cuius iurisdictio potest proro-
gari aliàs secus,vt hic patet.& tangit glo. ista in fine , &
sic vult glo.ꝙ potest quis se obligare sub pœna excõmu-
20 nicationis coram iudice competenti. Sed circa † hoc q̃ri
potest,an possit renuntiari beneficio.c.sacro j.de senten.
excommu.& sic per pactum conuenire,& se obligare, ꝙ
nulla admonitione præmissa ad instantiam aduersarij,&
requisitionem eius excommunicetur.Hostiẽ.hic tenuit,
ꝙ non,per c. si diligenti.cum ibi notatis. de foro compe.
nec ob.hæc glo.secundum d.Floren.quia non loquitur,
quando quis simpliciter se obligauit,sed ita demũ si non
solueret in termino, & sic in casu contumacię: vt colligi
21 potest ex glo.relata ad textum.¶ Iuxta prædicta † potest
quæri,an excommunicatio, vel interdictum aut suspen-
sio possit venire in pactum,vel conuentionem, aut con-
ditionem de excommunicatione. Videtur hic esse gl. q̃d
sic.Inn.autem,vt hic tangit do.Floren. circa hoc intrica-
tè loquitur.& secundum eum non bene declarãt scribẽ-
tes. vnde concludit , quod non potest quis se obligare ꝑ
pactum,vt feratur in eum excommunicatio alio non in
teruenìente.nam hoc est contra canones, qui nolunt fer
ri excommunicationem sine causa,& monitione non ꝑ-
22 missa d.c.sacro. cum similibus. † sed bene potest quis se
obligare , vt feratur in eum excommunicatio si non sol-
uerit infra terminum:vt hic videtur probari, vel si aliud
simile non fecerit , & tunc secundum eum non feretur
sententia ex vi pacti,sed ex eo,quia pactum inducit pro-
rogationem,si iurisdictio est aliàs prorogabilis.& excom
municatio feretur ex causa:vt,quia non paret̃ pręcepto,
vel conuentioni de soluendo infra terminum , vel de fa-
ciendo aliud simile: & sic videtur velle, quod sit iusta cã
excommunicandi sine alia monitione, si non si facta so-
lutio,vel aliud simile in termino. & idem vr̃ voluisse su-
pra dum dixit hanc glossam non obstare dicto Hostien.
quia loquitur,quando quis se obligat,vt possit excõmu-
nicari,si non soluat in termino,& sic in casu cõtumaciæ.
quod an procedat videlicet,ꝙ sine monitione in dicto ca
23 su possit excommunicari,patebit ex infra dicendis.†Fa-
tetur tamen.do. Floren.ꝙ si contingat, ꝙ quis non solue
rit in termino ex eo, quia non potuit , non debuit in eũ
ferri sententia excommunicationis,etiam si medio tem-
pore potuisset soluere,& non soluerit. nam cum non so-
leat ferri sententia excõmunicationis immediatè ex cul
pa,sed ex contumacia,dicto c.sacru.& xj.q.iij.c.nemo.&
xxiiij.q.iij.in c.tam sacerdotes,& dicta causa.& q.c. ecce
autem.nõ debet in istum ferri, qui licèt fuerit in culpa ,
non tamen est in cõtumacia dicit tamen,quod si lata fue
rit tenebit, sed erit iniusta:& ille absoluetur sine difficul
tate.ar.c.Odoardꝰ. de solutio.si autem excommunicatio
fuisset lata sub conditiòne si non solueret infra terminũ:
tunc lapso termino si nõ fuerit facta solutio,erit excom-
municatus.nec potest dici excommunicationem non te
nere,etiam si toto tempore durantis termini fuit nõ sol-
uendo:quia per hoc non infertur , quod sit expressus er-
ror in excommunicatione. & ideo non erit nulla.nec po
terit redargui iudex,qui intelligitur se retulisse ad cõtu-
maciam,non parendi:intellige veram,vel præsumptiuã
quæ videtur esse eo ipso,quod non soluitur in termino :
& hoc videtur sufficere,vt valeat sentẽtia: vt videtur tex.
licèt non alleget,in c.venerabilibus.§.idem est. de sentẽ.
excommu.li.vj.& ideo erit excommunicatus , ex quo in
sententia non est error expressus.Fatetur tamen, ꝙ cen-
seatur iniusta, si tempore termini est non soluendo , etiã
si prius fuerit in culpa.& absoluetur sine difficultate. ar-
gu.dicti c.cum Bertoldus.j.de re iudi:dicit etiam Innoc.
hic dicere,quod dato , ꝙ quis se obliget ad excommuni-
cationem,si non soluerit in termino etiam si contingat,
ꝙ instante termino erat factus non soluendo,nõ per hoc
potest dici,quod si excommuniatio feratur contra nõsol
uentem,contineat errorem : licèt videatur quodammo-
do cadere in errorem, vel ex illa sequi error. nam ex quo
in sententia non exprimitur,tenet sententia.ij.q.vj.si sen
tentia facit,quod notatur in c.j.de re iudi.quod dicit esse
valde notandum.¶ Et,quod dixi.s̄.de excommunicatio-
ne videtur etiam dicendum in interdicto,& suspẽsione .
argumen.ca.ad hæc quoniam.de appella.& de ver.signi.
24 in c.quærenti. † Dicit tamen do.Floren.ꝙ Inno.in c.j.de
excess. præla. dicit,quod suspensio potest ferri pro culpa
etiam sine contumacia,& etiam sine monitione.& idem
etiam videtur ibi sentire in interdicto.& in istis secundũ
eum non fiet absolutio sine difficultate,sicut fit in excõ-
municatione,vt superius dixi. æquiparantur tamen hæc
tria secundum eum.s.excommunicatio,suspensio,& in-
terdictum:quia non possunt venire in pactum.ar.c.con-
tingit.de sen.excommu.sed hoc vltimum intellige secũ-
dum ea,quæ supra dixi.¶ Item inquantum dixi,Inno.te
nere,ꝙ suspensio potest fieri pro culpa etiam sine contu-
macia,adde ꝙ Innocen.in d.c.j.vt ibi refert Ioan. Andre.
super glos.vult in effectu, ꝙ suspensio potest fieri ꝑ con-
tumacia: & tunc idem in illa est dicendum , quod in ex-
cõmunicatiune potest etiam fieri pro culpa , seu pro cri-
mine,& sic pro pœna culpæ,seu criminis : & tunc bene
potest

potest fieri sine contumacia pro ipsa culpa,vel crimine,
sed excõmunicatio nunquam fieri debet ab homine sine
cõtumacia:per ea quę habentur in c.sacro.& in alijs iuri-
bus superius allegatis.& per hoc habes dicta do.Floren.
25 circa intellectum glo.& materiæ tactæ per glo.† do.vero
Anto.in hac materia si quæritur,an quis possit se obliga-
re ad pœnam excommunicationis distinxit duos casus
principales.nam aut hæc obligatio fit corã iudice, cuius
iurisdictio non est prorogabilis: & iste casus non habet
dubium, quia talis obligatio non valet:vt hic patet.Aut
fit coram iudice,cuius iurisdictio est prorogabilis, & tũc
considerat duos casus principales. primus est, quando
quis se obligat,vt sententia excommunicationis feratur
in eum , si non soluerit infra certũ terminum, puta infra
mensem.secundus est,quãdo à principio prorogat iuris-
dictionem,& consentit,ꝙ ex tunc iudex excommunicet
eum,& sic ferat sententiam excommunicationis, si non
soluerit infra annum.¶ Circa primũ cõsiderat tres casus.
nam quandoque quis vult se obligare, ꝙ possit excõmu-
nicari,si non soluit infra terminũ, & in statuto termino,
vel saltem instante termino.quandoque vero consentit,
vt excommunicetur , si nõ soluat infra terminum etiam
si non possit soluere infra terminum, nec termino instã-
te.Quandoque,& tertio consentit, ꝙ excommunicetur,
si non soluerit infra terminum , si potuit infra terminum
soluere, licet non possit instante termino.primo casu di-
cit , ꝙ videtur valere conuentio, ex quò adest iusta causa
excõmunicationis. facit.xj.q.iij.nemo. & ff.de iudi.l.j.&
sic videtur innuere , ꝙ etiam sine citatione,seu monitio-
ne poterit excõmunicari: pront etiã videtur voluisse do,
Floren.vt supra dixi.quod an procedat,patebit ex j̃.dicẽ-
26 dis.Secundo casu dicit † ꝙ non valet conuentio.quia vi-
detur se velle astringere,vt sine culpa & sine cã excõicet̃.
quod esse non debet. cum solum cõtra contumaces sen-
tentia excõmunicationis sit ferenda.d.c.sacro.& d.c.ne-
mo.& d.c.tam sacerdotes . & videtur esse tale pactũ etiã
turpe,& sic non seruandum.l.si vnus.§.pacta.ff.de pactis.
Nam & poterit contingere eum non esse soluendo sine
sua culpa propter paupertatem casualiter contingentẽ.
de solut.in c.Odoardus.vel propter nuncium missum cũ
pecunia,qui egit infideliter retinendo illam sibi.j̃.de pi-
gno.in c. significauit . & quia hoc casu monitio frustra
fieret,ex quò soluere non posset: quæ tamen regulariter
requiritur:vt patet in d.c.sacro. & forte voluit hic sentire
do.Anto. ꝙ licèt sit facta conuentio , & quis possit excõ-
municari,si non soluerit infra terminum,ꝙ nihilominus
si non soluerit in termino, non debeat excommunicari,
nisi præcedente monitione. contrarium tamen videtur
sensisse in præcedenti casu. & quod sit verius.j. dicam.
Tertio casu dicit idem quod in præcedenti, si non potest
soluere instante termino, licèt ante potuerit, & fuerit in
culpa.quia licèt præcedens culpa faciat eũ teneri de casu
l.si vt certo.§.sed interdum.ff.cõmodati.tamẽ , quia sen-
tentia excommunicationis debet considerari secundum
tẽpus sententiæ ferendæ:licèt retro fuerit culpabilis suf-
ficit.ꝙ tempore sententię non sit.nam possibile est, ꝙ in-
stante termino libenter solueret,sed non potest.ideo suf-
ficit,quod tempore sentẽtiæ non adest culpa.nec obstat,
ꝙ dicitur de actione cõmodati in dicta.l.si vt certo.§.sed
interdũ. quia ibi ius agendi illa actione impletur ex cul-
pa quandocunque commissa.sed excommunicatio iusti-
ficatur demum ex contumacia assistente secundũ tem-
pus sententiæ.dicto.c.sacro . Nec ob.prædictis si dicatur,
quod secundum hoc sequeretur,quod si promulgaretur
excommunicatio contra Titium si non soluerit Seio x.
infra mensem , quod dato , quòd potuerit soluere ante
mensem,si instante mense non possit,nõ erit excommu-
nicatus : quod videtur falsum , per id quod habetur in c.
præterea.de appel.& de re iudi.in c.quod ad consultatio-
nem.quia respondet Innocen.vt dicit do. Antõ.ꝙ prædi-
cta procedunt in sententia ferenda , si non soluerit infra
27 mensem , † sed in sententia iam lata, si non soluerit in-
fra mensem,est aduertendum . nam hic est secundus ca-
sus principalis,de quo prædixi , & in ipso concludere vi-
detur Innoc.quod si potuit soluere infra mensem , & in-
stante mense,vel saltem instante mẽse,quod ligabit sen-
tentia.si autem non potuit soluere instante mẽse, sed po
tuit ante,tunc videtur , ꝙ propter culpam interim com-
missam ligetur si culpa sua sit factus non soluendo, qđ si
sine culpa sua effectus esset non soluendo,nec posset sol
uere instante mense, tunc refert Innoc.duas opi.vna est,
ꝙ hoc casu sententia non ligabit: quia aliàs videretur cõ
tinere manifestam iniquitatem , si haberet ligare illum,
qui sine culpa factus est non soluendo:& non potest sol-
uere instante termino.facit,quod habetur s̄.co.cum con
tingat.& de sen.excom.per tuas. Alia est opi.in qua resi-
det,& illam sequitur Hostien.ꝙ tunc liget, & valeat.nec
obstat,si dicatur,quod sic intellecta videtur cadere in sen
28 sum erroneum,& sic esset nulla,† quia talis error intelle
ctualis, & qui quodammodo sequitur ex sententia , non
reddit sententiam nullam,quia vt reddatur sentẽtia nul-
la,oportet quod error sit patenter expressus, ita quod vi-
deri possit oculo corporali,non intellectuali tantum,per
id quod habetur ij.q.vj.si sententia, & de re iudica.in c.j.
& l.j.§.sed & si legi.ff.de ijs,quæ in testa.delẽ.& facit, qđ
habetur in clemen.eos qui.de regula.Fatetur tamen,qđ
consilio , ꝙ soluere non potuerit de facili dicta sententia
erit reuocanda.argumen.c.cum Bertoldus.j̃.de re iudica.
& sic sine difficultate debebit absolui, secundum d.Ant.
Et ex prædictis patet,quod domi.Anto.hic declarat quid
iuris,quando se obligat simpliciter , vt possit excommu-
nicari,si non soluerit infra certum terminum, nec etiam
bene declarat,an dato, quod possit sic se obligare requi-
ratur,quod præcedat monitio, antequam excommunice
29 tur.vnde aduerte , † quia vt dixi.s̄.Hostien.voluit, quod
non possit quis se obligare,vt possit excommunicari sine
solennitate admonitionis, de qua in c.sacro.j̃.de sen.ex-
communi.& ratio est,quia sententia censuræ debet ferri
contra contumacem,vt d.c.nemo . & alijs.s̄.allegatis , &
plus dixit Innocen.excommunicationem,vel interdictũ
nunquam posse venire in pactum,vel conuentionem,vt
sine causæ cognitione, & contumacia sententia excom-
municationis,vel interdicti feratur, & sic quantuncunq;
pars per pactum se obliget ad censuram , seu ad pœnam
censuræ,non debebit ea ligari, si non erit contumax , &
sic videtur, ꝙ actus citationis non possit a parte remitti ,
30 vt ea non facta possit quis excommunicari. vñ dixit † hic
Innocen. ꝙ si aliquis promittit soluere aliquid.j̃.certum
terminum,& si non soluerit consentit,ꝙ iudex excõmu-
nicet eum,ꝙ nõ propter hoc lapso termino, licèt solutio
nõ sit facta debebit statim excommunicari ad requisitio-
nem aduersarij:quia possibile est,ꝙ non fuit potẽs ad sol-
uendum,ideo non debuit excommunicari : per id quod
habetur j̃.de solutio.in c.Odoardus. quod dicit procede-
re,etiam si ante terminum fuisset potẽs, sed ex culpa sua
desijsset . esse per dictum.c.Odoardus . quia licèt propter
culpam teneatur actione ex contractu.ff.commodati.l.si
vt certo.§.sed interdum . non tamen debet propter hoc
excommunicari: cum excommunicatio non debeat fer-
ri propter culpam , sed propter contumaciam subsisten-
tem,secundum tempus excommunicationis ferendæ.fa
cit.j̃.de sen.excommu.in c.sacro. & sic intelligitur dicta
promissio,seu conuentio,ꝙ posit excommunicari.s.ser-
uata forma canonica,non ex hoc solo,ꝙ lapsus sit termi-
nus solutione non facta,& hoc etiam voluit hic Io.And.
super litera,in verbo excommunicationis. in vers.& per
hoc etiam patet,quod aliud . Nec obst.si dicatur,quod si
sententia excommunicationis feratur per iudicem con-
tra ali-

tra aliquem, si non soluerit infra terminum, ꝙ tunc tenet
excommunicatio: & tamen possibile erit, quod non erit
soluendo adueniente termino, quia respondet Inno. vt
s. tetigi post do. Ant. ꝙ cum sententia non contineat in se
errorem expressum, valebit: per id quod habetur in c. j. de
re iudica. & ij. quæstio. vj. tamen sine difficultate debe-
bit absolui, si apparebit eum nõ potuisse in termino sol-
uere. per id, quod habetur in d. c. Odoardus. & per id, qđ
no. glo. in c. ij. j. de test. cogend. vbi in simili est bona glo.
& in q. v. c. vno. in glo. quæ incipit, sed pone, & sic aliud
est in sententia quæ bene astringit partem: tum, quia est
medicinalis. j. de sent. excom. in c. cũ medicinalis. lib. vj.
tum ob reuerentiã censuræ ecclesiasticæ, vt sic in maio-
ri reuerentia claues ecclesiæ habeantur. facit quod habe-
tur in capitulo j. xj. q. iij. & quod not. per Ioan. And. supra
eodem. cum contingat. circa finem. Aliud autem est in
31 †conuentionem partium quæ volunt constringere iudi-
cem, vt prætermissa solennitate canonica procedat: quia
non possunt. & ideo non debebit tũc virtute cõuentio-
nis lapso termino statim excõicare: sed debebit inuesti-
gare, an excõmunicandus sit potens ad soluendũ, vel nõ.
& sic, si sit potens, debet eum monere, vt soluat. secundũ
formã. c. sacro. de sent. excom. & si non soluat, procedat
ad excommunicationem. do. tamen Anto. & do. Floren.
vidẽtur velle, quod possit excõmunicari sine monitione,
si reperiat ipsum potuisse soluere in termino, & sic fuisse
contumacem. sed licèt hoc videantur prędicti voluisse, vt
s. tetigi in recitatione suorũ dictorũ, tñ tutius est tenere,
quod iudex non debeat procedere ad excommunicatio-
nem vigore obligationis, vel pacti, non præcedente mo-
nitione, quia vt dictum est. s. nõ potuerunt partes renun-
tiare solennitati. c. sacro. nec astringere iudicem ad excõ-
32 municandum prætermissa solennitate canonica. † fateor
tamen, quod si excommunicaret, non præcedente mo-
nitione, ꝙ teneret excõmunicatio, sed videtur ꝙ tũc sine
difficultate deberet absolui, ex quo esset excommunica-
tus non seruata forma. c. sacro. j. de sent. excõ. per ea quæ
habentur. s. de rescriptis. ab excommunicato, videtur ẽt,
quod si monitione præmissa excommunicauit eum, qui
non soluit in termino, quamuis appareat postea, quod
non potuit soluere, tenebit excommunicatio: tamen de-
bebit absolui, sine difficultate, constito, quod non potuit
soluere. per id quod habetur in p̃allegato, c. Odoardus. j.
de solutionibus. & quod. s. dixi, & quod not. etiam glo. in
d. c. ij. j. de testi. cogen. & facit etiam quod dixi. s. post do.
Floren. Et per prædicta patet, ꝙ non est plena cautela, li-
cèt partes conueniant coram iudice, ꝙ si reus non solue-
rit infra terminum, reus excommunicetur, tunc cautela
est secundum Host. ꝙ nedum prorogetur iurisdictio, sed
etiam consentiat reus, quod ex tunc ferat excommuni-
cationem in eum, si nõ soluat infra terminum: quam po-
terit ferre, ex quo prorogata est iurisdictio, si est proroga
bilis: vel si aliàs sit iudex competens: nec requiretur alia
monitio: nec poterit, tunc appellare pendente termino,
ex quo de eius consensu fertur sententia, seu est lata. se-
cus si sine eius consensu ferretur: quia pendente termino
posset appellare. j. de appella. in c. præterea requisisti. & p
hæc quæ dixi. s. post dicta do. Anto. & dom. Floren. habes
mentem Inno. & Hosti. melius declaratam, quamuis in-
tricatè loquantur, quam declarauit do. Floren. vel d. Ant.
33 †Aduerte tamen inquantum dixi, quod si sententia ex-
communicationis fuerit lata contra aliquem, si non sol-
uerit infra terminum, quod talis sententia tenet, & hoc
est clarum, quia licèt sententia excommunicationis, vel
alia non debeat ferri sub conditione, tamen lata tenet. ij.
q. vj. c. biduum. dixi etiam, ꝙ tunc ligat, si non sit facta so
lutio in termino, licèt contingat, quod non potuerit sol-
uere in termino: & licèt sine culpa sua desierit esse soluẽ
do, post sententiam. nam talis sententia tenet, & ligat, ex
quo non fuit error expressus in ea, vt dixi. s. sed do. Anto.
dicit, ꝙ si constat de mente iudicis, ꝙ omni casu voluerit
ligare, tunc verum erit, quod talis erit ligatus, quò ad ec-
clesiam, sed non quò ad Deum, si autem, non voluit liga-
re, nisi vbi posset soluere, tunc non erit ligatus, quò ad
Deum, nec quò ad ecclesiam. ¶ Si verò sit dubium, tunc
dicit, ꝙ quò ad Deum, non erit ligatus, ex quo nõ potuit
soluere, nec fuit in culpa, sed quò ad ecclesiam tutius est
excommunicato, ꝙ reputet se ligatum propter dubium
mentis excommunicantis. arg. c. ad eius verò. v. dist. & de
sponsa. c. iuuenis. sed tamen dicit do. Ant. quod non de-
bet intelligi, sententiantem voluisse in dubio iniquè sen
tentiare, & ideo videtur, quòd in dubio debeat intelligi,
quod voluerit excommunicare, si non soluerit infra men
sem. s. cum possit soluere, & non soluat, nam ex quo sen-
tentia potest applicari ad casum iustum, & sic secundum
eum in dicto casu, quando non potuit, nec fuit in culpa,
in dubio non intelligetur ligatus secundum dom. Anto.
34 † qui etiã dicit Speculatorem hoc tenere in simili in tit.
de citationi. §. iam de citatione. ver. quid si non veniens.
circa finem. §. vbi in simili dicitur, ꝙ si excommunicatur
quis si non venerit infra certum diem, intelligitur demũ
excommunicatus, si non fuerit impeditus. allegat l. si ser
uus decem. ff. de solutionibus. Et per hoc dicit, ꝙ si iusta
causa impeditus non venit, non erit excommunicatus,
nec debebit satisfacere de expensis. allegat quod habetur
de procura. c. querelam. & sic residet. d. Anto. & hanc opi.
etiam tetigit glo. iiij. q. v. in c. vno. in glos. quæ incipit, sed
pone. sed gloss. ibi finaliter tenet contrarium, & similiter
contrarium tenuit gloss. in c. ij. de test. cogend. in quibus
locis dicunt gl. prædictæ, quod excommunicatus, si non
venerit infra certum terminum, ipso non veniente erit
excommunicatus, licèt fuerit impeditus, quia videmus
in simili, ꝙ sententia diffinitiua lata contra absentem, li-
cèt fuerit absens ex iusta causa, tenet; licèt posset petere
se restitui: vt legitur, & notatur in l. fi. ff. de resti. in integ.
& de re iudica. in c. cum Bertoldus. & ideo videtur, quòd
in casu proposito, si non soluit in termino, licèt fuerit im
peditus, nihilominus sit excommunicatus, quamuis tũc
possit petere absolutionem: & Docto. de impedimento
debeat absolui, sine difficultate: vt not. gl. in simili in d. c.
ij. & facit etiam, quod superius dixi. nec ob. ratio d. Ant.
quia dico, ꝙ in dubio debet intelligi, quod iudèx voluit
se referre ad contumaciam veram, vel præsumptam: sicut
patet, quando fert sentẽtiam contra illũ, qui postea pro-
batur fuisse absens ex iusta causa. l. ab eo. C. quomodo, &
quando iudex. Et pro hoc etiam videtur esse tex. expres-
sus in hac materia excommunicationis in c. venerabili-
bus. §. idem est. de sen. excom. lib. vj. vbi patet, ꝙ in dubio
iudex excommunicans videtur se referre ad cõtumaciã
35 veram, vel præsumptam. † vnde ibi dicitur, ꝙ si excom-
municauit aliquem si non venerit infra terminum, ille
erit excommunicatus, quamuis fuerit impeditus veni-
re: vt ibi patet, poterit tamen petere se absolui, & sic si do
ceat de impedimẽto, sine difficultate debebit absolui, &
sic ibi videtur casus pro glo. in d. c. ij. de testi. cogen. & per
hoc videtur, ꝙ opi. do. Anto. non sit vera de iure, inquan
tum vult, ꝙ excommunicatus, si non soluerit infra cer-
tum terminum non sit excommunicatus si non soluat,
& fuerit impeditus soluere, quia non potuit soluere. dice
bat etiam prædicta procedere in sententia lata cõtra cer-
tam personam, sed si in genere fuerit promulgata senten
tia excommunicationis contra non soluentes collectas,
vel certum censum infra certum terminum hæc excom-
municatio in dubio secundum eum referetur solum ad
valentes soluere, quia sententia generalis ciuili modo vi
detur intelligenda. arg. l. si cui. ff. de seruitu. & c. ei cui. de
præben. lib. vj. & sic dicit Fede. tenere in suo cõsilio. cxiij.
Sed certe illud consilium non reperio, vt videtur etiam
dictum

dictum in se esse verum per ea quæ dixi.s̃.quia in dubio
iudex videtur habere respectum ad veram cõtumaciam;
vel præsumptam.d.c.venerabilibus.§.idem est.& hæc ra-
tio habet locum etiã,quando fertur dicta sentẽtia gene-
ralis. ergo etiã in dicto casu habebit locũ dispositio dicti
§.vt non soluens excommunicatus sit,licèt possit peti se
absolui, & sine difficultate debeat absolui, si doceat de
36 impedimento. Vlterius etiam instat hic do.Anto.† quæ
est ratio, ꝙ sententia excommunicationis lata sub cõdi-
tione,si non soluerit.j.terminum,ligat non soluentem,
licèt nõ potuerit soluere instãti termino si post sententiã
ex culpa sua desijt posse soluere,& tamen nõ potest quis
se obligare per pactum, vt si non soluerit infra terminũ,
possit excommunicari, ad finem, vt possit excommuni-
cari etiam si instante termino non possit soluere: quãuis
post pactum culpa sua desierit posse soluere: quod etiam
tetigit hic Innoc.& cõcludit, ꝙ quando lata est sentẽtia,
tunc cũ illa de iure potuerit ferri, & teneat, vt superius
est dictum,propter stimulum sententiæ non solum non
debet quis esse negligens in soluendo, immo etiam dili-
gens in adimplendo id,quod debet adimplere,ne sentẽ-
tia habeat effectũ.arg.l.vtique.ff.de rei vẽdi. & facit etiã;
quod habetur in l.quoties.§.j.de admi.tuto, sed vbi sen-
tentia non est lata, sed est ferenda post terminum, tunc
debet attendi contumacia secundum tempus sententiæ:
quæ non adest,ex quo non potest soluere, licèt ex culpa
sua desierit posse.& ideo tunc non debet excõmunicari;
ex quo tempore sententiæ non reperitur contumax. po-
tes etiam dicere,vt dixi s̃. ꝙ quando sententia fertur per
iudicem sub conditione,si non soluerit,quod videtur ha
bere respectum ad contumaciam veram,vel præsumptã:
& ideo si in termino tunc non fiat solutio, non soluens
tunc est excommunicatus:quia saltem est in præsumpta
contumacia,etiam dato,quod tũc non possit soluere, &
etiam desierit posse post sententiã sine sua culpa.& mul-
to fortius si ex culpa sua desijt posse,ligabit sentẽtia, per
ea quæ dixi.s̃.videtur tamen,ꝙ vbi tẽpore termini instã-
tis non potuit soluere; & post sententiã desijt sine culpa
sua posse soluere,ꝙ tunc docto de impedimento debebit
sine difficultate absolui.sed vbi desijsset posse soluere post
sententiam ex culpa sua, quamuis non potuisset soluere
instante termino, videtur ꝙ tunc nõ debeat sine difficul-
tate absolui.ex quo fuit in culpa.Inno.tamẽ videtur sen-
tire,ꝙ etiam tunc debet sine difficultate absolui, ex quo
impotens est ad soluendũ, si de hoc constat. quia inanis
est actio quam inopia debitoris excludit.facit, quod ha-
betur in c. Odoardus.de solutio. & l.nam is.ff.de dolo.
¶In ea.gloss.ibi sub pœna sui beneficij.hoc verũ si obli-
gatio fiat corã suo iudice,in cuius manibus posset bene-
ficio renunciare. & idem si fiat coram alio de consensu
sui iudicis,aliàs esset secus:per id, quod habetur in c.ad-
monet.de renuncia. saluo nisi ratificatio fuerit facta per
suum iudicem.ar.c.j.& ij.ix.q.ij. de quo etiam in c.cum
37 dilecti.hic allegato in gloss.¶†In gloss.penul.in fine no.
bene ex hac gloss. ꝙ vbi in eiusdem persona concurrant
duæ potestates,attenditur in actu qui fit coram eo, quæ
potestas fuerit electa: adeo quod non iuuabitur ex alia.
& sic videtur hic text.cum gloss. pro dicto Hostien. con-
tra Innocen. in c.cum ex officij. de præscrip.& pro dicto
etiam Hostien. videtur esse text.cum gloss.supra eodem.
ex literis.coniuncta gloss.fina. Et ex hac gloss. cum hoc
text. & ex illa videtur, quòd si habens iurisdictionem
ordinariam, & delegatam,faciat actum aliquem vigore
delegatæ iurisdictionis, quem facere non potest virtute
ipsius delegatæ, licèt potuisset facere virtute ordinariæ,
non valebit actus,ex quo fecit virtute delegatæ, & non
virtute ordinariæ.de quo plenè not.in d.c.cum ex officij.
j.de præscri.aduerte tamen, quia hic non bene apparet,
ꝙ expresse fuerit electa iurisdictio delegata. text.tamen
satis videtur innuere,ꝙ tacitè videatur electa eo ipso, quod
pendente ipsa delegata,ad instantiam illius,qui impetra
uit delegatum, fuit factus actus prorogationis.per Ioan.
38 laicum.de quo in litera,quod est notandum.¶†item no.
ex gloss.inquantum innuit, ꝙ si fuisset habitus respectus
ad ordinariam potestatem, ꝙ tunc tenuisset prorogatio;
quod fieri potest prorogatio etiam de potestate excom-
municandi.de quo dubitauit Innocen.in d.c.de causis.&
Ioan.An. posuit hic opiniones contrarias:& finaliter vi-
detur inclinari post Innocẽ.ꝙ non possit prorogari, quia
talis potestas pendet a potestate clauium. facit de pe. &
remis.in c.noua.Sed potes concordare opiniones,vt hic
etiam voluit do.Flo.quia si fiat prorogatio in habentem
aliàs potestatem excommunicandi, & tunc fieri potest
prorogatio,licèt sine prorogatione, nõ haberet illam po
testatem excommunicandi contra personam prorogan-
tem,& sic intelligatur hæc glo. & etiam id quod dixi su-
per glo.præcedenti. Si autem aliàs non haberet potesta-
tem excommunicandi,tunc non possit in illum proroga
ri,quia illa potestas, non procedit a facto priuatorũ, sed
a dispositione diuina. facit quod habetur in c.j.de trãsla.
præla.& quod no.per Inn.in c.olim. lo iij.de resti.spol.&
quod notatur etiam in simili per glos.& Legistas in l.j.in
gl.fi.ff.de iudi. & quod dixi posse prorogari potestatẽ ex-
communicandi in habẽtem aliàs ipsam potestatem, in-
tellige, quando habet potestatem,vt quis possit excõmu-
nicari, si interueniat iusta causa ipsum excommunican-
di.aliàs secus,per id quod plenè dixi in gl.præcedenti.d.
vero Anto.hic dicebat,ꝙ potestas excõmunicandi prin-
cipaliter non poterat prorogari; accessoriè prorogata iu-
risdictione principali;& sic debet intelligi dictum Host.
39 & etiam Abbatis hic. † ipse tamen Abbas,vt refert Ioã.
And.hic super glo.fi.ad fi.simpliciter dixit, ꝙ non potest
quis prorogare potestatem excommunicandi. vnde di-
xit laicum in potestate excommunicandi se non posse
subijcere non suo iudici,sed secundum.do.Ant. hoc de-
bet intelligi principaliter, accessoriè autem bene potest
prorogari dicta potestas,vt s̃.dixi.& secundum hoc vide-
tur, ꝙ hic in effectu fuerit prorogata iurisdictio. per illũ
lo.de quo in litera super obligatione, qua tenebant mer
catoribus,& fuit etiam accessoriè facta prorogatio, vt si
infra terminum non fieret solutio, posset tunc excõmu-
nicari,quia tamen non apparet expresse hic de proroga-
tione super principali,satis videtur posse dici, ꝙ intelligi-
tur tacitè super principali obligatione facta prorogatio,
eo ipso,ꝙ facta fuit prorogatio, ꝙ si infra terminum non
solueret quantitatem debitam,posset excomunicari. il-
lud tamẽ fatetur Inn.s̃.eo.de causis.esse certum,vt possit
fieri prorogatio,vt cognoscatur,an quis iustè,vel iniustè
40 fuerit excomunicatus.† Et per prædicta etiam posset de-
cidi, an prorogatio possit fieri in causis spiritualibus. de
quo dubitauit Inno.in d.c.de causis.nam aliqui dixerũt,
ꝙ non:licèt secus sit in causis temporalibus. Et ratio di-
uersitatis secundũ eos est, quia iurisdictio spiritualis p-
cessit a Deo.de transla.præla.c.j.& ij.sed potestas in tem-
poralibus processit a populo.Instit.de iure naturali. in §.
sed quod principi.& l.ij.§.deinde.ff.de origi.iur. Alij ve-
ro,& melius secundum Inn.dixerunt,ꝙ potest fieri pro-
rogatio etiam in causis spiritualibus, dummodo fiat in il
lum, qui aliàs habeat iurisdictionem causarum spiritua-
lium:aliàs secus,& hoc etiam satis videtur hic probari, p
41 ea quæ superius sunt dicta† nec obstat,ꝙ in spiritualibus
non potest fieri compromissum.j.de relli. in inte.c.pen.
& sic non videtur posse fieri prorogatio, quia respondet
Inno.in d.c.de causis.ꝙ non valet consequentia,quia quod
non possit compromitti de causis spiritualibus,illud con
tingit ppter vilitatem arbitrorum, quæ ratio cessat in iu-
42 dicibus prorogatis.aduerte tamen, quia † dixit hic Host.
& videtur sequi Io.An.ꝙ nedum clericus, sed nec etiam
laicus

laicus põt prrogare iurisdõnem in spũalibus sine ꝯsensu
sui iudicis ecclesiastici: p id, qđ hr̃ in c.ij.& iij.j.de paro-
chijs.& in c.omnis.de peni.& remis.& in c.non oportet.
ij.de consecra.di.v.& cum hoc dicto transit hic Ioan.An.
43 sed domi. Anto. hic dicit † quod licèt clericus non possit
prorogare etiam in spiritualibus sine cõsensu sui iudicis.
j.de foro cõpe.c.significasti.tamē secus videtur in laicis,
qui non sunt ita stricti, sicut clerici. & sic videntur posse
sine consensu sui iudicis prorogare causas spirituales,
nisi fortè esset potestas excommunicandi. quia illa se-
cundum eum non potest principaliter prorogari, sed so-
lum in consequentiam, & demum cum consensu sui su-
44 perioris † sed certè in potestate excommunicandi vide-
tur hic probari non diuinando, ꝙ si fuisset iudex habilis
ad prrogandũ, fuisset prrogata iurisdictio, & potestas ex-
cõmunicãdi. nec vr̃ hic requirere cõsensum sui iudicis.
nam hic solum ponderatur, qđ iurisdictio erat delegata:
& sic ex alio capite videtur, quòd non fuisset impedita
prorogatio. & hoc videtur, qđ prorogatio possit fieri qa
45 aliàs habebat cognitionē causarum † & pro hoc faciat,
quia non videtur reperiri iure cautum, quod in laicis re-
quiratur consensus sui iudicis in prorogatione, nisi in
feudalibus. de quo in c.ex transmissa.infra de foro cõpe.
& per Innoc.in c.cęterum.de iudi.& per gl.in l.imperia-
lem.§.penul.de probi.alie.seu.per Fede.in vsibus feudo-
rum.nec obstant iura allegata per Hostien.& primo non
ob.c.ij.de parochijs, quia non loquitur in actu iurisdi-
ctionali: vt ibi patet.non ob.etiam.c.iij.eodem titu.quia
inquantum ibi dicitur, quod Episcopus nõ potest iudica
re alienum parochianum, posset responderi illud proce-
dere, nisi interueniat prorogatio.per ea quę habentur in
text.isto cum gloss. ¶ Item non ob.c.omnis. quia loqui-
tur in foro pœnitentiali: in quo benè est verum, quod
non potest laicus tale forum prorogare sine licentia sui
iudicis: vt ibi patet. quod nedum est verum si agatur de
prorogatione expressa, sed etiam si de tacita delinquẽdo
in alia parochia. nam licèt in loco delicti sortiatur forũ,
quò ad pœnam fori contentiosi, vt in c.j.de rescriptis.nõ
tamen sortitur forum quò ad pęnam fori pœnitentialis:
vt notauit gloss.notabilis.in c.j.xvj.quæstio.j.transferen
46 do † tñ domicilio trãslato de vna parochia in aliam benè
mutatur forus pœnitentialis: per id, quod habetur in c.
fin.de paro. & in c.cum quis. de sepul.libro sexto. quod
procedit, etiam si mutetur domicilium sine licentia sui
47 proprij iudicis: vt patet in dictis iuribus. † & sic in dicto
casu tacitè fit prorogatio sine consensu proprij iudicis
in foro pœnitentiali: aliàs in foro pœnitentiali non po-
test fieri expressè, nec tacitè sine cõsensu proprij iudicis.
hic autem nos loquimur de prorogatione iurisdictionis
contentiosæ in spiritualibus, & sic dictum c.omnis non
habet obstare. ¶ Item non obstat.c.non oportet. quia po-
test dici, quod illud loqtur in laicis cruce signatis, vel pę
nitentibus: vt ibi not.gloss.nam tales non debent proro-
gare sine literis proprij Episcopi: & sic in alijs laicis vide-
tur secus. Et pro ista parte, non requiratur in spirituali-
bus prorogandis per laicos cõsensus sui iudicis, bene fa-
cit dictum Innocen. in dicto c.de causis. vbi simpliciter
videtur residere, qđ possit fieri prorogatio spiritualium,
dummodo fiat in aliàs habentem iurisdictonem simi-
lem.& domi.Floren.etiam transit cum illo dicto.& vide-
tur etiam.domi. Anto.idem velle, vt prædixi.si tamen vis
tenere opinionem Hostiē.quæ videtur tutior, ex quò cũ
illa transit Ioan. Andre. potes pro ipso inducere.c.iij.de
parochijs.superius allegatum.nam ibi dicitur, quòd nul
lus Episcopus potest alienum parochianum ordinare:
quia non potest etiam alienum parochianum iudicare.
& sic videtur, quòd sicut non potest alienum parochia-
num ordinare sine consensu proprij Episcopi.ix.quæst.
ij.c.j.& ij.sic etiã videtur, ꝙ non poterit iudicare in spiri-
tualibus sine consensu sui iudicis.cum ibi æquiparet illa
duo, ordinare, & iudicare, & sm̃ hoc esset necesse intelli-
gere istum textum inquantum innuit, ꝙ valuisset proro-
gatio potestatis excommunicandi, si aliàs iudex in quē
fiebat prorogatio, fuisset habilis, deberet intelligi, quan-
do etiam interueniret consensus sui iudicis: aliàs secus.
hoc tamen est aliqualiter violare istam literam. ideo for-
tè de iure verior videtur opi.quam s̄.dixi.& illam tenen-
do posset responderi ad c.iij.ꝙ debet intelli, ꝙ nõ potest
iudicare alienum parochianum quando s.non interueni
ret prorogatio, per hunc text.& aliàs secus, per hũc text.
48 cum glo. ¶ † An autem in causis criminalibus possit fieri
prorogatio iurisdictionis. Innoc.posuit opi.contrarias.in
c.de causis. videtur tamen tenere, & ista est cõmunis opi
nio, quod si fiat prorogatio in illum, qui aliàs habebat iu
risdictionem similium causarum criminalium tunc pos-
sit fieri prorogatio: aliàs secus. quia tunc non esset proro
gare, seu extendere, sed potius de nouo dare. quod fieri
non potest per consensum priuatorum l.priuatorum. C.
de iur.om.iudi.& s̄.eod.c.significantibus. & ꝙ possit fieri
prorogatio in criminalibus in habētem aliàs iurisdictio-
nem in ipsis criminalibus, est tex.cum gl.in l.j. C. vbi de
cri.agi.oportet.& notatur per glo.in l.fi.in glo.fi. ff.de iu
di.& in l.j.C.de iur.om.iudi.in glo.fi.licèt glo. aliter sen
tiat in c.si diligenti. in gl.j.de foro compe. & de materia.
etiam in specu.de compe.iud. adi.§ j.ver.sed nunquid in
iudicem. ¶ Nec obst.si dicatur, quod impedietur iurisdi-
ctio iudicis delicti: quia responderi potest, quod illud nõ
est verum. nam etiã coram illo poterit procedi: vt patet
49 in d.l.j. C. vbi de cri. agi oportet. Bald.tamen in l.si quis
ex consensu.C. de Episco. audi. tenet contrarium, quia
secundum eum non debet posse per actum priuatorum
præiudicari iuri publico rei publicę loci delicti.arg.l. ius
publicum ff.de pactis.& capitulo si diligenti.de foro com
peten.& ad l.j.C. vbi de cri.agi.oportet.respondet, quod
illa lex habet locum, quando delinquens cõueniebat in
loco delicti vbi de iure poterat cõueniri, sed fortè ex pri-
uilegio poterat declinare forum. ideo nimirum si tũc po
stea potest procedi, si non opponitur exceptio: quia faci-
liter fit tunc prorogatio per omissionem exceptionis. per
notata per Innocen.supra eo.prudentiam.secus vbi pro-
rogaretur iurisdictio in criminali in illum, qui aliàs nul-
lo modo esset iudex: quia tunc non habet locum dicta l.
prima, sed certè illa solutio Bald.videtur nimis restringe
re illam legem. ideo verior videtur opinio communis.
Nec obstat.ratio sua: quia licèt non possit per pactum pri
uatorum tolli ius publicum regulariter, fallit quando
hoc fit iure permittēte: vt contingit, quando fit proroga-
50 tio: vt patet ex dicta l.j.prætereа † dicit Ioan. Andr.in ad-
di.Specu.in d.§.j.super versicu.sed nunquid.post Guido-
nem de suza, quod non fit in effectu præiudicium iudici
delicti. quia si sit casus, in quo possit inquirere de delicto,
quod qñ sit, notatur per Legistas in l.ij.§. si publice.ff.de
adulte.vbi per Barto. potent inquirere, & sic tunc pote-
rit prohibere ne iudex coram quo fit prorogatio proce-
dat, quod intelligo nisi fortè fuisset negligens in proce-
dendo, seu in inquirendo.quia tunc videtur, quod potuit
præueniri per legē secundã.§.fina.& lege si maritus præ-
uenerit.§. fina. ff. de adulte. Saluo nisi in fraudem fieret
prorogatio: fortè ad finem, vt per iudicem prorogatum
absolueretur vel leuis pœna imponeretur: quia tunc ta-
lis præuentio non prodesset.argumen.lege.cum non iu-
sto.ff. de collu. deteg. Si autem esset casus, in quo non
posset fieri inquisitio, tunc ex quò non apparet accu-
sator coram iudice, coram quo fit prorogatio, vide-
tur, quod tunc possit procedi: dummodo (vt dixi) hoc
51 non fieret in fraudem. Et ex prædictis † etiam parere po-
test, quod ex quò in causis criminalibus potest fieri pro-
rogatio, cum illę sint de mero imperio.lege imperium.

ff.de iur.om.iudi.eadem ratione poterit fieri prorogatio
de cauſis mixti imperij in habente aliàs mixtum im-
perium:per ea,quæ ſ.dixi,& quę dicuntur eſſe de mero,
& quę de mixto imperio,& quę de iuriſdictione,notatur
per Legiſtas in l.imperium ff.de iuriſdic.om.iudi.& tan-
gitur per glo.& doc.in c.ꝗ ſedem.de offi.ordi.¶ In gloſſ.
52 † ſi.ibi,quando poſſit fieri prorogatio.aduerte,qa ꝓroga
tio eſt poteſtatis extẽſio.vñ quò ad propoſitum,proroga-
re.idẽ eſt,ꝙ extendere,vel prolongare, vel protrahere.ſ.
eo.de cauſis.& iō ſi poteſtas aliqua nō ſubeſſet , vel fuiſ-
ſet extincta,non haberet locum prorogatio: quia illud ,
ꝙ non eſt,extendi non poteſt.j.de deſpon.impu.c.ad diſ
ſoluendum,& ſ.eod.titu.c.ſignificantibus.& facit, quod
53 habetur in l.ſed ſi manente.ff.de præcario. Et † not. ꝙ ſi-
cut fieri poteſt prorogatio iuriſdictionis,ſic etiam & alio
rum . vnde poteſt fieri prorogatio præcarij ad tempus fa-
cti.d.l. ſed ſi manente. & ſimiliter locationis ad tempus
54 factæ.l.item quæritur.§.qui impleto.ff.locati.¶ †In eadẽ.
glo.ibi de tempore ad tempus.& hæc eſt vna ſpecies pro
rogationis,ſ.de tempore ad tempus.¶ Alia,& ſecunda eſt
de re ad rem.tertia de perſona ad perſonam.& de iſtis tri
bus tangitur hic in glo.& eſt quarta,de qua eſt dubium ,
an poſſit fieri,de loco ad locũ. Item quinta de caſu ad ca-
ſum:de qua an fieri poſſit,tetigit Innocen. ſ.eo. pruden-
tiam.& in ca.de cauſis.¶ Item eſt ſexta de cauſa ad cãm,
& de iſtis quatuor vltimis de quibus gloſſ.non tetigit,di
cetur poſt gloſſ.iſtam finitam.¶ In ead.glo. ibi triplex cō
ſenſus.ſ.actoris,rei,& iudicis.& de conſenſu iudicis , qđ
requiratur in prorogatione de tempore ad tempus , ſatis
videtur probari,vt l.ij.§.ſi & iudex ff. de iudi.& qualis cō
55 ſenſus requiratur.infra patebit. Circa † ꝯſenſum vero acto
ris,& rei,& ſic partium,aduerte,quia ſufficit,quod cōſen
ſus ipſarum partium interueniat etiam ſeparatim : & ſic
non eſt neceſſe,quod ſimul eodem tempore interueniat:
vt probatur ſ.eodem.cum olim Abbas. vbi patet , quod
ex poſtfacto interuenit conſenſus domini. ad hoc etiam
facit,quod notatur in Spec. de arbitro.§. excipitur. verſi.
56 item nunquid.† Item ſufficit,quod ſit tacitus conſenſus.
vt patet in dicto c.cum olim Abbas.licèt Inno. in c.ij.de
reſti.in inte.videatur velle,quod requiratur expreſſus cō
ſenſus, ſed non bene. per dictum capitu.cum olim. ideo
ſufficit , quod partes ſciant eũ non eſſe iudicem ſuum:&
nihilominus litigent coram eo, nam tunc videntur taci-
tè conſentire,licet aliàs expreſſe non conſentiant: per id
57 quod legiẗ,& notatur in l.j.& ij.ff.de iudi. † requiriẗ quar
tum,vt prorogatio fiat, videlicet ꝙ partes non errent. nã
propter errorem excludentur conſenſus. quia errans nō
intelligitur cōſentire. l.ſi per errorem.ff.de iur. omnium
iudi.Quod intellige etiam ſi vna pars tantum erraret. nã
non tenebit proceſſus etiam quò ad ſcientem: quia non
ſurgit prorogatio , niſi vtriuſque partis conſenſus inter-
ueniat:vt voluit hic gloſſ. ſi ponderetur. de quo in dicta
l.ſi per errorem.& facit etiam,quod notatur in Specu.de
compe.iudi.adi.§.primo. & verſiculo de cuius,& ver.ſe-
58 quenti.¶ †Item requiritur quintum ſ. ꝙ conſenſus ſit li-
ber, & non coactus:aliàs non inducetur prorogatio . &
eſt ſpeciale hoc caſu , quod metus inficit actum ipſo iu-
re:vt notatur in l.ſecunda ff. de iudi.& facit , quod habeẗ
in capitulo Abbas. quod metus cauſa.& in l. ſimiliter. §.
59 ſi dos. ff.quòd metus cauſa.¶ † Item requiritur ſextum ,
quod non interueniat pœnitentia, quæ poteſt habere lo
cum vſque ad litem ꝯteſtatam. lege ſi conuenerit, & ibi
notatur.ff.de iuriſdi.omnium iudi.& facit, quod habetur
in l.cum dotem.§.eo.autem tempore.ff.ſolu. matr. & di-
ctum fuit ſupra eodem.ſignificantibus.& notatur in di-
60 cta l.j & ij. ff.de iudi.item † requiritur ſeptimum,videli-
cet habilitas perſonarum ad prorogandum. nam ſeruus,
vel pupillus non poſſet prorogare : ſimiliter nec clericus
ſine conſenſu ſui iudicis.vt in capitu.ſignificaſti.infra de
foro competen.& tangit gloſſ.infra in fine.& facit, quod
nota.Cyn.in l.ſi qui ex conſenſu.C.de Epi.audien. Item
requiritur octauum,videlicet , quod qualitas cauſæ non
repugnat. nam ſecundum aliquos in cauſa criminali nō
poteſt fieri prorogatio . nec etiam in cauſa ſpirituali. ſed
de hoc dic , vt ſupra dictum fuit ſuper gloſſ. præcedenti.
& tangit etiam Innocen.ſupra.eodem.de cauſis. & Ioan.
Andre.hic.¶ Vltimo requiritur,quod non ſit inhabilitas
iudicis. nam iuriſdictio delegata non poteſt prorogari ad
alias perſonas : vt hic patet,licèt ſecus in ordinaria.l.j.&
ij.ff.de iudi.& hic etiam colligitur a contrario ſenſu.¶ In
eadem. gloſſ.ibi. ſic arbitrium prorogatur . & pone arbi-
trium.i.compromiſſum . per id, quod habetur in l.diem
proferre.& in l.arbiter ex compromiſſo.allegatis in gloſ.
& per id etiam,quod habetur in rubrica.ff.de arbit.¶ Nũ
61 quid † autem arbiter, cui data eſt poteſtas prorogandi cō
promiſſum poterit pluries illud prorogare : & quid ſi ad
diuerſos dies prorogetur: dic,vt not.Specu.de arbi.§.ex-
cipitur.ver.ſed quid ſi arbiter.& ſeq.vbi concludit,ꝙ non
pōt ꝓrogare niſi ſemel,niſi aliud ſit dictũ.& ibi ẽt dicit,ꝙ
nō tenet prorogatio,ſi fiat ad diuerſos dies.de quo dic, vt
62 ibi.¶ In eadem.gloſſ.ibi,ſi partes,& iudex.not.benè † ex
gloſ.quod in prorogatione de re ad rem etiam requiritur
conſenſus iudicis:nedum quando ſit de tempore ad tem
pus . idem voluit gloſſ.in l.ij.§.ſi & iudex.ff.de re iudi.&
cum gloſſ.tranſit hic Ioan. And.& domi.Floren.ſed Bar.
in dicta l.ij.quem ſequitur hic domi. Anto.dicit.quod in
in casibus. tenet oppositum, quādo vtraque pars contra-
dicat: nam tunc secundum eum, non potest subdelegare,
quia debet prouidere subdelegando. non autem grauare.
allegat in argumentum. l. arbiter ita sumptus. ff. de arbit.
secus vbi altera partium, tantum contradicat: quia tunc
bene possit subdelegare. per hunc tex. sed Ioan. Andre. in
addi. Specu. super dicto ver. in casibus. vt hic etiam refert.
do. Anto. sequitur glo. istam per hunc tex. qui indistinctè
concedit potestatem subdelegandi. & sic indistinctè de-
bet intelligi. argu. c. si Romanorum. xxix. dist. & sic etiam
si partes contradicant, & non dicetur grauare subdelegā-
do: imò potest dici prouidere partibus. s̄. eod. cum te. & c.
super quæstionum. in princ. Nec obst. dicta l. arbiter. quæ
dicit, ꝙ si data est potestas arbitro, vt possit diem compro
missi prorogare, non poterit illud facere partibus contra-
dicentibus, quia ibi loquitur in arbitro, qui per partes as-
sumitur, & eius potestas pendet a partibus. l. non distin-
guemus. §. de officio. ff. de arbit. sed hic potestas delegati
dati a Papa ex consensu partium aliàs ex officio pendet
a iure, seu iuris potestate: vt hic patet, & C. de iudic. in l. a
iudice. ideo de arbitro, non rectè infertur ad delegatum
10 hoc casu. aduerte † tamen quod iste tertius datus ex offi-
cio, vel ex partium consensu, non debebit subdelegare al
teri ex electis, per aliquam ipsarum partium, nec etiam
vtrique eorum qui sunt electi a partibus, vna parte eligē
te vnum, & alia alium, quia illi quodammodo sunt suspe
cti, & quia etiam si vterque committeret vices suas, ipse
tertius in effectu non reperietur tertius, & sic non bene
posset sic verisimiliter causa expediri, & ideo si vult sub-
delegare, debebit alteri a prædictis subdelegare: & non
alicui prædictorum. & hoc etiam tenuit Spec. eo. tit. §. se-
quitur. versic. item potest. ¶ Item aduerte, quia hic voluit
Hostien. ꝙ licèt iste tertius possit subdelegare, sine partiū
consensu, tamen ex quò ipse tertius fuit datus de cōmu-
ni consensu, malefacit subdelegando, sine consensu par-
tium, ideo secundum eum, licèt tunc teneat subdelega-
tio, tamen poterit recusari eo, quia datus est, sine partiū
consensu, sed Ioan. Andre. non placet hoc dictum per
hunc tex. ex eo, quia si opin. Hostien. procederet, esset im
ponere legem verbis, & non rebus: contra decr. commis-
sa. §. porro. de elec. libro vj. honestum tamen esset seruare
id, quod dicit Hostien. ꝙ non subdelegaret alteri sine par
tium consensu, ex quò ipse de communi cōsensu fuit ele
11 ctus. † An autem poterit cogere subdelegatum accepta-
re Ioan. An. hic post Vincen. tenet, ꝙ non. sicut nec pos-
set solus, sine alijs in causis procedere, contrarium hic ta
men tenet do. Anto. quia sibi soli etiam sine alijs datur a
iure hęc potestas subdelegādi: vt hic patet. ergo solus po
tuit cogere eum acceptare. arg. c. præterea. & c. ex literis.
s̄. eo. & l. ij. ff. de iuris. om. iud. & hoc videtur verius, per ra
tionem prædictam. fateor tamen, ꝙ non poterit procede-
re subdelegatus in causa, sine alijs. & sic intelligatur di-
12 ctum Ioan. Andr. licèt verba eius aliter sonent. ¶ † Quid
autem si duo sunt dati delegati, & vnus eorum commit-
tit alteri vices suas, an poterat committens cogere colle-
gam, vt acceptet. do. Anto. hic, & s̄. eo. pastoralis. videtur
velle, ꝙ sic, ex quò habet potestatem a iure sibi subdele-
gandi. j. eo. quamuis. quod dicit procedere, nisi malitiosè
vellet se exonerare: per ea quæ habentur in d. c. pastora-
lis. vel nisi vulneraretur iurisdictio collegæ, si acceptaret
iurisdictionem: vt quia dati fuerunt cum clausula appel-
latione remota: per id quod habetur in d. c. super quęstio
num. §. si vero duo. s̄. eo. ti. ¶ Sed certe videtur, ꝙ non pos-
sit aliquo casu cogere collegam ad acceptādum: quia est
13 sibi par. l. collegarum. ff. de ver. sig. † & par in parem, non
habet imperium. s̄. de elec. c. innotuit. & l. nam magistra-
tus. ff. de arbitr. Et hoc satis credo, quando delegaret non
existens impeditus. si autem esset impeditus, esset magis
dubium. Puto tamen idem per rationem prædictam, &
quia etiam licet collega non acceptet, poterit alteri sub-
delegare: & sic non impedietur omnino eius potestas in
subdelegando. Specu. tamen in d. §. sequitur. ver. item po
test suo. & versi. seq. videtur facere differentiam, an impe
ditus subdeleget collegæ, vel non. Sed verius puto esse,
quod dixi. & facit etiam quod dixi in d. c. pastoralis. ¶ In
eadem gloss. ibi, & hæc fuit dubitatio. Supple, de qua di-
ctum

ctum eſt.ſ.ratio autem decidendi fuit illa, quæ ponit̃ hic
in principio.ſ.quia Papa intendit prouidere negotijs, &
non perſonis.& ſic bene ſequitur tunc in gl.aliàs non ꝓ-
uideremr,&c.¶ In ead.gloſ.ij.ibi alter fuerit ſubſtitutus:
hoc intellige,quando nomen proprium non fuit expreſ-
ſum. nam tũc traoſit poteſtas in ſucceſſorem.ſ.c.quoniã
Abbas.aliàs eſſet ſecus:vt ibi dictum fuit.¶ In gl.iij.ibi.
§.ſi vero talis. Et de hac materia,an aliud, quod quis po-
teſt per ſe facere,poſſit per alium,tangit Innocen.hic, &
infra dicetur. & legitur,& notatur in regula poteſt quis.
de regu.iuris.in vj.¶ In eadem gl.ibi.l.vltima. de hac ma
teria. An vna via prohibitum intelligatur etiam per aliã
prohibitum,legitur,& notatur in regula, cum quid vna.
de regu.iuris.in vj.¶ In eadem glo.ibi: in iſtis maius peri
culum vertitur.Not.bene glo.quia gl.hic videtur voluiſ-
ſe ponere vnum intellectum in iſto tex. quem etiam teti
git Innocen.videlicet, vt principium huius §. is autem.
loquatur,quando committuntur negotia, quæ non ſunt
ardua.ſed in fine.in verſi.præter.loquatur in negotijs ma
14 gnis,& arduis † quod autem dicatur negotium magnũ,
& arduum,vel non arduum,dicit Inn.arbitrio iudicis re-
linquendum.facit ſupra eo.de cauſis.ſed certe iſte intelle
ctus non videtur litere bene conformari. Ideo forte glo.
j.in verbo,inquiſitionem. poſuit duos alios intellectus.
¶ Vnus eſt, quod in principio huius §.fuerint partes.ſe-
cus in verſi.præter.& ſic ibi loquatur in d.§.verſi.præter.
quando commiſſio fit ex officio nemine illam inſtigãte.
Sed certe tex.iſte videtur loqui indiſtinctè.& ſic videtur,
quod indiſtinctè debet intelligi.arg.c.quia circa.infra de
priuilegijs.Ideo forte gloſſ.prædicta poſuit tertium intel-
lectum,videlicet quod in principio dicti ver.is autem. lo
quatur, quando committitur aliquid concernens publi-
cam vtilitatem:ideo tunc partes non poſſunt renũciare,
quia tunc videtur fides,& induſtria perſonæ electa ob fa-
uorem publicum, & ideo propter partium conſenſum,
non poterit alteri committi. Et iſte eſt notabilis intelle-
ctus.ex quo ſurgit illud,quod dixi in notabilibus.præce-
dens tamẽ intellectus etiam in ſe eſt verus. Et etiam pri-
15 mus is certo reſpectu poteſt ſuſtineri. † vnde potes con-
cludere,quod aliquando committitur aliquod negotiũ,
& nõ exprimitur,vt ille cui committitur, quod perſona-
liter exequatur.Aliquando autem exprimitur perſonali
ter exequatur.¶ Primo caſu tunc,ſi negotium eſt arduũ,
veriſimiliter videtur electa induſtria.facit, quod habetur
in c.is cui.j.eod.in vj.& ibi patet exemplum,quando ali-
cui committitur,vt prouideat eccleſiæ de prælato,vel mi
niſtris non expreſſatis perſonis:nam tũc veriſimiliter vi-
detur electa induſtria perſonæ ipſius commiſſatij: vt pa-
tet in d.c.is cui.j.eod.ti.in vj.¶ Interdum vero negotium
nõ eſt arduum,exemplum, ſi mandetur prouideri eccle-
ſiæ de certa perſona:vt patet in d.c.is cui. & idem in ſimi
libus.facit,quod habetur.ſ.eo.venerabili. & quod.j.dice
tur.¶ Secundo caſu,quãdo committitur, vt perſonaliter
exequatur:& tunc aut non eſt reperire partes, vt quia ex
officio inſtante facta eſt commiſſio:& tunc non poterit al
teri committere ſuas vices,vt hic eſt caſus,ſecũdũ alium
intellectum;aut eſt reperire partes: & tũc aut commiſſio
fuit facta propter priuatam vtilitatem partium:& tunc ſi-
ne ipſarum conſenſu non poteſt alij committere: ſed cũ
earum conſenſu ſic,vt hic patet in princ.§.is autem. Aut
id quod committitur,reſpicit publicam vtilitatẽ, & tunc
non poterit alij committere, etiam de cõſenſu partium,
vt hic eſt in verſi.præter.ſecundum alium intellectum,&
facit etiam quod j.dicetur ¶ In gloſſ.inquiſitionem. Sed
16 aduerte: quia videtur quòd delegatus † ad inquirendum
poſſit ſubdelegare.ſ.c.in c.venerabili. ¶ Solue,ꝙ hic fuit
dictum, vt negotium perſonaliter exequatur, & idem ſi
alia verba æquipollẽtia fuiſſent prolata in commiſſione:
puta,de induſtria tua plenius cõfidentes,vel ſimilia. Sed

in contratio fuit ſimpliciter commiſſa inquiſitio: & non
fuit dictum,vt perſonaliter exequatur.¶ Solu.poteſt dici
ſecundum Hoſti. ꝙ ibi erat mandata inquiſitio de ſuſpe-
cto,non autem,vt prælatus amoueretur. hic autem erat
commiſſa inquiſitio ad finem,vt amoueretur: qđ eſt ma-
ioris præiudicij.ideo hic non poteſt delegari alteri. Simi-
liter videmus, ꝙ datio tutoris non demãdatur ſemper.ff.
de tuto. & cu.da.ab ijs.l.nec mandante. & tamen cogni-
tio de ſuſpecto, tanquam ſimplex demandatur.ff.de offi.
eius cui man.eſt iur.l.cognitio.prima ſolutio plus placet
Hoſt. quælibet tamen eſt in ſe bona ſecundum do.Ant.
Sed certe videtur,ꝙ ſecunda non ſit in ſe vera, ex eo, q̃a
vbi cauſa criminalis,q̃ eſt meri imperij, & ſui natura ma-
gni præiudicij,eſt ſemel delegata per Principem, poteſt
alteri ſubdelegari:ut videtur eſſe text.in l.j.circa fi.C.qui
pro ſua iuriſd.& ibi etiam hoc expreſſe tenet Bar. & ideo
prima ſolutio quam tenuit Hoſt.videtur tenenda,& non
17 ſecunda.¶ Secundo poteſt opponi, † ꝙ poteſtas prouidẽ
di eccleſiæ de miniſtris poſſit ſubdelegari.j.eo.ti.c. is cui.
lib.vj.Soluit dom.Anto. ꝙ contrarium procedit,quando
mandatur prouideri de certa perſona, quia tunc videtur
ponderari priuata vtilitas,& non publica:ideo poteſt fie-
ri ſubdelegatio. ſecus vbi mãdatur prouideri eccleſiæ ꝑ-
ſonis proprijs non expreſſatis: quia tunc videtur ponde-
ratus fauor eccleſiæ,& ſic vtilitas publica. ¶ Tu potes di
cere,ꝙ hic loquitur,quando fuit dictum, vt perſonaliter
exequatur,quo caſu videtur,ꝙ non poſſit alteri commit-
tere,ſed vbi non exprimitur,vt perſonaliter exequatur,tũc
procedat diſtinctio de qua ſ.per tex.in d.c.is cui. Videtur
tamen,ꝙ ſi eſt expreſſa perſona,cui debet prouideri,licet
dictum ſit,ꝙ perſonaliter exequatur, quia commiſſio vi-
detur facta fauore perſonæ,cum illius conſenſu poterit al-
18 teri committere.¶ Tertio poteſt opponi,ꝙ † habens po-
teſtatem prouidendi poſſit alteri committere.ſ.de elec.c.
cauſam.& c.quia propter.Solue ſecundum Hoſt. ꝙ ibi lo
quitur,quando poteſtas prouidendi competit de iure cõ-
muni,& ſic iure proprio.hic autem loquitur,quando cõ-
petit ratione commiſſionis factæ ab homine,& ſic ex iu-
re alieno: & ideo nõ poteſt tunc committere alteri vices
ſuas eo caſu,quo ſit electa induſtria perſonæ;quod quan
do ſit,patet ſupradictis, & ex ijs, quæ habentur in d.c.is
cui.vbi competit iure proprio,non eſt mirum,ſi poteſt al
teri committere, quia in re propria poteſt quis ad ſui libi
tum facere.l.in re mandata.C.mand. ¶ Ille autem qui fa
cit ex iure alieno, nihil habet proprium.l.j.§.fi.ff.de offi.
eius cui manda.eſt iuriſd. & ideo non poteſt committere
vices ſuas,quando eius electa eſt induſtria: vt hic proba-
tur in verſicu.is autem.¶ In glo.pen.ibi,inter aliquas par
tes.Supple ſuper eo,ſuper quo facta eſt commiſſio. Et ex
eo,quod dicit,inter aliquas partes videtur voluiſſe,quod
inter extraneos impedientes bene habeat iuriſdictionẽ,
vt ſuperius,etiam voluit gl. & eadem ratione multo for-
tius habebit iuriſdictionem in alteram partium,ſi impe-
diat exerceri miniſterium iniunctum. Facit,quod habe-
tur ſupra eodem.c.j.¶ In eadem gloſſ.ibi,ſed tantum offi
cium.Not.bene glo.quia ſentit differentiam eſſe inter of-
ficium ex vna parte,& iuriſdictionem,ſeu poteſtatem ex
alia: quia interdum delegatus habet officium exercendi
id,quod mandatur,ſed tamen non habet iuriſdictionem,
nec poteſtatem ſubſtituendi.de quo per Ioan.And.ſupra
19 eodem.ſuper rubrica.& ibi dixi. † Item aduerte,quia cõ-
cludit glo.ꝙ ille cui committitur nudum miniſterium ha
bet poteſtatem coercendi impedientes, ſed contrarium
tenuit Hoſtien.quia tunc ſecundum eum, non eſſet nu-
dum miniſterium commiſſum, ex quo habet miniſteriũ
coercendi.& ſic videtur, ꝙ alteri poſſent committere, &
ideo ſecundum eum, ille cui committitur nudum mi-
niſterium,non habet iuriſdictionem coercẽdi, quod in-
telligit eſſe verũ, niſi eſſet clauſula appoſita in cõmiſſio-
ne con-

ne ꝯdictores:vel nisi cōmittens cnmmiserit et vices suas sup dicto ministerio:nā tūc bn poterit coercere.& sic intelligit.c.ex literis.§.e.Sed certè hæc solutio vr diuinare ad textū illū.Iō melior vr esse opi.Vincē.q in effectu cō cordat opiniones.nā dicit,ꝙ aut cōmissio certi ministerij sit in curia,& tūc nō habet potestatē coercendi ille,cui cōmittitur dictum ministeriū,nisi in casibus, de quibus dixi. supra post Hosti.& hoc casu potest procedere opin. Hostien.vnde in casu isto recurretur ad Papam committentē,si talis impediat in dicto officio, & sumus extra casus,de quibus dixi post Hostien.& sic dicit de facto seruari in curia. Aut sit commissio extra curiam:& tunc procedit opi.gloss.pro qua videtur casus non cauillando in dicto c.ex literis.etiam pro hoc,&c.facit ratio.c.preterea.§. c.vbi patet, ꝙ aliquo cōmisso intelligit etiā commissum id,sine quo illud expediri non potest.Hostien.tamē dicebat,quòd illa regula habet locum, quando committitur iurisdictio.secus,quando nudum ministerium. & hoc et sequebatur domi.Flo.qui tenebat opi.Hosti.sed dicta restrictio videtur contra dictum c.ex literis. non vinlando text.vt supra tetigi. Et pro differentia prædicta, an actus habeat exerceri in præsentia superioris, an vero in eius absentia,benè facit,quod habetur in c.volentes.infra tit. j.& in l.fin.ff.de offic.procon.& lega.& de offic.ordi.c. Romano.ad fin.libro sexto.& in hac opin.Vincen.vide-
20 tur residere hic Ioan.Andre.& domi.Anto. † Sed iuxta hoc insurgit dubium, quid iuris, quando committitur nudum ministerium cum clausula contradictores compescendo,an tunc poterit ille,cui facta est cōmissio vices suas alteri committere. Hosti.& domi.Floten.hic videtur velle, quod sic:cum tunc virtute dictæ clausulæ videatur iurisdictio commissa.sed Inno.hic tenet ꝯtrarium per hunc textum,qui loquitur indistinctè: & sic indistinctè debet intelligi.ar.c.quia circa.j.de priuile. Et hoc verum,si vult ipsum nudū minist criū committere. secus si vellet committere potestatem coercendi:cum illa sit iurisdictionis.l.imperium. de iur.om.iudi.ff.& hæc opi.verior uidetur de iure. cum qua etiā uidetur transire.Ioan. And.Et prædicta procedunt, quando committitur nudū ministerium non habens sui natura cognitionem,& iurisdictionem admissam,sicut est prædicare : secus in ijs, quæ habent iurisdictionē,& cognitionē admissā : qa illa cōmitti possunt.Sed contra hoc facit id,quod hic dicitur de excōicatione,& dispensatione, quæ sui natura habet admissam cognitionē,& iurisdictionē, & tñ cōmitti non possunt:vt hic patet.Rñdet Inno.quod hoc,quod hic dicitur,debet intelligi,qñ expresse mandatur, sine causæ cognitione hæc expedianī. Itē nō ob.ꝙ hic dicitur de inquisitione , quæ habet annexā causæ cognitionē:j.de accusa.in c.qualiter.lo ij.§.debet. & tñ subdelegari non pōt,ut patet in hoc.c.§.is autem,quia respōdet.Inn.qđ illud ideo est,quia ibi industria uidetur electa,ut ibi dicitur. Vnde dicit Inn.quod quāuis hic exprimātur aliqua, q de sui natura cū causæ cognitione,& mediante iurisdictione debeant expediri,sicut est excōicare, & dispensare:aliqua uerò q de sui natura causæ cognitionem nō requirunt:sicut prædicare,et pœnitentiā dare, & de beneficio alicui prouidere,& similia.tñ omnia q in hoc.§.fin. dicuntur,sunt intelligenda,qñ præcisè,& sine causæ cognitione demandanī:tunc enim non possunt subdelegari, nisi a legato sedis apostolicę : ut patet in principio.
21 §.cæterum. secundum Innocen. Aduerte tamen † inquantum Innocen.uoluit, quod de beneficio prouidratur sine causæ cognitione,non placet Hostien. quia expresse contradicit secundum eum. de rescrip.cum a deo. & de æta.& qualit.accepimus.cū si.Vnde sui natura subdelegari posset ſm eū. quod intellige verū saluo eo, qđ habetur.in c.is cui.j.e.in vj.& in cle.una.c.ti.& ut notatur in dicta cle.& in c.fi.de psump.p Inno.qñ mādaī alicui certè personæ prouideri de beneficio, potest ille cui committitur assumere partem iudicis, & partes executoris.de quo plenè,vt habeī in locis prællegatis & addē etiam supradictis id,quod dicetur circa tertium exponendum extra glo. In glo.fi. in fine.Et de materia etiam per Inno.in c.dilectus.de tempo.ord.& per glo.j.di.c.miror.& in summa.& per Guilhel.in Specu.ti.ij.§. nunc de Episcoporum.ver. in casibus. Extra gl. aduerte,quia prima pars, & secunda text. satis sunt declarate cum gloss.
22 † Circa tertiam attende primo, quod licèt in commissione non sit dictum,quod personaliter exequatur, si tamē æquipollens sit dictum,erit idem dicendum: cum æquipollentium idem sit iudicium l.fi. ff. mandati. Exemplū ſm Inno.si dictum fuit de tua prudentia,vel de tua industria,vel de tua circunspectione plenius confidentes.Idē puto,si dixerit,super quo tuam conscientiam oneramus. per id quod habetur in c.statutum.§.assessorem.de rescripus in vj.quæ diligenter not.quia sæpe alterum pdictorū in literis apponitur. vnde perinde est, ac si tunc esset di-
23 ctum,ꝙ personaliter exequatur. Item † aduerte secundo, quia istum textum in principio huius tertiæ partis, quādo.s.committitur, vt personaliter negotiū exequatur vr limitare Innocen.procedere, qñ negotiū arduū cōmittitur:secus si paruum,& hoc expresse sequitur do.Flo. nisi in rescripto contineatur,ꝙ delegans elegit fidem,vel industriā eius,cui fit commissio. Dicit etiam domi.Flor.qđ quando quis tenetur ad aliquid faciendum, videtur electa industria personæ:per l.fideicommissa.§.fin.ff.de leg. iij.& allegat Ioan.And.in addi.Specu.in tit. de renuntia. & conclusiue.§.j.super versi.Item est beneficium,quod intelligit verum,nisi esset aliquod factum , in quo parua aut nulla requireretur peritia : vt emere Ligna in parua quantitate. & idem in similibus. Sed certè inquantū restringit Inno.& d.Floren.hunc textum,quando cōmittitur negotiū arduū,non puto verum,ꝙ tex.hic simpliciter,& indistinctè loquitur,& sic indistinctè debet intelli-
24 gi.arg.j.de priui.c.quia circa.† & quia vbi verba sunt clara.non egemus interpretatione l.ille aut ille.§.cū in verbis ff.de leg.iij.Et ideo eum clare pareat ex verbis Papæ, quod velit eū personaliter exequi, licèt negotium sit leue,non est recedendum a verbis rescripti: arg.c. audientiam j.de decimis. & de priuile.c.si Papalis.vj. Fateor tamē,ꝙ vbi non apponitur verbum personaliter,nec aliud simile,quod ex qualitate negotij potest aliquando præsumi,quod tacitè Papa intellexerit,& voluerit, quod personaliter exequatur,sicut contingit,quando mandat prouideri ecclesijs de prælatis,vel ministris non expressis p-
25 sonis:vt in c.is cui.j.eo.li.vj.Itē attende † inquantū dicit do.Flo.ꝙ vbi quis tenetur ad factum , vel cōmittit alicui aliquid faciendum,quod videtur electa industria psonæ. Nam videtur illud procedere,quādo ex facto debet resultare certū corpus, quod nondum est in rerū natura : vt si qs promisit librum scribere,vel domum ædificare.& sic procedit loquitur de fideicommissa.§.fi.& ff.de solu.l. inter artifices.Quod intelligo verum, nisi ex qualitate personę pmittētis aliud posset psumi:vt si quis pmitteret facere domū,q non esset peritus in tali ministerio : nā tūc psumitur pmittere potius facere per aliū,q per se. arg.l. ꝯtinuus.§.si ab eo.ff.de ver.obli. Itē secus,qñ ex facto nō hēt resultare corpus, ꝙ non fuerit in rerū natura.vt si qs pmitteret mihi tradere librū, vel aliā rē.nā tradere est sāctū,& in facto ꝯsistit.l.si rē tradi.ff.de ver.obl. vel si alicui dei mādauī de emēdo domū,vel librū:nā tūc licèt d.Flo. atiētat,an negotiū si patuū,vel magnū, tñ potius vr attēdēdū, an mandatū habuerit certā, & determinatā formā, puta vt emat talem domum pro tanto pretio. & sic non videtur electa industria.l.si procuratorem.§.j.ff.mandati. secus si non haberet certam formam:vt quia mandatum fuerit de certa domo emenda pro illo pretio, de quo sibi videbit.

vidcbit.vel de illa domo emenda,de qua sibi videbit ele
cta industria:& sic non posset alij committere.l. penul.§.
ij.ſm vnum intellectũ.ff.de diu.& temp.præscript. & ibi
etiam per Bar.& per eundẽ in d.l.si procuratorẽ.§.j. & fa
cit quod habetur in c.is cui.j.eo.lib.vj. & etiã qđ notauit
Bar.in l.nemo.ff.de duobus reis.& in dicta l. cõtinuus §.
si ab eo.¶ Vlterius est sciendum,ꝙ Inno. hic pro intelle-
ctu tertiæ,& quartæ partis tractauit tria.Primũ est illud,
quod possum per me,possim ẽt per aliũ.Secũdum est, an
illud qđ est cõmissum sub noĩe dignitatis indifferenter
transeat in successorem,vt sic possit successor, qđ poterat
p̃decessor.Tertiũ est,quæ sint illa,quæ habeãt notare nu
dum ministeriũ,seu quę censeantur esse nudi ministerij.
26 ¶ Circa primũ conclude,† ꝙ aut aliquid cõpetit ex iure
proprio,& sic iure ordinario , vel aſs ꝑpetuo ex priuile-
gio:& tunc qđ possum ꝑ me, possum ꝑ alium, nisi aliud
exp̃sse reperiatur ꝓhibitũ.Facit regula:põt quis.cum ibi
notatis.de reg.iu.li.vj.Et per hoc nõ bẽt obstare ei, quod
hic dr̃ in tex.inquantũ dr̃,ꝙ non põt quis cõmittere alte
ri vices suas:vt in c.cãm.s̃.de elec. vbi põt quis cõmitte-
re prouisionẽ ministrorũ alteri:qa ibi ex iure ꝓprio com
petebat potestas prouidendi. secus si competeret ex iure
alieno: vt hic patet.Itẽ per hoc etiã non obstat qđ habeẽ
in c.si Eps̃.de offi.ord.li.vj.eum ibi notatis in glos.& j. de
offi.ord.inter cætera,in quibus patet,ꝙ quis põt cõmitte
re alteri officium p̃dicãdi,qa illud verũ, qñ competit ex
iure ipso:vt not.gl.in d.c. si Eps̃.secus si ex iure alieno:vt
hic patet.Item ẽt non obstat ꝑ hoc qđ habeẽ in ca.fin.de
offi.ord.vbi quis põt committere potestatẽ absoluẽdi al-
teri,quia illud verũ, qñ cõpetit ex iure ꝓprio,secus si ex
iure alieno: vt hic patet. Et est ratio diuersitatis , qa in re
propria quilibet est moderator, & arbiter.secus in aliena
l.in re mandata. C. mandati.& ff. solut. matr.l. etiam §.j.
27 † Aut potest quis aliquid facere ex iure alieno. & tunc li
cèt Innoc.hic faciat regulam,ꝙ non põt quis alteri com-
mittere, nisi quatenus reperiatur expressum:vt cõtingit
in delegato principis,in quo est expressum,ꝙ possit com
mittere : vt hic in principio.& C.de iudi.in l.a iudice.Tñ
potes concludere , ꝙ aut quærĩ in temporalibus , & ex-
traiudicialibus. Aut in spiritualibus,& in ijs quæ in iudi
cio consueuerunt exerceri. Primo casu dic,quod illud,ꝙ
potest quis per se,potest & ꝑ aliũ: vt hic patet in ꝓcura-
tore dato ad negotia,q potest alteri ꝯmittere vices suas :
vt in c.j.de procurato.li.vj.& in l.si procuratorẽ.§.j.ff. mã
dati.quod itellige,qñ est ꝓcurator datus ad oĩa negotia ,
vel si est datus ad certum negotiũ,mãdatum habuit cer-
tã,& limitatã formã,per id quod superius dixi, & qđ no.
Barto.in dicta.l.penulti.§.ij.ff. de diuer. & tempo.præ. &
hæc intellige vera , nisi appareat electam fuisse industriã
personæ:quæ videtur electa ſm do.Flo.qñ mandaẽ aliqd
faciendum : nisi illud esset parue,aut nullius peritiæ.sed
28 de hoc dic,vt dixi.s̃.†Secundo casu conclude,ꝙ aut com
mittitur iurisdictio , vel negotiũ habẽs iurisdictionẽ ad-
mixtam,aut nudũ ministeriũ,aut dubitatur. Primo casu
aut non est adiectum verbum personaliter, vel æquipol-
lens,& tunc conclude,quod potest committere alteri vi-
ces suas,nisi ex qualitate negotij,pręsumi possit electam
esse industriam:& tunc secus,vt patet in c.is cui j.eod.in
vj.& probatur hoc membrũ in principio huius capituli.
& s̃.eo.pastoralis,& c. venerabili.aut fuit adiectum ver-
bum personaliter , & tunc recurre ad ea, quæ dixi super
glos.iij.& super glo.antepe.quia aut nulle sunt partes, &
hoc secundo casu, aut non intercedit partiũ consensus ,
aut intercedit.& si intercedit,aut commissio respicit pri
uatã vtilitatem,aut publicã,vt patere potest ex tex.& ex
29 glo.prædictis , & ex ijs quæ dixi super illis . † Secundo
casu quando cõmittitur nudum ministeriũ,& tũc quidã
distinguũt,an sit negotium arduũ,an non,vt primo casu
nõ possit cõmittere vices suas alteri.Secũdo sic. Sed cer-
te,vt dicit hic do.Anto.ista opin.est contra text.qui ab-
solutè,seu indistinctè vult in rõne sui, ꝙ quando cõmitti
tur nudum ministerium,ꝙ non põt alteri cõmitti. domi.
Flo.hic dicit,ꝙ si cõmittit ministeriũ sapiẽs autoritatẽ,ꝙ
isto casu nõ p̃t alteri ꝯmittere. & sic ĩtelligit hũc tex.nisi
esset legatus apostolicus,vt hic dicit: secus si non sapiat
autoritatẽ,& sit paruę peritiæ:qa tũc poterit alteri cõmit
30 tere.Et † ꝑ hoc dicit,ꝙ si tabellio cõmittit alteri tabellio-
ni.ꝙ scribat instrumentum ex suis rogationibus,& illud
authenticet,ꝙ hoc nõ potest facere,sine iudicis autorita-
te:per id,quod legitur, & notatur.j.de fide instru.c.cũ p.
& c.secus si solũ cõmittit , vt scribat instrumentũ ex suis
rogationibus,& ipse cõmittens postea se subscribat , in-
specta prius diligenter scriptura præambula,an benè fue
rit scripta,& an concordet cum suis rogationibus . nam
tũc si subscribat faciẽdo mẽtionẽ qũo ꝑ aliũ scribi fecit,
fortè alijs occupatus,& ꝙ prædictis oĩbus interfuit, & de
ijs omnibus fuit rogatus, & ꝙ diligenter inspexit dictam
scripturã,& reperit ea cum suis rogationibus concorda-
re,& apponat signum suum: tunc probabit instrumentũ
prædictũ.Et secundum prædicta dicit debere intelligi, ꝙ
legiẽ, & notatur in c.cum p.& c.de fide instru. Sed certè
hoc dictũ do.Flo.videtur cõtra textũ.cũ gl.in auth de ta-
bellionibus.§.nos aũt.in verbo ꝑ se. vbi tex.cũ gl.vult. ꝙ
notarius de instrumẽto rogatus debet ꝑ se ipsum scribe-
re totum instrumentum.ideo credo,ꝙ de iure nõ faceret
probationẽ tale instrumentum,nisi consuetudo loci,vel
statutum aliud haberet: prout habet in ciuitate Bonoñ.
licèt do.Floren.aliter dixerit,vt prædixi. Et sua dicti ratio
non videtur bñ iure ꝓbari . & videtur etiam esse ꝯ hunc
31 textũ,quia simpliciter loquitur. Et prædicta † procedũt,
qñ cõmittitur potestas circa,id,qđ pẽdet ex potestate iu-
ris,sed si penderet ex potestate naturæ , dicit do.Anto.ꝙ
non habet locum iste tex. Et ponit exemplũ,si commit-
tereẽ alicui,ꝙ incideret Ligna. Inn.tñ hic nõ posuit hoc
exemplum,sed ponit,qñ datur potestas emẽdi Ligna. Et
de tali potestate,an habens illã possit cõmittere alteri dic
vt s̃.dixi . nã si datur mandatum indeterminatum , vide-
tur electa industria:vt sic non posset alteri committere:se
cus si fuisset datum certũ,& determinatũ mandatum : vt
voluit Bar.in dicta l.penul.licèt do.Flor.hic voluerit,ꝙ si
datur mandatum etiam indeterminatum in parua quan
titate emenda , quod tunc non videatur electa industria:
& sic intelligatur dictum Inno.ſm eũ.dictũ tñ Bart.vide-
tur rõnabilius,& hæc sufficiant de secundo casu . Tertio
casu , qñ dubitaẽ , an intelligatur cõmissum nudũ mini-
steriũ.an vero negotiũ habens admistã cognitionẽ,dicit
do.Flo.recurrendũ ad ea,quæ notãtur,& dicta fuerunt.s̃.
c.pastoralis.§.qa vero.& facit etiam,quod dicetur.j.circa
tertium.extra glo. Et eo casu quo intelligatur cõmissum
nudum ministeriũ,dicendum est,vt superius est dictum,
quando committitur nudum ministerium . aliàs dicen
dum est ſm,quod dictum est.s̃.quando comittit negotiũ
habens cognitionem admixtam.Et per hoc sit expeditũ
32 primum principale,de quo superius est dictum.†d.tamẽ
Floren.circa p̃dictum articulum alijs verbis fuit vsus. nã
dicebat,quod si quæritur,qñ quis possit committere alte
ri id,quod facere potest.est aduertendum, quia aut quęri
tur de illo,cui data est potestas a priuata persona , aut de
illo cui data est potestas a ꝑsona publica : primo casu po-
nit exemplum in procuratore:& cõcludit,quod cõmitte
re potest,nisi sit electa industria.& qñ dicatur electa indu
stria,dic vt superius dixi . Secundo casu,quando data est
potestas a persona publica,puta a superiore, & tunc,aut
potestatẽ habet iure proprio,vt ordinarius, & põt cõmit
tere:vt in c.inter cætera.j.tit.ij.& c.fi.nisi specialiter pro-
hibeaẽ:vt in dictis iuribus,seu capitulis. Aut habeat pote
statẽ iure non ꝓprio,vt delegatus,vel cõmissarius: & tũc
cõsideret tres casus: qa aut cõmittiẽ actus iurisdictiona-
lis,aut

lis,aut actus nudi ministerij,aut dubitatur qualis sit.pri-
mo casu si non fuit dictũ, q̃ per se faciat , pōt cõmittere.
s̃.eo.venerabili.qa in dubio non videtur haberi cõtem-
platio ad personã,nisi aliud colligatur ex forma cõmissio
nis:vt hic in principio.Si verò fuit dictũ, q̃ per se exequa
tur,& tunc si vult cõmittere,qñ est electa industria, non
pōt. & dicitur electa sm eũ,qñ cõmittitur officiũ cõcer-
nens publicã vtilitatem : vt inquisitio,vel prouisio.vt in
§.is autem.cũ ibi notatis . Si verò nõ est electa industria,
cõmittere pōt. & in dubio nõ intelligitur electa sm c.al-
33 legat.s̃.eo.in principio.† Secundo casu,qñ committitur
actus nudi ministerij,dicit,q̃ si nullam sapit authoritatẽ,
& pōt pariter p quẽlibet expediri , vt sunt parua negotia
nullius,vel exiguę peritię,& pōt cõmitti.Si verò sit actus
sapiens authoritatẽ,& qui nõ pōt per quẽlibet explicari,
& tũc non pōt cõmitti alteri: vt hic in oĩbus exemplis.§.
34 cæterũ.idem in similibus.† & pro hoc infert,vt etiã s̃.re-
rigi, q̃ non pōt notarius alteri notario cõmittere , vt pro
se scribat instrumentũ,ita q̃ compleat , sed benè pōt cõ-
mittere,q̃ scribat,& ipse qui fuit rogatus se subscribat:qa
primũ sapit autoritatẽ,secundum nõ.de quo remittit ad
notata per se in c.cũ.p.tabellio.j̃.de fide instru. In legatis
tamen apostolicis est speciale , q̃ possunt cõmittere actũ
etiam nudi ministerij:vt hic dicitur.Tertio casu,quando
dubitatur,an actus sit iurisdictionalis,an nudi ministerij,
dicit,vt s̃.eo.Sed aduerte inquantũ vult,q̃ si dictũ fuit in
commissione,q̃ per se exequatur,debere distingui,an ele
cta fuerit industria, vel non.non videtur benè dicere per
id,quod superius dixi: & qa text.hic in §.is aũt.indistin-
ctè loquitur,qñ vult cõmittere,sine partium cõsensu. Itẽ
inquantũ vult, qđ qñ ex officio cõmittit̃ eã concernens
publicã vtilitatẽ,vt inquisitio , videatur electa industria,
nõ videtur verũ . qa si illud esset verũ , etiam si non esset
dictũ,q̃ per se personaliter exequatur, non posset ille cui
cõmissa esset inquisitio,committere alteri vices suas: qđ
est ꝯtra textum. in c.venerabili.s̃.eo.& ideo non videtur
perfectè dixisse do. Flo. Et hæc sufficiãt de primo dubio,
35 & passu principali.† Circa scđm,an videlicet id,quod est
cõmissum sub noĩe dignitatis indifferenter trãseat in suc
cessorem, vt sic possit successor,qđ poterat prædecessor.
Inno.hic refert opi.nã vna fuit opi.q̃ transeat in successo
rem , nisi appareat ex forma commissionis electã fuisse
industriã personæ . Dicunt tñ isti,q̃ ex qualitate negotij
etiam interdũ p̃sumitur electa industria . nã aliqua sunt,
quæ per alios cõiter etiã cõsueuerũt expediri sui natura:
vt excõicare,uel absoluere,vel recipere testes.aliqua quę
nõ cõsueuerunt sic cõiter per alios expediri:vt prædicare
crucem,& iniungere pęnitentias,& dispensare.nã p̃dica
tor debet esse potens opere , & sermone.j̃.de voto.c.ma-
gnæ.in §.j.& de statu regula.cũ ad monasterium.§.prior.
iniungens pœnitentias debet esse cautus , & discretus.
de pœni.& remis.in c.omnis.ver.sacerdos. habens dispẽ-
sare debet esse homo,qui non speret in pecuniæ thezau-
ris:qui pauci repetiunt̃,ut dicit Host.Facit.j̃.de offi.ordi.
c.irrefragabili.§.fi.& ideo concludunt isti, quod talia,vel
similia non transibunt ad successorẽ , licèt sub noĩe di-
gnitatis sit facta cõmissio.in alijs secus . Finaliter recitat
alios dicere,& fortè melius sm eum,q̃ ubicunq; cõmit-
tit̃ nudum merum factum,seu nudum ministerium , in-
distinctè non transeat in successorẽ.nã sm eum,qñ com-
mittitur nudum ministerium, qa nullã iurisdictionẽ ha-
bet talis cõmissarius,vr̃ illud facere cõmittens: secus,qñ
habet iurisdictionem ille,qui subdelegat . Sed certè, ut
dixi.Host.etiã id quod facit delegatus, uidetur facere de-
legans.s̃.eodem. cum olim Abbas. Sed forte Inn.uoluit
dicere,q̃ qñ cõmittitur nudum ministerium,id quod fa-
cit commissarius,dicatur uere facere cõmittens quasi p
nuntiũ:facit,qđ no.Legistę in l.& licet.ff.de ꝯstitu.pecu.
& hoc satis uideret̃ p̃cedere,si cõmissari⁹ ꝯciperet uerba
in personam dñi cõmittentis:per id qđ legit̃, & notatur
in l.multum.C.si quis alteri , vel sibi.& fortè etiam hoc
casu nõ esset vis qualiter verba cõcipiant̃,ex quo est nu-
dum ministeriũ commissum.Facit quod habet̃ in c.fi.de
procura.in vj.Ideo alteri nõ poterit cõmittere vices suas
loco ipsius,vel ipse per aliũ representetur. vel sm Hosti.
quia intentio committentis vr̃ esse contraria. Quod vlti
mum non credit do.Ant.ex quo cõmmissio est facta sub
nomine dignitatis.Hosti.vero hic dixit primã opin. esse
rõnabiliorem.& sic vr̃ velle , q̃ etiam si nudũ ministeriũ
sit cõmissum,transeat in successorẽ,nisi ex forma comis-
sionis appareat electam fuisse industriã personæ:vel nisi
ex qualitate negotij præsumatur electa industria. per ca.
qm̃ Abbas s̃.eo.Et prędicta faciũt ad qõnẽ notatã p Bar.
in l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulga.& pupilla. vbi tã
36 git † quid iuris,si fiat compromissum in Abbatẽ scti Pro
culi per aliquos,& sic sub noĩe dignitatis, an tale cõpro-
missum trãsibit in successorẽ.nã Bar.ibi tenet,q̃ non : ex
eo,qa in compromissis cõiter ꝯsueuit ponderari,& con-
siderari amicitia,& fides personæ: & ideo non dẽt transi-
re in successorem . Et pro hoc etiã facit,qa siue diacono
nudũ ministeriũ esset commissum, non dẽt trãsire in suc
cessorẽ scđm Inn.vt s̃.dixi siue etiã dicat̃ commissum es-
se non nudũ ministeriũ,cũ arbiter habeat notionẽ,& sic
cognitionẽ,licèt non iurisdictionẽ l.ait prætor. in princi
pio,ff.de re iudica.tñ quia est tale negotiũ, qđ ex qualita
te facti, seu ipsius negotij potest verisimiliter p̃sumi ele-
ctã fuisse industriã p̃sonæ,non dẽt trãsire in successorẽ:p
id qđ dixi in prima opi. post Host. & facit qđ habet̃ in c.
is cui.j.eo.in vj.d.tñ Ant. hic non facta mentione de di-
cto Bar.in dicto §.hæc verba. q̃ vr̃ intelligi Host. voluis-
se,q̃ indistinctè vbi aliqd ꝯmittit̃ sub noĩe dignitatis trã
seat in successorẽ.in dignitate, etiã si nudũ sit ministeriũ
ꝯmissum.& ẽt qñ negotiũ arduũ ꝯmittit̃ , ex quo est ex-
pressum nomẽ dignitatis.per c.qm̃ Abbas.p̃alle.s̃.eo. cũ
& qa illi qui sunt præditi dignitatibus p̃sumunt̃ p̃uidi ,
& discreti:& per id qđ habet̃ de rescriptis.dispendia.& c.
statutũ.li.vj.& qa non vr̃ referre quo expediatur negotiũ
commissum,dũmodo bene expediat̃ , & scđm intentio-
nẽ delegantis,vt notat̃.s̃.de rescr pris.eam te.& c. sup li-
teris.Et scđm hoc videret̃ sentire d.Anto.q̃ in casu bart.
compromissum trãseat in successorẽ.Et pro hoc facit,qa
vr̃ imputandũ partibus quare exprimunt solũ nomẽ di-
gnitatis.nã sic vr̃ solũ dignitatẽ contẽplari. Et pro hoc ẽt
facit,qa distinctio q̃ fit per primã op.& etiã per se cuidã,
non bene vr̃ iure probari.& sic videret̃ , q̃ stãdũ sit dicto
c.qm̃,& fortè de iure hæc opin.posset sustentari.tñ opin.
Bar.habet in se æquitatem,& pro illa etiam facit opi. pri
ma,quam supra recitaui post Inn.& quã etiam vr̃ tenuis-
se Host.inquantũ dixit illã rõnabiliorẽ. licèt d. Anto. vi-
deat̃ aliter intellexisse opi.Hosti. & hæc sufficiãt de scđo
37 principali ¶ †Circa tertiũ, & vltimũ discurrit hic Inn. p
ea quæ ponunt̃ in tex.nã certũ est, q̃ prædicare crucem ,
est nudum ministeriũ,sed de excõicatione,vel absolutio
ne est dubiũ:qa talia fiũt cum causæ cognitione.j̃.de sen
ten.excom.c.sacro.& ij.q.j.c.nemo.& sic videtur , q̃ non
sint nudi ministerij.sed ipse exponit tex.dũ dicit excom-
municare id est,excõicatum denuntiare,vel scđm eũ lo-
quit̃,& dẽt intelligi , qñ præmissa causæ cognitione non
restabat nisi ferre sñiam excõicationis , quam Papa vult
38 per alium ferre, quod potest.nam nedum Papa , sed etiã
† illustres personæ ferre possunt sententias p alios.l.fi.C.
de sententijs ex p reci.& idẽ dixit Vincẽ.in illo,cui com
mittit̃,vt suspendat aliquẽ:per id qđ habet̃ xxvij.q.j.si cu
stos,sed certè istę expositiones diuinant ad istum text. li-
cèt do.communiter transeant cum illis. vnde videtur , q̃
litera possit simpliciter intelligi prout iacet. nam si Papa
mandet alicui,q̃ excommunicet Titiũ, dẽt iste p̃sumere
q̃ Papa non sine cã hoc ꝯmittit.nec dẽt inquirere de iusti-

tia,vel iniustitia præcepti Papæ s̃.eo.pastoralis.§.quia ve
ro.& ideo videtur,ꝙ censeaẽ merus executor,seu nudum
ministerium sibi cõmissum.nec põt hic subintelligi clau
sula,si est ita,ex quò nullum negotium est narratum,pꝑ
qđ habeat excommunicare Titiũ:sed simpliciter mãdaẽ
sibi,ꝙ excõicet. ideo tunc videtur nudum ministeriũ de
mãdari.& idẽ videtur dicendũ,qñ mandat alicui,ꝙ absol
uat aliquem,vel aliquos: quia non hẽt aliud inquirere,
sed solũ adimplere id,quod mandatur. Faciat præallega-
39 tum.c.pastoralis.§.quia vero.† In dispensatione aũt,licèt
requiraẽ summaria cognitio.j.q.vij.c.exigunt.& c. dispẽ-
sationes.cum multis capitulis ibidẽ:& no.per Inn.de tẽ-
po.or.in c. ex tenore, quia tñ non requiritur iudicialiter
cognitionẽ fieri,vñ nec est necesse vocari illos, quorum
interest,vt voluit Inno.notabiliter in c.nisi.§.personæ.de
renuntia.ideo censetur nudũ ministerium ſm do.Flo. &
similiter, licèt ad iniungendas pœnitentias debeat quis
cautius ꝓcedere,vt in d.c.omnis.de pęni.& remis. tñ qa
talis cautela iudicialiter non expeditur, sed ꝑ modũ fori
pœnitentialis,ideo cẽsetur nudũ ministeriũ. Et ſm hoc,
id quod hic dicitur,iniungere pœnas, vel pœnitentias,
intelligitur in foro pœnitentiali. aliàs si intelligatur etiã
in foro contentioso propter id,quod hic dicit pęitas de-
bet intelligi,ꝙ de causa erat cognitum per committẽtẽ,
ita ꝙ impositio pœnæ erat nudi ministerij:vt hic dicit d.
Flo.sed do.Ant.hic dicit circa articulum dispensationis,
ꝙ inquantũ hic dr̃.quod est nudus articulus do. limitant
illud verum esse,quando dispensatio committitur,vt fiat
præcisè sine causæ cognitione.aliàs cum in ea exigatur
causæ cognitio,esset mixtus articulus,& sic actus iurisdi
ctionalis.vnde dicunt doc.ſm eũ,ꝙ hic enumerantur ali-
qua,quæ sui natura sunt nudi ministerij:vt iniungere pę
nitentias,& prædicare:aliqua vero q̃ ꝑ accidens sunt nu-
di ministerij:vt quia sui natura sunt mixta:sed mandatur
p̃cisè fieri sine causæ cognitione:vt dispensare, absolue-
re,& excõicare,& sic resider d.Ant.sed certè in dispensa-
tione vr̃ melius dixisse d.Flor. qa ſm intellectũ eius non
est necesse diuinare ad hunc textũ ꝓut oporteret ſm do.
Ant.de absolutione vero,& excommunicatione dic, vt
superius dixi.Et aduerte,qa etiam subdit do. Ant.quos-
dam dicere,ꝙ ꝓuidere de beneficio est etiã nudus articu
lus,& hoc etiã tenuit hic Inno.qđ non placet Hostiẽ.qa
imo in hoc exigitur cognitio de rescriptis. in c. cũ adeo.
& dixi s̃.super glos.penul.circa finẽ.Ideo hic non insisto.
40 † Sed iuxta p̃dicta q̃ri põt, quid si cõmittatur aliqua pars
iudicii,vt citatio,testium receptio, vel aditio allegatorũ;
an dicatur tũc committi nudum ministerium.Inn.hic di
xit,ꝙ non.quia semper censeẽ tunc iurisdictio etiam cõ-
missa,qñ aliqua pars iudicii ꝯmittiẽ.nã citator vteẽ iuris-
dictione in determinãdo terminũ, vel diẽ:& receptor in
cõpellendo testes,& ẽt puniẽdo,si dicaẽ falsum.Sed Ho-
sti.tenuit ꝯtrariũ, qa ex quò cõmissa est sola citatio non
habet se impedire de alio,nisi citare: saluo nisi aliud ha-
buerit in mandatis: quia forma mandati est seruanda s̃.
de rescriptis.c.cũ dilecta. & similiter receptor testiũ non
poterit cõmpellere testes, nisi data fuerit sibi suꝑ hoc po
testas de testi.cogen. in c.j.nec ẽt eos puniet. qa illud nõ
spectat ad eum,nisi hoc habuerit in mãdatis. vt patet ex
notatis per glo.in l.nullum.C.de testi.& ꝑ Inn. met in c.
dilectus.de pœnis.& de isto receptore testiũ, an dicaẽ es-
se merus executor,an vero mixtus,recurre ad gl. notabi
41 lẽ,& singularẽ in cle.j.de offic.dele.† Aduerte tñ,ꝙ cita-
tor cui cõmissa est citatio ſm Inno.poterit per nũtiũ,seu
ꝑ cursorẽ,qui solam operam exhibet, & ẽt ꝑ literas cita-
re:& pro hoc etiam facit,quia etiam arbiter, q nullã ha-
bet iurisdictionem.l.ait pręror.ff. de re iudi.hoc facere p̃t
ff.de arbitris l.sed,& interpellatur §.arbiter.& facit,ꝙ no.
j.de re iudi.cum Bertoldus,& s̃.c.pastoralis.§.j. & quia ẽt
ille, cui committiẽ nudũ ministeriũ aliquod consistens

a. De officio legati. vide super domi. And.barb. ficu.q multa elegãtia dicit hic.

in mero facto,videtur alteri posse committere ſm d. An-
to.allegat.s̃.eo.ex literis.sed certè,quod dicit.domi.Ant.
videtur procedere, quando committitur aliquid, quod
est circunferens ad ipsum factum commissum: vt si com-
missa est citatio,& ipse committit alteri,quòd legat lite-
ras,in quibus continetur mandatum sibi factum. nõ aũt
vr̃ intelligendũ, ꝙ ip̃m nudũ ministerium sibi commis-
sum alteri possit committere, qa illud esset ꝯ hũc text.&
42 ꝑ hoc vr̃,†ꝙ ille cui cõmissa est citatio,nõ possit ꝑ nũciũ
citare,& sic cõmittere alteri,ꝙ citet,qa in hoc vr̃ eius of-
ficiũ electũ,aliàs sequeretur, ꝙ nuncius cui commissum
foret a iudice,vt citet aliquẽ,possit illud ꝑ aliũ expedire:
ꝙ nõ vr̃ esse verũ: qa crediẽ nũcio,qñ est electus a iudice
rõne sui officij.j.de appella.in c.cũ parati. cũ ibi notatis.
& facit, quod legiẽ, & notaẽ in c.illud.j̃.de p̃sump.Tene
tñ menti dictũ Inn.cũ quo transit Host.& Io.An.q vide-
tur velle,ꝙ ille cui cõmittiẽ citatio ꝑ superiorẽ, possit ci-
tare ꝑ cursorẽ,& ꝑ lr̃as.sed illud nõ vr̃ esse,sine dubitatio
ne,quatenus dicit de citatione fienda ꝑ cursorẽ,ꝓter il
lud qđ.s̃.dixi.Nec ob.ꝙ dictum est de arbitro:qa arbiter
habet notionẽ,& sic cognitionẽ: licèt nõ habeat iurisdi-
ctionem.l.ait pręror.ff.de re iud. Et ꝓ pręd́ictis etiã facit,
qa suꝑior,qa cõmittit,credit ei cui cõmittit, non aũt re-
lationi illius cui ꝯmitteret ille, cui commissa est citatio.
43 ¶† An aũt certum ministerium possit qs delegare de cõ
sensu partium.Inn. vt hic tãgit.d.Ant.j̃.de testibus, in c.
cum cã.lo ij.vr̃ tenere,ꝙ sic.nedum cum cõsensu exp̃sso,
sed ẽt tacitó,qđ vr̃ intelligendum, nisi tale ministerium
respiceret publicã vtilitatem, & electa esset industria ꝑ-
sonę.ꝑ id,qđ hic dr̃ in §.is autẽ. Et ex superius dictis põt
inferri ad decisionẽ qõnis, an si Eps fuerit deputatus ad
purificandã gratiã in forma pauperum,& data sit sibi po-
testas ꝓuidendi,& in casu in quo nõ possit,vel nolit. alij
fuerint deputati,ꝙ si deleget vices suas,teneat delegatio
& ꝙ alij deputati non possunt sese intromittere. qa intel
ligunẽ deputati,si nõ faciat per se, vel ꝑ alium cum pos-
sit vices suas alteri cõmittere, vt patet in cle.j.de offi.de-
le.¶ Vltimo aduerte, qa in lectura.do.Anto.reperiẽ vlti-
mo loco posita,& scripta quędã qõ,q̃ nõ fuit sua,sed fuit
44 do.Florẽ.de qua etiã aliqd.s̃.tetigi. † Et qõ est talis,an si
notarius instrumẽtũ ꝑ se rogatum faciat scribi, cum for-
tè esset impeditus,per alium notarium,cui se subscripsit
an tenebit,seu probabit tale instrumẽtum.& arguit pro,
& ꝯ.sed finaliter tenet illud,qđ.s̃.dixi. & dicit etiã con-
suetudinẽ Romanæ curiæ esse, ꝙ tale instrumentum ꝓ-
bet.allegat,quod habetur.xiij.q.ij.c.cum redemptor. ibi
scribendum dictauimus.& C.de iure deli.l.fin.§.finautẽ.
& pro tp̃o ẽt facit,quod notauit Specu.in titul.de instru.
edi.§.restat.ver.quid de hoc,quod quotidie fit,&c. An ta
men de iure ꝓcedat opĩ.d.Flo.dixi.s.& dicebat etiã ipse,
quod nõ est vis,an fuerit notarius, vel non, ille qui scri-
psit instrumẽtum ꝑ alium rogatũ,si non subscripsit ipse,
sed ille qui fuit rogatus,& in subscriptione faciat specia-
lẽ mentionẽ, quo modo ꝑ aliũ scribi fecit alijs negotijs
impeditus:& quomodo fuit rogatus de oĩbus,& singulis
in instrumento descriptis: & quomodo ẽt diligenter in-
spexit dictã scripturã, & repererit illã cũ suis rogamini-
bus ꝯcordare,ꝙ tene mẽti.& hanc q̃stionẽ,vt dixi hic la-
tius ꝓsequiẽ, & reperitur ẽt descripta vltimo loco in le-
ctura do.Ant.sed in illa vlterius non insisto. Et hæc suffi-
ciant de materia huius capituli finalis de officio delega-
ti,& per ꝯñs finiẽ totus titulus p̃dictus.Sequiẽ rubrica de
officio legati.Deo gratias.Ioãnes de Imola vtriusq; iuris
radius vniuersi orbis girum irradians splendissime.

a ¶De officio legati.[a] Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Potestas duplicis qualitatis potest concurrere in persona eiusdem.*
2 *Duo contraria possunt concurrere in eadem persona respectu diuersæ qualitatis.*

litis, & potestatis.
3 *Cognoscere non debet Archiepiscopus iure Archiepiscopali de causis subditorum suffraganei.*
4 *Legatus, an possit per viam principalis querelæ, & appellationis cognoscere de causis subditorum suffraganeis, & an ad eum possit appellari omisso medio cum gerat vices Papæ. & nu. 6.*
5 *Testis vnus si in testimonio minus ponat de facto, quàm alter dummodo alter non contradicat non censetur esse illi contrarius.*
7 *Legatorum tria sunt genera.*
8 *Legatus, an possit deponere Episcopum, & an possit cognoscere de causis electionum Episcoporum.*
9 *Legati non possunt per suam legationem punire exemptos, nec habent contra illos iurisdictionem, nisi sint legati Cardinales, vel qui mittuntur de latere.*

CVm non ignoretis. Legatus Papæ a per simplicem querelam adiri potest, hoc dicit. Et primo pmittit in genere. Scdo ex illa postea concludit. scda ibi: sane. In text. ibi, & infra deciditur, per quod hoc non debet adiuuari si ipse Cãtuariensis Archiepiscopus cognoscit de causis Epatuũ. s. & hoc p rõnẽ quæ colligit
1 ex sequentibus. ¶ † Not. j. q in persona eiusdem põt concurrere potestas duplicis qualitatis. Nã põt esse legatus, & etiã metropolitanus. ¶ Itẽ no. q maior potéstas habẽs originem ex diuersa causa non habet confundere minorem potestatem ex alia causa in eiusdem persona concur
2 rente. ¶ † Item not. quòd duo contraria videntur posse concurrere in eadem persona respectu diuersæ qualitatis & potestatis. Nã de causis subditorũ suffraganeorũ nõ potest cognoscere per querimoniam Archiepiscopus ex vi potestatis Archiepiscopalis, & tñ si est legatus potest de
3 illis cognoscere ex vi delegationis. ¶ † Item no. quòd regulariter Archiepiscopus ex iure metropolitico, seu ex iure Archiepiscopali nõ potest cognoscere de causis subditorum suffraganeis. Sed causaliter sic, si deuoluatur p
4 viã appellationis. de quo plenè, s. tit. j. pastoralis. ¶ † Item no. q legatus etiam natus de oĩbus causis subditorũ suffraganeis cognoscit etiam per viam principalis querelæ, & appellationis. & sic etiã vr̃ posse ad eũ appellari omisso medio, de quo tangeт cũ gloss. quod vr̃ pcedere etiã si appelleт a delegato Archiepiscopi. quiã in hoc vr̃ gerere vices Papæ, vt litera hic dicit. Licèt dn. Ant. hic videatur velle cõtrarium. per ea quæ notantur in c. post translationẽ. Sed certè ibi no. nõ pbant oppositũ, vt patebit ex ibi dicendis, quod etiã dixi. s. Archiepiscopum ex iure Archiepiscopali, seu metropolitico non posse cognoscere de causis subditorũ suffraganeis, procedit regulariter, vt dixi. Sed de causis contra ipsos suffraganeos mouendis benè põt cognoscere etiam ex iure metropolitico. Quia ipsorũ ordinarius est, vt patet ex his quæ habentur in c.
5 pastoralis. s. tit. j. ¶ † In gloss. j. in fi. facit iste tex. cum gloss. secundum domi. Anto. quòd licèt vnus testis minus ponat de facto, quam alter in suo testimonio, dũmodo alter non contradicat, quod per hoc non censeatur illi esse cõ-
6 trarius. ¶ † In gl. ij. ibi per querimoniã potest cognoscere. no. benè quia. Glo. vr̃ indistinctè tenere, q legatus potest adiri per viã querelæ, & per subditos suffraganeorum, &
7 omissis ipsis suffraganeis. Et sic vr̃ velle glo. † hoc pcedere etiã in quolibet legato cum tria sunt genera legatorũ. Nã quidã sunt legati nati sic nũcupati. Quia nascunт cũ priuilegio legationis. per adeptionem dignitatis Archiepiscopalis. & de tali loquitur text. iste. Quidam alij sunt legati missi, & de latere, & isti sunt legati Cardinales, qui mittuntur ad prouinciam regendam per Papam. Quidam autem sunt legati missi, & non de latere, vt sunt alij prælati. qui mittuntur per Papam ad prouinciam regendam qui non sunt Cardinales. Et de prædictis no. in c. penul. infra eodem. in vj. lo. tamen. ix. quæst. iij. c. cõquestus. & iij. q. ij. c. iij. dicit hoc verum in legato nato. vt est Archieps cãtuariensis. de quo in litera. Quia iste bñ põt adiri per querelam ex vi legationis. Quia aliàs frustratoria videretur potestas legationis, eum ex iure metropolitico possit adiri per viam appellationis. Sed alius legatus qui non habet ius metropoliticum non poterit adiri nisi per viam appellationis s̃m eum allegat c. peruenit xj. q. j. Sed Bar. bri. ibi tenet contrariũ, & etiam sentit hic glo. vt s. dixi. & istud communiter tenetur p istum tex. q non fundat se ex ratione allegata per Io. sed ex eo, quia gerit vices Papæ in prouincia, quæ ratio vniformiter habet locum in quolibet legato. Nec ob. c. peruenit, quia nõ obstat in delegato. sed in quodam defensore, qui compellere volebat agere nolentem coram se agere, q facere non debebat. vt ibi patet, & de materia in Spec. eo. tit. §. superest. in principio. ¶ In ea. glo. ibi, & est dicendũ, q non. di
8 cunt tamen aliqui q † potest pronuntiare ipsum deponẽdum, licèt non possit actualiter deponere p id, quod habetur ij. q. vj. biduum. ver. si quidem. Sed de hoc dic, vt dictum fuit in c. j. ĩ. de iudi. & facit etiam qđ legiт, & notaт in c. accus iij. q. iij. potest tñ cognoscere de causis electionum Episcoporum etiam exemptorum, in c. si Abbatẽ. de electione. in vj. ¶ In ea. gl. ibi, sed presbyterum posset deponere. intellige etiam ab officio. & sic degradare. Nã. in dispositione ab officio non est necessaria adiũctio aliorum Archiepiscoporum. vt patet ex his quæ habenт xvj. q. vij. in summa. Et adde casum. c. j. de hæreti. in vj. vbi patet, q in casu heresis etiam sine Epis potest presbyter deponi ab officio. ¶ In gl. fina. in fi. nota bene diligenter ex
9 glo. q † solum legati Cardinales habent iurisdictionẽ cõtra exemptos, alij aũt legati non hñt contra illos iurisdictionem, nisi expresse in eorum priuilegijs sit sibi cõcessa potestas expressa. facit quod habeт in c. si Abbatem. de elec. in vj. & de verbo. signifi. in capitu. veniens. cod. libr.

a Legatus Papæ. Post domi. Ant. hic vide ad materiã huius. c. Spe. in titul. de offi. or. §. j. ver. pen. & in titul. de le. §. iii. vbi successiuè omnes. q. notabiles i hac materia scribit.

S V M M A R I V M.

1 *Legatus in cã alteri specialiter delegata est inferior ipso delegato. et nu. 5.*
2 *Mandatum speciale derogat generali.*
3 *Retractare, an possit legatus sententiam per delegatum latam.*
4 *Nullitas sententiæ potest allegari, licèt statuto caueatur, quòd contra sententiam non opponatur, nec propter hoc dicitur esse sublata facultas dicendi de nullitate.*
5 *Legatus in cã delegata alteri specialiter est inferior, & tenetur ad requisitionẽ ipsius delegati exequi sententiam, & ab ipso delegato appellandũ non est ad legatum, sed ad Papam.*

STuduisti. Legatus b Papæ de causa alteri a Papa spãliter delegata se intromittere non põt. li. d. ¶ Et est communis diuisio. secunda ibi: respondemus. ¶ † No. j. q legatus in causa alteri specialiter delegata censeт esse inferior ipso delegato. & ideo de causa illa non potest aliquatenus se
2 intromittere. ¶ Item not. illud vulgatũ, q † speciale mandatum derogat generali, de quo in c. j. s. de rescrip. & j. de
3 reg. iur. generi p spẽm. lib. vj. ¶ † Item not. a cõtrario sensu, quod legatus põt sñiam latam p delegatũ retractare, si sit lata contra formam mandati. ¶ Et idẽ etiã videт si non est rationabiliter lata, qđ est intelligendum, qñ esset nulla. Quia fortè lata contra ius constitutionis. Secus vbi esset aliqua, licèt lata ꝯ ius litigatoris, quia non potest tunc se intromittere cũ delegatus quò ad causam illã cẽseatur esse superior legato, & est dictũ etiã ex pdictis, nota, q licèt de gestis per superiorẽ nõ possit inferior se intromittere hoc est verũ vbi gesta sunt valida. secus videtur versi. sequenti si sunt nulla. quia tunc nõ tollitur cognitio infe
4 rioris, quod est not. ¶ Et prædicta faciunt, q † si per statutũ tollitur facultas opponendi contra sentẽtiã, q non intelligatur sublata facultas dicendi de nullitate, de quo tñ dicendum, vt no. Bar. in l. j. §. j. ff. quod vi aut clã. & aliqd

b Legatus Papæ. Vide ad hãc materiã gl. & do. ĩ l. vxo. §. fecilissimo. de leg. iij. & in regula, generi per spẽm in vj. ac do. de Ro. de ci. cccxcix. vbi ample per eos.

per do. Anto.in c.licèt citanda.ſ.de elec.¶ In gl.ij. in fin. dic,ꝙ in illo c.ex parte.ambæ literæ erant ſpeciales quantum ad effectum. Quia non poterāt verificari niſi in vno archidiaconatu.hic autem loquitur,qñ aliquę literę ſunt generales quo ad verba,& quo ad mentem,& alię ſpeciales.de quo etiam dictū fuit in d.c.j.de reſcript.¶ In gl.mādatū. ibi par in parem,& fortius inferior in ſuperiorem. ¶ In gl.fi.ibi refert potius ſe ad factum. Vnde poteſt dici ſm Ioan.And. quod loquitur de quadam approbatione, vel collaudatione,ſeu commendatione.facit quod hr̄ in c.j.ī.de treu.& pa. ¶ In eadē glo.ibi ſupplicare.hoc dixit:
5 quia maior eſt in alijs ipſo delegato.tñ,† quia in ipſa cauſa eſt minor tenet̄ ad requiſitionē ipſius delegati ſñiam exequi.An aūt a tali delegato poterit appellari ad ipſum legatum dicendum, quod non per iſtum text.dum dicit quod non oportet quemlibet irritare ipſam ſententiam, vel factum ipſius delegati. & quia etiam non eſt ſuperior in ipſa cauſa ipſe legatus. Ideo appellandum erit ad Papam ſuper generali legatione.

S V M M A R I V M.

1 *Transferre non poteſt Epiſcopos legatus etiam ſi ſit de latere, nec eccleſiam cathedralem alteri ſubijcere, vel in primatiam eligere, vel duos Epiſcopatus vnire, vel vnum diuidere.*
2 *Pœna debet commenſurari delicto:& ex qualitate,& quātitate pœnę pręſumitur grauitas delicti.*
3 *Pœna,an,& quando poſſit remitti, vel in aliam commutari.*

a Legatus. poſt d.An. Sieu. vide ad materiā huius capi. Ro.deciſione cxxj. incipien. ſm Inno. & vide gl. in c. pro illorū. de pben.& d.Abb.i ca. cum.M. de conſt. pen. col.& ſpec. in tit. de lega S.v.

NIſi ſpecialis. Legatus [a] etiam † de late-
1 re trāſferre nō poteſt Epiſcopos,vel vnam eccleſiam cathedralem alteri ſubijcere,vel in primatiam erigere,vel duos Epiſcopatus vnire, vel vnum diuidere: excommunicatos tamen per iniectionem manus violente in clericos abſoluere poteſt.hoc dicit cum ſequen. & non diuiditur. ¶ No.j.ex ſpeciali dilectione poſſe temperari rigorē iuſti
2 tiæ per ſuperiorem,& pœnā remitti.¶ † Itē no.ꝙ ex qualitate,& quantitate pœnæ argui,& declarari poteſt quantitas delicti.facit quod hr̄ in ca. non offeremus.xxj.q.j. & hoc etiam nota,ꝙ pœna debet commenſurari delicto.facit,qđ hr̄ in c.quęſiuit.ī.de his,quę fi.a maio.par.ca.& in diſpoſitione iuris, & ſic addere vr̄ vinculū iuri communi.de quo in c.j.de conſtitu. in vj. Item potes notare arg. pro,& cōtra, ꝙ motus proprius cadere pōt in inferiorē a Papa.de quo dicendum,vt in cle.ij.de offi.ord.¶ Vltimo
3 no.ꝙ dictū eſt in ſummario.¶ † In gl.j.in fi. primam fatet̄ Hoſti.qñ pœna eſſet talis,quā poſſit remittēs ſibi imburſare,vel qñ ex arbitrio iudicis pendet ipſa pena, ſeu eius impoſitio, & ſine graui pͥiudicio aduerſarij fieri pōt.facit quod hr̄.ſ.tit.j.in c. conſuluit.cum graui autem præiudicio partis non debet fieri tñ,vnde dicebat Hoſti. ꝙ ſi alio agente quis fuit condemnatus ſine eius licentia non poterit remitti pena,ſi eius pecunialiter intereſt,& ſimiliter etiam poſt ſententiam nō poterit remmitti,recitat etiam aliquos dicere,quod vbi pœna cōcernit vindictā, ſi agēs proſequitur ſuā iniuriam.non poterit tamē remittere inuito agente, & ſic videt̄ tenere Tho.ij.ij. vt hic refert Ioā. And. refert tamen Inno. quod alij in hoc tenent contrarium.Hoſti.videtur remittere ad not. in c.cum æterni.de re iudi.in vj.¶ Sed certè ibi non videtur hoc decidere. d. Anto.hic concludit,quod ſi eſt princeps poterit remittere pœnam ſi ſit pœna fiſcalis,ſeu veniat fiſco applicanda. Si autem ſit pœna in qua tertius poſſit prætendere intereſſe, tunc non poterit ſine cauſa rem remittere.per ea q̄ leguntur,& notantur in c.quæ in eccleſiarum.de conſti. per Innocen.cum cauſa autem poterit ante ſententiam, & poſt.Sed inferior iudex ſine cauſa non poterit, ſed cū cauſa ante ſententiam,ſeu in ipſa ſententia,poſt ſentētiā non, per id, quod habetur ij.q.iij.§.notandum. & §.hic colligitur. & lege. quid ergo. §.pœna grauior ff. de his qui no.infam.facit,quod habetur in capitu.licèt.infra de pę.& ī.de offi.ordi.c.irrefragabili.§.fi. ¶ In pœna aūt arbitraria dicit,ꝙ etiam ſine cā poterit ante ſñiam remittere.facit,qđ no.Inno.in c.j.ſ.de conſti.& ſic reſidet.domi. Anto. ¶ Sed aduerte,quia prædicta videntur procedere, qñ inferior non vellet pœnā ex toto remittere.ſed in aliā transferre,vt videtur colligi ex his, quæ habentur in d.§. pęna grauior.cū ibi no.per Bar.& ideo vr̄,ꝙ inferior non poſſit ex toto ſimpliciter remittere, cum hoc iure nō reperiat̄ cautum. facit, quod habet̄ in c.ij.ſ.de tranſla.pla. & l.illam. C.de colla.& facit, quod no.Innoc.in c.odoardus.ī.de ſolu. Vbi etiam dubitat, an poſſit pœnā vnā cōmutare in aliā parte non conſentiente,de quo etiam per Bar.in d.§.pœna grauior.circa finem.nec obſtat ei,quod.ſ.dixi,iudicē inferiorem non poſſe ex toto remittere pœnam,vt legitur,& not.in c.licèt.ī.de pœnis, qa ibi nō dr̄ contrariū. Sed benè dicitur,ꝙ iudex qui habet poteſtatē diſpēſandi ſuper crimine, hēt poteſtatē commutandi in pœnam aliam.¶ Item nec ob.quod habetur in l.illicitas. §.fi.ff.de offic.præſi.ibi loquitur in mulcta, quæ imponitur ratione inobdientiæ,quæ benè poteſt ex cauſa in totum remitti per iudicem,vt ibi patet. Sed nos loquimur in pœna quæ imponitur ratione delicti.

S V M M A R I V M.

1 *Legatus de latere non poteſt vnum Epiſcopum alteri ſubijcere, nec dare alteri ius primatia, nec Epiſcopatus duos vnire, nec vnum diuidere.*
2 *Reſeruata Papę in ſignum ſpecialis priuilegij non tranſeunt in generali mandato facto etiam legato de latere.*
3 *Conſuetudo poteſt ampliare poteſtatem ad alia non conceſſa, & reſeruata in priuilegium.*
4 *Reſeruata Papa.*
5 *Concilij generalis congregatio ſpectat ad Papam.*
6 *Appellari poteſt ad Papam omiſſo medio, & etiam ad legatum.*
7 *Legatus,an poſſit cognoſcere de cauſis exemptorum.*
8 *Committere cauſam, ſine ſtrepitu, & ſine figura iudicij non poteſt legatus.*
9 *Reſeruata Papę intelliguntur eſſe meri imperij.*
10 *Iuriſdictio ordinaria quomodo detur, & an legatus habeat iuriſdictionem ordinariam.*

QVod tranſlationem. Summatū eſt iſtud c.cū præcedenti. Et non recipit commodam diuiſionē, & pars huius habetur.ſ.de temp.or.in c.ꝙ ad tranſlationē.qa reprehendit hic Papa legatū ſe excuſantē in eo.ꝙ etiā Panormitanū ſubiecerat meſſanēſi. ¶ In text.ibi,an exiſtimas.interrogatiue loquitur, & expone.i.exiſtimare non debes.¶ In tex.ibi illā.ſ.meſſanen
1 ſem.In tex.ibi Panormitanam. ¶ † Not.ꝙ legatus etiā de latere non poteſt vnū Epiſcopatum alteri ſubijcere, nec dare alteri ius primatiæ, an aūt poſſit vnā eccleſiā inferiorem alteri vnire dic, vt dictū fuit in c.fi.j.de cōfir.vti.vel inuti.¶ Item no.ꝙ non pōt vnire duos Epiſcopatus. Nec
2 ēt vnū diuidere.¶ Itē no.ꝙ † reſeruata in ſignū priuilegij ſpecialis Romano Pontifici, non trāſeunt in in generali mandato facto etiam legato de latere. ¶ Item not.quòd id, quod eſt in priuilegio reſeruatum Romano Pontifici propter conſuetudinē multiplicationis commiſſionis videtur tranſire in poteſtatē mandati generalis, & ad illius naturam attrahit,quod eſt no.Et ex hoc etiam not.quod
3 † cōſuetudo ampliare poteſt poteſtatē ad alia nō cōceſſa,& reſeruata in priuilegiū. facit,quod habetur in c.ſuper quibuſdā.j.de ver.ſig.in §.j. & in l.hoc iure.§.ductus aquę.ff.de aqua quoti.& æſti.hoc etiā nota,ꝙ ēt circa reſeruata in priuilegiū Romano Pontifici vr̄ poſſe operari cōſuetudo.de quo per Inn.in c.bonę.el ij.ſ.de poſtu.pla. ¶ Itē nota vnū modū ſubijciendi vnā eccleſiā alij videlicet quò ad ius primatię. Nā pōt eſſe vtraq; ēt Archiepiſcopalis,

scopalis, & altera illatum poterit habere illam subiectã. Et tunc Archiepiscopus illius ecclesię dicet esse primas, & habere ius primatiæ. Quandoque aūt ecclesia Archiepiscopalis est subiecta primatiæ.§.de priuile.ca. antiqua.
4 ¶ †In glo.j.ibi item maioris ecclesiæ causas. Forte potest dici,ꝙ sub isto casu,& sub alio de quo.j.dicit glos.prima. & summa negotia ecclesiarum ꝯprehendātur in effectu casus speciales hic positi in glo.¶ In eadem gl.ibi depositiones Episcoporum,& sic deponere Epm solū spectaret ad Papā.dicit in lo.ix.q.iiij.per principalem, ꝙ Papa nō posset omnes Episcopos simul deponere.qa hoc esset im
5 mutare generalem statum ecclesiæ.¶ †In ea. gl. ibi congregatio concilij generalis. prouinciale autem concilium poterit legatus congregari facere, & sine speciali mandato Papæ,cum etiam Archiepiscopus hoc possit.j.de accusa.in c.sicut.licèt Ioan.notauit contrarium. Et nota.bene in §.porrò.iij.distin.de quo in Spec.eo.tit.§.superest. ver. sed nunquid legatus, & de varietate conciliorum habetur xvij.di.in summa.¶ In ea.glo.ibi quædam vota, & qn̄ sit votum quod est de succursu terre sanctę.j.de voto. in ca.
6 quod super.& c.ex multa.eodem tit.cum ibi not.¶ † In ead.glo.ibi ad ipsum solum omissis medijs appellat. non intelligas glo.quod velit excludere legatum, quia etiam ad illum potest appellari omissis medijs,vt no.glo.supra. eod.c.j.& ibi dictum fuit. & sic aliter intelligēdo hæc gl. contradiceret illi,quod non est præsumendum,& de hoc etiam in Specu.in præalleg.§. superest,& de hoc in §.nūc tractemus. versi. sed nunquid.de quo etiam dixi in d.c.j. licèt Io.aliter dicat.ij.q.vj.c.iij.sed non bene,vt ibi etiam
7 no.Bar.brixien.¶ † In ea.gl.ibi,& credo,ꝙ pōt & per hoc bene facit,quod habetur in ca.si Abbatem. de electio.in
8 vj.& in c.veniens.de verb.sig.eo.lib.¶ †In ea.glo.in fi.similiter non potest legatus committere causam sine strepitu,& sine figura iudicij,vt no.in c.si de hæreticis. in vj. ¶ Item solus Papa dispensat in matrimonio. per id quod habetur §.de translatione.inter corporalia, vt infra de cōsanguini.& affini.in c.quod dilectio.& de materia etiam habetur in Spec.eo.ti.§.etiam tangit de exemplis & no. etiam ex gl.etiam eo,quod dixi §.In versic. ista enim sunt
6 &c.quod † ista quæ sunt reseruata Papę intelliguntur esse meri imperij,& quæ misti,vel iurisdictionis tāgentur in, l.quod sedem.j.de officio ordina.& per Legistas in l. im
10 perium.ff.de iurisd.om.iud.¶ † An autem legatus dicatur habere ordinariam iurisdictionem.hodie est expressum ꝗ quia sic in c.aj.j.eo.li.vj.& ex hoc patet, quod iurisdictio ordinaria datur interdum per priuilegium,datur etiam a l.vel canone.vt no.in l.more.& l.j.quia ff.de iurisf.om. iudi.& j.titu.j.in e.cum ab ecclesiarum prælatis.qñque etiā datur a lege,seu canone delegata,vt e.suspicionis. de officio delega.iuncto.c.ab arbitris.eo.tit.lib.vj.poterit aūt legatus facere statuta etiam sub pœna latæ sententiæ.eū & hoc possint inferiores ordinarij.j.de senten. excommu. a nobis,& de constitu.vt animatum.§.j.lib.vj.& indulgentias dare j.de pœni.c. cum infirmitas.potest etiā dispensare secundum ca,quæ habentur in capi.si.infra de transla.

SVMMARIVM.

1 *Monachus eligi potest,nec est necesse,quòd postuletur.*
2 *Legatus de latere potest in prouincia sua confirmare electiones Archiepiscoporum, & illas examinare.*
3 *Causa si ad superiorem referatur, inferior quò ad illā priuatur iurisdictio ne ac si appellatum fuisset,& relatione illa pendente gesta nulla sunt, sicut etiam gesta appellatione pendente.*
4 *Gesta a non suo iudice sunt nulla.*
5 *Causa si ad Papam referatur, an iudex de consensu partium poterit iterū de causa cognoscere.*
6 *Relatione causa pendentis ad superiorem facta iudex inferior procedere nō debet,aliàs processus erit nullus, tanquam a non suo iudice factus.*

a LIcèt. [a] Si legatus retulit causam ad Papam ex tunc illius cāæ desinit esse iudex. h.d.¶ Et primo recitat factū electionis,& pro cessum legati.Secūdo sup ꝓcessu diffinit.scd̄a ibi:de cōsilio.¶ In tex.ibi.præcepit,& ibi decidimus,quod post examinationē retulit negotium ad Papā, nihilominus postea iterato cæpit examinare.de quo ꝯquestus fuit
1 Abb.vt sequitur.¶ †No.j.quod monachus eligi pōt.Nec est necesse,quod postuletur.de quo in c.fi. de postu. præ-
2 la.& in c.si Abbatem.de elec.in vj.¶ †Itē not.quod legatus de latere in prouincia sua confirmare pōt electiones Archiepiscoporum, & illas examinare.de quo in §alleg.
3 c.si Abbatem.¶ †Itē no.ꝙ relata causa ad superiorem inferior priuatur iurisdictione quo ad causam illam , sicut si esset appellatum.¶ Et ex hoc nota,quod gesta relatione pēdente tūc nulla.sicut gesta appellatione pendente. facit quod habetur in rub.j.de app.& e.ti.intimasti.¶ Itē
3 no.ꝙ gesta a non suo iudice sunt nulla.facit.j. de iud. at si clerici.¶ †Itē not. quod vbi examinatio est perfecta non
5 est amplius intentanda.¶ In gl.j.in fi. † hoc intellige verum,qñ nondū erat facta præsentatio Romano Pontifici.aliàs secus per id,quod habetur in c.bonæ.el ij. versic. nec nocebit.§.de postula.præla.¶ In glos.ij.in fi.Nec obstant contraria quasi procedunt,qñ quis non desijsset esse iudex. & ideo si nondum fuisset facta præsentatio Papæ videretur secus per istum tex.a sensu contrario scd̄m Host.Nec obstat,qd̄ habetur in c.constitutus. de appell. qa rñderi potest, vt ibi no.videlicet, ꝙ istud ibi factū fuit de partium consensu.de quo plenius dicendum,vt ibi dictum fuit.Io.de Imo.¶ Vltimo aduerte,qa hic vr̄ tex.ex-
6 pressus, ꝙ si iudex † ꝓcedat pēdente relatione facta ad superiorem, ꝙ processus sit nullus tanꝗ factus a iudice incompetenti.¶ In cōtrarium vr̄ tex.in l.j.C.de rela. Et ibi hoc tenet Barto.in l.ꝙ ad principem.ff.de appel. Potes dicere,quod dictū Bart.non procedit per istum text.vbi est casus expressus.Nec obstat d.l.ij.quia ibi non dicit,quod processus teneat,si procedat pendente relatione.sed dicit ꝙ si iudex procedat ad snīam poterit appellari.per hoc autem nō sequit,ꝙ sententia sit aliqua. Quia etiā a snīa nulla pōt appellari.l.si expressim.ff.de appel.& no. per Ioan. And.& Inn.j. de appella.dilecto. Nec etiam debet sumi talis sensus,ꝙ talis snīa,& ꝓcessus valeat. quia talis intellectus erat contra istum tex.& sic iura contra ius.Ideo in dubio non debet sumi.per id quod hr̄ in l.ij.de condi.insert.¶ Item non obstat,qd̄ habetur in l.ad principē.qa ibi non dicit, ꝙ ꝓcessus factus pendēte relatione valeat. sed bene dr̄, ꝙ potest per relationē reuocari de consensu partium,& procedere in causa,ꝙ vr̄ intelligendū,si nondum præsentata fuit relatio superiori.aliàs secus per id,ꝙ hr̄ in c.bonæ.el ij.vbi nec nocebat §.de postu.& per illum text. & per id etiam qd̄ superius dictū fuit,& sic videtur debere illum tex.limitari per istum tex.etiā per præallegatum c.bonæ.Nec obstat etiam quod ibi nota.Barto. in d.l.ad principem.dum dicit,ꝙ etiā inuita altera parte poterit reuocare relationem factam,sicut aliam interlocu.per legē quod iussit.ff.de re iudica.& infra de appel.cum cessante, quia illud dictum videtur esse contra.per illum tex.q expresse requirit consensum vtriusque partis.& quia etiam relatione facta videtur desijsse esse iudex, & per istū tex. sic non videtur posse amplius reuocari.§.de offi.dele.c.in literis.vel posses dicere,quod si nondum relatio est præsentata superiori, potest procedere dictum Bar.per istum tex.a sensu cōtrario.& per id etiam,quod dixi supra, post Hostien.& eo.modo etiam potest saluari dictum Bartol.
3 in l.j.c.de rela.videlicet,vt procedat,quādo ante præsentatam relationem superiori,iudex processit.Nam tunc tacitè videtur illam reuocare.Secus si fuisset iam præsentata superiori. quia tunc processus esset nullus qui postea fieret,vt hic aperte probatur.

[a] Licēt. Vide hic do. And Secu. latè scribē tem.

SVMMARIVM.

1 *Legatus missus, an possit conferre beneficia ad præsentationem alterius spectantia.*
2 *Collationem habens plus iuris habet prælatus, quàm prælatus ad quem spectat præsentatio. & nu. 4.*
3 *Consilium eius de cuius praeiudicio agitur si requiratur, intelligitur etiam requiri consensus.*
5 *Ius plenum in beneficio quandoque quæritur per collationem prælati absque præsentatione patroni.*
6 *Patronus laicus si primo præsentat vnum, & postea præsentat alium, an Episcopus poterit quem voluerit ex prædictis instituere.*
7 *Legatus de latere, an possit conferre beneficia ad præsentationem alterius ecclesiæ spectantia.*
8 *Patrono irrequisito non potest prælatus beneficium conferre.*

a Legat°. add ad materiam hu i° tex. post d.An. ficu. cart. singulariter in cle.ij.iij.q. de præbe. Fed. de Senis. in consil.lxv. siue lviij. quod habet inter cōsilia. d.Alexā.in iiij.parte.

a DIlectus. Legatus a de latere cōfert bñficiū spectans ad p̄sentationem
ecclesiæ.h.d.Et in prima recitat factum.in se
cunda ponit mandatū.sc̄d̄a ibi:cū igitur.vel
pores dicere,qđ primo ponit q̄rela. secundo
p̄uisio.¶Item in tex.ibi nec præiudicetur p̄lato.expone.
i.nō intelligit̄ p̄iudicari taliter, ꝙ per hoc impediat̄ colla
1 tio legati.¶†No.j.secundum aliquos ,& vr̄ hic sequi do.
Anto.ꝙ legatus missus pōt conferre beneficia ad p̄senta-
tionē alterius spectantia,ꝙ poterat procedere s̄m eos s̄m
ista tempora.hodie vero solus legatus de latere pōt con-
ferre j.in c.j.in vj.¶Sed certè istud notabile hic non col-
ligitur,quia hic erat legatus de latere. Nam Ep̄s prænesti
nus est de numero cardinaliū,vt Io.And.voluit in c.exa-
minata.j. de confirma.vti.vel inuti.vt ibi dixi.& etiā hoc
voluit Ioan.And.hic in summario,& intellige, qđ lega-
tus potest cōferre ecclesiam spectantē ad p̄sentationē al-
terius,q̄ñ spectat ad p̄sonā ecclesiasticā noīe eccl̄ię. Secus
si.ad j.de iure patro.in c.cū dilectus.de quo hic in gl. pe.
¶Not.ꝙ pōt illam conferre ēt non requisito ip̄so p̄rono.
2 ¶†Itē not.ꝙ plus iuris habet p̄latus ad quē spectat colla-
tio,quàm p̄latus ad quē spectar pręsentatio. Nā in colla-
tione includit̄ electio,& cōfirmatio,vt legit̄,& no. in c.j.
de electione.in vj. in præsentatione autē est simplex ele-
ctio s̄.de elec.quærelam.¶ Itē no. ꝙ vbi quis p̄t p̄iudica-
re ei,qui plus iuris hēt,multo fortius pōt pręiudicare illi,
qui hēt minus iuris.facit quod hr̄ in autentica multo ma
gis C.de sacrosan.eccle.& quod no.in c. cū in cunctis.in
prin.de elec.¶Vltimo no.formam p̄nuntiandi in inter-
dicto vti possidetis,vel in negatoria.de quo in c.licèt cau
3 sam.j.de probatio.& j.de iudi.c.examinata.¶ † Itē potes
notare ex tex.dum dicit inconsulto.exponendo.i.sine cō
sensu,ꝙ vbi requiritur cōsiliū eius de cuius p̄iudicio agit̄
intelligit̄ etiā requiri cōsensus,& sic sumit̄ cōsiliū,pro cō
sensu,Facit,quod notatur in simili s̄.tit.j.c. venerabili. &
4 qđ notat̄ p Bar.in l.j.§.si plures.ff.de exercito.¶ † In glo.
ij.ibi intellige plus iuris, &c.Aduerte pro intellectu tex.
quod duo fuerūt intellectus circa ista verba plus iuris ha
beat,&c.posita in tex.vnus est intellectus quem ponunt
hic doctores secundū intellectū glos.ista verba plus iuris
habeat in cōcessione p̄latus,quàm in p̄sentatione patro-
nus,referuntur ad idē bñficium in quo patronus hēt po-
testatē præsentandi.& p̄latus hēt potestatē instituendi p̄-
sentatum,& sic concedendi bñficium , sed s̄m intellectū
doc.referunt dicta verba ad diuersa bñficia,vt j.tangetur.
vnde sc̄d̄m intellectum gl.est sensus literæ , ꝙ plus iuris.
i.plenius ius habet p̄latus in cōcessione beneficij, quàm
5 habeat patronus in præsentatione. Nam † per concessio-
nē prælati quandoque quæritur plenum ius in beneficio
etiam cessante p̄sentatione patroni, vt quandocunq; per
negligentiam patroni in præsentando deuoluitur pote-
stas ad prælatum.j.de iure patro.in c.cū propter.& c.q̄m.
sed econtra per solam præsentationem patroni nūquam
quis cōsequitur plenum ius in beneficio, nisi ēt accedat
institutio,seu confirmatio prælati. ¶ Itē etiā hēt plenius
ius prælatus ex eo, quia post præsentationē laici patroni
pōt ipse laicus variare,& alium præsentare.& si instituat̄
sc̄d̄o loco p̄sentatus,ille obtinebit.j. de iure patrona.pa-
storalis.& sic patet , ꝙ p̄sentatus per laicum patronū non
habet plenum ius in beneficio nec locus est variationi.
& ideo bene dicitur quod plus iuris habet prælatus in cō
cessione,quam patronus in præsentando,quia plenius &
firmius ius confert prælatus,quàm patronus.¶ Item etiā
si sit patronus ecclesiasticus , licèt ille non possit variare
postq̄ præsentauit.j.de iurepatr.cum aūt . cū ibi no.tamē
licèt glo.non bene declaret adhuc pōt dici,ꝙ plenius ius
habet p̄latus in cōcessione,q̄ patronus in p̄sentatione ex
eo,quia plenius ius confert p̄latus per concessionē, quia
confert ius in beneficio,seu in re.Sed patronus q̄uq; ec-
clesiasticus non confert ius in beneficio,seu in re. sed ius
personale ad beneficiū ꝯsequēdum. facit ꝙ legit̄ in c.pe,
& fi.de præben.in vj.eo.ti.& li.si tibi absenti,& de cōces.
p̄ben.in c.fi.eo.li.& s̄.de renuntia.veniens.& sic patet, ꝙ
ēt tunc,q̄ñ patronus est ecclesiasticus plus iuris dr̄ habe-
re p̄latus in ꝯcessione,q̄ patronus,q̄a vt dixi, plenius ius
cōfert per cōcessionem , q̄ patronus per p̄ntationē.¶ Itē
etiam aduerte sequendo istum intellectū , ꝙ referatur ad
idē beneficium,pōt dici,ꝙ prælatus plenius ius haber ex
eo,quia ius sibi competens est de iure communi,sed ius
competens patrono saltem laico est de gratia.iuxta ea, q̄
habentur in c.quanto.j.de iudi.& pro hoc facit, quia fir-
mius ius dicitur esse, qđ habetur ex iure speciali in §. q̄a
vero verisimile.in authen.de non alie.colla.ij.& not.per
glo. in cle.causam.de elec.& probatur etiam in l.eius mi
litis.§.si militia missus.ff.de mili.testam.¶ Itē nota alio re
spectu potest dici prælatum plenius ius habere,hoc est ēt 7
superius,quia est supra ipsum subditum habentem ius p̄
sentādi.& istos duos respectus tetigit hic do.Ant.sed ple-
nior est respectus,quem primo loco dixi,videlicet,quod
iō dr̄ p̄latus habere plenius ius q̄ p̄ronus, q̄a plenius ius
confert q̄ conferat patronus &c.Ex prædictis pōt inferri,
id qđ tangit glos.inferius videlicet. an per præsentationē
acquiratur ius p̄sentando.nā licèt Ioan.& Lau.dixerunt,
quod non.tamen contrarium est verum per istum tex.cū
comparatiuum præsupponit suum positiuum l. vbi autē
non apparet.ff.de verborum obligatio. & ideo si prælatus
dicit̄ habere plenius ius,quàm patronus.ex eo,quia ple-
nius ius confert.sequitur,quod patronus præsentādo ali-
quod ius confert,licèt minus plenum quam sit ius,quod
confert prælatus,& quod aliquod ius acquiratur præsen-
tando,quia si est patronus ecclesiasticus.tūc patronus nō
habet potestatem variandi,& præsentatus potest petere a
prælato,vt instituatur , & ita debet institui si sit idoneus.
j.de iure patro.in clemen.pastoralis.¶ Si autem fuerit pa
tronus laicus.Tunc adhuc dicitur sibi aliquod ius quæsi-
tum ex præsentatione.quia si patronus præsentans nō va
riat potest petere,vt instituatur, & debeat institui per præ
latum,vt in p̄allegato c.pastoralis.¶Si aūt variauerit aliū
pręsentando, tūc adhuc dicitur aliquod ius quęsitum ex
præsentatione ex eo,q̄a potest instare,vt instituatur,& si
sit idoneus prælatus,malè facit si non instituit eū.tamen
si instituat alium secundo loco pręsentatum tenebit insti
tutio, sed tunc primo loco præsentatus habebit actionē
contra Episcopum ad interesse.ex quò eum non admisit
cum fuisset præsentatus.& sic patet , quod semper aliqđ
ius dicitur quæri præsentato, licèt firmius ius quæratur ,
quādo præsentatur per clericum, seu personam ecclesia-
sticā cum tunc non sit locus variationi q̄ q̄ñ petatur per
6 laicum.¶Et aduerte,quia licèt,† quando laicus primo p̄
sentauit vnum,& postea pręsentet alium:licèt Ep̄s,seu p̄
latus possit instituere quem velit ex prædictis, licèt si in-
stituat sc̄d̄m eū teneat̄ primo ad interesse.tñ si laicus nō
variauit,non poterit Episcopus alium etiā idoneum in-
stituere

ſtituere, qui non eſſet p̄ſentatus a patrono.xvj.q.vij.decernimus. & infra de re iudic.cum Ber.¶ Et ex prædictis etiam patet, quòd laicus patronus non dicitur propriè mutare voluntatem præſentando. Sed quia per hoc non receditur a tota perſonæ mutatione.ſed potius dicitur accumulare præſentationem præſentationi. & per hoc patet expeditam gl.iſtam ſecundam, & intellectum quē poſuit gloſſ.quod verba hic poſita referantur ad idem beneficium.¶ Sed vt dixi alius eſt intellectus quem ponũt docto. videlicet, ꝙ referatur ad diuerſa beneficia, tunc eſt ſenſus, ꝙ plus iuris habet prælatus in conceſſione beneficij, quando beneficium ſpectat ad ipſius collationē, ita, quòd nō habeat patronum. quia quando beneficium nō eſt patronatũ, prǽlatus ſolus abſq; alio poteſt beneficiũ conferre. licèt ſecus ſit, quãdo beneficiũ habet patronũ, quia regulariter non poteſt concedere tunc beneficiũ alicui in quē non conſenſerit patronus, vt ſuperius eſt dictum. ipſe autem patronus, licèt poſſit pręſentando eligere perſonam inſtituēdam per prælatum, tamen non pōt ipſum beneficiũ concedere. & ideo tunc ſine dubio plus iuris dicitur habere prælatus in beneficio non patronato quod habet cõferre, quam habeat patronus in beneficio patronato. & ideo ſi legatus poteſt præiudicare prælato in beneficio patronato. & etiam ipſi patrono. qñ patronus eſt eccleſiaſticus. Nam ſi eſſet laicus, vt tetigit gloſ.j. legatus etiam de latere non poſſet pręiudicare patrono.j. de iure patrona.cũ dilectus. ¶ In gloſ.penul.ibi continet gratiam ſpecialem. iſte intellectus non eſt bonus, quia fugiendi ſunt intellectus qui trahũt decretales ad gratiam, & potius debemus ſequi illos ſcd̄m quos ponit̃ ius cõe, vt voluit Io.An.in c.ex parte.j.de teſti.& facit, qđ not.gl.
7 in c.pe.ſ̄.de tēpo.ordi.& ideo teneo, ꝙ † de iure delegatus ſi ſit legatus de latere poteſt conferre beneficia. vt patet in c.j.j.eo.in vj.licèt ſecus ſit in alijs legatis, niſi ſpecialiter ſit aliud conceſſum, vt patet in d.c.j.& j̄.de appel. c.j. Nec obſtat contrarium hic formatum in principio gl. quia non eſt bona conſequentia, prælatus habet plus iuris in conceſſione, quàm patronus in præſentatione. ergo
8 poterit eccleſiam conferre † irrequiſito patrono, imo potius ſequitur oppoſitum, quia licèt plus iuris habeat. tamen ex quò patronus etiam aliquod ius habet, non poterit prǽlatus illud ſibi tollere.ff.de reg.iu.l.id quod noſtrũ. & facit, quod habetur in c.ſuper eo.ſ̄.de offic.deleg. Nec obſtat, ꝙ legatus de latere poteſt conferre. quia ſpeciale eſt in eo. quia vices Papæ gerit quò ad hoc, quia Papa habet plenam poteſtatem in beneficijs. de præbē.c.ij.in vj. & intellige, ꝙ legatus de latere poterit conferre beneficia ſalua tantũ moderatione.c.j.& antepenul.j.eod.in vj. ¶ Itē intellige ſaluo eo, qđ dixi de laico patrono. & idem intelligas de patrono clerico. qñ ad eum ſpectaret ius pręſentandi ratione patrimonij, & non ratione eccleſiæ. vt quia fortè ſucceſſiſſet patri ſuo laico qui erat patronus. quia tunc etiã nō poterit legatus etiam de latere p̄iudicare tali patrono, licèt ſit clericus, vt hic etiam voluit gloſſ. ¶ Secus qñ eſſet patronus ratione eccleſiæ, vel dignitatis eccleſiaſticæ, & ita intelligat̃ iſte tex. ¶ In gloſſ.fi.in fi. vel potes exponere nō præiudicatur.i.non tollitur præiudicari tali, ꝙ per hoc impediatur prouiſor legati. Et adde, quæ ſuperius dixi, ꝙ etiam ſi Papa reſeruauit beneficia ſpectãtia ad pręſentationem patroni laici, vel ad collationem laici ex priuilegio apoſtolico. vt ſunt quidam reges habentes ſuper hoc priuilegium, vt no.gl.in c.ij.de præben.in vj.& ibi ex parte Ioan. An.ſuper ea de quo etiã per Paũ.in cle.per literas.de pręben.& per Lapum de Caſtil. in ſua allegatione.lxxxj.& aliquid etiam in Specu.eo.tit. §.j.ver.ſed nunquid legatus. ¶ Aduerte tñ, quia do.Ant. hic poſt Feder. de Sen.in ſuis conſilijs limitat prædicta, quando laicus habet ius præſentandi ratione iuris patronatus. Sed ſi haberet ratione præſcriptionis, vt quia eſſet populus qui præſcripſiſſet ius præſentandi ſecundum ea, quæ habentur in c.querela.de electio.tũc dicit, quod poterit legatus de latere tale beneficium conferre, licèt populus habeat ius præſentandi ex præſcriptione. quia licèt præſcripſerit contra ordinarium collatorem, non tamen per hoc cenſetur præſcripſiſſe contra Papam, vel legatum. & ideo etiam hoc caſu dicit, quod ſi Papa mãdat conferri tale beneficiũ, licèt nō faciat mentionem, quod ius p̄ſentandi ſpectet ad laicum poterit de illo prouidere. licèt ſecus ſi ex priuilegio apoſtolico haberet ius præſentandi. quia non intelligeretur velle præiudicare ſuo priuilegio, vt ſ̄.titu.j.ſuper eo.& ſimiliter ſecus ſi rõne iuris patronatus haberet ius præſentandi. & hoc ne retrahatur a fundatione, & dotatione ædificiorum, ſeu eccleſiarum. Sed certè videtur, ꝙ de iure dicendũ ſit contrarium, quia nunq̄ vr̃ eſſe intentionis Papę p̄iudicare iuri laici, niſi hoc exprimat. per ea quæ habentur in d.c.cum dilectus.de iure patro.& in c.ij.de p̄ben.lib.vj.¶ Et pro hoc, quia ſi diceremus oppoſitũ, etiã per hoc poſſunt retrahi laici a beneficiando eccleſijs ſi videretur iuri ſuo derogari. ſic eadē ratio vr̃ in caſu iſto, & ideo iſtud dictum Fed. & do.Ant.non vr̃ de iure tutũ, licèt eſſet notabilis limitatio ſi eſſet verũ. ¶ Et adde etiã ad materiam, quod not. Io.And.in c.quod alicui.in mercur.de reg.iur.in vj.

SVMMARIVM.

1 *Legatus datus ad certas prouincias poteſt iuriſdictionem ſuam exercere ſuper factis vnius prouinciæ in alia prouincia.*
2 *Iuriſdictio vniuerſalis concernens plura territoria cenſetur eſſe tota, & indiuidua reſpectu cuiuſcunque territorij.*
3 *Legatus, an poſsit recuſari remiſſiuè.*
4 *Extra terminos legationis, an ſententia excommunicationis, vel interdicti poſsit promulgari.*
5 *Rex appellatur magnificus, & etiam illuſtris.*
6 *Extra diœceſim, an poſsit Epiſcopus iuriſdictionem exercere, ſiue ſubditum excommunicare, aut abſoluere.*
7 *Extra prouinciam ſuam exiſtens, an poſsit delegare cauſas in prouincia.*
8 *Excommunicare, an poſsit Epiſcopus exiſtentes extra ſuam diœceſim.*
9 *Extra diœceſim exiſtens, an poſsit conferre beneficia.*
10 *Abſoluere, an poſsit legatus extra prouinciam illum, quem in prouincia excommunicauit.*
11 *Legatus, an poſtquam egreſſus eſt prouinciam perdat dignitatem, ſiue iuriſdictionem.*

a NOuit. Legatus [a] in quacunq; parte legationis exiſtens ſuam iuriſdictionē exequi pōt.h.d. ¶ Et primo ponit regis querelã. in ſcd̄a illi rñdet. ſcd̄a ibi: tuæ, & de eo facto loquit̃.c.j.de poſtu.p̄la. & j̄.de re iudi.nouit. & de app.in c.nouit. ¶ In text.ibi ſuſpectus.ad illud rñdet Papa.j.de app.in c. nouit. ¶ No.illud vulgatum, quòd omnium ſcientia eſt
1 apud deum. ¶ † Item no.quòd legatus datus ad certas p̄uincias poteſt iuriſdictionē exercere ſuper factis vnius
2 prouinciæ in alia prouincia ex quò no.quod † iuriſdictio vniuerſalis concernens plura territoria cēſetur eſſe tota, & indiuidua reſpectu cuiuſcunq; territorij. facit, quod habet̃ in ſimili in c.paſtoralis.ſ̄.de offic.dele.& l.iuri.§.j. ff.de ſerui.ruſti.prædio. ¶ Item no.ar.pro, & contra, quod
3 † legatus poſſit recuſari.de quo dicendum, vt in c.nouit.
4 j̄.de app. ¶ † Itē not.ꝙ extra terminos legationis ſñia excõicationis, vel interdicti non vr̃ poſſe promulgari. facit, qđ habet̃ in c.ij.§.j.de cõſti.in vj.& in l.fi.ff.de iuriſ.om.
5 iud. ¶ † Item no.ꝙ rex appellatur magnificus, appellatur etiã illuſtris, vt hic patet ex ſupraſcriptione, quando autē mandatur interdictũ poni in terra alicuius, qualiter intelligant̃ dicta verba. recurre ad ea quæ habentur in c.j.ſ̄.de
6 poſtu.præla.& j̄.de præb.pro illorũ. ¶ † In gloſ.j.ibi ſi Eṗs fortè. Sed certè iſtud.c.non probat.id ad qđ allegatur, quia ibi nō dicitur, ꝙ poſſit Epiſcopus exiſtens extra ſuam iuriſdictionem excommunicare alium, ſed ſolum dicit, ꝙ

a Legatus. de materiã huius tex. Inno.in c. nouit. de ſen.exc. & vide Bal. in marg. verbo, legatus ver. ſi. & hic per d.An. Sic.

Epiſcopus poteſt mandare excommunicatum euitari pẽdente cognitione.Nã excommunicatio tenet,ſiue iuſta, vel iniuſta.¶ Item non obſtat,qđ dicitur de Pau.qnia nõ per hoc probatur, ꝙ quis extra iuriſdictionem ſuam exiſtens poſſit excõicare. Sed benè probat, ꝙ exiſtens intra ſuam iuriſdictionem põt excõicare ſuum ſubditũ exiſtẽtẽ extra iuriſdictionẽ ſuã.& ſic etiã dixit gl. in e.Epm.ix. q.ij.& facit, qđ conſueuit dici ſm Hoſtiẽ.quòd in notorijs cũ non requiratur cauſę cognitio.j.de iureiu.ad noſtram.benè poſſit exiſtens extra ſuam iuriſdictionem excõmunicare. & ſic etiã põt intelligi id, qđ fecit Paulus. facit,ꝙ habetur.j.de ap.cũ ſit Romana.ad finem.¶ Et aduerte,ꝗa poſſet dubitari etiam in non notorijs, an poſſit exiſtens extra iuriſdictionem ſuã excõicare. ex eo,ꝗa licèt non debet ferri excõicatio,niſi cauſa cognita,vt dicit gl.tñ ſi fiat in cauſa non cognita.& etiã non præcedente citatione tenet,vt in c.ſniam paſtoris.xj.q.iij.cũ ibi no.& facit etiã, qđ not.in ſimili.& ij.q.i.in ſumma. Sed potes dicere,ꝙ licèt de mero rigore teneat tunc ſnĩa, qñ fertur ſine cauſæ cognitione. Tamen malè facit iudex,& venit puniendus.j.de ſentẽ.excom.e.ſacro. ideo attendi debet illud,quod fieri debet,& non id,qđ caſualiter interdũ fit. l.ſed licèt.ff.de offic.præſi.& ideo cum regulariter nõ debeat fieri,niſi cauſa cognita,& cauſæ cognitio non poſſit fieri extra dıœceſim,Ideo nõ poterit ferri ſnĩa excõicationis extra diœceſim,& hoc etiã ſatis probatur hic.hoc autem intellige verũ regulariter, fallit in ipſo expulſo a ꝓprio Epiſcopatu.Quia poteſt etiam in aliena diœceſi,vel Epiſcopatu exercere iuriſdictionẽ ſcđm formam clemẽ. quãuis.de foro competẽ.¶ Itẽ fallit ſi ille in cuius diœceſi vult iuriſdictionẽ exercere cõſentiat,vt ibi exercẽat. Nã tunc poterit ſaltem,ſi ſui ſubditi cõſentiant ꝑ id,qđ legitur,& notatur in e.vt litigantes. de offic.ordi.in vj.& ibi bona gloſſ. Et pro hoc etiã facit, quod ſi põt concedere alteri Epõ, vt ſuos ſubditos iudicet ipſis concedentibus. viij.q.ij.& iij.per totum.ergo potius poterit concedere locum,quia plus eſt concedere ꝑſonas,quam locum. argumento legis ędiles.ff.de ędil.ędic.¶ Item etiam circa abſolutionem. fallit ſecundum Inn.ſi cognoſceret ſe curaſſe. ¶ Nam tunc poſſet abſoluere etiã extra terminos ſuæ legationis.cum id faceret,ſine cauſæ cognitione, aliàs ſecus.¶ Circa tamen abſolutionem potes concludere, ꝙ ſi egreſſus erat prouinciã finita legatione.tunc non poterit abſoluere ſaluo eo, quod dicit de legatis Cardinalibus, reſpectu abſolutionis fiendæ de excõicatis per violentã manuũ iniectionẽ in clericũ.in c.pe.j.eo. ¶ Si autem legatus nõ ſit reuocatus.& ſit extra ſuam prouinciam. Cõcludе, quod regulariter non poteſt tunc abſoluere, ſicut nec regulariter tunc poteſt excommunicare, vt ſuperius dixi.cum excõicatio,& abſolutio procedant a pari.de pęni.diſtin.j.verbũ,& xxj.diſtin.denıq;. & ff.de re iudica. in l.ij.& ꝗa etiã in abſolutione requiritur citatio partis aduerſæ,vt dictũ fuit in c.qua fronte.& ibi per Io.And.j. de appel.quæ citatio cũ ſit actus iuriſdictionis cõtentioſę non videtur poſſe fieri extra diœceſim,vel prouinciã.per id,qđ habeť in c.ij.§.j.de cõſtit.in vj.& l.j.ff.de offi.præſi. Et per hanc rationẽ videtur poſſe attentari, quòd etiã in notorijs non poſſet etiã exiſtens extra prouinciam excõmunicare, cum etiam in illis requiratur citatio, vt no.in c.ad noſtrã.el j.de iureiuran.licèt nõ requiratur ſolennitas peremptorij. vt dictum fuit in e.cum ſit Romana.ad finẽ.j.de app.licèt Hoſtien.tenuerit contrarium dicens, quòd in notorijs videtur poſſe excommunicare extra diœceſim, ſed non eſt ſine dubitatione propter id, quod proximè dixi, licèt Ioan. Andre.& dom. Anto.tranſeant cum dicto Hoſtien.videtur etiam voluiſſe Hoſtien.quòd ex quo nõ eſt finita legatio.& ſic verus ſperat. teneretur ad prouinciam non cenſeat receſſiſſe iuris fictione.arg.l. iij.ff.de diuor.canoniſtæ de pœn.diſt.iij.diuortiũ. & ideo ſecundum eum, etiã exiſtens extra ꝓuinciam poterit abſoluere,ex quò non erat finita legatio, vt in l.ſi.ff.de offi. præfec.vrb.¶ Sed certè iſta opin.videť vera. ꝗa ex illa ſequeretur, ꝙ ex eadẽ rõne poſſet excõicare exiſtens extra ꝓuinciã,quod nõ eſt verũ. vt ſuperius eſt dictũ, vt patet ex text.iſto a contrario ſenſu.Nec obſtat.d.l.iij. ſuperius allegata.quia in alio caſu loquitur,quando videlicet fiebat diuortiũ,qđ modico tpe durauit.Nã tūc cenſeť nõ factũ,vt ibi patet. ¶ Sed hic nos loqmur,quò ad poteſtatẽ exercẽdi iuriſdictionẽ, quã exercere non poteſt exiſtens extra ꝓuinciã ſuã.ſeu extra territoriũ ſuũ.per iſtum tex. & per.d.c.ij.§.j.& ff.de iuriſdi.om.iudi.l.fi.¶ Itẽ nõ obſtat in l.fina.ff.de officio præfecti vrbis. quia loquitur in actu delegationis quæ videtur expediri per modũ voluntariæ iuriſdictionis,id poteſt tunc fieri extra prouinciã,ſeu territorium.vt j.tangiť.in glo.Sed hic qñ vult exercere actũ iuriſdictionis contentioſæ, vt dixi etiam in abſolutione requiratur citatio.licèt ſi nõ fieret teneret,ſicut etiam tenet excommunicatio non præcedente citatione.ſed tamen dex malè facit etiã poſſet puniri ſecundum ea quæ no.in dicto c.quia fronte. & j.de ſenten.excõ.ſacro. & prædicta procedunt regulariter. Fallit ſecundum Innocen.quando vellet abſoluere,ex eo,quia euidenter cognoſceret ſe erraſſe,ꝗa tūc etiã,ſine cauſæ cognitione propter periculum excõicationis poterit abſoluere.j.de ſenten.excom. ſacro.§.j.& ratio ſecundũ eum etiã exiſtens extra ꝓuinciam poterit tunc abſoluete. Fallit etiã ſecũdo in clemẽ. quãuis.de foro competenti.in Epiſcopo videlicet expulſo a ſuo Epiſcopatu quem poterit abſoluere extra ſuam diœceſim ſeruata forma dictæ clementinę.ſicut poteſt ẽt aliam iuriſdictionẽ exercere ſeruata dicta forma. ¶ Item hoc fallit, quando faceret ex conſenſu diœceſani loci.ꝑ id, quod legitur, & notatur in capitulo vt litigantes. de

7 officio ordina.in vj. ¶ †In ead gl.ibi maximè ſi hẽt, &c. benè dicit glo.maximè, quia idem ſi nullam habet cauſam neceſſariam abſentiæ,vt probatur in l.vltima. de officio præfecti vrbis.allegata in gloſſ.Nec obſtat.l.aliquãdo.j.allegata,quia ibi loquitur,qñ legatus nondum fuerat ingreſſus prouinciã ſibi decreram, quo caſu non poteſt cõmittere vices ſuas,niſi fuerit impeditus neceſſaria cauſa abſentiæ.¶ Secus,quando iam fuiſſet ingreſſus. & ſic iam habuiſſet exercitium. Nam tunc licèt poſtea egrediatur etiam ex cauſa voluntaria poterit non minus etiã exiſtens extra prouinciam delegare cauſam,vt patet in l. fi.& facit,quod no.per gl. in l.obſeruare.§.fin.cum.l.ſeq. ff.de offic.proconſul.& lega.hodie tamen eſt prouiſum, quod poſſit etiam antequam ingrediatur committere vices ſuas,dummodo reſeruet ſibi vltimum ſupplicium,& membri abſciſſionem,vt probatur in §.quia verò. Auth. de collatio.coll.ix.& loquitur ibi in legato proconſulis. & in ipſo proconſule. Hoſtien. tamen, & Ioan. Andre. & domi. Anto. dicebant, quod hodie poterit remittere, omnia, reſeruata ſibi ſentẽtia ꝓpter vltimum ſuppliciũ, & membri abſciſſionem.¶ Sed certe de reſeruatione ſententiæ nihil dicitur in text.illo. & intellige illud procedere etiam ſi neceſſaria cauſa non impediatur,vt addat iuri

8 antiquo. ¶ †In eadem gloſſ.ibi non poſſet eum excommunicare,& ſic videtur velle,quod non poſſet eum compellere. Sed Hoſtien. tenet contrarium ex eo,quia ei eſt obediendum.per id, quod habetur ſupra, de tempo.ordi.ad aurres. Sed certe licèt malè faciat ſubditus nõ obediẽdo,ꝑ no.in d.c.ad aures.tñ non videtur,ꝙ poſſit cõpelli ꝑ ſuperiorẽ exiſtentẽ extra limites ſuæ iuriſdictionis.ꝑ ea quæ habentur in d.c.ij.§.j.Ideo cautela tūc eſſet, vt tã git Io.And.ꝙ delegaret alteri poteſtatẽ cõpellendi illum

9 cui cauſa delegatur.¶ †In eadem gl.ibi põt cõferre bñficia.hoc intellige verũ regulariter.Fallit in caſu.c.ſtatutũ.

10 de præben.in vj.vt ibi etiam not.per glo.¶ † In ead.gloſſ. ibi priuatus eſt dignitate. hoc verũ, qñ erit reuocatus a, Romano

Romano Pontifice alias enim non perderet iurisdictio-
nem,licèt exiret p̄ouinciam animo non redeundi, quia
cum legatus sit ordinarius.j.eod.c.ij.in vj.non posset a se
abdicare iurisdictionem,sine licentia sui superioris.l.pe.
ff.de officio proconsulis.& lega.& hoc sequitur Archi.in
c.præsenti.j.eod.in vj.licet glo.videatur ibi velle contra-
rium,quando exit prouinciam animo nõ redeũdi. ¶Sed
illa glo.debet suppleri,quando exit reuocatus,vt ibi etiã
voluit Ioan.Andre.in nouella.¶ Aduerte tamen,quia vt
patet ex supradictis , licèt non esset priuatus iurisdictio-
ne.Tamen ex quò esset extra prouinciam non posset ab-
soluere.nisi in casibus,de quibus superius dixi. Dicit ta-
men hic Goffre. q̃ excommunicatus.j.prouinciam possit
existens extra denuntiare excommunicatum , quia tunc
nihil intelligitur pronuntiare,sed declarare,nec per hoc
in plus intelligatur excommunicatus.j.de appel.pastora-
lis . & ideo poterit etiam extra prouinciam dicta denun-
tiatio fieri,per ea quæ habentur in l.hæredes palam.ff.de
testa.de quo etiam in Specu.eo.ti.§.nunc dicamus.versi.
quid si legatus.tangit etiam hic Ioan.An. extincta iuris-
dictione principali legati extinguat̃ iurisdictio in ipsum
prorogata per alias personas , quæ non sunt de sua lega-
tione.Et idem potest quæri, si prorogata sit iurisdictio in
Episcopum, qui postea transfertur in alium episcopatũ ,
& præcipuè,si iam incœpit vti dicta iurisdictione, & ar-
guit,pro,& contra,& finaliter concludit , q̃ si facta est p-
rogatio respectu dignitatis suppresso nomine proprio le-
gati,vel quando q̃ tunc, quia videntur contemplati pro-
rogantes dignitatem expirat quãtum ad eius personam ,
& transibit in successorem.arg.c.pastoralis.j.ti.j. facit qđ
habetur.s̃.ti.j quoniam Abb.Secus si non proprium fue-
rit expressum. quia tunc videtur q̃ sequatur personã iu-
risdictio prorogata,per ea quæ habentur in l.quod tamẽ.
primo responso.ff.qui.mod.vsusfructus amit.in d.c.quo-
niam.saluo,nisi esset remotus propter crimen,quod red-
deret ipsum inhabilem ad iudicandum,quia tũc nõ pos-
sunt cognoscere.s̃.de rescrip. sciscitatus.de quo in Spec.
eo.tit.§.tunc dicamus.ver.sed pone. q̃ non subditi, & de
competen.iudi.adi.versi.quod si duo Pisani.& sic residet
hic Ioan.An.dñs tamen Ant.hic videtur dicere cũ iura-
mento prorogata censeatur eadem causa principalis iux
ta ea,quæ no.in c.penul.de officio delega.ex quo extin-
guitur ipsa iurisdictio principalis. & quo ad inchoata ea
dem ratione videtur,quod etiam extinguatur quo ad ip
sam prorogatam,& pro hoc faciat,quia licèt persona fue
rit expressa.tamen oportuit haberi respectum ad digni-
tatem propter quam habeat iurisdictionem.& ideo non
curandum,licèt nomen proprium fuerit expressum per
id quod not.in l.post mortem.ff.quando ex facto tuto. &
in l.si seruus cõis.per Barto.ff.de stipulatio.seruo.& facit
quod dixi in d.c.quoniam Abbas . Et ideo videtur , q̃ sit
verior opinio domi.Ant.nec obstat,quod habetur in d.l.
quod tamen,quia ibi erat vsufruct.fundi,& ville legatus.
Vnde licet fundus accederet ville.Tamen ex quo fundus
remanet,licèt villa extinguatur remanet vsusfru. in fun-
do. Sed hic nil remanet de ipsa iurisdictione principali ;
an adhærebat ipsa prorogata.Et ideo videtur,q̃ extingua
tur ipsa prorogata respectu personæ , & potius trãsfeat in
successorem . Vbi autem legatus de latere possit se intro-
mittere in loco legationis de factis laicorũ eo casu quo
Papa possit se intromittere tangit Spec.eod.titu.§.nunc
ostendendum.ver.xviij.& ibi ecõtra , q̃ in terris ecclesiæ
potest se intromittere.per id , quod habetur.j.de eo,qui
mittitur in possessionem.in c.penult.Sed in terris impe-
rij etiam vacãte imperio non poterit , licèt Papa possit p̄
id,quod habetur in.d.c.licèt.de foro compe.

SVMMARIVM.

1 *Legatus qui officium legationis habet ex priuilegio personæ suæ concesso, si non est Cardinalis, non potest præsente legato de latere iurisdictionem exercere.*
2 *Iurisdictio minoris suspenditur in præsentia maioris.*
3 *Legatus natus quis dicatur.*
4 *Officium minoris.quò ad exercitium cessat præsente maiore: sed non cessat quò ad habitum.*
5 *Legatus minor iure legationis, non potest de aliqua causa cognoscere præsente legato de latere.*
6 *Per dationem tutoris secundi, non reuocatur, primo datus: secus in procuratore.*
7 *Reuerentialis potestas cessat in præsentia maioris.*

a VOlentes. Præsente legato ª de latere
minor legatus sui officij exe-
cutionem dimittit.h. d. ¶ Et primo ponitur
legati commissio.Secundo limitatio. secũda
ibi:ita tamen.In text.ibi.& j.deciditur exor-
dium,& supplicatio,quã fecit patriarcha pro officio lega
1 tionis. ¶†No.1. q̃ legatus qui habet officiũ legationis ex
priuilegio p̄sonæ suæ ꝯcesso, si nõ est Cardinalis,nõ põt
exercere iurisdictionem vigore legationis præsente lega-
2 to de latere.¶†Et ex hoc not.q̃ iurisdictio minoris videt̃
suspendi in præsentia maioris de quo dicetur cum gloss.
¶ Item nota.q̃ quidam sunt legati de latere.quidã vero
sunt legati de non latere. & de hoc dicetur.j.c.proximo.
Et aduerte,quia licèt d.Anto.hic dicat istum fuisse lega-
3 tum natũ,non videtur verum.quia † propriè legatus na-
tus dicetur, quando priuilegiũ legationis,est concessum
dignitatis , ita q̃ quilibet habens dignitatem illam cẽset
legatus. vt contingit in Archiepiscopo Cantuariensi, &
Eboracensi,Remensi, & Pisani, vt patet ex his quæ hñt
s̃.eo.c.j.& j.de appel.c.j.& no.Ioan.And.in c.j.j.eo.in vj.
¶Sed ille qui habet ex priuilegio personæ.vt fuit in ca-
su isto, & j.de præsump.mãdata. non dicitur legatus na-
tus,quia non nascitur cum ipsa dignitate. Sed potius ex
postfacto ex priuilegio personæ per Papam conceditur.
¶ Item not.q̃ reuerentia quæ fit legato intelligitur fieri
Romano Pontifici. ¶Item no. q̃ legatus de latere gerit
vices Papæ.& idem videtur in alio legato , quando non
4 est præsens legatus de latere.s̃.eo.in c.j. ¶†Item not. qđ
officiũ minoris cessat quò ad exercitiũ præsente maiore,
non autem quò ad habitum. ¶ Et no.quod cessat omni-
no quò ad exercitium. & sic etiam quò ad voluntariam
iurisdictionem,nedum quò ad contentiosam.& sic patet
5 † quod minor legatus nõ poterit de aliqua causa cogno-
scere iure legationis. Secus si aliàs esset ordinarius,sicut
erat iste Patriarcha.Nã tunc licèt non posset cognoscere
vigore legationis : poterit tamen cognoscere vigore or-
dinariæ potestatis, quæ ratio cessat adueniẽte maiore.xj.
q.j.in c.peruenit.& in §.nulli.in auth.de defen.ciui.Et ra
tio differentiæ esse potest : quia facilius tollitur potestas
cõpetens ex priuilegio,& sic ex iure speciali.vt est pote-
stas legatorum, quàm competens de iure communi , vt
est iurisdictio ordinaria.facit,quod habetur in §.quia ve-
ro verisimile in auth.de nõ alienan.aut permutan.colla.
ij.& quod no.per glo.in cle.causam.de elec. ¶ Item ex
eo q̃ dixi durãte potestate minoris quò ad habitum.licèt
superueniat maior, inducitur tex. iste ad no.in c.iij.xxv.
q.ij. Vbi gl. dicit per dationem secundi legati non reuo-
6 cari primum , sicut nec † per dationem secundi tutoris
reuocatur primo datus.in l.ij.C.de testa.tute. licèt secus
sit in datione secundi procuratoris:quia tunc videtur re-
uocari primus per l.si quis. cum procuratorio.§.fi.ff.de
7 procurato. ¶†In glo.j.§.fi. solue. secundum Host.quod
præsente maiore potestas reuerẽtialis,& insignialis, seu
respectu potestatis deferendi insignia denotantia reue-
rentiã dignitatis silet , & silere debet in minore.vt c.de-
nique.& c.antiqua.allegata in glo.& j.de priuile.v: apo-
stolicæ.lib.vj.contentiosa vero simpliciter.&etiam volũ-
taria.licèt Host.& Io.And.non dicat,nec do.Anto. licèt
probatur per legẽ allegatã in gloss.non deponitur etiam
præsente

a Præsente legato. Ad intellectũ, & materiã huius c. ad de d. Abb. & nouissime scribẽtes in cap. per venerabilem . qui fi sint legi. & vid' Specu. in ti.de le.§.iii.qui ponit prærogatiuas legatorum de latere.

non habet locum in electoribus,qñ esset de iure eligen
di inter eos: vt no.Io.And.in d.c.quoniam . qa hoc non
reperitur in eis statutum . licèt secundum Hosti.in d.c.
qm.æquum fuisset idem statui,q in patronis . & plus ẽt
dicebat.j.de appel.oblatẹ.q æquũ fuisset idem statui,qñ
esset quæstio inter præsentatos . Sed tamen,vt s.sm Io.
And.obseruatur cõtrarium, quia etiam si longo tempo
re duret lis inter præsentatos non poterit Episcopus ec-
clesiam ordinare.per istum text. ¶ Alij verò dicunt ad
contrarium.s.formatum, quòd si impedimentum est p-
cisum . & sic omnino impediens habet excusare ha-
bentem eligere , & etiam patronos . per id,quod habet
in d.c.qa diuersas.& qa nõ valenti agere currere nõ dẽt
tps.l.j.ad fi.C.de anna. excep.sed quandoq; impedimẽ-
tum non est præcisum, vt est in casu , qñ est quæstio in-
ter patronos super iure prẹsentandi.nã & lite pendente
posset fieri præsentatio . per ea quæ habentur in c.ij.de
resti.in integ.& ideo si nõ psentãt imputet eis, qa pote
rit Episcopus elapsis quatuor mensibus ordinare ec-
clesiam.Tamen secus videtur,quando est quæstio inter
habentes eligere,& sup iure eligẽdi,quia videtur quòd
etiam elapsis quatuor mensibus non possit superior or-
dinare ecclesiam,quia hoc nõ est statutũ in ipsis eligẽti
bus:vt videt velle Ioan.An.& Hosti.in c.qm.Sed domi.
Flo.dicit Io.de Lig.tenere idem,& assignat rationẽ , qa
facilius perdi debeat ius præsentãdi cũ pendeat ex gra,
q̃ ius eligendi.Sed tamen ipse videtur dicere,q ex quò
impedimentũ nõ est præcisum etiã eligentibus præten
dentibus se habere ius eligendi currat tempus . per id
quod habetur in c.fin.supra de elec.& ista opinio vide-
tur satis rationabilis . per id, quod habetur in dicto ca-
pitulo fi.de elec.tamen,vt dixi Io.& Host. tenent aliud
esse in habentibus eligere,quàm in habentibus prẹsen
8 tare . ¶ † In eadem gloss.in fin.not. benè ex gloss.quod
ad illum spectat custodia ecclesiæ vacantis , ad quem
pertinet institutio . & hoc est verum , quando patro-
nus est laicus,quia ad ipsum non spectat custodia eccle
siẹ vacantis, nisi hoc haberet ex priuilegio apostolico ,
vel con-

vel cõsuetudine per sedem Apostolicam approbatam, nam aliàs non videtur procedere. per id quod habetur in c.sacrosancta.& in c.messana.de elec.¶ Si autem patronus sit ecclesiasticus tunc ad illum spectabat custodia per istum sensum a contrario sensu. & quod habeť. ĩ.de appell. bonæ. & quia patrono ecclesiastico videndum est de temporalibus xvj.q.ij.c.visis:cum ibi not. & infra de priuile.cum & plantare.§.in ecclesijs. Si autem ecclesia non habeat patronum: tunc Episcopus illa vacante habet custodiam, & agere etiam potest pro illa. xvj.q.vij.omnes basilicæ.& ibi de succes.ab intest.c.fin. nisi ex cõsuetudine, vel priuilegio ad Archidiaconum, vel alium pertineat.infra.de institu. cum venissent. ecclesię vero Cathedralis custodiam economus si illã habet: vt in c.quoniam.lxxv.distin.& si non habet economum, tunc canonici, si reperiantur idonei, quibus deficientibus clerici, de dioecesi si reperiantur idonei, aliàs Archiepiscopus.de quo per glo.xij.q.ij.in ca.illud.¶ In glo.fi.ibi quæ seruando seruari non possunt, & tũc posse vendi, & pretium conseruari. vt in iuribus hic allega. & hodie occupãtibus bona cathedralium, vel collegiatarum ecclesiarum vacantium imponitur pœna.de qua de elect.quia sæpe. libro vj. Si autem occupentur bona aliarum ecclesiarum imponatur pœna, de qua in ca.pręsenti.infra eodem.libr.vj.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatore surreptitie obtenta non facta plena mentione de causa, vel causis excommunicationis est nulla.*
2 *Propter suspicionem procedi potest contra aliquem ad indicendam purgationem, in qua si deficiat punitur perinde acsi probatum esset crimen.*
3 *Absolutio vnica, an sufficiat excommunicato pluribus ex causis.*
4 *Excommunicatus pluribus sententijs si absoluitur ab vna, sibi non prodest absolutio donec ab alijs absoluatur, & interim tanquam excommunicatus vitandus est.*
5 *Bannitus pluries, vel ex pluribus causis, an possit absolui vna sententia.*
6 *Semel excommunicatus potest iterum excommunicari, & semel bannitus potest iterum banniri.*
7 *Purgatio induci potest propter suspicionem, si suspicio est cum infamia.*

EX parte, Si cõstat ordinario, quod absolutus a Papa supp̃ssit veram causam excõmunicationis, remittet illum ad Papam. Si de hoc tamen est suspicio contra illum coget ipsum exinde se purgare. hoc dicit.¶ Et primo consultatio. Secundo.responsio. secunda ibi: taliter.in qua distinguit, & secundum membrum distinctionis prose-
1 quitur.¶ † Nota, quod absolutio quæ est surreptitię obtenta ab excommunicatore non facta plena mentione de causa, vel causis excommunicationis est nulla.¶ Itẽ no.quod vbi quis surreptitiè impetrauit absolutionem ab excommunicatione a Papa est ad curiam transmittendus cum literis ordinatij veritatem continentibus.
2 ¶ † Item nota, quod propter suspicionem potest procedi contra aliquem ad indicẽdum purgationem. de quo in gl.fi. Effectus autem est, quia si deficiat in purgatione perinde punitur quis, acsi crimẽ esset probatum. infra de simo.de hoc, & c.insinuatum.¶ Et nota. quod distinctio hic posita quatenus hic distinguitur, an constet quod expressit falsam: an vero solum sit suspicio potest procedere, quando in absolutione nulla exprimitur causa.nam tunc poterit esse interdũ certum Papæ ꝙ aliam causam expressit, quam veram, per testes qui fuerũt p̃sentes absolutioni, & audiuerunt causam exprimi, vel etiam per confessionem partis: sed hodie de stilo curiæ semper exprimitur causa excommunicationis in absolutione.& ideo tunc non procedetur distinctio hic posita: quia tũc cum alia causa esset expressa, esset tũc certum ex forma literarum, & ideo nõ exigeretur alia probatio. clarum esset, quod non teneret: quia aut remittatur hic ad Papam, cum ordinarius videatur posse absoluere ab excommunicatione. de senten.excommunica. nuper.potes dicere, quod hoc fit in odium surreptitiè impetrantis. facit quod habetur supra de rescrip.in c. ij. vel fortè erat excommunicatio, a qua solus Papa poterat absoluere.facit, quod habetur infra de fide.instru.in
3 c.quod super his.¶ † In gl.j.ibi: secundum Inno. non videtur absoluere, &c.hoc verum secundum aliquos. Sed secundum veritatem bene absoluit: vt ibi tangiť in glo. & aduerte, vt clare habeas intellectum glo.quod metus glos.fuit prosequi duos casus principales, vnus est, quã-
2 do quis est excommunicatus ex pluribus causis,[a] & ex pluribus sententijs. Primo casu si exprimat aliam causam in absolutione, quàm illas pro quibus est excõmunicatus non valet absolutio: vt hic patet. Si autem exprimat vnam ex illis: sed non omnes, & tunc licèt quidam dixerint valere absolutionẽ, dummodo de alijs postea confiteatur, seu peniteat. per capitulũ tunc valere.de cõsec.distin.iiij.tamen gl.tenet oppositum. & ratio est, q̃a licèt vna fuerit sententia excommunicationis: tamen ex quò plures cautelæ fuerunt expresse tot censenť esse causæ sententiæ excommunicatonis: quot sunt causæ expresse in sententia. per id quod habetur in l. scire debemus.ff.de verborum obligatio.& ideo remanet ligatus ex alij causis.nec ob.d.c.tunc valeret, quia ibi fictio, seu mala intentio baptizati impediet remissionem peccatorum, & ideo cessante illa, & adueniente charitate fit remissio peccati. Sed in tollenda excommnnicatione non sufficit cõtritio, sicut nec satisfactio, nec iuramẽtum de parendo, sed requiritur absolutio ab ipsa excõmunicatione.infra de senten.excommu. in c.cum desideres.& in c.quod in dubijs. & ideo cum datur absolutio in vltima confirmabit præcedentes. per id quod ha-
4 betur in l.per fundum.ff.de serui.rusti.¶ † Secundo casu, quando fuerunt plures sententiæ excommunicationis: & tunc clarum est, quod si absoluitur ab vna non prodest sibi absolutio, donec ab alijs absoluatur. vnde interim est euitandus tãquam excommunicatus. Si autem expresserit omnes causas, tũc si talis est qui nõ habeat potestatem ab omnibus absoluendi: quia a diuersis fuerũt sententiæ latæ. & alter altero nõ est superior, hoc dico propter not.in c.cum ab ecclesiarum. in glos. fi.tunc oportet, quod tot sint absolutiones, quot fuerũt excommunicationes: vt hic quod a quolibet absoluať, vel erit necesse, quod omnes vni committãt vices suas: & tunc ab illo si fiat expressio omnium excommunicationum, & omnium causarum poterit per vnam sentẽtiam absolui. nam tot censebuntur absolutiones, quot erunt expresse excommunicationes, & causæ. per id ꝙ habeť in d.l.scire debemus.& in l.pluribus.ff. de accep. & facit quod habetur in capitul. officij. & in c.cum pro
5 causa: ĩ.de senten.excommunica.¶ † Et prædicta faciũt ad quæstionem, an bãnitus ex pluribus causis, vel si pluries fuerit bãnitus poterit absolui per vnicam absolutionem: & an vnica absolutione sufficiat, an vero requirantur plures. de quo per Barto.in l.de pupillo.§. si plu-
6 ribus ff.de oper.no.nunt.allega.in gloss.¶ † Et ex prædictis patet, quod semel excommunicatus potest iterum excommunicari, & quod tunc operetur: vt not.ĩ. de iude.ita quorundam. & sic semel bãnitus poterit iterato bãniri ex eadem causa, & quod opereť secundum bãnũ patet ex prædictis, & tangitur per Barto. in d.§. si pluribus: quia non sufficiet a primo bãno absolui: sed erit expediẽs, quod etiam absoluatur a secundo. sicut etiam dictum est supra de excommuni.¶ In eadem gloss. in fin. solue, quod ibi etiam dispẽsatio ex falsa causa nõ tenet: sed per Papam ex certa scientia fuit ibi collata propter scandalum

a Ex pluribus causis. An excommunicato pluribus ex causis sufficiat vna absolutio, dic secundum Hen. Boych. i c. cũ pro cã. ĩfra de sen ten. excõ.

Bãnit⁹ ex plurib. causis, an possit absolui vnica absolutione.

scandalum vitandum. & potes etiam addere ad gl.aliã rationem diuersitatis inter excõicationem, & absolutionem:qa in excommunicatione defectus surgit a iudice,sed in absolutione surgit a parte,cui est imputãdũ si surreptitiæ impetrat.s.de rescrip.super literis.¶ In gl. fi.in fi.hæc gl.videtur literam violare, quæ solum videt ponderare suspicionem Epi.& ideo dicebat Inno.illam sufficere si erat ingens: seu grauis: alias non induceret purgatio nisi præcedẽte infamia:vt dicit gl.Io. An. adijcit dicit posse ꝙ solius Epi occulta suspicio non sufficeret.per ea,quę habentur vj.qõ.ij.placuit. Sed si est suspicio Epi,& aliorum,& sic probabilis,tunc illa potest sufficere ad indicendum purgationem,& sic poterit intelligi hic. quomodo autem poterit esse suspicio in casu isto, quod occultauerunt causam excõicationis. adijcit ſm Abb.quod hoc esse poruit:qa factum erat graue, vt qa occiderat suum parochialem præsbyterum , & non mandabatur satisfactionem,vel pœnitentiam fieri , qđ fuisset decẽs pro facto tam iniquo , vel forte portauerat literas Episcopi ad Papã. de quibus in absolutione Papali nulla fiebat mentio ſm Pet. vnde verisimile est ex
7 prędictis , quod Papæ non expressit veritatem.¶ † Et ex prædictis no. quod propter suspicionẽ possit indici purgatio.& certè sic si est suspicio cum infamia : vt etiã voluit glos.Si autem sit sine infamia, tunc secundum Inn. idem si sit vrgens,vel grauis suspicio, vel ſcđm Io. Aud. si est solius Episcopi occulta suspicio non indicat purgationem.secus si sit Episcopi,& aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahens scienter in gradu consanguinitatis prohibito , est ipso iure excommunicatus.*
2 *Excommunicatus cuius excommunicatio non contenditur,est ante causa ingressum absoluendus.*
3 *Index delegatus,an pro receptione testium debeat ad locum eorum accedere.*
4 *Delegatus in causa matrimoniali potest articulum receptionis testium alteri subdelegare.*
5 *Excõmunicatus,an,& quãdo sit audiẽdus in iudicio ãntequã absoluatur.*
6 *Absolutus si est negligens in satisfaciendo causæ excõicationis,non reincidit ipso iure in sententiam excommunicationis,nisi actualiter per iudicem reducatur.*
7 *Negligentia,quando æquiparetur dolo.*
8 *Excommunicari potest aliquis ex facto alterius.*
9 *Testes in honore constituti,an compelli possint venire ad iudicem.*
10 *Receptio testium in causa matrimoniali committenda nõ est, nisi ex iusta causa.*
11 *Testes compellere potest, iudex,vt coram eo compareant, vel si vult potest ad eos mittere.*

SIgnificauit. Propter piculũ animæ supplet Eps negligentiam,vel desidiam delegati Papæ, h.d.Et est communis diuisio. scđa ibi: cũ itaq;.¶ In tex.ibi, & j. decidit qõ qua qrebatur,q d esset faciẽdũ,& rñdet,vt ie. quit.¶ No.ꝙ ordinarius pt ɔpellere verisir ɔiunctos ad dimittendam ɔiunctã ꝓpter impedimẽtũ ɔsanguinitatis,vel affinitatis.¶ Et sic no.ꝙ ad ordinarios spectat male coniunctos rõne consanguinitatis,vel affinitatis separare,& etiã excommunicare, & sic per censuram ecclesiasticam ex suo officio coercere. Hodie vero est proui-
1 sum,ꝙ † contrahens matrimonium sciẽter iu gradu cõ sanguinitatis ꝓhibito ipso iure est excõicarus: vt in cle. eos q.de consangui.& affi. habentes aũt copulã tñmõ mřimonio nõ ɔcto,vel si contraxerunt ignoranter , nõ sunt excõicati ipso iure: vt voluit gl.in dicta cle.¶ Not. ꝙ ſcđm ista tpa impetratio ad iudicẽ remotiorẽ hodie seruãda est cũ litatione q̃ hř.j.de rescrip. statutum.§. id
2 antem.li.vj.¶ No.ꝙ † excõicatus cuius excommunicatio non contenditur ante causæ ingressum , est absoluendus.facit qđ habet s.tit.ii.cum cõtingat.fallit in ca-
3 su qui ponitur hic in fi.¶ † Itẽ no.ꝙ videtur delegatũ debere accedere ad locum testium,vel pro eorũ receptione aliũ transmittere.Sed certè hoc videtur verum si iudici videatur:alias poterit compellere testes, vt compareant coram ipso,dummodo illis congruę ministrentur expensæ,vt in c.statutum.§.proferendæ.de rescrip.li.vj.
4 ¶ † Ex prædictis eiam no.ꝙ delegatus in causa matrimoniali potest articulum receptionis testiũ alteri subdelegare,ꝙ est clarum in delegato principis,cũ alteri possit subdelegare vices suas. In delegato autem inferiors a Principe:vel etiã subdelegato a delegato Papę: an possit articulum receptionis testiũ alteri cõmittere . dic,vt dictum suit in c.cum bertoldus.j.de re iudi.& de appel. in c.cũ causam.& in cle.de offi.deleg.qa si cõsistit in vero facto potest cõmittere,als secus. & facit qđ habet in c.cum a nobis.j.qui ma.ac.pos.¶ No. casum in quo ordinarius supplet negligẽtiam iudicis delegati.¶ Et no. ꝙ se intromittit q̃dñi purgetur a negligentia , & sic illa
5 cessante excluditur ordinarius a prosecutione.¶ † Not. casum in quo excõicatus est audiendus in iudicio,ante quã absoluat videlicet,qñ est suspicio cõtra eum de nõ ꝓcedendo ratione prãcedentis malitiæ post absolutionẽ prius commisse:alias primo loco factã. facit quod habet in c.venerabilibus.de senten.excõi.in §.sexus.libr. vj.vbi excommunicatus ꝓpter cõtumaciã manifestã in non ꝓcedendo non dẽt absolui,donec satisfieri non vt
6 posse nisi incipiat ꝓcedere.¶ † No.ꝙ si qs postq̃ fuit absolutus est negligens in satisfaciendo causæ excommunicationis,non reincidit ipso iure in sententiam excõicationis,nisi actualiter per iudicem reducatur quandoque tamẽ ipso iure reincidit, vt in casibus de quibus ha-
7 betur in c.eos qui.de.sen.excommuni.in vj.¶ † No.qđ dolus, & negligentia vñr æquiparari, qđ est verum quo ad potentiam supplendi defectũ delegati.vbi versat periculum animæ.Sed quõ ad pœnam imponendam non æquiparantur dolus , & negligentia: vt patet in c.nihil. s.de elec.& eo.titu.q.q̃.in vj.& j.de cri.fal.ad falsariorũ.
8 ¶ † Vltimo.no.ꝙ videt qs posse excommunicari ex facto alterius,qđ videt contra ea quę habent.j.de his quę fi.a præla.quæsiuit. Sed dic ſcđm Inn. ꝙ hic non excommunicat pars ex iudicis desidia,vel malitia. Sed, qa ipsius partis culpa præsumitur,ex quõ nõ prosequitur intentionem sentẽtiæ a qua appellauit, vel etiam causam propter quam fuit excommunicatus.¶ In gl.j.in fi. vter, que intellectus in se bonus.tñ Inno. dicebat,ꝙ poterat etiam hic intelligi pro manifesta culpa illicita. Eps ex officio ꝓcedens excommunicauit nolentes parere mãdatis suis.isti aũt excommunicati demũ impetrauerunt literas asserendo se sine iuris ordine. & non cognito de cã fuisse excommunicatos, vñ Papa mandauit excommunicatori,qđ si ita esset,infra certam diẽ deberet illos sine difficultate absoluete:alias dabat in mandatis delegatis,vt hoc faciant,si qđ q̃stionis audireť:& qa excommunicatos uoluit absoluere,delegati absoluerunt: sed post absolutionem non ꝓcedebãt quis excommunicatus esset pararus illicitã copulã ꝓbare. & ideo non impedit excõicator reducere eos in eãdẽ sñiam excõmunicarionis.Host.vero dicit,ꝙ c.ꝓcedit:siue fuerit appellatũ:siue non:qa semꝑ poterit negligẽtia delegati in cã mřimoniali suppleri ꝓpter animarũ periculum . & idẽ dicit in quocũq; alio casu,in quo vertitur animæ periculum,qa tunc eadẽ est ratio:& ꝑ consequens idẽ ius.s.de rescrip. inter cæteras.secus si ageretur de re pecuniaria , quia tunc ex quo causa esset ɔmissa delegato non haberet se intromittere ordinarius.s.ti.j.studuisti.¶ Et no. ex glo.secundum primũ intellectum vnam practicã reuocationis

cationis sententiæ in causa matrimoniali: quia pôt pe-
ti ipsam reuocari gl.vero in c.ex parte.j. de resti.spolia.
videtur dicere,ꝙ agi potest per viam nulitaris.Sed certe
satis puto,ꝙ cum incedant iste viæ:quia petitur reuoca-
ri sententia.s.quatenus de facto processit,ex eo,quia est
nulla.de materia tamē dicēdum in d.c.ex parte.vbi etiā
9 per do.Ant.¶†In glo.ij.ibi in honore constituti.Hosti.
dicebat,ꝙ tūc potest iudex hoc facere de gratia : sed nō
de necessitate,per ea quæ habentur in l.ij.§.si præses.ff.
10 quis ordo in bo.pos.seruetur. ¶†In eadem glo.in fi.ad-
uerte,quia gloss. potest habere duplicem intellectum .
vnus est,ꝙ velit gl.ꝙ in causa matrimoniali,non est alte
ri committenda receptio testium:nisi subsit iusta causa,
sicut dicimus in criminali propter grauitatem in auth.
apud eloquentissimum.C. de fide instrum. Alius intel-
11 lectus glo.est,ꝙ sit in† electione iudicis mittere pro re-
ceptione testium,vel compellere eos,vt compareāt co-
ram eo,quia non tenetur accedere ad testes.Sed potius
econtra.dicta.l.ij.§.si præses.s̄.alleg. ¶In gl.iij.in fi.dic,
ꝙ regulariter ordinarius non intromittit se de causa ali
bi delegata.s̄.tit.j.studuisti.fallit quando imminet peri-
culum animarum,vt in casu huius capituli . & hoc etiā
satis fuit de mente glo. ¶In glo. super verbo reuocare.
in fi.hæc secunda communiter tenetur,vt hoc tempus,
sit arbitrarium,debebit tamen iudex tanquā bonus vir
arbitrari tempus,infra quod possit causam prosequi.fa-
cit quod habetur s̄.ti.ij.de causis.¶In glo.fi. ibi intelle
ximus.hæc prima expositio,non est bona,quia excom-
municatus non potest esse in iudicio,non potest etiam
procuratorem constituere.j.de proba.post cessionem.&
j.de procur.c.fi. ideo tene præcedentem expositionem,
quia necessitatur ad procedendum: & ideo debet audi-
ri.facit quod habetur in c. cum inter.j.de exce. ¶Extra
glo.tangit hic Ioan.Andr.quid si non detur delegatus :
sed ipse superior absoluit, & demum non cognoscit de
causa. dic secundum Hostiē. ꝙ adhuc poterit practicari
capitulum istud propter periculum animarum , etiam
si fuerit absolutus a Papa,quia præsumitur,ꝙ tacita ve-
ritate fuerit absolutus, si tñ Papa certificatus præcipiat
episcopo , ꝙ alios amplius non molestat.dicit Hostien.
ꝙ si sit casus,in quo Papa possit dispensare videtur ei pa
rendum:aliàs secus,quia contra Deum parendum non
est.facit,quod habetur.s̄.de temp.ordi.ad aures.xj.q.iij.
Iulianus.inferior autem a Papa,an intelligatur dispen-
sare,quando ex certa scientia aliqd agit recurre ad not.
per gl.& doc.in c.ij.j.de schisma. & s̄.de fi.præsby.in c.
veniens.facit ad prædicta , quod habetur in c.Iulianus.
& c.qui resistit.xj.q.iij.

SVMMARIVM.

1 *Monachum vagabundū potest ordinarius reuocare Abbate negligente.*
2 *Canonici regulares comprehenduntur in his , quæ circa monachos statuuntur.*
3 *Canonici regulares debent in claustro manere,& inuigilare.*
4 *Monachus non potest habere proprium,& quicquid quærit,monasterio acquirit,sicut seruus domino.*
5 *Successio ab intestato reseruatur monacho,non tamen sibi quærit, sed monasterio.*
6 *Monachi coertio primo spectat ad Abbatem : & eius negligentiam supplere potest episcopus.*
7 *Monachus compelli potest ad resignandum pecuniam,quam quæsiuit:quæ in vtilitatem monasterij expendetur.*
8 *Suspendere episcopum ab officio,& beneficio potest inferior a Papa: non tamen deponere.*
9 *Monachus,cum licentia Abbatis potest esse in seruitio Principis, vel episcopi : imo episcopus potest inuito Abbate monachum ad suum seruitiū trahere,si sibi fuerit expediens.*
10 *Correctio monachi,ad quem spectat.*
11 *Monachus non potest ciuiliter conueniri.*
12 *Monachus existens in studio cum licentia Abbatis,si contraxit mutuum moderatum pro suis necessitatibus,poterit ipse monachus conueniri nomine monasterij coram rectore vniuersitatis, vel etiam coram ordinario loci.*
13 *Electus in Abbatem,an habeat ex ipsa electione iurisdictionem.*
14 *Negligentia Abbatis,vel prioris,an sufficiat , vt Archiepiscopus possit supplere,& an interuenire debeat negligentia Episcopi.*
15 *Abbas si sub se habeat clericos seculares, vel monachos in alijs monasterijs, vel diœcesibus: an poterit causas talium audire,& finire.*

1 QVanto. †Ordinarius [a] supplet negli
a gentiam Abbatis non reuo
cantis monachum vagabūdum ad clau-
strum.h.d. ¶Et primo ponitur narratio:
Secundo prouisio,& mandatum.ibi mā
damus.¶In tex.ibi: canonici scilicet re-
gulares.¶Item ibi,alij regulares,puta fratres.j.de restit.
spol.causam.¶In tex.ibi, & suorum prælatorum.habēt
aliqui in litera quorumcunque, & tunc intellige.s. Ab-
batum,vel priorum , seu aliorum prælatorū regulariū ,
qa non oēs religiosi habent Abbates:sed interdum ha-
bent priores.facit quod habetur de elec.indēnitatibus.
lib.vj.non autem intelligas, etiam episcoporum , quia
de illis non loquitur in text. secundum Abbatis consi-
lium.ista est litera communis.alij.tamen habent secun-
dum Archiepiscopi consilium,& erat in registro secun-
dum Inno.& tunc dic, vt ex speciali prouidentia fuit id
concessum Archiepiscopo , si regulariter seruari debet
litera,q̄ communiter hic habetur.¶No.j.ꝙ multæ sunt
species regularium. Nam quidam sunt monachi regu-
2 lares,quidam etiam fratres:vt tetigi super tex. ¶†No.ꝙ
statutum in monachis videtur comprehēdere etiam ca
nonicos regulares:de quo dicēdum,vt in c.quod dei ti-
3 morem..j.de statu mona. ¶†No.ꝙ regulares debent in
claustro manere , & inuigilare circa diuina officia,non
autem inde discedere.vnde dicit cauēdum,sicut piscis,
sine aqua esse non potest,sic nec regularis sine claustro,
4 si vult vitam spiritualem habere.xvj.q.j.placuit.¶†No.
ꝙ pecunia congregata de prioratibus, vel obedientijs ,
non debet pertinere ad monachum: sed potius ad mo-
nasterium.nam monachus non potest habere propriū
xij.quæstio.j.nolo.& c.non dicatis.vnde quicquid quæ-
rit monachus,quærit monasterio, sicut seruus domino.
xviij.q.j.c.j.& j.de priuileg.cum olim propter.& ibi per
Inno.& facit, quod habetur.C.de Epis.& cleri.in l.deo
5 nobis.vbi patet,ꝙ † etiam seruatur monacho successio
ab intestato,tamen non quæret sibi:sed monasterio, vt
illis succedat quibus succederet existens extra mona-
sterium ,tamen tunc non quærit sibi,sed monasterio.de
6 quo etiā in c.in præsentia.j.de probat.¶No.ꝙ †coertio
monachi primo loco spectat ad Abbatē.& ad hoc alle-
gatur.de quo in glo.pe.¶No.ꝙ negligentia Abbatis cir
7 ca monachos. supplere potest episcopus.¶† No.ꝙ pôt
compelli clericus ad dimittendam,& resignandam pe-
cuniam,quam quæsiuit,quia nō potest habere propriū
vt prędixi. ¶Not. ꝙ talis pecunia debet in vtilitatē do-
mus hoc est monasterij expēdi.¶Not.cōtra monachos
discurrentes per curias principum . & hodie contra ta-
les sine licentia prælati discurrētes taliter est prouisum
per cle.ne in agro.§. qa vero.de sta.mona. & cōtra mo-
nachos apostatas fugitiuos est prouisum per quandam
extrauagantē Benedicti.q̄ incipit , pastor bonus.¶No.
vlti.qualiter possint compelli regulares negligentes:qa
per suspensionem officij,& beneficij: vt hic tangitur in
fi.vnde aduerte,quia hoc potest referri ad monachos: &
tunc satis potest procedere , quod dicit de suspensione
officij, quia posset suspendi ab officio diuino.Sed quod
dicit de beneficio non videtur tūc posse procedere , qa
monachus claustralis non videtur habere beneficium.
vnde quid tunc operetur suspensio a beneficio in mo-
nacho

a Ordinarius.Super hoc c. si q̄rit, cui correctio monachorū . primo loco spectat ad Abbatē vide hic di stin.d. Hē. Bohych.in princ.capituli.

nacho recurrēdū ad ea q̄ no.Inn.j.de ſim.dilectus.Scd̄o
quia operatur ꝙ non habet vocem in capitulo , & ꝙ nō
debet vocari ad communes tractatus : & ꝙ etiam non
habebit portionem ſuam in communi refectorio:ſed in
ergaſtulo,hoc eſt in camerula ſua, poteſt etiam intelli-
gi , vt hæc pœna referatur ad prælatos regulares negli-
gentes : & tunc litera planè procedit.¶ Item poteſt re-
ferri ad epiſcopum , ſi dicamus ꝙ etiā epiſcopus debet
eſſe negligens,antequam Archiepiſcopus ſe intromit-
tat,quod etiam ſequitur In no.hic.vt.j.tangetur poſt gl.
8 & tunc habes hic text. notabilem , ꝙ etiam † inferior a
Papa poteſt epiſcopum ſuſpendere ab officio , & bene-
ficio.nam ſecundū hoc poterit Archiepiſcopus in caſu
iſto ſecundum iſtum intellectum,non poſſet tamen eū
deponere,vel degradare, quia hoc non poteſt fieri, niſi
a Papa : vel de eius ſpeciali mandato.j.de cle.non reſi.
ex tue.com ibi no.& facit,quod habetur de iudi.c.j.cū
ibi no.¶ In gl.ij.ibi:caperentur.i.moleſtarentur , ſeu.i.
detinerentur. per ſeculares propter malam adminiſtra-
9 tionem.¶ † In ea.glo. in fi.hodie contra monachos trā-
ſeuntes per curiam principum ſeclarium eſt prouiſum
per cle.ne in agro.de ſta.regula.cum licentia autem ſui
Abbatis poſſet eē in ſeruitio Principis, vel epiſcopi.per
ea quæ habentur in d.cle.ne in agro.§.quia vero. a cō-
trario ſenſu de ſtatu mona. & per ea quæ habentur in
c.cum paſtoris.ij.q.vij.vbi etiam glo.dicit, ꝙ Epiſcopus
inuito Abbate poterit trahere monachū ad ſuum ſer-
uitium,ſi ſibi fuerit expediens.de quo, vt ibi,dicit tamē
Hoſtin. ꝙ periculoſum eſt,ꝙ ſint in curijs principū etiā
cum licentia Abbatis propter proprium , quod conanī
acquirere.de quo remittit ad ſummam.de maio.& obe.
10 §.ſed quid.ver.ſed Epiſcopus. & ſequen.¶ † In gloſ.pe.
circa fi.ibi : præſidentibus capitulis. Sed certe illa capi-
tula fiunt de triennio in triennium. & ideo interim eſt
videndum ad quem ſpectet coertio monachi. Potes cō-
cludere,ꝙ aut conſuetudo,vel priuilegium aliquid di-
ſponit de iuriſdictione talium prælatorum inferiorum
& tunc illud eſt ſeruandum per iura alleg. in gloſſ.¶ Si
aūt nihil diſponit:& tūc aut agitur de correctione fiēda
ſm regulā,& tunc primo loco ſpectat ad Abbatē. nā in
talibus fiendis magis dēt obedire Abbati,quā Epō.viij.
diſt.cōtra mores.xj.q.iij.qui reſiſtit.cum ibi no. & ideo
poterit eum corrigere Abbas . & tandem ſi ſit rebellis
poterit eum expellere de monaſterio ſecundum regulā
ne inficiat alios. facit.j.de ſtatu.mo.ea quæ . & eīn ſin-
gulis.nā ex quō ſuperior ipſum approbauit in prælatū
videtur ſibi conceſſiſſe , vt exequatur omnia,quæ in re-
gula continentur.facit,quod habetur In ca.ij.& c.Ioan-
nes. & c.fi.j.de reg.facit etiam in ar. quod habetur.ſ.de
offi.dele.præterea.& c.ex literis . & ſi Abbas ad hoc nō
ſufficeret , poſſet implorare auxiliū Epiſcopi per hiſne
rex.& per id, quod habetur.ſ.eo.c.j. Aut agitur de corre
ctione monachi fienda in forma,& figura iudicij.& tūc
aut quærit de cā ciuili,aut de cā criminali,ſi de cā ciuili
11 fruſtra quæri videtur regulariter , quia † monachus nō
poteſt ciuiliter conueniri cum non habeat proprium.
xij.q.j.nolo.& c.non dicatis.& j. de ſtatu mo.cū ad mo-
naſterium. circa fi.poteſt tamen interdum eſſe caſus in
quo de hoc poteſt tractari, vt ſi haberet adminiſtrationē
aliquā cui eſſet pꝑoſitus , & tūc poterit ꝯueniri coram
Abbate.ꝑ id,quod.ſ.eo.c.cū ab eccleſiarū.ſ.de iudi. cū
12 deputatis. ¶ † Item in alio caſu poteſt de hoc quæri , vt
ſi ſit in ſtudio cum licentia Abbatis : nam ſi contraxit
mutuum moderatum propter neceſſiates ſuas, poterit
monachus conueniri nomine monaſterij coram recto-
re vniuerſitatis, vel etiam coram ordinario loci.per id,
quod habetur in l. ſi longius.§.j.cum ibi no.per glo.ff.
de iudi.& ij.q.vij.in ca. cum paſtoris.& hoc propter ab-
ſentiā Abbatis.& quia , ex quō de licentia Abbatis eſt

Electus in Abbatem cui ex ipſa electione habeat iuriſdictionē & eſt quæſtio extra glo.

Quæſtio bōa extra glo

Quæſtio extra gloſ.

in ſtudio videtur ſibi conceſſa licentia , ꝙ poſſit contra-
here mutuum pro ſua neceſsitate.ar.eorum quæ haben
tur.ff.de procu. in l.ad rem mobilem. & l.ad legatum.
etiā per id , quod legit , & not.in l.ſed & Iul.§.qd̄ dicit.
ff.ad mace.vbi etiam tangitur de filiofa.minore exiſten
te in ſtudio cum licentia patris.& etiam in d.l.ſi lōgius.
§.ſi filius.Si autem eſſet in ſtudio ſine licentia Abbatis,
tunc ſi contraxerit mutuum,tunc non obligabit mona
ſterium,& imputet ſibi qui tunc ſecum cōtrahit.ſecus,
quando eſt in ſtudio cum licentia Abbatis:vt ſ.dixi:quia
tunc bene obligat monaſterium ſumendo mutuū tem
perate pro ſua neceſſitate, tn̄ in eo caſu Abbas nō eſſet
iudex:quia non poteſt eſſe ſimul iudex,& reus ſm Inn.
Sed poterit conueniri Abbas coram ordinario loci pro
tali mutuo. Idem ipſe monachus dum eſt in ſtudio co-
rā rectore,vel coram ipſo ordinario loci, vt ſuperius di-
xi. ſtatuta tamen vniuerſitatis quandoque diſponunt ,
quod ſolum coram rectore conueniatur . & hæc proce-
dunt vbi quæritur de cauſa ciuili. Si autem quæritur de
cauſa criminali : tunc ſi eſt cauſa criminalis grauis ſpe-
ctat iuriſdictio ad Epiſcopum.facit,quod habetur xc.di
ſtin.ſi quis monachus.non autem ad Abbatem.quia ip
ſe nō poteſt tales cauſas tractare.xviij.q.ij. monaſteriū.
Si autem ſint cauſæ criminales leues, tunc quō ad illas
poterit Abbas monachum corrigere, qn̄ eſt confirma-
tus,vel quando loco confirmationis habet benedictio-
nem: an autem non habet iuriſdictionem quandam ad
potentiam corrigēdi:vide per id quod habetur ſ.de ele.
tranſmiſſam.& c.venerabilem. & de ſup.neg. præla.c.j.
per Io. And.¶ † Extra gloſ.tangit hic Ioā. An.electus in 13
Abbatem a collegio, vel ab vniuerſitate monachorum
ex ipſa electione habeat iuriſdictionem.Inno.dicit: qd̄
ſic.tamen poteſtatem excōmunicandi,& exercendi cē-
ſuram eccleſiaſticam non habebit ante confirmationē :
quia illa a cōfirmatione recipit: quia excommunicatio
eſt ꝓpriè mucro,ſeu gladius Epiſcopalis.xxiiij.q.iij.cor
ripiantur.& xvj.q.ij.c.viſis.& ideo concludit , ꝙ ab vni-
uerſitate habebit ſolum iuriſdictionem iudicandi. & for
te mulctam modicam indicendi.facit quod habetur ſu-
pra de offi.deleg.de cauſis.per Ioan.And.fatetur tn̄ , qd̄
hodie ex conſuetudine eſt,quod plus iuriſdictionis ha-
bent in non arduis ab ipſo collegio.Hoſtien. vero dicit
quod ex electione ſola nullam habent iuriſdictionem :
ex quō expectat confirmatio. & ideo non poterit iuriſ-
dictionem exercere donec ſit confirmatus, vel a iure ap
probatus:vt contingit in c.nihil eſt.ſupra de ele. poſt cō
firmationem bene poterit exercere.ſupra de ele. tranſ-
miſſa,& c.qualiter,& c.noſti.& ideo per confirmationē
videtur poteſtatem recipere potes dicere : vt hic tangit
domi. Anto.quod ſi electus expectat cōfirmationem ſu
perioris : vt contingit regulariter in electis in prælatos
eccleſiaſticos.tunc procedit dictum Hoſti.Secus ſi non
expectat,vt cōtingit in electo ab vniuerſitate ſeculari
de iudi.c.fi.& in l.fi.C.de iuriſdi.om.iudi. quod intelli-
ge,vt dixi in c.ab eccleſiarum.ſupra eod.do.tamen Flo.
dicebat, quod nec ab vniuerſitate,nec a confirmatione
dicitur recipere immediatè , ſed a legis diſpoſitione , &
demum poſt confirmationem, quando confirmatio re
quiritur.facit quod dixi in c.cum ab eccleſiarum. ¶ Se-
cundo quæritur quid ſi duo regulares habeant duas ad-
miniſtrationes inuicem præmutauerint de ꝯſenſu Ab-
batum,& vnus eorum recipit in ſe onus ſoluendi debi-
ta ſuæ prioris adminiſtrationis de conſenſu Abbatis, an
illud fieri potuerit videtur,quod non: ſed ꝙ potius inci
dit in conſtitutionem.c.ſi quorundam. infra de ſol. Sed
contrarium tenet Ioan. And.per iſtum tex. quia ſufficit
ꝙ pecunia congregata de obediētia conuertatur in vti-
litatem monaſterij de conſenſu Abbatis:vt hic patet.&
ideo res vnius adminiſtrationis poterūt conuerti in vti-
litatem

stitatem monasterij.de consensu Abbatis. nam satis tūc intelligitur fieri vtilitas monasterij, ex quò prouidetur
14 in membris. ¶ † Tertio tangit hic Ioan. An. an sufficiat negligentia Abbatis, vel prioris, vt possit Archiepiscopus supplere, quidam quod sic: vnde exponunt text. hic circa fi. dum dicit si prælati eorum, &c. i. Abbates, vel priores. Alij vero requirunt, quod etiā interueniat negligentia Episcopi. & sic sub verbo prælati cōprehendūtur etiam Episcopi. sed & hanc secundam tenet Inn. dicens vtriusque requiri negligētiā, & ambos modos, cum ambo habeant iurisdictionem, & poterit talis ordo saluari, quia Archiepiscopus primo monebit Abbatem, quod reuocet monachum vagabūdū cū proprio, quod tenet. & si fuerit Abbas negligēs monebit secūdo loco diœcesanum, vt suppleat Abbatis negligentiā. de censibus. Romana. §. sanè. in vj. & si etiā fuerit negligens sic monebit tertio loco monachum, quod redeat ad claustrum, & per primū se purget in manibus Abbatis. & si eū negliget ipsum compellet per suspensionem, quæ quid operetur in monacho dixi superius. & similiter etiam per suspensionem posset compellere Abbatem, vel diœcesanum: vt hic colligi potest. Sed secundum intellectum tē̄ tetigi in notabilibus. & prædicta vera i nō notorijs, sed in notorijs sublato tali circuitu posset archiepūs statim corrigere. de censibus. Romana. §. notoria. li. vj. dictū tamen est secundum Host. quod etiam in notorijs fiat monitio. ar. c. seq. & in occultis est etiam necessarium, vt appareat de negligentia prælatorū, quod poterit apparere ex lapsu termini assignati. facit, quod habetur. s. e c. proxi. dicit tamen, quod nō est magna vis: an monitio fiat primo loco prælatus: an vero monacho. & sic residet Ioā. And. & do. Anto. & adde, quod ex ordine huius literę videtur, quod primo loco monēdus sit monachus, & demū prælatus: & ipsis negligentibus potest Archiepiscopus exequi per
15 suspensionem de qua. j ¶ Vltimo quærit Io. And. qd † si Abbas habeat sub se clericos seculares, vel monachos in alijs monasterijs, vel in alijs diœcesibus, an poterit causas talium audire, & finire. & concludit, quod sic cū habeat iurisdictionem ordinariam. s. eo. c. cum ab ecclesiarum. fatetur tamen, quod actor non compellitur eos conuenire coram Abbate: imo potest illos cōuenire coram Episcopo, vel alijs ordinarijs non obstan. exceptione, si forte dicatur eos prius fore conueniendos coram Abbate: quia electio est actoris coram quo conueniat. facit, quod habet. ff. de eo, quod certo loco. l. ij. §. Sceuola. vbi dicit quod coram alijs inferioribus prælatis habentibus iurisdictionem sub Episcopo. de quibus in d. c. cum ab ecclesiarum. ¶ Intellige tamen in quantum dixi. s. quod Abbas potest cognoscere de causis sibi subditorū alterius diœcesis: dum tamen cognoscat in loco suæ Abbatiæ. nam in alio loco non posset sedere pro tribunali, nisi eū cōsensu Episcopi in cuius diœcesi est prioratus per id, quod dictum fuit. s. eo. j. in c. nouit. & quod habetur in c. ij. de vsu pal. & j. eo. vt litigantes. cū ibi no. in vj. nisi ex priuilegio, vel consuetudine præscripta aliud plus posset. ar. j. de foro compe. cum contingat. & de exces. præla. de quo hic latius per Io. And.

S V M M A R I V M.

1 *Regula generalis iustè, & ciuiliter viuendi. Non facias alijs, &c.*
2 *Excommunicatus in vna ecclesia habetur pro excōicato quò ad alias, & ab omnibus vitari debet.*
3 *Sententia afflictiua personæ, & trahens secum excommunicationem extendit vires suas extra limites sententiantis.*
4 *Sententia censuræ non suspenditur per appellationem. & nu. 9. & 11.*
5 *Archiepiscopus ratione administrationis est maior Episcopo: non ratione ordinis.*
6 *Absolutus, qui iurauit stare mandato excōicatoris si id non facit nō reincidit ipso iure in excommunicationem.*
7 *Iuramentum factum coram iudice videtur habere executionem paratā & etiam promissio.*
8 *Pœnæ iuris canonici sunt multiplices.*
9 *Sententia lata super furto habet secum executionem paratam quò ad infamiam.*
10 *Sententia censuræ nō transit in rem iudicatā quominus possit ab eis peti absolutio post decem dies. secus tamē quò ad hoc, vt ab eis possit post decem dies.*
11 *A sententia censuræ appellari non potest post decem dies, nisi detur nouū grauamen.*
12 *Excommunicatus, an, & quando debeat in iudicio audiri.*
13 *Archiepiscopus aditus per viam querela super excommunicatione lata per suffraganeum contra subditum suum debet de necessitate excommunicatum remittere ad excommunicatorem, vt eum absoluat, & ipso negligēte poterit eū absoluere. secus si per viam appellationis adeatur: quia tunc solum ex vrbanitate remittere tenetur.*
14 *Itineris arreptio, an habeat vim appellationis.*
15 *Pro sententia præsumitur, vbi contra eam de iniustitia obijcitur, nisi aliud doceatur: sed si obijciatur contra sententiam ratione processus oportet, quod processus probetur.*
16 *Archiepiscopus non est ordinarius subditi Episcopi: & ideo si Episcopus petat ab Archiepiscopo subditum suum distringi ad mandata sua seruādum Archiepiscopus non debet se intromittere.*

a AD reprimendam. a Excommunicat' ab vno Episcopo est ab alio euitandus: & Archiepiscopus per querelam aditus nō absoluit nisi primo remittat. h. d. ¶ Et primo præmittit generale exordium. Secundo ex illo infert mandatum respiciens Archiepiscopū, & suffraganeos Tertio aliud mandatum respiciens tantum ipsum Archiepiscopum. secūda ibi: ideo. tertia ibi. tu vero. ¶ Not. j. finem pœnæ a iure statute. nā finis est, vt omnes malitiæ reprimantur. facit, quod habetur s. in
1 procemio huius lib. ¶ † Item no. regulam generalem iuste, & ciuiliter viuendi videlicet, vt quis circa alium illud operetur, quod vellet in se operari ab alio. facit. j. di.
2 humanum genus. ¶ † Item not. quod excommunicatus in vna ecclesia etiam quò ad alias habetur pro excommunicato. & sic ab omnibus est vitandus. facit iij. q. v. quisquis. cum ibi no. & ratio etiam est, quia vna sola est vniuersalis ecclesia: vt habetur etiam in symbolo. xxiiij. q. j. loquitur. nec ob. quod habetur in c. placuit. xviij. di. & viij. distin. c. si quis. quia ibi non loquitur in excommunicato. sed in eo, qui erat priuatus a communi tractatu fiendo per alios Episcopos. vt no. per gl. in d. c. pla-
3 cuit. ¶ † Item no. quod sententia afflictiua personę, & trahēs secum excommunicationem extendit vires suas in personas etiam extra limites sententiantes: vnde sequitur personam, sicut lepra leprosum quocumque vadat. facit, quod no. per glo. in l. ex ea. ff. de pœ. ¶ Itē no. quod vnus iudex debet mandare executionem, & facere obseruari sententiā alterius iudicis. de quo. s. e. c. & in l. a diuo
4 Pio. §. j. ff. de re iud. vbi plenè per Bar. ¶ † Item no. quod sententia censuræ non suspenditur per appellationem. de quo. j. de appel. pastoralis. ¶ Item no. quod si adeatur superior per querelam super iniusta excōmunicatione lata per ipsum nō videtur esse iudex immediate. & ideo tenetur prius ad excōmunicatorem remittere de quo tāgetur super gl. in verbo conquestus. & habetur infra de senten. excommuni. per tuas. & c. sacro. & eodem titu.
5 venerabilibus. in vj. ¶ † Item nota. quod ratione ordinis archiepiscopus nō est superior epō, licèt sit maior rōno administrationis. de quo per glo. in procemio. vj. ¶ Itē no. quod vbi Archiepiscopus est aditus per viam querelę super iniusta excommunicatione suffraganei: sed suffraganeus facta remissione non vult absoluere: tunc eū idem Archiepiscopus absoluet recepta tamen prius iuratoria cautione secūdum formam ecclesiæ. ¶ Et no. quod nisi postea

¶ Ad reprimēdām. Super materia huius c. recurre ad d. Fely. hic. qui multa in vnū recollegit quæ ab alijs fuere omissa. & si quæras infra quod tēpus excommunicatus per diœcesanū potest appellare ad metropolitanum. & verum metropolitan' huiusmodi possit absoluere excommunicatum a diœcesano Vide d. d. Hē. Boyc. in cap. per tuas. infra de senten. excom.

postea appareat excommunicationem fore iniustā dēt
præcipere absoluto suo debito iuramenti, quod satisfa
ciat excommunicanti, & sic no.ꝙ pro iustitia excōmu-
nicationis videtur præsumendum cum de opposito ap-
pareat.facit infra de sen.excommuni.sacro. de quo tan-
6 getur super gl.fi.¶†Item not.quod licèt ille qui fuit ab-
solutus iurauit stare mandato excommunicatoris:tamē
si id non facit ipso iure non reincidit in excommunica-
tionem,licèt possit reduci. hodie tamē in certis casibus
ipso iure reincidit.de quibus in c.cos qui.de senten.ex-
communi.in vj.¶ Item no.quod iuramentum videt̄ es-
se de forma absolutionis.de quo per Ioan.And.j.de sen
ten.excomuni.cum desideres.¶ Item not. vnam pra-
cticam retractandi sententias, quę non transeunt in rē
iudicatā videlicet, vt petatur retractari per viam quære
læ.facit infra.de senten.excommuni.sacro.& eo.titu.ve
7 nerabilibus.in vj.¶†Vltimo no.quod iuramentum præ
stitum coram iudice, & eadem ratione promissio facta
coram eo,videtur habere paratam executionem facta li
quidatione eius,quod continetur in eis. de quo in c. si
quando.s̄.de offi.dele.& l.per tale pactum §.qui prouo-
cauit.ff.de pac.& per Bar.in l.in rubri.ff.iudi.solu. ¶ In
glo.j.ibi bene facere cogitur.& ratio est, quia aliàs quis
non mereretur bene agendo:vt habetur in c. ad fidem,
hic allegato.causatiuè tamen alienatur quis ad benefa-
ciendum videlicet,sub spe præmiorum.facit,quod not.
infra eodem in c.irrefragabili.in glo.fin.in fi.& l.j.ff. de
8 inst.& iure.¶†In glo.ij.ibi: ad falsariorum. loquitur ibi
in clerico falsante literas Papæ.¶ In ea.gl.ibi.l.di.si Eps
ibi loquitur in clerico faciente falsum instrumentum
vel ferente falsum testimonium.¶†In eadem glo.ibi: si
quis viduam.loquitur ibi:in clerico cōtrahente cum vi
dua,& in homicida. Et interdum dispēsatur quò ad be
neficium.Sed de rigore debet deponi ab officio,& bene
ficio.¶ In ead.gl.ibi:si mala fama.loquitur in clerico in
famato de malo crimine:ex quò alij scandalizantur.nā
tunc potest suspendi ab officio, & etiā beneficio donec
se purgauerit.In ea.glo.ibi nullus in hoc c.& seq. loqui
tur de notorio concubinatu. In ea.gl.ibi: quis amodo
loquitur in clerico, qui in sacris mulierem duxit. & ad-
de etiam,quod habetur in cle.eos,qui.de consangui.&
affi.In eadem glos.ibi:presbyter loquitur in presbytero
infamato,qui de æquitate ad tempus remouetur ab of-
ficio,licèt de rigore veniet deponendus: vt ibi nota. In
ead.gl.ibi:placuit.loquitur in clerico, qui deseruit pro-
prium Episcopum sine licentia.In ea.gl.ibi presbyterū.
loquitur in presbytero, qui non legalibus nuptijs deti-
netur,& loquitur de æquitate. nā de rigore veniret de-
ponendus ab officio,& beneficio:vt no.glo.in c.si quis.
lxxxj.dist.In eadem glos.ibi si quis de ordine.loquit.ca.
in eo,qui malitiose sine licentia transiuit ad secundam
ecclesiam.In ead.glo.ibi cum in electis.loquitur in sciē
ter eligente indignum.In ea.glo.ibi:ante omnia.hoc c.
& seq.loquuntur de clerico ebrioso.In ea.gl.in fi.loquū
tur iura hic vltimo allegata de priuatione a communi
tractatu.de quo pér gl.in c.placuit.hic allega.& de ma-
teria per Hostien.in sum.de pen.in §.quot sunt species.
& in cle.cupientes.in gl. quæ incipit no.nouam. de pe.
9 ¶†In gl.non suspenditur ibi quia sententia illa secum
trahit executionem,hæc ratio non est bona, quia sentē
tia lata super furto trahit secum executionem quò ad
infamiam.l.non potest.ff. de fur. & tamē suspendit̄ quò
ad appellationem:ideo quæ sit ratio, quod sententia cē
sure non suspendatur per appellationem.dic,vt no.per
gloss. & doct.j.de appel.pastoralis.§.j.& ibi dictum fuit.
10 ¶†In ea.glo.in fi.no.bene ex glos. quod licèt sententiæ
censure,nō transeant in rem iudicatam quominus pos-
sit peti absolutio ab eis, etiam post decem dies: tamen
bene transeunt in rem iudicatam quò ad hoc,vt ab illis
appellari non possit post decem dies.nam regula est,q̄
eo casu,quo licitum est appellari:appellari dēt infra de-
cem dies.j.de re iudi. quod ad consultationem. quæ re-
gula non reperitur intitulata etiam in sententijs censu-
re.& ideo, etiam in illis seruari debet.& si appelletur in
fra decem dies:tunc licet appellatio, non operetur quo
ad effectum suspensum:quia non expedit ex quo sentē
tia de se non transit in rem iudicatam.& sic ex hoc natu-
ra sacris est suspensa,tamen operatur quò ad officiū de-
uoluēdi negotium ad superiorem si fiat infra decē dies:
vt est dictum.nam si postea fieret non deuoluit negotiū
ad superiorem, etiam in sententijs censure sicut,nec in
alijs,& pro hoc etiam videt̄ posse inferri,quod si bis ap-
pellatum fuit,non poterit appellari.per id, quod habet̄
in l.vna.C.ne liceat tertio prouo.canonizata.ij.q. vi. si quis
in quacunque.& sic potest intelligi,quod no.gl.in c. fra
ternitatis.in verbo.fornicare.j.de frigi. & Archi.xxx. q.
ij.locaueris. licet autem post decem dies non possit ap-
pellari a sententijs censure:tamen per viam querelæ po
test quis,etiam post decem dies conqueri de iniusta ex-
communicatione,vt hic tetigit gl.facit,quod hī j.de ap
pel.concertationi.lib.vj.¶ In gl.an aliqua sit differen-
tia inter viam appellationis,& viam q̄relæ. tangit̄ cū gl.
11 sequenti.¶†Item inquātū dixi, quod a sn̄ia censure nō
possit appellari post decem dies.hoc intellige verū, nisi
detur nouū grauamen,videlicet dicebat hic Abb.qđ li-
cet post decē dies non appellet̄ si tn̄ Eps q excōicauit te
qrat,vt iniustā excōicationē reuocet ēt post decē dies,
si non reuocat ab isto grauamine poterit appellar ꝙ est
not. & facit ad hoc, quod habet̄.c.dilectus.s̄.de rescrip.
12 & quod habetur,& no.j.de restit.spo.ex parte.¶ In gl.
conquestus.ibi: vt in d.decre.quasi velit glo.ꝙ licet re-
gulariter non debeat excōmunicatus in iudicio audiri,
facit, quod habetur.j.de iudi.intelleximus.tamē illud
fallit,quando vult esse in iudicio pro causa excōmuni-
cationis per viam appellationis, vel etiam per viā que-
relæ.facit, quod habetur in c.j.de rescrip.in vj.¶ Itē fal-
lit,quando conuenitur:vt patet ex his quæ habentur in
d.c.intelleximus. & ēt in alijs causis, quādo appellauit,
potest esse in iudicio:vt patet in c.significauerunt.cum
13 ibi not.j.de exceptio. ¶† In ea.gloss.ibi: per tuas.quasi
velit gl.ꝙ vbi aditur Archiepiscopus per viam querelæ
super excōicatione lata per suffraganeum contra sub-
ditum suum, tūc debet de necessitate remittere excō-
municatum ad ipsum excōmunicatorem vtrum absol-
uat: & ipso negligente poterit eum absoluere : sed vbi
per viam appellationis aditur Archiepiscopus:tunc so-
lum ex vrbanitate tenetur remittere: nō autem ex ne-
cessitate : vt in c. per tuas. hic allegato præcedens autē
dictum probatur in text.isto. ¶ Sed aduerte, quia licet
varie loquantur hic Inno.& Hosti. tamen potes dicere
ꝙ vbi aditur per viam appellationis procedit glo. attē-
de tamen, ꝙ non debebit absoluere si fuit excōmuni-
catus pro notoria offensa.per id, quod habet̄ in d.c.per
tuas.& eo.tit.solet,lib.vj.¶ Sed vbi non est notoria po-
test absoluere recepta prius cautione de parendo man-
datis ecclesiæ, licet potuisset etiā remittere ad excō-
municatorem,si voluisset: facta autem excommunica-
tione per ipsum Episcopum non debuit aliquid præci-
pere ipsi absoluto,nisi prius constet sibi an iuste.vel in-
iuste fuerit excommunicatus.per id, quod hic dicitur
in fi.¶ Si autem Archiepiscopus fuerit aditus per viam
querelæ, tunc si notorium est excommunicationē esse
iniustam potest absoluere, nec tenetur ad excommuni
catorem remittere si non vult.j. de appel.solicitudinē.
¶ Si autem excōmunicatio nō sit notoriè iniusta:& tūc
aut iudex excommunicauit ad partis instantiam, tunc
non potest absoluere,debet enim remittere ad excom-
municatorem:vt hic probatur,& j.de sen.excommun.

venerabilibus.in vj.& hoc,quando conqueritur de ex-
cõicatione. ad fi.vt absoluatur. ¶ Si autem cõqueratur
ad fi.vt Episcopus qui ipsum excommunicauit puniatũ,
vel vt sibi satisfaciat de interesse, & tũc potest Aricbie-
piscopus cognoscere, cũ sit iudex suorum suffraganeo-
rum.j.eo.c.pastoralis. ¶ Si autẽ conqueretur de iniusta
excommunicatione ad finem: vt pars ad cuius instãtiã
fuit lata satisfaciat sibi de interesse: & tunc non potest
se intromittere Archiepiscopus:q̃a de causis inter sub-
ditos suffraganei non se intromittit regulariter.j.e.c.pa
storalis.& hoc satis ẽt ꝓbat̃ in d.c.venerabilib⁹. ¶ Si aũt
fuit lata excommunicatio per officium ex officio pro-
cedente non ad partis instantiam:& tunc si excõmuni-
catus cõqueritur de excõmunicatione Metropolitano
ad fi.vt Episcopus sibi condemnetur ad interesse. facit
j.de sent.excommuni. sacro.tunc clarum, ꝙ potest co-
gnoscere Archiepiscopus: ꝑ id quod superius est dictũ.
¶ Si aũt ad finẽ:vt absoluat, tũc dic ꝙ p̃t absoluere rece-
pta prius cautione iuratoria de parendo mãdatis eccle-
siæ:nec tenẽ tunc de necessitate prius remittere ad ex-
communicatorem.Sed solũ ex vrbanitate:per id,quod
habetur in d.c.venerabilibus. & sic debet limitari iste
tex.per ea quæ habentur in c. venerabilibus.nam in-
quãtum hic innuit remissionẽ fiendã de necessitate, q̃n
per viam querelę aditur Archiep̃s, & quando quis fuit
excõmunicatus ad partis instantiam,& non ex officio:
& quando excommunicatio non est notoriè iniusta.
& per hoc sint declarata, quæ tangit hic do.Anto.licèt
multa inordinata hẽant eius scripta. ¶ Et aduerte, ꝙ eo
casu quo Archiepiscopus põt absoluere facta absolu-
tione poterit cognoscere de causa excõmunicationis,
quia ex quò ad ipsum deuoluitur potestas absoluẽdi, ꝑ
consequens etiam deuoluitur potestas faciendi omnia
ei connexa:& sic cognoscẽdi an iustè, vel iniustè fuerit
excommunicatus.facit, quod habetur in c.ex literis.de
offi.deleg.Idẽ videtur dicendũ de legato cui cõmissum
est,vt absoluat excomunicatos cum clausula,vt audiat,
& diffiniat iĩ quod fuerit quæstionis.facit,quod habetur.
s̃.de off.dele.cum cõtingat.ideo tamen si dicta clausula
nõ fuerit apposita: sed simpliciter fuerit cõmissum, vt
absoluat, ꝙ poterit cognoscere an iusta, vel iniusta fue-
rit tunc excõmunicatio,non poterit tamen cognoscere
in casu principali ex quò,nõ est apposita dicta clausula.
de quo plenè consueuit dici in c. ab excõmunicato. s̃.
de rescrip.& s̃.ti.ij.c. prudentiam.§.vj.& prædicta vera,
nisi committatur executio tãquam nudũ ministerium:
quia tũc nihil haberet cognoscere inde delegatus.s̃.de
14 offi.delega.c.fi. ¶ †In ea.gl.in fi.& sic vult glo.ꝙ hodie
itineris arreptio indistinctè nõ habeat vim appellatio-
nis,siue fiat post sñiam latã,siue fiat ante sñiam post iu-
dicium ceptum,siue ante iudiciũ inceptũ. per c. cordi.
alleg.in glo.quod est c.j.de app.in vj.quia tunc videtur
esse eadem ratio,quæ est, quando appellatur per sentẽ-
tiam, vel etiam ante sententiam post iudiciũ inceptũ.
s.quia non seruatur forma,quæ seruari debet in appella
tione extraiudiciali, cũ in illa sit tradita forma.de qua i
glo.no.tamen glos.quæ videtur velle ꝙ secundum hæc
tempora, sicut itineris arreptio facta ad appellãdũ saltẽ
ante iudicium inceptum habeat vim appellationis, ita
itineris arreptio facta ad metropolitanum. de quo dic,
vt dictum fuit in c.dilecti.j.de app.in vj.videtur velle,ꝙ
hodie itineris arreptio possit habere vim appellationis.
de quo plenè dixi in c.vt debitus.j.de appel.& tene mẽ
ti,quod illa glo.videtur huic glos.contrariari. sed potes
eas concordare per ea, quæ dixi in c.vt debitus. ¶ Item
aduerte, quia potes aliter respondere ad contrarium gl.
quia potest dici,quod si arripitur iter post decẽ dies:tũc
itineris arreptio nõ habet vim appellationis: quia sicut
non posset expressè appellari,ita etiam non inducitur:
15 tunc tacita appellatio per itineris arreptionẽ. ¶ †In glo.
fina.ibi:& ita stabitur sententię &c.& sic vult glo.quod
vbi obijcitur contra sententiam de iniustitia, præsumi-
tur pro sententia nisi aliud doceat. Sed vbi obijcitur de
processu:& tũc non pręsumatur nisi quatenus appareat
ex actis. ¶ Inn.vero in c.bonæ.el.j.supra de elect. & etiã
in c.quoniam contra falsam.dicit: quòd aut a sententia
fuit appellatum. & tunc non præsumitur pro sententia
tam respectu iustitiæ,quam processus.& sic intelligatur
c.quoniam.& facit,quod habetur in tex.& glo. in l.he-
rennius.§.caia.vbi glo.notabilis.ff.de euic. Aut non est
appellatum,& tunc præsumitur pro sententia tam ratio
ne iustitiæ, q̃ ratione processus.Et hoc intelligit ꝓcede
re ẽt in sententijs censuræ,qđ tene menti.de quo ẽt cõ-
sueuit dici in d. c.qm̃.& s̃.de tenun.in pręsentia. ¶ In ea
dem gl.ibi:s̃m distinctionem &c.quia si fuit excõicatus
ꝓ manifesta offensa,nõ absoluatur,nisi prius satisfaciat
aliàs debet absolui recepta cautione idonea de parẽdo
16 mandatis ecclesiæ. ¶ †Extra gl.tãgit hic Io.An. ꝙ si Epi
scopus petat ꝑ Archiep̃m suum subditum distringi ad
mandata sua seruãdum:an debebit se intromittere. Ar-
chi.dicit, ꝙ non.quia non est ordinarius ipsius subditi:
nisi in casibus expressis in iure.de quibus in ca.pastora-
lis.sed hoc casu debebat ire ad arbitros ꝑ ca.si clericus.
x.q.j.& sic residet do. Ant. Sed potes dicere, ꝙ hoc verũ
quando esset dubium:an mandatum esset iustũ, vel nõ.
¶ Si autem certum tunc videtur,ꝙ Archiepiscopus de-
beat iuuare iurisdictionem ipsius Archi.per id quod ha
betur in capitu.j.supra eodem. in princ.huius capituli.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem dare possunt canon priuilegium sedis apostolicé: & anti-*
qua consuetudo.
2 *Primatis potestas, quò ad subditos archiepiscoporum commensuratur po*
testati archiepiscopi, quo ad subditos suffraganeorum suorum.
3 *Patriarcha, an, & quando cognoscat de causis suorum Archiepiscopo-*
rum.
4 *Concilium prouinciale, an possit archiepiscopus facere sine primate, vel*
patriarcha.
5 *Patriarcharum nomine, qui intelligantur, & qui nomine primatum.*
6 *Tempus non inducit obligationem personalem: sed præscriptione legitima*
interueniente quæritur iurisdictio.
7 *Tempus inducit præscriptionem, ex qua ius acquiritur, & inducit etiam*
quandoque præsumptionem iuris.
8 *Priuilegium, an in dubio præsumatur personale, vel reale.*

QVo simul. Patriarcha non cogno-
scit de causis Episcopo-
rum subiectorũ suorum vel archiepisco-
rum suorum,nisi ex priuilegio,vel ex cõ
suetudine præscripta, vel appellationis
remedio.h.d. Et in prima decisa cõsulta-
tio. In sc̃da responsio.ibi consultation:in qua ponit re-
gulam,& casus exceptos, ex q̃bus infert ad causam q̃s-
1 tum in speciali.ibi quandiu. ¶ † Not.j.tria quę possũt
dare iurisdictionem, videlicet canon,priuilegium sedis
aplicę,& antiqua consuetudo. ¶ Et ex hoc,etiam not.ꝙ
vbi per viam iuris consuetudinis,vel priuilegij detur iu
risditio, illa est ordinaria.de quo.s̃.cod.cũ ab ecclesiarũ.
¶ Itẽ no.alia videtur esse dignitas primatię, alia patriar
chatus.de quo tangetur cum glo.ij.inter illas tamẽ quò
ad id,quod dicitur in litera non est differentia,sed pari-
2 ficatur:vt ex litera patet. ¶ †Item not.quod potestas pri
matiæ,vel primatis quò ad subditos archiepiscoporum
commensuratur potestati Archiepiscopi, quo ad subdi
3 tos suorum suffraganeorum. ¶ †Nota tres casus de qui-
bus cognoscit Patriarcha de causis suorum Archiepi-
scoporum.s.quãdo vult cognoscere per viã appellatio-
nis, vel quando habet ex priuilegio Apostolico super
hoc po-

hoc potestatem, vel ex consuetudine legitimè præscri-
pta.¶ Et ex hoc, etiam potes notare practicam forman-
di exceptionem: quia potest obijci, quod nō habet eius
iurisdictionem ex eo, quia non est de sua diœcesi, sed
sui suffraganei, nec est aliquis de casibus in quibus po
test cognoscere. ¶ Item not.ſm vnū intellectum, quod
vbi subditi grauantur, potest superior agere ratione in-
teresse quasi intersit sua eius subditos non grauari: de
quo per Inno.j.de appel.dilectis. & p glos.j.de priuil.vt
apostolicę. li.vj. ¶ Item potes notare ſm alium intelle-
ctū.q vbi detrahitur iurisdictioni superioris potest age-
re,& suam ꝓsequi iniuriam: vt hic colligitur ſm alium
4 intellectum.¶†An autem Archiepiscopus sine prima-
te, vel patriarcha posset facere concilium prouinciale
5 dic, q sic: vt voluit glo.in c.j.xviij.distin. ¶†In glo.ij.in
fi.potes dicere q nomine patriarcharum intelliguntur
propriè, & in dubio quatuor principales patriarchæ.de
quibus hr in tex.in c.antiqua.j.de priuil. sed noīe pri-
matum intelliguntur patriarchæ, vt Bituricen. Acqui-
lien. Graden.vt voluit gl.in c.j.xxj.di.vel in c. perlectis.
xxv.dis.& facit, quod no.glo.in c.ij.& quod ibi no.etiā
per Arch.lxxxix.dist.& facit iste text.coniuncta hac gl.
q si in libello dicatur conuenio titium, vel marcum, q
procedat libellus si forte ille qui cōuenitur sub vtroq;
nomine nuncupetur, & constat de quo quis loquatur.
6 facit, quod habetur.c.ex parte.s.de rescrip.¶†In gloss.
consuetudo.in fi.vel dic secundum Hosti. q tēpus non
inducit obligationem personalē.l.obligationum ferè.
§. palàm.ff.de act. & obli.l.& certis annis.C.de pac.sed
bene quæritur iurisdictio interueniente legitima præ-
scriptione: vt hic patet.& j.de foro cōpe. cum cōtingat.
7 & ix.q.iij.conquestus.& l.j.C.de malefi.¶†Item indu-
cit præscriptionem ex qua ius acquiritur.j.de præscrip.
per totum. ¶ Item quandoque inducit præsumptionē
iuris, & de iure, vt in l.cum de in rem verso.ff.de vsu.&
ibi plene de materia. & per gl.& Bar.& ex.l.si ex certis
8 annis.& per Ioan.And.j. de censi.peruenit. ¶†In gloss.
priuilegia.in fi. & an in dubio censeri debet priuilegiū
esse personale: an vero reale.dic, vt legit, & not.in c.cū
venissent.j.de instit.& de materia in regula.priuilegiū.
de reg.iur.in vj.& per Bar.in l.quia psonalis.ff.solu.ma.

SVMMARIVM.

1 *Consecrationem suffraganei delegare potest Archiepiscopus impeditus.*
2 *Delegari possunt ea, quæ sunt ordinis Episcopalis.*
3 *Consecratio facta a non catholico non prodest quò ad executionem.*
4 *Potestas consecrandi non potest committi nisi ei, qui aliàs ius habet potestatem consecrandi.*
5 *Commissio in his quæ non transferuntur a committente fieri non potest, nisi alias potestatem habēti: secus in his quæ a committente transferri possunt.*
6 *Delegari possunt secundum canones ea, quæ sunt meri, vel misti imperij, etiam si [illegible] causæ criminales, [illegible] secundum leges.*
7 *Meri imperij [illegible] quæ dicantur, & quæ misti, & quę de simplici iurisdictione.*
8 *Industria pe[illegible] electa videtur ex [illegible] negotij.*
Subd[illegible] causa criminali delega[illegible] a Principe.
9 *In cau[illegible] sanguinis adesse non debet episcopus: ideo potest eam alteri committere.*
10 *Causæ criminales, an secundum canones possint delegari.*
11 *Caractere conferre possunt excommunicati schismatici, & heretici.*

a Archiepiscopus. hoc etiam mō summat hic d. Fely. & d. Abb.

b Subdelegari. Vide hic per d. Fely. in j. col. ver. dū firmat hic Abb.

1 Vod sedem. †Archiepiscopus[a]
2 impeditus cōsecra
tionem suffraganei committere potest.
hoc dicit. & est communis diuisio, con-
sultatio, & responsio. secunda ibi: consul
2 tationi. ¶† Not.1.q ea quæ sunt ordinis
episcopalis, tanquam meri imperij non videntur dele-
gari posse, nisi ab impedito. Hostien. tamen etiam fuit
de mente glo.dicit hoc verum de honestate, sed de iu-
re etiam non impeditus, potest alteri committere, quia
a iure habet potestatem committendi, & sic committe
re poterit etiam non impeditus. per id quod habetur.s.
de offi.del.pastoralis. an autem possit committere alte-
ri episcopo sibi non subiecto.dic q sic, per id quod ha-
betur infra de conse.eccle.vel alta. in c.aqua.s.de elec.
suffraganeis.licèt honestius sit, q potius cōmittat suf-
fraganeo: vbi patet in text. ibi alicui coepiscoporū tuo-
3 rum &c.secundum Host.¶†Item no.q cōsecratio facta
a non catholico nō prodest, quò ad executionem. facit
q legitur,& no.viij.q.j.in summa.& infra de schism.c.j.
¶ Item no. q Papa videtur posse priuare quem potesta-
te consecrandi.de quo dicendum, vt habetur in c.quan
4 to.cum ibi no.s.de consue.¶†Item potes no.q potestas
consecrandi non potest cōmitti, nisi ei qui aliàs ibi ha-
bet potestatem consecrandi: vt hic colligi potest ex ver-
bo episcoporum.de quo in c.aqua.de conse.ec.vel alta.
etiam tangitur hic in gl.¶ Item not.q subtractus a gra-
tia Papæ videtur priuari omni potestate aliquid exercē
di de iure communi, & de omni alia potestate consecu
tiua ad illum.¶ In gloss.j.ibi: licet in hoc grauetur: quia
maior honor esset sibi si ab archiepiscopo consecrare-
tur, & nō haberet necesse postea eum aliter visitare. Et
no.bene, q gl.hic videtur velle, q si archiepiscopus cō-
mittit consecrationem, alteri etiam nō impeditus, q te-
neat commissio, licèt aliqualiter in hoc videatur graua-
ri ipse consecratus.de quo dixi in notabilibus. ¶ In ea.
gl.ibi, etiam dicūtur committi. Not.bene, q vbi ille cui
fit commissio habet potestatem circa id, quod commit-
titur quantum ad habitum, nō quātum ad exercitium,
tunc propriè non dicitur fieri commissio, sed dari man-
5 datum, seu licentia de faciendo. No.etiam ex gloss.† in
his quæ non trāsferuntur a cōmittente ꝯmissio fieri nō
potest, nisi aliàs potestatem habenti. secus in his q trās-
ferri possunt a cōmittente: vt sunt illa q sunt iurisdictio
nis: ea vero q sunt ordinis nō possunt cōmitti, nisi aliàs
6 habētī ptātem quantū ad habitū.¶†In ea.gl.in fin.not.
ex gl.q ea q sunt misti inperij delegantur ſm canones.
sed ſm leges nō nisi in casu absentiæ, idem voluit Inn.
in c.venerabilis.s.de offi. dele. vbi dicit, q ſm canones
ea q sunt meri, & misti imperij possunt delegari. idem
videtur velle glo.xcv.di.peruenit.vbi dicit, q nihil ha-
bēt Epi, vel Archiepi, q delegari nō possint, nisi pal[illegible]
de quo ad ea.ad hoc.s.de vsu pal.ꝯtrom videtur voluis-
se Spe.in ti.j.§.excepit. ver.itē, q est delegatus in causa
criminali, cōiter canones tenent hanc gl.videlicèt, q
ſm cano.etiā ea q sunt meri, vel misti imperij posse de-
legare, etiam si essent causæ criminales, licet secus sit se
7 cundum leges.¶†Quæ autem dicant esse de mero im-
perio, & quæ de misto, & quæ de simplici iurisdictione
tangetur per gl.& legi.in l.imperium. ff. de iurisdi.om.
iudi.vbi etiam plenè per Bart.& tangetur in Spe.de iu-
risdi.om.iudi.§.j.ver.not.& ver.ad huius autem intelli-
gentiam.& ver.ſm cano.do.Anto.hic dicit, q quædam
sunt, quæ dicuntur meri imperij: hoc est supremi, quia
reseruata sunt soli Papæ, & illa trāseunt in alium si hoc
velit expresse.s.ti.j. q ad translationem a delegato autē
b Papæ in casu prædi[illegible]o dicit, q nō possunt subdelegari b
8 quia † ex qualitate negotij videtur electa ind[illegible]a al-
leg. q habetur in c. fi.s.de offi.delega.tamen tunc adde-
re potes, an quando princeps delegat causam crim[illegible]a-
lem: an poterit tunc subdelegari. nam de hoc fuerunt
opinio.de quibus in l.j.C.qui pro sua iu.vbi gl.& Bart.
vidētur tenere, quod sic: quia talis causa: tunc exiuerit
prohibitionem iuris ar.l.pater.§.quindecim.de lega.iij.
licèt alij.contra.de quo dicendum, vt in d.l.j.& sic vide-
tur eadem ratione idem dicendum, quando Papa alterā

committit

committit aliquid de sibi reseruatis. ¶ Quædam autem sunt meri imperij sumēdo pro illis quæ sunt annexa ordini Eṗalia: & tunc talia, nisi aliàs potestatē habēti non possunt delegari: vt in c.aqua.de cōse.ecc.& si delegentur aliàs habenti potestatem, dicitur potius excitari potestas eius cui committitur, quàm delegari. facit, quod no. Spe.in prædicto ti.de iurisdi.om.iud.ver.secundum canones. & seq. ¶ Quædam aūt sunt meri imperij ex eo, quia sunt causæ, quæ expediuntur iudicis officio ad finem publicę vtilitatis, quia sunt causæ criminales: tūc secundum leges non possunt delegari, nisi in casu ab-
9 sentiæ, sed ſm canones secus. ¶ † Facit quod no.Ioan.in c.bis quibus.xxiij.q.viij.vbi dicit, ꝙ quia Eṗs non potest adesse, seu interesse in causa sanguinis.j.ne cle.vel mo.in c.sniam. Ideo si habeat temporalem iurisditionē in loco, licèt sit præsens, tamen non intelligitur impeditus: ideo potest alteri committere. Facit, qđ legitur, & notatur in c.clericis.j.ne cleri. vel mo.libr.vj. Quædam autē sunt misti imperij, vt illa, quæ expediuntur iudicis officio ad finem priuatę vtilitatis, vt est actus missionis in possessionem interponere autoritatem super transactione alimentorū, vel super alienatione rerum minorum, vel dare tutorem: & tunc talia ſm leges non delegantur.l.iubere cauere.ff.de iur.om.iudi.tñ secus est secūdum canones: vt voluit Inno.in d.c.venerabili. Quædā aūt sunt simplicis iuris, vt illa, quę expediunt̄ officio iudicis deseruientia actioni propositæ ad finē priuatæ vtilitatis: & tunc talia ſm vtrunque ius possunt delegari. ¶ Et no.ꝙ licèt gloss.& Legistæ varient in declarando q̄ dicātur esse de mero imperio, q̄ de misto, & q̄ de simplici iurisditione. tñ Moder.Legistæ maximè Gul.de Cu. & Bar.tenēt theoricā, quā.s̄.posui. licèt etiam faciant aliquas subdiuisiones in qualibet specie, ꝙ ad præsens nō
a ꝓsequor. sed plenè ꝓsequitur Bar.in d.l.imperiū.[a] Spe. etiam in præalleg. non perfectè hoc declaratur. Sed secu
10 tus fuit opi.gloss.& antiquorum. ¶ † Et ex prædictis habes, ꝙ causæ criminales, etiam graues ſm canones pñt delegari: & istud tenetur cōiter ꝑ canonistas, tamen vt aliàs tetigi in cle.j.de offic.deleg.videtur, ꝙ de iure possit teneri contrarium, præterq̄ in tribus casibus. Primus est, qñ delegatur ꝑ Papam. & sic loquitur.c.illud.alleg. in gloss.& similiter.c.sicut. qđ glo.allega. ¶ Item fallit, quando veniret imponenda pœna sanguinis: quia tunc Eṗs habens temporalē iurisditionē in loco potest delegare. vt in c.fi.ne cle.vel mo.in vj.per rationem, quam superius tetigi. ¶ Item fallit, qñ cōmittit vicario suo, vt in c.penul.de offi.vica.in vj. nam aliqua possunt cōmitti vicario, quæ alijs non possunt. facit, quod habetur in c.constitutus.de conces.præbeo. ¶ Et ex ṗdictis non videtur benè posse iure probari, ꝙ causæ criminales possint de iure canonico delegari: tñ vt dixi glos.cōiter videntur sentire contrariū, & illas etiam sequunt̄ docto. cano. & sequitur etiam hic do. Anto. & ideo ita in pra-
11 ctica seruatur. ¶ † In glo.fi.in fi.ibi: non cōferunt iurisditionē. An autē excōicatus schismaticus, vel hæreticus conferat characterē ordinis, plenè legit̄, & no.ix.q.j.in summa. & per Inno.j.de schisma.in c.j.& communiter tenet̄, quod sic: de quo dicendū, vt in locis pręallegatis.

SVMMARIVM.

1 *Committere potest Archiepiscopus causam ad se delatam per appellationem subdito, vel subditis suffraganei: eos tamen ad suscipiendum compellere non potest.*
2 *Iurisditionem voluntariam habet Archiepiscopus in suffraganeos subiectos, quatenus exercetur in volentem, nō autem habet cōtentiosam quę in inuitum exercetur.*
3 *Delegatio est actus voluntariæ iurisditionis. & nu. 5.*
4 *Iurisditio in his quæ sunt voluntariæ iurisditionis prorogatur absque consensu sui iudicis.*
5 *Legitimare non potest Imperator subditum etiam volentem de terris ecclesię sine consensu Romani Pontificis.*
6 *Delegare potest Archiepiscopus causam appellationis: nec cogitur de illo per se cognoscere.*
7 *Vinco te, si vinco vincentem te quomodo intelligatur.*
8 *Iurisditio Papæ per inferiorem ordinarium pręueniri potest.*
9 *Iurisditionem vniuersalem habet Archiepiscopus in tota prouincia: non tamen distributiuè in quemlibet de prouincia.*
10 *Archiepiscopus est iudex in causa, in qua clericus allegat Episcopum suū, & contra.*
11 *Arch episcopus supplet negligentiam Episcopi, vbi agitur de executione vltimæ voluntatis.*
12 *Archiepiscopus habet iurisditionem Archiepiscopalem in tota prouincia: & ideo potest eam visitare: non tamen habet iurisdictionem Eṗalē.*
13 *Iurisditionem vniuersalem habet Episcopus in sua diœcesi.*

b PAstoralis. Archiepiscopatus [b] † cau
1 sam ad se per appellationem delatā subdito suffraganei committere pōt, sed illum ad suscipiendum compellere nō potest. h.d. vsq; ad.§.præterea. ¶ Et primo ponitur quæstio. Secundo solutio. Secunda ibi: ad quod. ¶ In tex.ibi: officij.& j̄.deciditur exordium 3 quod fortè erat simile ei, quod habetur in cle.pastoralis. de re iud. ¶ In tex.ibi: animaduertere.i.punire, seu sententiam pœnalem in eam proferre. vel expone.i.excōicare. & sic exponatur animaduertere.i. ab anima humana gratiam aduertere per excommunicationem. xj.q. iij.nemo. & sic videtur anima mortificari, quia aduerti-
2 tur gratia ei quæ est vita animarum. ¶ † Nota ex text. tres regulas. Prima est, quòd Archiepiscopus in subiectos suffraganeos habet iurisditionem volūtariā quatenus exercetur in volentem. Secūda regula est, quòd Archiepiscopus regulariter non habet iurisditionem contentiosam, quę exercetur in inuitum in subiectos suffraganeos. Fallit in casu appellationis, & in alijs casibus de quibus tangetur in glo.in verbo: exceptis. Tertia regula est, quòd Archiepiscopus regulariter est iudex suffraganeorum, & etiam quò ad iurisditionem contentiosam, quando contra illos agitur ex prima regula patet inferri posse, ꝙ Archieṗs subiecti suffraganei potest cau
3 sam delegare † quia delegatio est actus voluntariæ iurisditionis. ideo potest exerceri in non subiectum volētem. nam, ex quò vult surgit, quędam tacita prorogatio, & quod delegare sit voluntariæ iurisditionis. satis patet ex his, quæ habentur in l.fina.ff.de officio præfecti vrb.
4 & in c.nouit.s̄.tit.j. ¶ † Et ex prædictis etiam no.ꝙ in his quæ sunt voluntariæ iurisditionis prorogetur iurisditio absq; consensu sui iudicis; quod videtur esse verum in his, quę sunt iurisditionis, seu in his quæ sunt ordinis.
5 vt in c.cū nullus. de tempo.ordi.in vj. ¶ † Item secus in his quæ sunt supremæ potestatis, & iurisditionis. vnde secundum cōem opin. non potest legitimare imperator etiam volentē subditum de terris ecclesiæ sine cōsensu Romani Pontificis. de quo dicendū, vt in c.per venerabilem. qui filij sint legi. ¶ Item nota, quod ille qui habet potestatem non ꝑ hoc habet potestatē coercendi, quod videtur esse contra ea, quæ habentur in c.ex literis.& c. pastoralis.in prin.de offi.deleg. Sed dic, ꝙ cōtrarium ꝓcedit in eo, qui habet potestatem in eū cui delegatur: vt quia est delegatus, vel legatus Papæ. sed hic loquitur in eo qui habet potestatem in eum cui delegat: & tunc nō est bona consequentia, ergo, & compellere, cum delegare sit voluntariæ iurisdictionis, vt dictum est.s̄. sed compellere est contentiosę iurisditionis inter quæ est differētia. vt patet ex his, quę habentur in l.ij.& l.obseruare.§.
6 fi.de offic.procō.& leg. ¶ † Item not.ꝙ Archieṗus potest delegare causam appellationis, nec cogitur illam per se cognoscere, quod videtur contra ea, quæ habentur in auth.ad hæc.& in corpore, vnde sumitur. C.de iud. Sed dic, quod illud non ꝓcedit ſm leges, sed sc̄dm canones.

a L.imperium. vbi vide late per Alexā de Imol.in l.c.sua quā protrahit, per viii. vel ix.col.

b Archiepiscopus. Idē sūmat hic. domi. Feli. post Abb. & si quæris, an Episcopus possit cognoscere ꝑ modum querelæ de causis subditorum prælatorum sibi subiectorū. vide hic dicti. per d. Hen. nov.ī prin.c.cōiū cta hac di. & de his q̄ dñr hic per do. Fel. habebis plenè materiā huius. c. si diligenter inspicias.

vt legitur,& not.ſ.de offic.deleg.ſuper quæſtionū.§.in-
7 tentiones.& ibi no.in gl.¶†Item no.ꝙ hic fallit regula,
ſi vinco vincentem te fortius vinco te.de qua in l.acceſ-
ſionibus.ff.de diuer.& tempo.præſcri.& de conceſ.præ-
ben.in c.autoritate.li.vj.nam Archiepiſcopus habet iu
riſditionē in Epm̄: quia Eps̄ vincit ſubditū ſuum,& in
eū exercet iuriſditionē contentioſam : & in hoc nō po-
teſt facere Archieps̄,ſed ratio fallentię eſt,qa nō eſt ea-
dē ratio.nā Eps̄ eſt ſubiectus Archiepō:ſed nō ſubditus
ſuffraganei.facit,qđ no.ī d.c.autoritate. & in auth.licèt.
C.de na.li.¶Itē not.ꝙ licèt cā differat per appellationē
ad Archiepm̄:in ꝓ hoc nō hēt iuriſdictionē,niſi in par-
tes,& inter quas vertit q̄ſtio:non aūt in aliū de diœceſi
ſuffraganeorum. ¶In quo aūt loco poſſit cognoſcere de
eā talis app.dic,vt hr̄.in c.vt litigātes.j.eo.in vj.¶In gl.j.
in fin.primā opi.videtur tenere Bartol.Brix.in c.capite.
l.diſt. & illam etiam tenet hic Hoſtien. niſi de ſpāli pri-
uilegio,vel cōſuetudine aliud appareat. & iſtud etiā vr̄
hic ſequi Io.An.vnde cōcludit,ꝙ de iure cōi,quò ad iu-
riſditionē Epi,& p̄latorū ſibi ſubditorum reſpectu ſub-
8 ditorū ipſis prælatis locus erit præuentioni: † qa etiā iu
riſditio Papę per inferiorem ordinariam poteſt p̄ueniri.
j.de appel.vt debitus. cū ibi no.ergo,& eadē rōne,& iu
riſditio Epi per ſuū inferiorē poterit p̄ueniri: vn ſi alter
eorū p̄uenit ſnīæ,ſiue ſit Eps̄, ſiue ſit inferior prælatus,
nō poterit alter ſe intromittere.facit,qđ hr̄.j.de fo.cōp.
ꝓpoſuiſti.& ſ.eo.cū ab eccleſiarū, & fiet p̄uētio ꝑ cita-
tionē,ꝑ id,qđ hr̄.in d.c.ꝓpoſuiſti.& d.c.vt debitus.& ſi
ambo ꝯcurrerēt p̄fertur Eps̄ rōne maioritatis in decre.
& ſi ad ſedē.de præbē.in vj.& xj.q.iij.q reſiſtit. ¶ Et in-
tellige,ꝙ ſi inferior prælatus pręuenit Epm̄ non poterit
ſe Eps̄ intromittere,quò ad cognitionē illius cauſæ.Po-
terit tamen ſi inferior prælatus excōicauerit ſubditum
præuenire Epiſcopum in abſoluendo , licèt iniuſtè fa-
ciat abſoluere ſine cōſcientia inferioris prælati, vt dictū
fuit.ſ.e.tit.c.cū ab eccleſiarū.¶In glo.j.in fi.ſuper ea,&
prædicta vera,niſi ſpeciale priuilegium,vel conſuetudo
aliud inducat : quia tūc illud ſeruari deberet. per id,qđ
habeť in c.cū contingat.j. de foro comp. & j.e.c.irrefra
gabili.§.exceſſus.& in c.fi.ſ.de offi.archi.xj.q.de perſo-
na. vbi tangit, an poteſt Eps̄ reuocare inferiorem ordi.
vt de cauſa non cognoſcat,poſtquam incepit.nam vide
tur,ꝙ non per p̄dicta , ex quò locus eſt præuentioni: &
hoc verū,niſi eēt oīno eadē iuriſdō cū iuriſdōne Epi,vt
eſt iuriſditio vicarij Epiſcopi.vt in c.ij.de cōſue.in vj.&
in c.Romana. in vj.nā tunc poteſt Eps̄ illum reuocare,
quando vult per. l.iudiciū ſoluitur. ff.de iudi. & ſic po-
teſt intelligi prima opi.quæ fortè hoc voluit ſentire , cū
allegauit prædictam.l.iudiciū ſoluitur. ſic etiam poteſt
reuocare, qn̄ vult iuriſditionē ſubdelegare . vt d.l.iudi-
ciū ſoluiť. Secus quando iuriſditio inferioris p̄lati non
eſt omnino eadē cū iuriſdōne Epi,vt cōtingit in iuriſdi
tione inferioris p̄lati plebani fortè , vel Abbatis.ſ.eod.
cū ab eccleſiarū. & c.quāto.differt tn̄ iuriſditio Epi etiā
quò ad ſubditos taliū prælatorū a iuriſditione Archiepi
ſcopi,quò ad ſubditos ſuffraganeorū : qa iuriſditio Epi
ſe habet,vt genus,& diſtribuitur ad quamlibet ſpeciem
ſubditorum ſuæ diœceſis, niſi aliud habeat priuilegiū,
vel ꝯſuetudo:ideo tūc locus eſt p̄uentioni cū iuriſditio
p̄latorū inferiorū nō ꝑ hoc iudicat exceptionem ſubdi
torū a iuriſditione Epiſcopi: ſed potius accumulet pote
ſtatē poteſtati . Secus eſt in iuriſditione Archiepiſcopi ,
quia ille habet iuriſditionem vniuerſalem in prouincia
quæ non diſtribuitur ad quemlibet de ipſa prouincia.
Vnde poteſtas Archiepiſcoporum nō accumulatur po-
teſtati Archiepi. Sed potius eximit ſubiectos ſuos a iu-
riſditione ipſius Archiepi. Et ideo tunc non eſt locus
præuentioni, nec habet iuriſditionem in ſubditos ſuo-
rum ſuffraganeorum, niſi in caſibus a iure expreſſis. &
c.de materia.in c.p̄ſona.xj.q.j.& q.iij.qui reſiſtit.& in p̄-
allegato.c.l.diſtin.c.peruenit. & in Spec.in tit.de appel.
§.de officio.ver.quid ſi iudex.ad id,qđ dixi de reuocatio
ne poteſtatis vicarij.facit,qđ hr̄ in c.clericos. & ibi not.
9 per Ioan.Andre.ſ.de offic.vica. ¶†In gloſſ.exceptis.ibi
nec ideo ſequitur,&c.quaſi velit gl.quod licèt Archiepi
ſcopus habeat iuriſdōnē vniuerſalē in tota ꝓuincia, ta-
mē illa nō diſtribuitur in quemlibet de ꝓuincia : & ſic
illa verba dū dicit, quòd Archiepiſcopus eſt ordinarius
totius prouinciæ ſumuntur collectiuè,& non diſtributi
10 uè. ¶In ead.ibi gloſſ.xij.diſtin. in c.illud. ¶†In eadem
gloſſ.ibi inter Epiſcopum, & clericum ſuū, vt quia cle
ricus accuſat Epiſcopum:& idem etiā econtra ſi Epiſco
pus accuſet clericum.ex quò cauſa eſt criminalis,vt ha
betur in c.j.vij.q.ij.allegata in gloſ.& facit qđ dicitur.j.
eo.c.irrefragabili.¶In ead.gloſſ.ibi,quando Epiſcopus
eſt negligens. Secus ſi eſſet excōicatus.vel propter deli
ctū ſuſpenſus,qa tūc nō intromittit ſe Archiepiſcopus.
11 in c.Romana.de ſupplen.negli.præla.in vj.¶†Et not.ꝙ
vbi agitur de executione vltimæ voluntatis ſupplet Ar-
chiepiſcopus negligentiam Epiſcopi. vt in auth.de ec-
cle.titu.§.ſi quis autem pro redemptione. & ſequen.col
la.ix.¶In eadem gloſſ.ibi:item cum euidens eſt,&c.&
idem dicendum in quocūque delicto notorio , quia eo
ipſo,quod notorius ſatis apparet de negligentia Epiſco
pi.j.de cenſi.c.Romana.§.ſanè.li.vj. ¶ Ideo tunc poteſt
ſe intromittere Archiepiſcopus . vt ibi,etiam per id,qđ
eſt dictum ſupra in gloſſ.quando Epiſcopus eſt negli-
gens . ¶In ead.gloſſ.in fin.Adde alios caſus ſecundum
docto.nam dat literas indulgentiarum per totā prouin-
ciam.j.de pœnis.c.noſtro.& eo.titul.c.Romana.libr.vj.
¶Item cum viſitat poteſt confeſſiones ſubditorum audi
re,& abſoluere . de cenſibus.c.fi.libr.vj.& ibi etiam ex-
preſſum eſt,quod negligente Epiſcopo poteſt Archiepi
ſcopus viſitare totā prouinciam ſeruata forma capituli
primi.de cenſi.in vj.¶Item poteſt ſe intromittere Archi
epiſcopus cum cauſa deferrur ad eum per conſultatio-
nē.xvij.diſtin.c.multis.¶Item in tangentibus totam ꝓ-
uinciam.infra de cōſti.ex frequentibus.& viij.q.iij. Ar-
chiepiſcopus.¶Item,quò ad congregationem prouin-
cialis concilij,& ea quæ aguntur. id eſt ſtatuūtur ibidē.
infra de pręben.graue.& de accuſa.ſicut olim.¶Item in
caſu.c.Romanā.de pęn.in vj.¶Itē in ratione priuilegij,
vel conſuetudinis.ſ.eo.in c.duo. & de foro compe. Ro-
mana.libr.vj. ¶Item ſi inter Epiſcopum , & capitulum
fiat permutatio ſuper aliquibus rebus mobilibus , cum
Epiſcopus non poſſit autorizare in facto proprio : & ad
hoc,quod legitur,& nota.in clemen.ſi vna. de rebus ec
cleſiæ non alienan.& in l.j.ff.de autoritate tutorū. ¶Itē
quando Epiſcopus recuſatur: nam poteſt etiam tūc in-
terdum ſe intromittere Archiepiſcopus.j. de appellat.
in c.cum ſpeciali.¶Et not.ex gloſſ.iij.opinio.in hac ma
12 teria.Innocen.verò hic dicebat,quod† Archiepiſcopus
habet iuriſditionem Archiepiſcopalem in tota prouin-
cia:ideo poteſt illam totam viſitare. vt dixit hic gl.in fi-
ne. Sed non habet iuriſditionem Epiſcopalem in tota
prouincia:ſed ſolum in ſua diœceſi. facit,quod habetur
in capit.j.xxj.diſtinc.Et quod habetur in clementi.fina.
de priuile.vnde non ſequitur ſecundum eum eſt iudex
totius prouinciæ:ergo eſt iudex cuiuſlibet de ꝓuincia:
quia Epiſcopus eſt ordinarius diœceſis . & tamen non
eſt iudex exemptorum . ¶Item licèt habeat Epiſcopus
iuriſditionem in ſubditos,non tamen habet in quemli-
bet ſuæ iuriſditionis.vt eſt videre in notario. qui ita re-
ctè viuit,quod nec conuenit aliquem, nec conuenitur,
nec correctione indiget xxij.diſt. in c. de Conſtantino-
poli.pauci tamen reperiuntur tales. ¶Et hæc opinio ſa
tis videtur procedere.tamen domi.Anto.per alia verba
dicit,quod Archieps̄ habet iuriſditionem vniuerſalem
in pro-

In prouincia: sed non distributiuam in quemlibet, nisi
13 in casibus expressis in iure. ¶ † Episcopus verò habet iurisdictionem vniuersalē in sua diœcesi distributiuā etiā in quēlibet de diœcesi, nisi consuetudo contrariū inducat. de quo tangitur super gl.j.& per hoc dicit, ꝙ excommunicatus ab Episcopo, non potest absoluere Archiepiscopus.ix.q.iij.nullus. nec potest etiā regulariter excōmunicare subditos suffraganei. vj.q.iij. si totus. & iij.q.vj.peregrina. Licèt secus sit in Epō quò ad subditos ꝑlatorum sibi subditorū, vt dictum fuit cum glo.j.& s̄.eod. c.cum ab ecclesiarum prælatis. quia quò ad illos non habet iurisditionē allegatā, nisi aliud habeat consuetudo. ¶ In gl.potestatē.in fi.& sic patet, ꝙ deuoluta est causa appellationis ad Archiepiscopum, quò ad hoc, vt possit cognoscere de causa ꝑ se, vel per alium inter personas, inter quas litigatur: sed non quò ad alias personas, & iō non potest compellere subditum suffraganei. Poterit tm̄ mandare suffraganeo, vt illū compellat ad suscipiendā delegationem: & si infra tempus congruum ad hoc assignatum, non fecerit: nec aliquam iustam causam prætēdat: videtur, quod tunc poterit cogere vtrunque. per id, quod habetur supra in c.quanto.& c.ad reprimēdam. & hoc etiam videtur de mente glo.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatus propter contumaciam in non veniendo potest oblata satisdatione de parendo iuri purgare contumaciam: sed prius debet soluere expensas.*
2 *Delegatus in causa sibi specialiter commissa est maior quolibet ordinario: & de illa non potest se intromittere legatus, nec alter ordinarius, nec absoluere a sententijs per eum latis.*
3 *Successor delegati in onere, & honore potest facere, quod poterat prior delegatus.*
4 *Ordinarius, an, & quando possit absoluere a sententia delegati Papæ.*
5 *Præscriptio annalis qualiter per reum purgari possit.*
6 *Stipulari potest ordinarius alteri tanquam publica persona.*
7 *Possessio vera, an post lapsum anni transferatur per missionem in possessionem.*
8 *Decretum scdm, an requiratur ad hoc, vt quis efficiatur verus possessor.*
9 *Ad interrumpendam præscriptionem annalem cautio dari potest: non tamen ad finem aduocandi possessionem.*
10 *Annus, siue cursus anni requiritur ad hoc, vt quis cōstituatur verus possessor in reali, si missio fiat ante lit.contesta. secus si post.*
11 *Absoluere, non pōt ordinarius a sententia delegati Papæ præterquam in mortis articulo: secus in sententia censuræ lata per ius commune.*
12 *Infra annum audiri potest reus veniens pro recuperanda possessione: petens verò ab excommunicatione absolui potest post annum audiri.*
13 *Confiteri, an possit quis laico in casu necessitatis: si ei non sit copia sacerdotis.*
14 *Absolui, an possit a sñia excōicationis per delegatum Papæ lata mulier prægnans tempore partus tanquam sit in periculo mortis constituta.*
15 *Missus in possess. in reali post annum efficitur possessor.*
16 *Litis contesta. interrumpit, & perpetuat actiones vsque ad xl. annos.*
17 *Stipulari potest sacerdos alteri.*
18 *Dictio, quasi, quandoque importat veritatem.*

a Præterea. Mortuo [a] delegato Papæ, qui excommunicauit reū, vel actorem in possessionem induxit, si eius successor in delegatione succedit, reū absoluere, & possessionem restituere poterit: alis solus Papa restituet, & absoluet præterꝗ̄ in mortis articulo, ne tamen currat annalis pręscriptio reus corā ordinario, vel publicis personis de stando iuri præbeat cautionē. h.d. Et primo ponitur quæstio. Scd̄a solutio. Tertio consulit, & dat ꝓuisionem. Scd̄a ibi. ad quod. Tertia ibi: verūtamen. ¶ Nota duos modos puniendi cōtumaciā, videlicet, excōmunicando reum contumacem, vel mittendo actorē in possessionē. facit, qđ habet in c. qm̄. in fi.& c.tuæ j. vt lite.contesta. ¶ Item nota pro excommunicatione fiēda ab hoīe ꝑcedere debet ꝯtumacia. de
1 quo in c.de ꝑsbyterorum.xvij.q.iiij.& xj.q.iij. ¶ † Item no. ꝙ excōicatus ꝓpter contumaciā in nō veniendo videtur purgare contumaciam, & si sit manifesta oblata satisdatione de parendo iuri: debet tamen, quando est manifesta etiam prius satisfacere de expensis. j̄.de sen.
2 excō.venerabilibus.§.secus.li.vj. ¶ † Itē not. regulam, ꝙ delegatus in causa sibi specialiter commissa maior est quolibet ordinario: ideo nec legatus, nec alter ordinarius potest se de illa intromittere, nec absoluere a sentētijs per eum latis: nec etiam relaxare tenutam per eum
3 datam. facit. supra ritu.ij. insinuante. ¶ † Item nota, quod successor delegati in onere, & honore potest facere, quòd poterat prior delegatus: dicitur autem esse successor in onere, & honore, quando delegatio fuit facta sub nomine dignitatis. s̄.de offi.deleg. quoniam Abbas. ¶ Et nota, ꝙ esse delegatum est onus, & non honor tm̄. facit. l.munerū.§.mista.ff.de mune.& hono. ¶ Itē nota,
4 ꝙ † licèt regulariter ordinarius nō possit absoluere a sententia delegati Papæ. Fallit vbi imminet mortis periculum, ad idem, quod habetur.xvij.q.iiij.c.si quis suaden-
5 te. ¶ † Item no. practicā interrumpendi præscriptionem annalem ordinatam ad requisitionem veri possessoris, quia præstari debet cautio corā ordinario, seu ipsi ordinario, & si eius non hr̄ copia præstari debet corā publi-
6 cis, & honestis ꝑsonis. ¶ † Et ex ꝑdictis no. ꝙ ordinarius vt publica ꝑsona videt̄ posse alteri stipulari, & requirere. de quo in l.cum pro quo. ff.de in ius vocan. & facit, qđ habetur in l.j.ff.de iusti.& iur. & in c.q̄q̄.de vsur.in vj.& in l.iij.ff.rem pu.sal.fo.& in authen.generaliter.C. de Epis.& cle. ¶ Item, etiā no. ꝙ publicę, & honestę per-
7 sonæ aliquando surrogantur loco iudicis. ¶ † Item not. argu. pro, & contra, ꝙ per missionem in possessionē, an ꝑ lapsum anni trāsferatur possessio vera: nam, qđ transferetur faciunt illa verba ibi post annum verus efficitur possessor, qđ tunc, an transferat̄ faciunt illa verba ibi si post annum recuperare posset, &c. de quo in l.si quis emptionis circa fi. C.de pręscrip.xxx.anno.& j̄.vt lit.nō contesta. quoniam frequenter.§.in alijs. & §.quòd si su-
8 per. ¶ † Item no. ꝙ ad hoc, vt efficitur quis verus possessor non videtur necessarium secūdum decretū. de quo in d.§.ꝙ super.& §.fi.& c.cōtingit. de do. & cōtu.& tāgi-
9 tur hic per gl.in verbo possessor. ¶ † Itē not. ꝙ licèt corā personis hic descriptis possit præstari cautio ad finē interrumpendi præscriptionē annalē. nō tamen potest ꝑ-
10 stari ad finē tunc aduocandi possessionem. ¶ † Et adde, quòd cursus anni requiritur, vt quis constituatur verus possessor in reali, quando immissio est facta ante lit.contesta. Secus si facta sit post lit.conte. vel quasi, quia tunc statim efficitur possessor. vt legitur, & no. in d.§.qđ si super eo.& C.quomodo, & qn̄ iudex. in l.cōsentaneum.
11 ¶ † Item adde, quod licèt ordinarius nō posit absoluere a sententia delegati Papæ, nisi in mortis articulo, tamen a sententia censurę lata per ius cōe potest absoluere. j̄.de sen.excō.nuper. nisi absolutio sit expresse reser-
12 uata Papę, vt contingit in casu. c.si quis suadente. ¶ † Itē no. ꝙ licèt demum infra annum veniens reus ad finē recuperandę possessionis audiatur: tamen si velit absolui ab excommunicatione videtur quod audiatur etiā post annum, cū hic non ꝓhibeatur, quod potest procedere, quando excommunicatio fuisset lata ante diffinitionē. Secus si postea, quia tūc solum infra annum posset absoluere delegatus. secundum ea quæ no. s̄.de offi.dele.
13 in c.quærenti. ¶ † In.glos.in mortis. in fi. hæc vltima opinio est vera: quia in casu necessitatis, vbi quis non habet copiam sacerdotis potest cōfiteri laico: & sic absolutus est quantum ad Deum: ex quò non stat per eum quominus confiteatur sacerdoti: sed ex eo, quia nō poterat habere eius copiam. ipse autem laicus non habet potestatem absoluendi, quia nō habet potestatem cla-

a Mortuo. idem summant hūc §. Do. Fel. & do. Abb. Et vid hic do. Fely. prope prin. vbi ponit regulā quod excōmunicat⁹ ab homine non potest absolui ab excommunicante. & subiungit fallentias cum limitationibus quem omnino vide.

tium, quæ data fuit Petro, & successoribus: & sic etiam
alijs sacerdotibus, qui quãtum ad hoc sunt successores
Petri. sed non ipsi laici, vt est expressum de pœn. distin. j.
quem penitet. & distin. vj. qui vult. & hoc casu intelligi
debet illa autoritas Apostoli. Confitemini alterutrum
peccata vestra, quia locum habet, quando non habetur
copia sacerdotis. ¶ Item aduerte, quia gloss. tangit de
tribus, videlicet, de transeunte, seu intrante mare. ¶ Itẽ
de obsesso. ¶ Item de ingrediente bellum campestre.
quò ad primum concor. Hostien. cum gloss. quò ad se-
cundum dicit ponderandum medium obsessionis, &
qualitatis personæ, an scilicet, sit bellatrix. nam si lo-
cus obsessus expugnetur cum machinis, cõmune peri-
culum est omniũ obsessorum, cum lapis supra quem-
libet posset venire. Ideo tunc satis dicitur innuere
mortis periculum: & sic possit procedere gloss. Si au-
tem expugnatur cum balistis, vel alijs armis peri-
culosis. tunc, quò ad pugnatores dicetur satis innue-
re periculum: quia si expectaretur vulnus fortè daretur
mors cum vulnere: & fatuum est dicere secũdum Ho-
stien. quod post mortem ad medium recurratur. facit
quod nota. in l. j. C. vnde vi. vbi dicitur, quod quis se de-
fendendo non tenetur expectare primum actum; quò
ad alios non pugnantes nõ dicitur imminere tunc mor
tis periculum: ideo non possunt absolui. ¶ In eo autem
quod dicit gloss. de ingrediente bellum campestre. con
cor. Hostien. dummodo bellum sit iustum, & quod di-
ctum est etiam de obsessis procedit, quando iustè se de-
fendunt. Secus si iniustè: quia tunc cum sint in cõtinuo
peccato nõ poterunt absolui. j. de pœni. in c. quod qui-
dem. quod dicit Hostien. esse verum, nisi tales pęniteãt,
& non possint securè exire: quia tunc poterunt absolui,
ex quo imminet periculum, secũdum ea, quæ supra dixi.
duntamẽ taliter, quod nihil possit imputari. dicit etiam
Hostien. quòd in omnibus prædictis casibus si absolu-
tus euadat, vel eius hæres, si mortuus fuerit, debe-
bit ad excommunicatorem recurrere, & ei humiliter
14 obediri. infra de senten. excõ. c. de cætero. ¶ † Quid autẽ
de muliere prægnante, an possit absolui, tanquam sit
mortis periculo tempore partus, distinguenda est con-
ditio mulieris secũdum Hostien. quia si est incorpulenta,
& multos habuerit filios, & de facili consueuit parire
non est absoluenda, nisi aliud periculũ immineat. ¶ Si
autem aliàs non peperit, & multum timeat partum, &
fortè est debilis, vel aliàs cõsueuit esse in periculo mor-
tis in alio partu, poterit absolui. Subdit tamen, quod quia
experientia docet, vt etiam multis abũdantes in prole.
interdũ in partu cõtingit decedere, quod piũ esset dicere
simpliciter, ĩ partu mulieres absolui posse, quãdo imminet
partus: & maximè, quia si euadãt, reincidũt in excom-
municationẽ, nisi satisfaciant ad mandatum Papæ. secũdum
ea, quæ habentur j. de sen. excõ. eos qui. lib. vj. Et tene be-
nè menti istam glo. quia sæpe ad eam fit remissio, an quis
possit confiteri laico in casu necessitatis, vel ab illo ab-
15 solui. ¶ † In gl. possessor. ibi verus possessor post annum.
hic dic, quod missus in reali satis efficitur possessor: sed nõ
irreuocabiliter, quia reus infra annum veniens potest
recuperare: sed post annum non auditur reus volens re
cuperare possessionẽ. Ideo demum post annum dicitur
esse verus possessor ipse immissus: quando autem agi-
tur personali, clarum est quod non efficitur possessor,
nisi interueniat secundum decretum, vt ibi tangit glo.
¶ In glo. penul. ibi, quia sola lit. contest. &c. quasi velit,
quod licet lit. cõtesta. perpetuet actiones vsq; ad annos
xl. l. j. C. de annli excep. Et sic nõ solum interrumpit: sed
perpetuat, tamen alia interruptio nõ perpetuat: sed sim
pliciter interrumpit. Et sic ex tẽpore interruptionis ne
cessaria est noua præscriptio. ad quod facit, quod not. in l.
cum vero. alleg. in gl. Et sic secũdum hoc videretur, quod hic post
factam interruptionẽ de nouo inciperet præscriptio an-
nalis, sicut erat prima, cuius contrariũ vult gl. do. Anto.
hic concludit, quòd si ante cursum præscriptionis anna-
lis superuenit priuilegium, vel aliud faciens dormire pre-
scriptionem, tũc, cessante illa causa incipiet cursus, seu
currere illa præscriptio. j. de verborum signifi. c. dilecto.
¶ Si autem interueniet interruptio: tunc si interuenit per
oblationẽ, & cautionis præstationẽ: tunc, quia interrumpẽs
semper durat: & sic nõ est necessaria noua interruptio, quod
tunc, nõ curret ipsa pręscriptio annalis. ita intelligatur
gloss. ¶ Secus si tantum cautio fuisset oblata, & pars no
luisset tũc suscipere: quia videtur, quod tunc nouus annus
incipiat post interruptionem, & nisi iterato interrumpa
tur post talem, an efficeretur possessor, quod tene mẽti,
& per ea quæ tetigit glos. dicit hic Hosti. quòd cum citatio
perpetuet iurisdictionem, licèt nõ perpetuet actionem,
etiam de iure canonico eueniet mirabile, scilicet, quòd
durabit iurisdictio, & tamen extinguitur actio: sed tunc
iurisditio quò ad effectum erit inanis, si actio sit extin-
cta, & quod dixit glo. de præscrip. xl. ¶ Sed materia contra
procedet, quãdo quis vellet pręscribere contra ecclesiã. ¶ Si
autem contra laicũ, tũc etiam de iure canonico posset
procedere præscriptio. xl. annorũ. secũdum ea quę habentur in
c. de quarta. & c. illud. & ibi etiam dixi. j. de præscriptio.
¶ In ea. gl. ibi: vel debet habere conscientiã, &c. facit. l.
16 nemo. C. de acquiren. possess. ¶ † In ea. gl. ibi credo tñ, quod
si aliter, non habeat. alij dicunt, quod cum missus non fiat
verus possessor, ex quo facta fuit interruptio, nõ curret
præscriptio, etiam si per annum possideret. ¶ Vnde dicunt gl.
intelligendam, quando non fuit facta interruptio anna
lis: sed alij tenent cum gl. quia licèt, non fuerit factus ir-
reuocabilis possessor, ex quò interrupta fuit præscriptio,
tamen, ex quò verè possidet, vt superius dixi cum gl. in
verbo possessor. videtur, quod possit procedere præscriptio:
& plus videtur hic velle do. Flor. quod etiam si habeat con-
scientiam, quod res sit illius a quò petit: tamẽ possit præscri
bere, quia secũdum eum, quis non potest præscribere, quãdo
habet consciẽtiã rem esse alterius, quam eius, a quo ha
beat causam. Sed vbi habet conscientiam rem esse eius
a quo habet causam verè, vel interpretatiuè, vt est in ca
su isto. Facit, licèt ipse non alleget, quod habetur in l. si
ob causam. C. de euic. vbi factum iudicis reputatur fa-
ctum partis: tunc bene potest præscribere, & sic intelli-
gatur hic glo. tñ si ponderetur videtur velle, quod si habeat
conscientiã læsam, quia verè sciat rem esse rei: tunc non
possit præscribere. per hoc, quod habetur in c. fi. j. de pręę
script. & istud fortè verius per c. non tamen. & ibi nocе-
bit si non habeat talem consciẽtiã hoc solo, quod res dedu-
cta est in iudicio: quia deducta est per eum, qui putat se do-
minũ: & sic etiam præsumitur propter iuramentũ de cal. idẽ
tunc bene potest pręscribere. Nec ob. l. nemo. C. de acq.
pos. quia ibi loquitur respectu eius cõtra quem agitur,
quia contra illum pręsumptiuè inducitur mala fides: nõ
autem cõtra eum, qui rem in iudicium deducit. per hoc
quod habetur in l. non solum. ff. de regu. iur. vbi conte-
statio non debet nocere lit. contes. facit, quod dixi in c. si-
gnificauerunt. j. de resti. Et ad prædicta, etiam facit, quod ha
betur in tex. & glos. xvj q. iii. c. j. an tamen quò ad omni-
modam impediendam præscriptionem inducatur ma-
la fides contra eum, contra quem agitur. de quo tangit
gloss. in d. c. j. dicam in capitu. fin. j. de præscrip. adde his,
quæ dicta sunt, quòd satis videtur posse dici, quòd opin.
domi. Florenti. j. quando dicit, quòd præscribere potest
habens conscientiã rem esse illius, a quo habet causam
verè, vel interpretatiuè, procedat in casu. l. generaliter. ff.
de noxa. & quando est possessio serui alieni, qui damnũ
dedit ipsi damnum passo, cum ipse dominus teneatur,
vel seruum dare pro noxa: vel emendare damnum:
ideo non facit esse magnum præiudicium si præscriba-
tur con-

tur contra dominum:& satis videtur iustificari consciē-
tiam præscribentis: ex quò de iure tenetur dominus si-
bi ad alterum prædictorum.l.miles.§. decem.s̄.de regu.
iur.Sed in casu huius.§.procedat opi.gl.quia si verè ha-
beat cōscientiā,q res sit aliena,non poterit pręscribere.
Secus si non habeat talem cōscientiam:sed potius cre-
dit rem esse suā ipsius petentis,licèt deducta fuerit in iu
diciū:qa deducta fuit per eum.& no.contra eum.vt s̄.di
xi. & in casu isto cessat rō, de qua dixi circa.l.generalr.
¶ In gl.fi.ibi:aliàs nō noceret hoc intellige, nisi ex post
facto,qui voluit incipere,peteret,quia tunc deberet sibi
præstari,p id,quod habeē in l.debitor.ff.de vsuris.¶ Ex-
tra glo.quæritur,quæ sint iste publicæ.& honestæ perso
næ de quibus litera dicit.dicit Io.And.post Host.q sunt
sacerdotes, tabelliones,vel alij vicini,dūmodo boni vi-
ri,seu honesti.¶ Et ex hoc no.casum in quo priuata pso
na habetur pro publica. Et etiam nota casum, in quo sa
cerdos supplet vicem tabellionis.de quò per Iac.de Are.
7 in l.j.ff.de iusti.& iur. † vbi dicit, quòd sacerdos pōt sti-
pulari alteri circa ea,quæ spectāt ad eum,seu ad eius of-
ficium.de quo etiam per glo.in c.q̄.q̄.de vsur.in vj.¶ Et
no.q hic etiam habes casum, in quo etiā in spectātibus
ad ipsum potest alteri stipulari sicut, & tabellio. de quo
tabellione habetur in l.ij.ff.rem pu.sal.fo.An aūt suffi-
ciat coram vno sacerdote,vel coram vno tabellione hoc
fieri gl.voluit,quod sic.in l.vt imperfectius.C. de anna.
excep.& idem Spe.in ti.de primo decr.§.nūc de effectu.
ver.& not.q p̄missa,& seq.& præsertim in ver. sed quas
appellat.& ibi dicit,q non est necesse actorem citari,qñ
p̄statur hæc cautio. Alij aūt, quod hic dicit de ordinario
debeat intelligi de ordinario illius cāæ principalis.h. d.
q tutū est,quòd coram illo fiant : tamen si fiat corā alio
valebit per istum text. qui simpliciter loquitur de ordi-
nario.de quo etiam in Spe. in loco præallegato an autē
huius ordinis peruersio habeat vit Are.Ioan.And.tenet
hic,q non.idem Spec.in loco pręalleg.Innoc.tamen, &
Hostien.in c.j.j̄. de eo, qui mit.in pos.cau.rei seruan.&
ibi Ioan.An.super glo.dicit,quòd ordo esset in præstan-
do huius cautionem,vt in primo protestetur parti si fie-
ri potest. secundo si id fieri non potest protestetur ordi-
nario:& si id fieri non potest protestetur tabellioni,& in
subsidiū protestetur honestis viris, & sine dubio tutius
est hunc ordinē seruare attento tenore huius literæ tñ,
qa in hoc non versatur magnum p̄iudiciū satis videtur
tolerari,q peruersio ordinis non habeat vitiare argu. l.j.
in fi.ff.de ven.in pos.mit.¶ Et no. q hic dicit quasi præ-
scriptionem annalē interrumpat,&c.& sic videē innue-
re,q non sit vera p̄scriptio,q non videtur verum cum sa
tis videantē esse requisita ad præscriptionem.potes dice-
9 re,q † dictio quasi hic notat veritatem. vt habetur in si-
mili in tex.& gl.in l.si ante nuptias.ff.solu.mat.vel ideo
dicitur,quasi pręscriptio,quia per eam non quæritur p̄-
scriptio,sed possessio,vel potest referri ad verbum inter-
rumpat, quasi non sit vera interruptio,sed interpretati-
ua iuris dispositione prima expositio fortè melior:

SVMMARIVM.

1 *Statuta facere potest Episcopus in sua diœces.*
2 *Papa, quando committit causam appellatione remota in casu, vbi aliàs a iure est remota, tunc clausula appellatione remota intelligatur remouere appellationes solum ad limites iuris, & non vltra.*
3 *Clausula appellatione remota quid operetur.*
4 *Processus per ordinarium factus ex viribus potestatis delegati quam nō habet, non valeat.*
5 *Corrigere qui potest, potest, & reformare.*
6 *Rescriptum Papæ in dubio intelligitur sine præiudicio tertij.*
7 *Verba ista facias prout tibi videbitur quid importent.*
8 *Delegatus a Papa non intelligitur ordinarius, cui Papa mandat aliquod aliàs spectat ad eius iurisditionem.*
9 *Nisi aliter appareat hoc fuisse de mente Papæ.*

a LIcèt in corrigēdis. Per rescriptum [a] in
quo Papa monet ordinarium, vt suum
officium exequatur non facit eum dele-
gatū: & ideo ab eo ad p̄ximū superiorē
poterit appellari. h.d. ¶ Et primo ponit
formā rescripti. Secūdo illā declarat. Scđa ibi: quia cū.
¶ In tex.ibi regulare.i.regularibus conueniēs,& quod
subijcit, & honestū potest clericos seculares respicere.
¶ In tex.ibi.nō tanq̄ delegato supple, qa per tale māda
tum non fuit factus delegatus. Sed potius est excitata
iurisditio ordinaria. facit,quod dicitur cum glos.¶ No-
ta primo, quòd mandatum directum per Papam circa
materiam mere ordinario Episcopo competēiē videtur
ordinariæ potestatis excitatiuum: non autē nouæ pote-
statis cōcessiuum.facit,qđ habetur.j̄.eod.c.graue. & qđ
dicetur cum glo.penult. ¶ Nota,qđ in delictis corrigē
dis potest Episcopus tam contra regulares, quā contra
seculares ex officio inquirere,& punire,quod intellige,
nisi essent exempti,quia tunc nō posset contra tales p-
cedere, nisi in casibus de quibus habeē.j.de priuil. tua-
1 rum.& in c.j.de priuile.in vj.¶ † Nota Ep̄m posse facere
statuta in sua dięcesi, quæ etiam extendant vires ad re-
gulares ipsius diœcesis. & facit, quod habetur in c.vt
animarū.§.statura.de cōstitu.in vj.& j̄.eod.in c.quanto.
¶ Nota,q vbi a iure causaliter remouetur appellatio,&
extendiē remotio appellationis ad appellationes friuo-
las,& quæ absq; causis rationabilibus interponunē,fa-
cit qđ legiē,& nota.in l.j.§.fi.ff.quibus appel.nō licet.j.
2 de offi.dele.c.ex parte.el.ij. ¶ † No.q vbi Papa cōmittit
causam appellatione remota in casu,vbi alias a iure est
remota, tunc clausula appellatione remota intelligitur
remouere appellationes solum ad limites iuris, & non
vltra.facit,quod hē in simili, in c.cum dilectus.j.de cle.
3 non resi.¶ † Nota sm alium intellectum,quod clausula
appellatione remota vbi agitur de derogatione iuris
alterius, quàm Papæ refertur solum ad appellationes
¶ Et per prædicta etiam patet quid iuris, si minor, vel ecclesia, ledatur in contractu, solum respectu dominij, & non respectu possessionis, vt quia possessio ante contractum erat penès illum, cum quo contrahit ecclesia, vel minor, quo casu, si ratione læsionis petitur restitutio aduersus contractum solum, debet rescindi cõtractus, non autem per restitutionem in integrum consequitur ipsam rem, quia restitutio in integ. est in pristinum statum repositio, & debet restituere id, quod abstulit lęsio. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. ¶ Et sic cum læsio causata ex contractu solum concernat dominium, & non possessionem per restitutionem in integrum, nõ consequitur tũc possessionem, & solum, vt tollatur obstaculum contractus, vt sic illo sublato possit postea repeti a possessore. Secus si ecclesia, vel minor lederetur contrahendo in dominio, & possessione, quia possessio esset penès eos tempore contractus, & virtute contractus illum transfertur in contrahendo in dominio, & possessione, quia possessio esset penès eos tempore, quia tunc si fuerunt læsi occasione contractus per restitu. in integrum consequuntur etiam possessionem rei secundum ea, quæ nò. in l. qui pio. §. item quæritur. ff. de ꝑcu. & in d. l. fi. C. ex quib. cau. & per Bar. ibi, & in l. ab hostibus. §. sed simpliciter. An ergo requiratur contestatio, si petitur restitutio eo casu, quo læsio non fuit circa possessionem. videtur, ꝙ non, ex quò in effectu per restitutionem non petitur aliquid addi, vel fieri per aduersarium. Sed in contrarium facit, quod restitutio tunc petitur contra certam personam, & principaliter imploratur, & non aduersus suum factum petitur, ex quò petitur contra certam personam, & principaliter imploratur hic vero petitur, ex quò petitur, licèt nõ petatur aliquid fieri, vel dari videtur. quòd contestatio, sit necessaria per hunc tex. quod intellige secundum distinctionẽ quam s̃. dixi. Bart. in d. §. sed quod simpliciter forte voluit sentire, ꝙ hoc casu, quando non petitur aliquid dari, vel fieri, licèt petatur contra certam personam possit procedi lite non contesta. tamen ipse idem ibi videtur dicere hoc verum, quando proceditur cõtra absentem. Sed partibus præsentibus, etiam hoc casu dicit litis cõtesta. necessariã, & hoc videtur verius, & tutius per hũc tex. qui simpliciter loquitur, & tene menti prædicta, qa Legistæ communiter transeunt, cum conclusione huius glo. non perfectæ declarant hanc materiam, & aliàs non intellexi materiam istam, nisi hac vice. ¶ Et addė superius dictis inquantum dixi, ꝙ vbi solum petitur restitutio aduersus sententiam, vel præscriptionem, & nõ petitur aliquid dari, vel fieri ab aduersario, ꝙ posset ꝓcedi lite non contestata. Et hoc etiam voluit glo. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter in secunda gl. ver. & qa tantum. ff. ex quib. cau. ma. licèt dicatur tutius esse litẽ contestari. Item etiam adde, quia dixerunt aliqui, vt tetigit hic Ioan. And. ꝙ simile allegatum per Phili. de causa non videtur bonũ, quia ille est casus specialis, in quo proceditur lite non conte. Et si videtur, ꝙ non debeat extendi per regulam, quia iure. de reg. iur. Sed certe, licèt non procedat. arg. per extensionem, tamen procedit similitudo. Nam hic etiam videtur similiter esse speciale, ꝙ

le,ꝙ vbi proceditur partibus præsentibus debeat lis cō-
testari.per hunc text.& in l.Papinianus.§.fi.ff.de mino.
& tamen cōtra absentem contumaciter posset procedi
lite non contest.per dictam.l.in causæ.§.causa cognita.
& per totum quod.s̄.dixi.s.quòd non posset consuli per
missionem in possessionem, sed aduerte,quia videtur,ꝙ
hoc casu , quando non posset plenè consuli per missio-
nem in possessionem,ꝙ debeat tunc procedi ad excom-
municationem.j.vt lit.non contesta.tue.non autem ad
diffinitiuam. per illum tex. & per id, quod ibi dixi post
do.Ant.Tu potes respondere primo,ꝙ illud potest pro-
cedere in foro canonico , in quo habet locum excom-
municatio.secus in foro ciuili, seu coram iudice secula
ri,qui non habet potestatem excommunicandi.Sed cō
tra hoc posses instare,quia licèt iudex secularis nō pos-
sit excommunicare, saltem posset mulctare.l.j.§. si quis
ius dicenti . & l.eos.C.de modo mulctandi . Sed posses
respondere, ꝙ limitata est potestas iudicis secularis cir-
ca mulctam . d.l.eos.C.de mo.mul. Et sic valde minor
pœna est ipsa mulcta,quàm excommunicatio, quæ re-
pellit a communione hominum , & sacramentorum,q̄
a iure nō reputatur grauis pœna, imo valde grauis.l.hi
qui sanctam.C.de apost.vel potes dicere secūdo , ꝙ vbi
esset actio per quam posset plenè consuli per missionē
in possessionem,& in qua posset procedi ad primum,&
secundum decretum.& tunc clarum , quod non posset
procedi lite non contesta. Vbi autem posset habere lo-
cum missio,& per missionem illam,non esset plenè cō-
sultum,tunc potest procedi ad diffinitiuam, & ita intel
ligitur,quod superius est dictum , & sic etiam posset li-
mitari dictum.c.tuæ. Vel forte etiam potest dici, ꝙ non
debet ibi sumi arg.a contrario sensu,quia resultaret in-
tellectus iuri contrarius.per ea,quæ no.Bar.in auth.qui
semel.C.quomodo & quando iudex . licet d.Ant.aliter
dicat in d.c.tuę.¶ Præterea etiam videtur,ꝙ dixi proba-
ri per d.l.in causæ.§.causa cogni.non violando tex.Po-
tes etiam dicere, quod tenendo opin.legistarū . de qua
per Bar.in dicta auth.qui semel.cum mihi videtur repu
gnare,ꝙ non ꝓcedāt ea,quę superius dixi.Sed si teneas
opinionem domi.Anto. de qua in d.c.tuæ est magis du
bium , an prædicta procedant propter.d.c.tuæ . Tamen
potes respondere,vt superius tetigi. Vel potes dicere,ꝙ
vbi ius de quo quæritur est breui tempore periturum ,
si non potest plene consuli per missionem in possessio-
nem.quia etiam tunc per excommunicationem fiendā
de contumace non plenè consuleretur ,quia nihilomi-
nus periret ius petentis,si excommunicatus perseuera-
ret in excommunicatione,& tūc procedat,quod est di-
ctum,ꝙ posset procedi ad diffinitiuam lit.non contesta.
& ita intelligat,quod dictum est. Sed vbi,quod petitur
non est temperatum . tūc,quia verisimiliter posset pro-
hiberi per excommunicationem,quia non est verisimi
le,ꝙ velit stare excommunicatus.& tunc posset proce-
dere dictum do.Ant. ꝙ tunc non potest procedi ad dif-
finitiuam lite non conte.¶ In ea.ibi loco iurisdictionis,
scilicet deficiētis, vt patet ex consequenti,vel potes di-
cere,ꝙ ponitur ꝓ actione,id est,loco actionis deficien-
tis,& intellige quo ad effectū ,seu respectu effectus . &
sic non probabitur, qđ sit necesse exprimi actionē in iu
dicio,& ꝑ hoc non obstat.c.dilecti.de iudic.¶ Et no.be-
ne ex quo proponitur officium iudicis loco actionis, er
go videtur , ꝙ sicut in actione debet dari libellus , & lis
contestari.l.j. cū ibi not.ff.de ęden. & in l.j.C.de lit.cō-
testa.& de libel.oblat.c.ij.Sic videtur ꝙ fieri debeat, qñ
iudicis officium principaliter imploratur, quod est cla-
rum in casu huius.c.quò ad libellum,facit,quod no.gl.
in d.l.j.in prin.ff de ęden.& etiam de contestatione , vt
patet ex text.quod tamen est intelligendum secundum
ea,quæ superius dixi.Et de materia plenius dicet in fin.

glo.¶ In ea.ibi debet rescindi officio iudicis.Nā licèt ex
edicto prætoris non teneri concedi debeat, seu conce-
datur restitutio, tamē per officium iudicis vinentis hoc
posset expediri.l. metū.§.ex hoc edicto.ff. quod metus
15 causa. ¶ Et nota ꝙ duplex fuit opinio in casu glo.† quā-
do præscriptum est contra absentem. causa reipublicæ .
vna fuit,ꝙ non competat actio ante restitutionem obtē-
tam . Sed obtenta restitutione per officium iudicis tūc
restituit sibi vtilis actio,quæ prius erat directa ante pręs-
criptionem,& expellatur vtilis rescissoria. facit , quod
habetur in d.l.ab hostibus. C.de cap. & postli.re. & l.fi.
C.ex quib.cau.ma. Et secundum istos rescissoria nō est
nomen actionis.Sed est quædam actio,sicut dicimus in
actione de peculio , vel in rem verso non sunt nomina
actionum,sed quædam actiones.l.iij.§.cum. cū ibi not.
ff.de peculio. Nomen autem actionis est ipsa actio,quæ
prius competerbat. Et sic competebat rei vēdicatio erit
cōcessa restituri, & erit vtilis rei vendicatio,quæ appel-
latur etiam vtilis rei rescissoria ex eo,quia datur rescissa
præscriptione per restitutionem in integrum. Alij vero
dicunt,ꝙ est nomen actionis,& competit statim reuer-
so post præscriptionem cōpletam . Sed inefficaciter do-
nec prætor , seu iudex insufflet in illam vtilē rescissoriā
spiraculum vitæ tollēdo obstaculum præscriptionibus.
Sed prima communiter tenetur de quo per gl.in §.rur-
sus.insti.de actio.& in d.l.ab hostibus.§.sed, ꝙ si simpli-
citer.& d.l.fi.C.ex qui.cau.ma. ¶ Aduerte tamen , quia
certo respectu possunt dictæ opiniones concordari. Nā
si per præscriptionem, seu per cursum temporis sublata
sit prima actio ipso iure,vt contingit in vsucapione ter-
mini , per quam quæritur etiam directum dominiū rei
immobilis,secundum ea quæ no. in l.in traditionibus.
C.de pac. & in auth.nisi. C.de bo.ma.& tunc procedit
prima opinio.qa ex quò pœnitus extincta est actio nō
posset competere actio,nisi prius concessa restitutione.
¶ Nec obstat , quod habetur in l.in causæ,§.interdū.ff.
de mino. Quia pōt responderi dupliciter, primo,vt ex-
ponatur ibi,vel pro,& vt ibi tangit glo. ¶ Vel potes di-
cere , & hoc magis credo de mente literæ,ꝙ nisi absens
fuerit læsus in possessione , & in dñio , quia eo absente
occupata fuit possessio per alium bona fide tamen,& cū
titulo, qui postea vsucepit durante absentia causa repu-
blicæ procedit prima pars illius. sed dicit,ꝙ cognitione
prætoria sibi succurretur expone.i. iudicis officio aduer-
sus vsucapionem,& aduersus amissionem possessionis .
& sic restituitur in integ.iudicis officio ad possessionem
& dominium . ex quò in vtraque fuit læsio in absentia.
Sed vbi ante absentiam perdidisset possessionem , & in
absentia dominium , tunc procedit secunda pars tex.dū
dicit,ꝙ competit actio rescissoria restitutione concessa,
quia restituetur aduersus vsucapionem, vt sic possit illa
non obstante rem vendicare , & competit sibi rei vēdi-
catio.quæ prius fuit directa.Interdū verò sumus i casu ,
in quo cursu tēporis ipso iure non tollitur actio,vt con-
tingit in præscriptione longi temporis , vt not.in auth.
nisi.supra allegata . & l.si quis emptioni.C.de præscrip.
xxx.anno.& tunc potest procedere alia opinio. quia tūc
potest agi antiqua actione, & si excipiaī de præscriptio-
ne poterit replicando iudicis officium implorari , vt per
restitutionem in integrum tollatur obstaculum præscri
ptionis , vt illa non obstante possit efficaciter non ven-
dicare.facit,quod no.glo.in d.§.sed simpliciter . & quod
no.Bar.in d.l.fi.ff.ex quibus causis maio.An autem vti-
lis restituta, quæ appellatur etiam vtilis restitutio duret
infra quadrienniū , an vero solum infra annum vtiliter,
prout olim erat in l.in honorarijs.§.sed cum rescissa. de
actio.& obliga.glo.in d.l.fi.tenuit , ꝙ hodie durabit per
quadriennium . Sed Bart.ibi tenet,ꝙ solum per annum
vtilem,quia hoc non reperitur correctum,& ideo stare
debę-

debemus iuri antiquo.l.sancimus. C.de testa. fatet tñ ꝙ ista vtilis rescissoria quæ intentatur post restitutionē rescissam perpetuatur per litem contest.sicut aliæ actiones.l.fin. C.de præscriptio. xxx.annorum. ¶In eadē gl. ibi inter personales. & idem etiam voluit Spe.eo.tit.§. j.versi.& natura.in penultima col. ¶ Auerte tamen, qđ interdum posset dici, ꝙ sapiat naturam realis, & quādo minor fuit læsus in contractu, alienando rem, & ille cui alienauit alteri non poterit minor restitui etiam contra illum in duobus casibus, scilicet quam sciuisset rē habitam ex contractu inito cum minore. Vel si ignorauit primus emptor in soluēdo.l. in causæ.§.fin.ff.de mino.

16 ¶ †Et not.ꝙ officium iudi. computatur inter personales quæstiones ex eo, quia regulariter videt̄ respicere personam, tamē certo respectu etiam sapit naturam realis. quia officium iudicis non est actio.vt superius tetigi.dictum fuit circa notabilia, nec præsupponit obligationē sicut nec actio realis, licèt secus sit in actione personali quia illa præsupponit obligationem. institu.de actio.§. j.cum ibi no. ¶ In glos.fi.ibi quem non apponunt infra tempus statutū. ¶ Aduerte tamē, ꝙ vbi omisit dilatoriā nō semper datur restitutio. Sed demum, quādo ex hoc incurreret graue præiudicium.vt no.Io.And.post Inno. & Hosti.j̃.de restit.in inte.ca.coram. ¶ An autem possit ecclesia, vel minor restitui ad productionem testiū post publicatas attestationes glo.supra sentit, ꝙ sic.de quo in c.auditis.j̃.de resti.in integ.ꝑ Ioan.& Inno.& per Bar.in l.j.§. nuntiatio.ff.de ope.nou.nuntia. ¶ In eadem ibi.§. sexta die, vt ibi plenè not.per gloss.& doc. quia veritas super excessibus non est necessaria litis contest. ¶ In ea. in fin.dic, vt ibi plenè dictum fuit vbi declaraui, an etiā possit implorari officium iudicis delegati ante lit. contest.de quo tangitur per glos.& Inno.in c.significasti.&

17 per Bart.in l.si reus.ff.de procura. ¶ †Extra glo. Inn.hic enumerat multos casus, in quibus iudicis officiū possit implorari, de quibus plenius Spec.eo.ti.§.j.Io.And.hic ponit aliquos videlicet, quando imploratur pro alimētis præstādis liberis a parentibus, vel ecōtra, quādo imploratur pro reuocando libertum magnatum in seruitute, vel quando imploratur, vt seruetur vltima volūtas velut tutor suspectus de dilapidatione, vel prælatus, vt remoueat̄, & allegat iura quæ satis sunt notoria. Pone exemplum canonicum per.c.cum pridē.de pac.vt si aliquis dicat peto a vobis domine iudex, vt faciatis mihi seruari talem compositionem, vt d.c.cum pridē.vel aliquis petit a iudice, vt præiudicat in tali præbēda, in qua fuit deceptus, & circūuentus.j̃.de re.permu. cum vniuersorum. Vel si aliquis implorat officium iudicis sup beneficio, super quo se submisit gratiæ aduersarij secūdum ea, quæ habentur in c.veniens.de renun.vel super quo coactus inopia, & vexatione fuit inductus ad male componendum.secundum id, quod habetur de præbē. dilectus in parte decisa. nam cum tolleretur officiū iudicis principaliter in prædictis facienda erit cōtesta.ponit exemplum in denuntiatione canonica. Nā licèt per offi.iudi. expediatur. tamen debet cum denuntiatione lis cōtestari, & si nō ꝓbet punitur.j̃.de collu.c.ij. ¶ Circa secundam partem text. quando incidenter implorat̄ officium iudicis ante ingressum causæ, seu ante contesta.ponit exemplum, si peto dari aduocatum.dicit Inn. non petitur hoc principaliter ꝓpter se, sed propter causam. Et sic incidenter dicitur peti.item si petitur assignari locum tutum.j̃.de app.ex parte. Ponunt etiam aliqui exemplum. si peto relaxari iuramentum de soluendis vsuris.de iureiu.debitores. Sed certe vt dicit Ioan. And. hoc casu, si propter hoc prouocaret quis alium ad iudicium, tunc principaliter imploraret officium iudicis, & sic essemus in primo casu dotis. Quando autem post ingressum causæ, seu post lit.contesta.imploratur, vt circa fructus, vel rei partium clarum est, ꝙ tunc incidenter dicitur peti.l.ædiles.§.item sciendum.ff.de ædil.edi. Et de istis casibus, siue principaliter imploretur, siue incidenter, siue ante ingressum, siue post plenius prosequitur Spe.eo.ti.§.j.ver.sed quæ vis est.vbi tangit, quæ sit differentia inter officium iudi.& actionem. de quo superius dictum fuit. ¶ Item adde his, quæ dicta fuerunt in l.prouidendum.quod no.Spec.§.deseruit.ver.ante lit.contre. & in effectu recitat opi. Alberti Papi.qui tenebat idem, quod dixi tenere Cyn.in l.prouidendum.C.de postula. ¶ Vltimo pro declaratione decret.& materiæ huius tit.

18 est dicendum generaliter, an † quando officium iudicis imploratur, sit necesse libellum offeri, & litem cōtestari.glo.in rubri.ff.de interroga.actio.tenet, quòd non sit necessarius libellus nec consequenter contestatio, quia datio libelli videtur inuenta pro actionibus.l.j. in prin. ff.de eden. Sed officium iudi. non est actio.l.ꝙ si minor. §.fi.ff.de mino. Et quia officium iudicis videtur misericorditer implorari, ex quò non competit actio, & ideo non est necessarius libellus, quod dixi maximè procedere, quando non speratur condemnatio, vel absolutoria, vt quando imploratur iudicis officium super interrogationibus fiendis. Sed certe glos.inquantum generaliter sentit non esse necessarium libellum, quādo iudicis officium imploratur est contra istum tex.& ideo comprehenditur, & ibi per Bar.& gloss. etiam sentit.l.j.in prin. ff.de eden.& in l.ij.§.dies.ff.quis or.in bo.pos.Ia. de Bu. tetigit de hac materia.ff.de interro.act. Bar.tetigit.l.j.ff. de iurisdi.om.iudi.licet plenius in d.§.vbi decre. Specu. etiam tangit prosequendo per casus speciales eod.tit.in ti.de libel.concep.§.nunc dicendum.dom. Anto.etiam hic tetigit ponendo distinctionem. Sed pro declaratione huius tituli. Et primo videndum quotuplex est iudicis officium, deinde ponam quæstionem in hoc articulo coniungēdo dicta doc. ¶ Circa primum est sciendū,

19 ꝙ communiter dixerūt, ꝙ † triplex est officium iudicis, nobile. quoddam mercenarium, quod deseruit actioni propositæ secundum naturam ipsius actionis, vt contingit in actionibus bonæfidei. Quoddam est mercenariū quod deseruit actioni contra ipsius naturam, vt contingit in actionibus stricti iuris arbitratijs.j̃.vt not.gl.C.de depo.l.iiij.& insti.de actio.§.præter.sed certe gl.melius dixisset, ꝙ duplex erat officium iudicis.s.nobile & mercenarium.& mercenariū diuiditur in duas species, quia quoddam deseruit actioni secundum suam naturam, ꝙ est contra eius naturam. Et ideo Iac.Bu.in d.l.j.ff.de interro.act.solum fecit duas species.s.nobile & mercenarium Bar.vero in l.j.de iur.om.iu.dicit, ꝙ triplex est species officij iudicis. Nam quoddā est nobile.s.per se subsistens, quoddam mercenarium deseruiens alteri actioni propositæ, quoddam est officium aduersarij, hoc est, quod aduersatur ipsi actioni, & quando imploratur per exceptionem, vel loco exceptionis.l.planè.ff.de pet.hę. Tamen videtur, ꝙ quando imploretur per exceptionē, satis potest dici mercenariū, quia deseruit ipsi exceptioni propositæ. nam iudex tenetur parti æqualiter iustitiā ministrare. facit quod habetur in l.donec.de iure delib. & in l.fi.C.de fruc.& lit.expen. Si autem proponatur loco exceptionis deficientis, tunc posset quodammodo dici officiū nobile, sicut quando proponitur loco actionis deficientis, vt s̄.patet. Nam reus in exceptione vicē actoris obtinet.l.j.ff.de exce.cū ibi no. & in l.exceptio. ff.de probat.& sic patet, ꝙ satis potest tolerari duas esse species principales, quia quoddā nobile, quoddā mercenarium, licèt quælibet species potest subdiuidi, quia nobile, quandoque imploratur loco actionis, quandoq, etiam in alia causa, vt patebit ex sequenti. ¶ Mercenarium autem posset subdiuidi, vt patere potest etiā ex his, quę.j̃.dicentur.do.vero Ant.hic dicit, ꝙ quoddā est officium

ciũ indicis nobile, quod imploratur super negotio aliàs non liquido, vt contingit in casu decre. quoddam, quod imploratur super negotio iã liquido, vt super executione sententiæ siue sit officiũ nobile. Vltramontani verò dixerunt ipsum esse mercenarium. Bart. etiã videtur velle in d.l.j.ff. de iuris.om.iud. Et tãgit etiam materiam in l. qui restituere.ff. de rei vendi. & in l. argeotarium.§. nomine.ff. de iudi. & ibi videtur velle, ꝙ sit officium nobile, quia si esset mercenarium expiraret lata sententia p l.iiij.C. de depo. quod est salsum. Et hanc opi. etiam sequitur Bat. in l. a diuo Pio.§.j.ff. de re iudi. Et sic videtur io hoc puncto sibi fuisse contrarius. Tamẽ posset defendi a cõtrarietate, q̃a nõ videtur prçcisè omnino firmasse hoc in d.l.j. Dicit etiam hic do. Ant. ꝙ quoddã est officium mercenarium. & istud subdiuidit. Quia quoddam est mercenarium deseruiens liti, vt quando aliquid attenteiur lite, vel appellatione pendente.j. vt lit. pen. per totum. & ff. nil. no. ap. pen. Et facit, quod habetur de consti. cum M. ferrariensis. Quoddam autem deseruit actioni proposite circa concernentia, & contingeotia ipsam actionem. & sic videtur velle, ꝙ officium iudicis per qđ reuocãtur attentata dicatur officium mercenarium. Sed contrarium videtur voluisse Iono. & Ioã. And. in c.j. lit. penden. & glo. in cle. ij. vt lit. penden. Nam prædicta dicunt, ꝙ ex puro, & mero officio iudicis sit reuocatio attentatorum, & sic aperte voluit, ꝙ nõ sit mercenarium ex quò est purum, & merum officiũ iudicis. Et facit, qđ legitur, & notatur in l. imperium.ff. de iuris.om. iudi. & maximè per Bar. & quod dixi in c. ad sedem.s̃.ti.j. Et ex prædictis patet dici posse, ꝙ re vera sunt tantum species principales officium iudicis duæ, quia quoddã est officiũ iudicis nobile, quoddam est officium mercenariũ, quelibet tamẽ species posset subdiuidi, nam posset dici quod quoddam est officium mercenarium quelibet tamen species posset subdiuidi. nã posset dici quod quoddã est offm̃ nobile ꝯpetens sup negotio nondũ liqdato. quoddã ꝯpetẽs sup negotio iã liqd. Itẽ primum posset subdiuidi, q̃a q̃nq; petit aliqd dari, vł fieri a pte, q̃nq; ñ vt j. patebit. ¶ Mercenariũ aũt posset subdiuidi, vt patere p̃t ex supradictis, q̃a quoddam est mercenariũ deseruiẽs actioni secundũ naturã actionis, quoddã contra naturam actionis. Et intellige contra naturã actionis simpliciter sumptum, quia est stricti iuris, & sic nõ deberet venire, nisi quod est expressum in illa.l. quicquid astringeode.ff. de ver. obli. sed non est contra naturam actionis considerato accideoti ipsius actinnis, propter quod actio sit arbitraria licèt sui natura sit strlcti iuris, vt insti. de actio.§. prçterea quasdam. cũ ibi notatis. Et ideo licèt dicatur seruire de iure contra natutam actionis inquãtum est stricti iuris, non tamen deseruire dicitur contra naturam actionis inquantum tatione actionis est arbitratia, imo secundum naturam actionis arbitraria dicitur deseruire, vt in d.§. præterea. quæ autem sunt actiones stricti iuris, & q̃ bonçfidei. no. per gl. in c. cũ venerabilis.j. de excep. & habetur in §. actionum. insti. de actio. & q̃ sunt stricti iuris arbitrariç hř in d.§. prçterea. Inst. de actio.§. posset etiam istud officium mercenariũ subdiuidi, q̃a quãdoque deseruit actioni proponẽdæ. vt quãdo imploretur, & citetur aduersarius, vel vt fiant interogationes ad præparanonẽ iudicij de quibus io l.j.ff. de interro. actio. vel vt faciat porrigi libellum, vel li. contest. vel etiam exercendç, vt quando imploratur pro dandis dilationibus, & vt statuatur teminos. ¶ Qandoq; deseruit actiooi proposite exercitatç terminandç, vt quando est plenè cognitum de causa imploratur, vt termino terminetur lis per sententiam. ¶ Item etiam secundum aliquos quandoque liti terminatç, & finite excquendç, & quandoq; imploratur pro executione, & istud procedit secuodum opi. illorum, qui tenent, quòd officium iudicis, quod imploratur pro executione sit mercenarium: sed vt dixi ista opinio commuoiter, non teoetur. ¶ Istis sic declaratis. Nũc est videndum nunquid in qualibet specie officij iudicis sit necessaria libelli oblatio, & lit. contesta. ¶ Conclude, quod aut quæritur de officio nobili, aut de officio mercenario. ¶ Si de nobili, & tunc, aut imploratur super negotio iam liquidato, aut super negotio nondum liquidato, si super oegotio liquidato non esset necessaria libelli oblatio, nec lit. conte. vt quando iudicis officiũ imploratur pro executione seotentiæ. vt oota. Barto. in l. intra dies.ff. de re iudi. si autem imploratur super negotio non liquidato, & tunc aut imploratur sup reuocatione attentatorum lite pẽdeote, & tunc non exigitur libellus nec cõtestatio, q̃a de plano fieoda est reuocatio, vt voluit Ioan. And. post Hostieo. in d. capitu.j. vt lit. pen. & gloss. io dicta clemcotina ij. vt lite penden. Aut imploratur aliter officium iudicis nobile, & tunc aut per illud petitur aliquid dari, vel fieri per partem, vt quando imploratur officium iudicis pro salario habendo, & tunc Barto. in d.§. vbi decretum. simpliciter dicit, quòd offerri debet libellus, vt lis contestari: quia tunc proponitur principaliter loco actionis, & ideo sicut in actione debeat libellus, & lis contestari. l.j. in princi.ff. de eden. ita etiam in casu isto, sed Iacob. de Butri. in dicta l.j.ff. videtur limitare istud esse verum, nisi esset iudicium summarium, vt quando imploratur officium iudicis super alimentis, quæ petuntur præstari officio iudicis oobili liberis a parentibus, vel econtra. nam tunc, non exigitur libelli oblatio, nec lit. contesta. cum talia summariè expediantur. l. si quis a liberis.§. vel si parẽs.ff. de liber. agnoscen. & l. pe.ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Idẽ videtur hic velle. domi. Anton. quando causa, non esset magni præiudicij. quia esset modice quãtitatis, & pro hoc facit, quod habetur in authen. nisi breuiores. C. de seoten. Nam in causis modicis, non requiruotur solenoitates iuris, vt ibi, & voluit idem Bartol. in l.j.§. fina.ff. de varijs, & extraordina. cognitio. ¶ Interdum autem per officium iudicis nobile nõ petitur aliquid dari, vel fieri per partẽ sed principaliter concluditur iudici, vt aliquid faciat, vt quando petitur restitutio in integrum. Et tũc dicit Bar. in d.§. vbi decretum, ꝙ si exigatur plena causæ cognitio ex parte petentis, vt est quando petitur restitutio in integrum. & tune exigitur libelli oblatio, & etiaoi cõtestatio: sed hic non in hoc. capitul. & sic simpliciter trãsit in hoc membro qoia etiam quãdo petitur restitutio in integrum potest peti aliquid dari, vel fieri per partẽ vt si minor fuit læsus in contractu in certa traditione rei. Nã tunc imploratur officiũ iudicis, vt detur restitutio in integrum; & cogatur pars tradere secundum ea. quæ habentur in l. qui propriè.§. item quæritur.s̃.e.ff. de procu. & etiam superius tetigi. & tunc clarũ est ꝙ debet libellus offerri, cum succedat talis effectus loco actionis, vt hic probatur. Facit quod no. glo. in l.j. in prin.ff. de edẽ. & etiam voluit But. iu d.l.j.ff. de interro. actio. & debet etiam lis contestari, vt patet in hoc.c. de quo satis superius erit dictum cum gloss. ij. ¶ Si autem solum petatur restitutio in integrum aduersus contractum nõ petatur aliquid dari, vel fieri a parte, vt quia solũ forte fuit læsio in contractu. & tunc si petatur contra certam personã. adhuc videtur ꝙ debeat dari libellus cum tale officium succedat loco actionis cum principaliter imploretur, & debeat etiam lis contestari, ex quò contra certam personam imploratur per istum tex. qui simpliciter loquitur. & videtur de mente. Butri. in dicta.l.j. & sic etiam potest intelligi dictum Bart. in §. vbi decretum. Si autẽ imploratur officium iudicis super restitutione in iotegrum, & non imploratur contra certã personam, vt quando minor petit se restitui aduersus aditionem. & tunc clarum

ꝙ non

nō est necessaris cōtestatio litis, vt hic voluir gl.ij.sed an sit necessaria libelli oblario pōt esse dubiū.Bar.in d. §. vbi decretū.simpliciter intelligatur.videt̄ velle, q̄ sic Spec. tamen in Spec.eo.titu.§.j.versi.porrò.videtur velle, quod non sir necessarius libellus, debeat tamen qualis qualis petitio porrigi, vt iudex possit deliberare, q̄d agere debeat, & præcipuè si iudex hoc petat, vt videtur dici, quòd sufficiat verbo facere petitionē, & quod redigatur apud acta, sicut in simili dicimus in summarijs.in cle.sæpe.de verb.signifi.& facit, quod no. Spec.in tit.de libel.concep.§.nunc dicendum.versicu.xxx.& versicul. sed petatur canon.& ver.xxxij.pro prima tamen opinione, quòd libellus debeat, etiam hoc casu offerri, facit, quod notauit glo.in l.iij.§.si causa cognita.ff.de bo.pos. vbi dicit, quòd si petatur bonorum possessio, quæ ius tribuit dari debet libellus, quia debet expediri causs cognita.& ibi aliàs, & no.per gloss.in l.ij.§.dies.ff.quis ordo in bo.pos.seruetur.licèt nō sit necessaria contestatio, & etiam parte absente posset dari, vt ipse idē ibi dicit, sed si vis sustinere dictum Spec.potes dicere, quòd aliud sit quandoque imploratur officium iudicis super bo. pos.petenda. quia si compareat aduersarius debet cum eo lis contestari, vt not.Bart.in d.§.si causa cognita.ideo tūc cōueniens est quòd detur libellus. per id, quod posset accidere. sed secus est, quando petitur restitutio aduersus aditionem. quia etiam cum parētibus creditoribus non fiet contestario. vt hic dixit gloss. ¶ Item aduerte, quia quando restitutio petitur coutra certam personam non videtur fieri differētia cum agatur de magno prejudicio, vel non, licèt dom.Anto.videatur hic illam facere, sed non benè, quia restitutio in integrum nō datur pro modico. vt l.scio.ff.de resti.integ. Interdum autem imploratur officium nobile super alio. puta, vt detur tutor, vel vt interponatur decretū super alienatione rei minoris, & tūc non est necessaria libelli oblario, nec lit.contest. vt voluir Bartol.in d.§.vbi decretum. & etiam Butr.in d.l.j. Nam hoc casu non propriè ponitur loco actionis, vt de se patet, nec speratur sententia condemnatoria, quod est clarū, quādo imploratur vt interponatur decretum super alienatione.& idē, etiam quando petetur, vt detur tutor pupillo, quia non speratur cōdemnatoria ad pecuniam, sed prouideatur pupillo de tutore.& si qua causę cognitio exigitur tunc secundum Bart.est ex parte illius, qui dari debet tutor potius, quā ex parte petentis. & sic potest cōcludi, quòd vbi officiū iudicis non proponitur loco actionis, tunc non est necessarius libellus nec lit.conte. ¶ Si autem quæritur ab officio mercenario. tunc non est necesse, quòd porrigatur libellus. quia vt dicit Bu.in d.l.j.sufficit libellus principalis. qui in lit.offertur. & ideo alius libellus non est necessarius. Est tamen aduertendum, quòd si imploratur super accessorijs contingentibus post lit.contest.potest iudex se interponere, etiam si non fuerit perita in libello, secus si imploret̄ super accessorijs, q̄ ante litē cōtest.obuenerunt, quia tunc non interponet se, nisi de illis facta fuerit mentio in libello. l.ad illos.§. item sciendum.ff.de ędili.edic.& l.j.cum ibi notatis. C.de iudi. & sic intelligo domi. Anto.hic circa finem. ¶ Et aduerte, quia in casu isto secessoria veniunt officio iudicis, licèt pro illis etiam competat actio, vt voluit glo.in l.fundū. ff.de excep.vbi dicit gloss. quod pn̄t fructus peti cum re in libello, quando petuntur officio iudicis, secus si peterentur rei ven.quia non admitteretur accumulatio ex eo, quia sententia lata in vno posset parere præiudiciū in alio. Facit, quod habetur in d.l.fundum. & l.fundi.ff. de excep.& quod plenè not.in l.ædita actio.ff.de eden. & per legi.& maximè per Barto.& adde etiam, quod dictum fuit in c.significante. infra de appel. & hęc sufficiant loco repetitionis huius.c.

De maioritate, & obedientia. Rubrica.

¶ Dictum fuit.s̄.de ministris, & iudicibus ecclesiasticis. Verum, quia inter ipsos alij sunt maiores, & minores debent reuerentiam, & obediētiam maioribus. ideo post tit.præcedentes ponitur hæc rubrica. facit quod habetur in c.ad hoc ordo.lxxx.di.vbi litera dicit, quare inuēta fuerit veritas officiorum. de materia.xxj.& xxij.& xciij. & xcvj.dist. per archi. & etiam.ix.quæstio.iiij.& repetitur in vj.etiam.

SVMMARIVM.

1 *Maioritas attenditur ex temporis prioritate.*
2 *Concorditer factum quid dicatur.*
3 *Prior in quo est honorandus.*

a Cum certum. In honoribus [a] reuerentialibus impendendis maioritas ponderatur ceteris paribus ex temporis diuturnitate, seu prioritate. h.d. Et primo decisum exordium, secundo dispositio. secūda ibi: sit.

a In honoribus per alia verba summat d. Abb. tamē idem in effectu.

1 ¶ † No.j.quod maioritas attenditur ex temporis prioritate, quod facit pro senibus, & etiam pro doctoribus ante doctoratis, & pro militibus.qui ante, seu prius receperunt militiam, vt alijs posterioribus debeant præferri, vt communiter seruatur. ¶ Item not.quòd ille non gaudet priuilegio dignitatis ex temporis prioritate, qui nū est canonice præpositus. ¶ Itē not. quod verbum actus, est verbum generale, & potest referri ad omnem actum qui agant. Facit, quod legitur, & not.in auth.hoc ius.C. de sa.san.ec.de quo, etiam in glos.& ad id, quod dixi de senibus benè facit, quod habetur in l.semper.ff.de iur. immu. ¶ In gloss.j.in fin. & pro dicto gloss.etiam facit, quod habetur in c.hi qui. de præben.in vj.& ex text.cū gloss.patet quòd illud quod dicitur, quòd præferri patet prius ordinatus debet intelligi cæteris paribus alias secus. & ideo inter presbyteros presbyter primo ordinatus præfertur, saluo nisi posterior fuerit ordinatus a Papa, & primus ab ordinario non autem præfertur diaconus primo ordinatus presbytero post ordinatū, quia termini non sunt pares. sed benè inter diaconos præfertur primo ordinatus. Et per prædicta videtur etiam, quòd miles factus a Rege præferri debeat militi facto ab inferiori, licèt prius fuerit factus. ¶ In gloss.ij.ibi etiam facit pro prima parte. Nam ibi dicitur, quòd qui nō est soluēdo potest vnum seruum manumittere, etiam in fraudē creditorū. Et si manumittit duos simul primo nominatus erit liber. hoc facit pro prima parte, quod est verum nisi primus sufficeret ad satisfaciendum creditoribus. & non secundus, quia tunc primus non erit liber, sed secundus, ne creditores fraudentur, & de materia per gl. & Ioan. Andre.in regula. qui prior.de reg.iur.in vj.& p Dy.& Bartol.in l.priuilegia.ff.de priuile.credi. & etiam

a per Dyn.in dicta regula qui prior. ¶ † In gloss.fi.in fi.per istum text.quod cum gloss.videtur, quòd illud dicatur concorditer, & cum vnitate fieri, quod fit a maiori parte, quod est notandum secundum domi. Anto.propter statuta, & de hoc etiam est bona glo. in c.vbi periculū. §.idem quoque.de elec.libr.vj.& facit, quod habetur in c.tertio.infra de re iudica. ¶ Et aduerte, quia glos.in d. §.idem quoque.aperte dicit, quòd illud potest dici concorditer fieri, quod est factum a maiori parte.& videtur sentire hoc procedere, quando simpliciter disponitur aliquid concorditer fieri. Secus si adijciatur, quòd oēs, & singuli concorditer hoc faciant, quod tene menti. ¶ Item aduerte, quia si ponderetur hic gloss.non videtur hoc probare, sed potius oppositum. nā videtur velle, quòd

le, ꝙ quis debeat esse electus de concordi consensu, vel saltem maioris ptis, & sic ponit alternatiuam inter ista duo velut diuersa. Facit quod habetur in l. hæc verba ille aut ille. ff. de verb. sig. & sic melius probat gl. in pal legato. §. idem quoque. quam repuro singularem, & nõ de facili reperies ita aperte loquentem. Posset tamen di ci, quòd vera a maiori parte factum non dicatur factum cõcorditer inspecta veritate, sed inspecta iuris fictione, fingitur factum a maiori parte, & potest censeri factum ab omnibus de ipsa vniuersitate. l. qđ maior. ff. ad muni. ¶ Exemplum glos. aduerte, quia videtur, quòd in ho noribus deferendis attendi debeat consuetudo. de con suetu. cum olim. de constitutionibus. cum omnes. Sed dici debet, quòd vbi viget consuetudo rationabilis, illa debet attendi, sed vbi illa non subest, tunc de iure com muni procedit, quòd hic dicitur, quia cæteris paribus præfert prius ordinatus. Secus si cætera non sunt paria, vt quia posterior sit ordinatus a maiori, vel etiam in di gnitate maiori, vel ordine, per id, quod habetur. j. eodẽ. per tuas. & c. statuimus. dicit etiã Io. An. quòd consuetu do quæ non esset rationabilis non debet attendi, vnde dicit, ꝙ per consuetudinẽ nõ potest induci, ꝙ minor ꝓ feratur maiori, & iunior antiquiori, nisi ratione dignita tis, vel officij accidat, per id qđ habef in d. c. statuimus. & facit, ꝙ no. j. de appel. in c. dilecti. vnde non posset ꝓ scribi, quando esset irrationabilis, per id qđ habetur. s. de consuetu. c. fi. & de consti. c. j. in vj. cũ ibi notatis, per
3 glosſ. ¶ † In quo autem prior sit [a] honorandus dicit hic
a Inn. §. in ambulando, & sedendo, quia debet sedere in priori loco. ¶ Item in perceptione ꝓbendæ, vt ille prius percipiat. ¶ item in distribuendo, & sigillando, vt prius ante alios ad ꝓdicta admittatur, & idẽ in similibus acti bus cõgruentibus singulis de vniuersitate. Facit, quod no. in c. statuimus. quod intelligitur, qñ cętera sunt pa ria, vt superius est dictũ facit, ꝙ habef. viij. q. j. licèt dicit Inno. ꝙ honorabitur in illo, quia maior tempore, vel di gnitate habebit. eligere nominatim in scrutinio. dicit tñ tuuus esse, ꝙ ad hoc habeat mãdatum, sed certè hoc non est necesse, vt no. per glo de elec. c. sicut. libr. vj. ha bebit etiam potestatem conuocandi capitulũ, facit, qđ habetur in l. j. & ij. ff. de albo scri. & l. fi. ff. de fide instru men. dicit, etiam quod si vocaret canonicos ad capitu lũ & ipsi de capitulo non venirent, ex quò habet a iure potestatẽ vocandi valebit, quod faciant præsenes per id quod habetur. s. de elect. cum nobis olim. cũ ibi no. & intellige, qñ essent præsentes duæ partes vocandorum, vel saltem maior pars ſm aliam opin. de qua consueuit dici in d. c. cum nobis olim. & eo. titu. c. quia propter. & tangitur. j. eo. e. fi. vbi etiam gloss. tangit, ꝙ si nollet con gregare capitulũ possit cõpelli ꝑ ordinariũ, vel delega tũ a quo requirit vt cõgreget, per id, qđ habet. s. de offi. dele. ꝑterea. & quod not. in c. fi capitulo. de cõcef. præb. libr. vj. & hæc vera, nisi potestas esset alteri data de con suetudine. j. de so. cõp. cũ contingat. causam tñ capituli non exercebit, nisi in capitulo habuerit mãdatũ. ꝑ id, ꝙ habetur. s. de offi. ordina. irrefragabili. §. excessus. & j. de ꝓcur. c. j. ¶ Quid autẽ si vacabat dignitas in ecclesia. an poterit illã petere prius ordinatus. videt ꝙ non, ne note tur de ambitione. facit, quod habet. j. q. vj. c. sicut. & hoc tenet Innoc. videtur tñ posse dici, ꝙ non debeat censeri ambitio, ex quò autoritate iuris hoc facit. s. de elect. cũ in iure. cum ibi notatis. & eo. titu. cupientes. §. denique. lib. vj. Sed certè ibi loquitur, quando quis est electus, & petit se confirmari, ꝙ facilius toleratur cum per electio nem videtetur ius quæsitum saltẽ ad rem. de elec. cum inter canonicos. sed hic peteret se eligi, qđ non videbi tur congruũ. nã licèt digniot debeat eligi, tñ sufficit, qđ eligatur idoneus ſm illa q̃ notãt. in d. c. cũ inter canoni cos. & ad mãm decr. facit, qđ no. Bar. i l. j. ff. de albo scri.

a Prior sit. Sic etiam dicit hic Abb. post Innoc. in j. col. versi sed qu gro. nu. 2.

b Qui venit. Eodẽ modo sum mat domi. Abb.

c Principi. Ad hic ec clesia. ex. Iudex sa piẽs iudica tuc populũ suũ & prin cipatus sen sati stabilis erit.

SVMMARIVM.

1 *Per excommunicationem remouetur quis a communione ecclesiæ.*
2 *Communicari potest veniens contra præceptum Episcopi.*
3 *Obedire debemus Principi: & qui Principi non obedit damnari potest ad mortem: quomodo hæc autoritas intelligatur.*
4 *Statutum facere potest Episcopus: & an possit statuere in præiudicium iuris alterius.*
5 *Clerici qualiter fuerunt exempti a iurisdictione Principis secularis.*

b Si quis venerit. Qui venit [b] con tra decretũ Epi scopi põt excõicari. h. d. Et primo dictũ. Secũdo illud duplici autoritate ꝓbat. Se cũda ibi: in libro. & secũda autoritas ibi, & in concilio. ¶ In text. ubi abijciatur. i.
1 excõicetur, nam † per excõicationem remouetur quis a cõmunione ecclesiæ. de except. pia. in vj. ¶ In text. ibi rega. ij. & iij. Et intellige, quò ad mentẽ, & non simpli ter, quò ad verba ſm Io. Andr. de sacerdote aũt, ꝙ ei de beat obediri habetur deuterono. xviij. & facit qđ habef. j. qui fi. sint legi. per venerabilem. ¶ In tex. tibi anathe matizetur. i. excõicetur, & vide qđ habetur. j. de iudi. cũ
2 non ab homine. ¶ † No. j. ꝙ veniens contra præceptum Epi potest excommunicari, & hic videtur, ꝙ mortaliter peccet cum excõicatio aliter non deberet ferri. xj. q. iij. nemo. ¶ Nota, quod excõmunicatus dicitur esse separa
3 rus ab ecclesia. ¶ † No. illam autoritatẽ, qđ qui nõ obe
c dit Principi [c] põt dãnari ad mortẽ. Et no. qđ hæc autori tas potest intelligi ad literam, vt iacet. & tunc non intel ligas quod principaliter, & indistinctè ꝓcedat, aliàs se queretur, quod non obediens Principi in non soluen do decem alteri, vel aliud simile poterit damnari ad mortem, quod est absurdum. Ideo videtur, quod datur intelligi, quando nõ obediendo quis incurret trãsgres sionem legis, adeo quod incurret heresim, vel quãdo nõ obeditet in his, quæ tendunt ad vindictã maleficiorum. xxiij. q. v. in c. miles. & sic no. gl. iiij. q. j. in summa. quã gl. reputa notabilem ꝓ declaratione, & limitatione huius tex. Idẽ sentit Arch. si qs nõ obedierit ĩducẽdo schisma. ꝑ id qđ hr. vij. q. j. in c. denioꝫ. idẽ vr, qñ quis non obedit præcepto super quo facta est lex sub pœna mortis, vt de non eundo extra ciuitatẽ per muros. l. fi. ff. de rerum di uisione. vbi Romulus fecit decapitari fratrem, ꝙ a cõtra legis statuta exiuerat per muros ciuitatis, aliàs extra ca sus prædictos non vr ꝙ ex inobedientia indifferẽter de beat quis dãnari ad mortem. Potest etiam hæc autoritas intelligi de morte temporali, sed æterna. Et sic erit sen sus, quod qui nõ obedit Principi peccat mortaliter, ita ꝙ meretur pœnã æternam, nisi pœniteat, & sic sæpe allega tur iste tex. videlicet qđ non obediens iusto ꝑcepto su perioris, etiã laici peccet mortaliter, & facit etiã, qđ hr. xj. q. iij. ꝙ resistit. Et sic, etiã allegat Bar. hũc tex. in auth. sacramenta, C. si aduer. vẽdi. & in l. si quis ꝓ eo, in ptin. ff. de fideius. vnde dicit, ꝙ si statuto cauef, qđ minor, vel mulier non possit alienare rem sine certa solennitate, nõ valebit contractus, nec validabitur, etiã si iuramen tũ fuerit interpositũ, cũ tunc veniat contra ꝑceptum su perioris. Et sic videf peccare mortaliter ipse minor, vel mulier, & per ɔ̃ñs videtur, ꝙ iuramentum non habeat obligare, quia non dẽt nutrire peccatum mortale. j. de reg. iur. nõ est obligatoriũ. lib. vj. de quo plenè dixi in c. cum cõtingat. de iureiu. Sed aduerte, ꝙ a inquantũ dr, veniẽs ꝯ ꝑceptum superioris peccat mortaliter. hoc vi detur intelligere Dy. qñ qs venit contra ꝑceptũ cuius transgressio alia sui natura obligat ad mortale. nã ꝑce ptũ, & dispositio regulanf ſm naturã subiectæ materiæ, arg. l. si vno. in pricipio. ff. loca. & l. si stipulat'. ff. de vsu. & no. d. Ant. in c. cõcupiscẽtia. de ꝯsti. vel qñ ex ꝯtẽptu, & sic ex superbia quis non obediret, per id quod hr per Archi. xxj. di. quicũꝗ. & lxxvj. dist. c. vtinã. aliàs non vr

quod

quòd ex transgressione pcepti iudicis secularis quis in-
currat mortale. Nam iudex secularis nõ habet potesta-
tem ligandi animam ad mortale peccatum, cum anima
tanquam res spiritualis videatur esse sub iudice eccle-
siastico, & nõ sub iudice seculari. argu. j. de iud. c. decer-
nimus. ¶ Nec etiam videtur tunc in dubio mens iudi-
cis secularis ligare quem ad mortale peccatum, sed ad
pœnam extraordinariam, si alia non reperiatur, vel ad
pęnam nullitatis actus. Facit, quod no. Bart. post Iac. de
Bel. in l. nõ dubium. C. de legi. Si autem hæc intelligas
de Principe ecclesiastico, quod eius præceptũ obliget
ad mortale, prout videtur intelligere gl. tunc non facit
pro opi. Bar. ¶ Not. quod separatus ab ecclesia habetur
pro mortuo secundum vnum intellectũ. nã sicut mors
temporalis punit corpus. sic mors æterna videtur puni-
4 re animam. ¶ † No. quod Episcopus videtur posse face-
re statutum, de quo in gloss. j. & in c. ij. de const. in vj. &
facit etiam quod no. glo. in c. pen. de ver. sig. in vj. ¶ In
glo. iustum. quasi secus si esset iniustum. de quo j. in gl.
fi. ¶ In ea. ibi, sed de maioribus negotijs. maiora intelli
git quæ sunt Principi reseruata. s. de offi. lega. q trãsla-
tionem. vel quando Episcopus vellet statuere cõtra iu-
ra qui hoc non posset, vt legitur, & not. j. de offic. archi-
presby. c. fi. & in c. fi. j. de hæreti. in vj. An autem possit
statuere in præiudicium iuris alterius no. per Inno. j. de
loca. nostra. & s. de consti. quæ in ecclesiarum. & de ma-
teria etiam habetur per glo. iij. dist. §. porrò. & xviij. dist.
in summa. & per Inno. s. de consti. cum accessissent. &
per Io. And. eo. ti. cũ omnes, quò ad laicos aut qui dicãt
posse facere statuta, & sup quibus plenè proposuit Bar.
in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. ¶ Et not. q lato
sumpto vocabulo Episcopus potest facere decretum.
Alibi vero sumitur decretum pro cõstitutione populi,
quam facit Papa proprio motu: vt no. iij. di. in summa.
¶ In gl. iij. ibi: idest Papæ. hoc forte dixit gloss. vt videa-
tur melius inferri probatio. Sed pote dicere, q litera
põt simpliciter intelligi de Principe seculari, & eccle-
siastico, & sic bene infertur probatio, & etiam si intel-
ligeretur de Principe seculari satis põt inferri probatio
per identitatem, & similitudinem rationis. ¶ In glos. fi.
ibi, sed ostendit &c. simile not. v. q. vj. c. dilatori, vel põt
dici, q ecclesia non imponet per se hanc pœnam, sed p
alium si haberet temporalem iurisdictionem in loco. in
c. fi. ne cle. vel mona. in vj. ¶ In ea. ibi, vel morte. s. æter-
na. & sic intelligetur de morte spirituali, quã anima in-
currit, non de morte corporali, & de hoc qualiter hæc
litera debeat intelligi plenè dixi in notabilibus. ¶ Extra
5 glo. tangit hic Ioan. And. quis † exemerit clericos a iu-
risdictione Principis secularis cũ prius viderentur illis
subiecti. C. de epi. & cle. per totum. dicit tamen Lau. q
Papa de consensu Principis, seu Imperatoris. per id, qd
habetur in c. quicũq;. xj. q. iij. & in auth. vt cle. apud p-
prios Episcopos. §. si vero. colla. vj. ¶ Sed tamen tenet,
q de iure diuino sunt exẽpti per id, quod habetur. xcvj.
distin. si Imperator. & hoc etiam tenet Innocẽ. & Hosti.
nã clerici cẽsentur res spirituales, q a corpus, & animũ
in sortem Christi transtulerũt. xij. q. j. cui portio. & j. de
præben. causa secundum. ¶ Et ideo non debẽt esse sub
cõstitutionibus, vel sub iudicio laico. ii. x. dist. imperiũ.
& c. suscipitis. & per Host. & Inno. quod Papa etiã sine
consensu Imperatoris per suas constitutiones potuit
clericos eximere.

SUMMARIUM.

1 *Scriptura non est de substantia promissionis obedientiæ.*
2 *Curati iurare debent recipiendo curam.*
3 *Magistratus iudicis, an possit conueniri officio durante pro iniuria, quam intulit subdito.*

LEgebatur. In promissione obe-
dientiæ nõ est neces-
saria scriptura. Et primo ponitur factum.
Secũdo irredargutio. secũda ibi: in qua.
¶ In tex. ibi. literis tuis. loquitur prælato
qui receperat chartulam de promissione
obedientiæ. de quo sequitur. & quia forte frater de quo
in litera reputabat se grauatum, prælatus significauit fa
ctum Papæ propter suas literas cui Papa respõdet, put
sequitur. ¶ In tex. ibi: Atticus. est nomẽ proprium. ¶ In
tex. cõprobabat. qui forte sponte venerat ad mandatum
1 ipsius prælati. ¶ † Not. j. q scriptura non est de substantia
promissionis obedientiæ, nec etiam requiritur, q præste
tur in scriptis obedientia superiori, sed sufficit, q præste
tur obedientia manualis. j. eo. tit. in c. his quæ. & tãgitur
hic in gl. regulariter enim scriptura non est de substan-
tia actus. l. contrahitur. ff. de pign. Fallit in casibus not.
in c. j. de censi. in vj. ¶ No. q iniuria videtur fieri alicui si
compellitur ad faciendam scripturam de eo, quod credi
debet verbo suo. Facit quod habetur. s. de offic. deleg. cũ
super. cum cõcor. ¶ Et potes etiam notare superflua es-
se resecanda, vt hic tangit gl. fi. ¶ In gl. j. in fi. fallit etiã,
quando sunt rebelles, quia tunc etiam coguntur iura-
re. j. eo. cum in ecclesijs. in prima glo. vel si sint excom-
municati. j. de sen. excom. cum desideres. nam tales de-
bent iurare, vt ibi: licèt remittatur eo. titu. super eo. ¶ Et
intellige prædicta vera, nisi hoc habeat consuetudo, q
iurent. j. de ver. sig. cum clerici. secundum gl. dicit tamẽ
2 Host. q consuetudo non posset facere, q † curati non te
neantur iurare recipiendo curam. per id, quod habetur
3 s. de elec. significasti. & de consuet. cum inter. ¶ † Extra
gl. tangit hic Io. And. an magistratus iudicis posset con-
ueniri durante officio de iniuria per eum illata subdito,
de quo habetur in tex. & gl. in l. pars literarum. ff. de iu.
& in l. nec magistratibus. ff. de iniur. Conclusio est, q si
delinquit circa officium potest cõueniri. l. iubemus. C.
ad l. Iul. repe. Si extra officium, tunc si est de maioribus
vt quia habet merum, & mistum imperium, non potest
conueniri durante magistratu, nisi vt præstet cautionẽ
de respondendo finito officio. l. si adulterium. in fi. ff. de
adul. ¶ Sed si esset de minoribus, posset conueniri etiã
durãte officio. d. l. nec magistratibus. & hæc in magistra-
tibus temporalibus, sed in perpetuis tene indistinctè, q
posset conueniri durante officio, & ideo episcopus etiã
a suo clerico cõuenitur. xj. q. j. si clericus. Facit quod no.
gl. in l. nisi finita. ff. de tut. & ratio distra. nec est necesse,
q impetretur licentia a Principe, seu Papa. facit de rest.
spol. conquerente, licèt aliqui contra per l. cum vero. §.
fi. cum l. seq. ff. de fideicom. libe. Sed certe illa. l. loquitur
alio casu, vt ibi patet.

SUMMARIUM.

1 *Principes seculares sunt subiecti proprijs episcopis.*
2 *Dictio item. coniungit etiam non seruata paritate.*

OMnes. Ab omnibus obediẽdum est
1 episcopis. h. d. ¶ † No. j. q prin
cipes seculares sunt subiecti proprijs epi
scopis, quò ad spiritualia. facit quod ha
betur in c. solite. & lxiij. dist. in c. Valenti
nianus. ¶ Et sic not. q maior videtur esse
dignitas ecclesiastica, quàm secularis. de quo in c. solite.
2 ¶ † No. q dictio item. coniungit etiam non seruata pari-
tate. ¶ Not. q præcepta Petri, & Apostolorum habent
obligare no. argum. pro opi. magistrorum recitandis, &
differendis. facit quod habetur. xxiij. q. j. cum beatissi-
mus, & in l. qualiter. ff. de arbi. ¶ In gl. j. ibi habet larem
principalem. i. vbi habet habitationem principalem, &
sic in

ſic in duobus locis æqualiter haberet in vtroque corũ ſortitetur ſorum.l.aſſumptio.ff.ad muni. ¶ In ea.glo.in fi.& ad prædicta bene facit,quod habetur in c.cum qs. j.de ſepul.in vj.& per not. in capitu.nouum genus.j.de deci.¶ Vltimo aduerte,quia ſi intelligitur ſuperſcriptio hic poſita in tex.de Clemente primo,qui fuit ſucceſſor beati Petri patet, ꝙ licèt regulariter in collatione decretalium,vel conſtitutionum debeat ſeruari ordo,vt priori loco ponatur conſtitutio ædita a priori autore, vt habetur ſ.in procœmio huius libri , tamen quãdoque hoc fallit,vt hic patet iunctis capitulis præcedẽtibus, & eorum ſuperſcriptionibus . ¶ Si autem intelligeretur de Clemente tertio,tunc ceſſaret contrarium.De ſecundo autem Clemente non poteſt intelligi, quia non fuit canonicè inſtitutus,vt habetur in chronicis.

a Imperiũ. Sic ẽt format ſũmariũ.d.Abb. Et eſt iſtđ. c. ſm eũdẽ multũ allegabile.

S V M M A R I V M.

nis. Secus si fiat nemine recipiente per id, quod no. glos. in d. l. idem in duobus. quia tūc exceptio acquiretur absenti: & hoc si fiat extra iudicium, vel si fieret in iudicio iudice præsente benè proderit absenti per ea, quæ habetur in d. l. postquam liti. & superius tetigi, & quod plenius per Bartol. in d. §. si liberationis. & tene menti prædicta pro intellectu, & declaratione. d. l. postquam liti. & ad id, quod dixi per Papam posse quæri subdito. facit, qđ no. do. Ant. s. in procemio huius libri.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de succedendo in ecclesia non valet.*
2 *Successorem sibi eligere in ecclesia, an possit prælatus.*

Accepimus. Non valet pactum de succedēdo post mortem plari ipsius in ecclesia. hoc dicit. ¶ No. qđ † pa-
1 ctum de succedendo in ecclesia non valet, nec mirum, qa ecclesiastica beneficia ex successione, non debent acquiri. Sed ex canonica institutione. supra de fi. presby. ad extirpandas. ¶ Vltimo nota, quòd inferior a Papa non pōt dare ius ad vacaturas: facit, quod habetur.
2 j. de concess. præben. c. proposuisti. ¶ In gl. fi. in fi. & † hoc verum de iure communi, tamen Papa posset ex speciali gratia concedere alicui, vt sibi eligat successorem in ecclesia, vt probatur in c. petiisti. vij. q. j. & facit ēt, qđ habetur in c. constitutus. j. de concess. præben. licèt ibi nō propriè loquatur de pacto succedendi: sed potestate conferēdi primam vacaturam.

SVMMARIVM.

1 *Pensio augeri non debet per pactum, beneficij acquirendi gratiâ.*
2 *Spoliare verbum quandoque sumitur in bona parte.*
3 *Pensiones augeri non debent, etiam augmentatis facultatibus beneficij: nec huius est licita conuentio.*
4 *Et quid de pacto pensionis diminuendæ.*

Cum clerici. Is qui per pactum pensionis augendę cōsecutus est ecclesiam, illa priuari dēt: & aliàs canonicè puniri. Et primo narrat factum quod secundo corrigi mandat: secūda ibi: nos. ¶ In text. ibi aliàs. i. vltra spoliationē
1 prędictā. ¶ † No. j. quod pactum de augenda pensione est damnatum a iure, præcipuè quādo apponitur in collationis actu. vt sic facilius, quis consequatur ecclesiam: facit, quod habetur. j. de ceosi. prohibemus, vt etiam post collationem dictum pactum videtur esse prohibitū: sed potissimè in casu isto prohibetur tanquam simoniacū. ¶ Itē
2 not. quod † verbum spoliare interdum sumitur in bona parte, pro priuatione legitima, & iurisdictionali, licèt vt plurimum ponatur in mala parte. vt patet. s. de resti. spo.
3 conquerente. & per totum. ¶ † In gloss. ij. in fi. potes dicere, quod quantum ad casum de quo in litera nullo modo licita est cōuentio, etiam augmentatis facultatibus qualitercunque, quia nō debet taliter per talem compositionem cōsequi titulum in beneficio, cum talis conuentio sapiat simoniam. Si autem quæritur post titulum legitimè collatum, an possit augeri sensus, tunc procedit quæstio, gloss. tamen Hostien. hic dicit, quod si necessitas illius cui augetur hoc exigit, nec fit clā, sed palā prælato, & capitulo consentiente, & superiore autoritate, tūc poterit augeri. ar. l. nooesttimo. ff. de auto. tuto. & j. de præben. c. proposuisti. sed si talis causa, seu necessitas nō subest, tunc videtur velle Hostien. quòd non debeat augeri. vñ dicit, qđ suo iudicio tunc priuata bursa non dēt repleri: sed potius deberet diuinus cultus augeri, per id, quod habetur. s. de consti. in c. pe. facit, qđ no. j. tit. j. c. de cetero. & sic non videtur tenere distinctionem gloss. sed id qđ superius dixi, & illud vř rationabilibus, cū quo etiā
4 transit Ioan. And. & do. Ant. ¶ † Extra glo. posset esse dubium quid de pacto diminuendæ pensionis. si instituendus non vult recipere beneficium, nisi remittatur pensio: dicunt quidam Ioan. de Lig. hic tenere, quod si fit ad commodū instituendi non valebit. Secus si ad commodum ecclesiæ, sed contra hoc facit, quia videtur, ꝙ simpliciter nō debeat valere ex eo, quia contrariorum eadē est disciplina. l. sed & si contra. ff. de vulg. & pup. & c. cum renuntiatur. xxx. q. ij. & ideo sicut, non potest pēsio augeri tempore institutionis, seu collationis, sic nec etiam diminui: nam, & paria vidētur dare, & remittere. ff. de calum. l. j. §. fin. cum sequen. an autem si conuentio hic fuisset licita fuisset ecclesia obligata pro pensione. Inno. dicit qđ sic. per id, qđ habetur in l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. nec obst. l. fina. ff. de contrahen. empt. quia ibi obligatio fuit personalis hic autē agebatur, vt esset realis.

SVMMARIVM.

1 *Pactum appositum iuxta contractum, vel in traditione rei ad præiudicium alterius paciscentium, non valet.*
2 *Sepulturam paciscendo eligere nullus debet.*
3 *Decima, an sint soluenda de pensionibus domorum.*
4 *Soluens scienter indebitum, an videatur donare.*
5 *Pactum si non valet, an valeat pœna.*
6 *Pœnam in pactis appositam, an possint personæ ecclesiasticæ petere.*

Plerique. Ecclesia rem suam locādo, vel in feudum concedendo, non potest apponere pactum per quod iuri parochiali alterius ecclesiæ derogeť. hoc dicit. Et primo narrat factum. Secundo illud corrigi man
1 dat: ibi cum autem. ¶ † Not. j. quòd pactum appositum iuxta cōtractū, vel in traditione rei ad preiudicium alte
2 rius compaciscentium non valet. ¶ † Item no. quod pactum de eligēdo sepulturam non valet. similiter facit, qđ no. in cap. de sepul. in vj. & de pœnis. in cle. cupientes. ad fin. vbi etiam imponitur pœna cōtra religiosos, & clericos inducentes aliquos, vt obligentur per pactū, vel totum, vel iuramētum ad eligendū sepulturā. ¶ Itē not. quod vbi reuocatur principale pactum retractandū est ēt, quod ex eo secutum est. facit, quod habetur in l.
3 non dubium. C. de leg. ¶ † Vltimo no. secundū quosdā, quod decimę sunt soluendæ, etiam de pensionibus domorum: facit. j. de decimis. c. commissum. & c. tua nobis, sed melius facit. c. penul. j. de vsur. Ioan. Andre. hic dicit, quòd non benè istud colligitur hic, quia locator domus: nō aūt cōductor soluere dēt decimam pensionis: sed mens huius literæ fuit, quòd agebatur per procuratorem, quòd decimæ personales, vel etiam prædiales soluerentur per conductorem ecclesiæ locatrici, qđ per pactum præiudicabitur ecclesiæ parochiali. in glo. j. in fi. hic autem pactum non tenuit, quia factum super iure spirituali pro re temporali, quod fieri non potuit. facit quod habeť. j. de re. perm. in c. ad quæstiones. ¶ In gloss. ñ. in fin. & sic est in electione ecclesiæ parochialis contra quem agat: sed tunc est dubium, quòd si eligit possessorem: an tunc ipse possessor poterit repetere ab eo cui soluit, cum ei non deberetur: videtur, quod non, quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. l. ij. C. de condi. ob turpem causam. ¶ In contrarium facit, quia turpitudo solum videtur esse ex parte recipientis: facit, quod habetur. j. de iureiuran. c. debitores. Ioan. Andr. concludit, quod regulariter non re-
4 petet, quia videtur † donasse soluendo scienter indebitum per

tum,per id,quod no.j.de solu.c.si.fallit si esset persona,
q excusaret ab ignorantia iuris, p id,qđ habet in l.cum
5 de indebito.ff.de proba.& in d.c.fin. An † autē vbi non
valet pactum, non valet,etiam pœna.j.de so.compe.c.
si diligenti.C.eo.tit.l.pacta quæ ɔtra.& ibi not.Secus si
esset pręter legē.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de ver.oblig.
¶ Si autem esset fm.l.seu fcđm canonem:tunc valet pa
ctum , & pœna tñ paciscens debet altero esse conten-
tus.l.rescriptum.§.si pactum.ff de pac. quod intellige ,
6 vt no.in l.fidem.ff.de trās.¶ † An vero personę ecclesia-
sticæ possint petere pœnam not.j.de arbi.c.dilecti . & j.
de pę.suam.& de regu.iur.bonafides.in mercu.in vj.

S V M M A R I V M.

1 *Pactio, & conuentio differunt.*
2 *Pactum pro obtinendis spiritualibus, non valet.*
3 *Pactum, quod fit contra ius publicum, non valet.*
4 *Iuramentum continens omninò illicitum, non est seruandum.*
5 *Pactum turpe, & rei turpis differunt.*

a Non valet.Si quæris, quando pactio debet seruari , vel quādo nō distingue, hic secundū. domi. Hē.boych.

2 PActiones. Non valet [a] pactio in spiri-
tualibus, vel q peccatū in-
ducit: vel quæ de iure,& de facto est impos-
sibilis.h.d.Et primo ponit dictum,& eius ra
tionē:fcđo illud ampliat,& pbar . fcđa ibi:quod etiam.
1 ¶ † No.ex tex.primo,quod aliud videt esse pactio,aliud
conuentio . nam verbū conuentio est magis generale:
vt patet ex his, q habent in l.j.§.cōuentionis.ff.e.nā di-
cunt conueniri illi,qui in aliquo loco ɔueniunt:licèt ni
hil paciscant. ¶ Itē no. quòd etiā i foro cannnico licitū
2 est allegare.l.de quo in c.j.de oper.no.nun. ¶ † Itē no.q
pactū p spiritualibus obtinēdis nō valet:nec ob.q hr.s.
de elec.significasti.qa ibi ppriè,nō est pactio,sed est ex-
pressio eius,q tacitè inest,vt ibi patet.nec obstat,q habe
tur in c.significatū.j.de præben.quia ibi nō dr, q valeat
pactum p spūali obtinendo:sed dr,q beneficio vacanti
pōt annecti onus spūale:nec ob.etiā qđ habet.j.de ɔdi.
appositi.in c.verū,qa ibi pactū fuit adiectū sup re tēpora
3 li.¶ Itē not.q † pactū ɔtra ius non valet,qđ est verum,si
fit ɔtra ius publicū,cui nō pōt renūtiari.j.de so.compe.
si diligenti.cum ibi no. Sed si ɔtra ius priuatum cui pos
sit renūtiari, vt l.pacisci.ff.de pact. ¶ Vltimo no.q dictū
est in summario.¶ In glos.j.ibi tacitę.exemplum huius
tacitę ɔuentionis pōt poni p id, qđ habetur in c.ad no-
strā.j c.seq. ¶ In ea.gl.ibi: nō enim fert opē.supple.a iu-
4 re pbatā,licèt p pactum ferat opē. ¶ † In ea.glo.in fi.ad-
de,q si iuramentum ɔtinet oīno illicitum nō est seruā-
dum,vt in iuribus all.gloss.& infra de regu.iur.non est
obligatorium . in vj.si esset illicitum tātum ex parte re-
cipientis.j.de iureiu.in c.debitores.licèt solutū tūc prę-
textu.iuramēti possit repeti.vt patet in glo.penul.ibi,&
instit.de inuti.stip. circa prin.aduerte,qa gl.vr voluisse,
q idē dicat pactum turpe,& rei turpis, tex.tñ hic ponē-
do alternatiuam &,inter illa videtur voluisse,quod sint
diuersa.arg.l.hęc verba ille,aut ille.ff.de verb.sig.Vnde

b De transactiōibus. Super hac rubrica , q rit . d. Ab. quid sit trāsactio.vide eum hic in cōtinuatione rubricę.

5 Io.An.† videt assignare differentiam inter dicta pacta ,
vt dicat pactum turpe,qđ habet annexā turpitudinem:
vt quia per dolum,aut metum , aut p simoniā fuit ini-
tum . ¶ Sed pactū rei turpis,est si qs pmittit facere ho-
micidiū,vel sacrilegium. pactū verò habens cām turpē
dr esse.si promitto.x.si interfecerit hominē.vel ne furtū
agas contra me,si cōtingat in furtū cōmittere talia autē
pacta illicita sunt,vt patet ex iuribus hic alle.in gl. Sed
Bar.in l.generaliter.ff.de ver.obl.dicit, q qdā sunt pacta 1
nullā habētia turpitudinē,& sunt fm leges,& talia sunt
valida.Quædā vero sunt pter legem,licèt non ɔtineant 2
turpitudinē.vt qñ stipulat qs aliquid dare alteri . & fa- 3
cit, licèt non valeat principalis pmissio, valebit tñ pœ-
nalis.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de ver.ob.Quędam vero
sunt pacta in se ɔtinentia turpitudinē , & hoc pōt con-
tingere tribus modis : qa,aut in pmissione venit aliqd
turpe,vt si promittis occidere hominem:& tūc promis-
sio est nulla ipso iure, vt in dicta l.gñaliter. aut pmissio
in se nō cōtinet,quid turpe tamē est turpiter facta:vt qa
p dolū,vel metū:& tunc de iuris rigore valet:tamē non
ob.exceptio , & rescindit p remedia iuris,de quibus in
tit.qđ met.cā , & de dolo . Quædā vero pmissio est tur-
pis,nō qa ɔtineat in se turpe:sed pptet cām annexā,vt
si promitto tibi centū,si interfeceris hoīem : & tunc li-
cèt fuerit opi.an talis promissio sit ipso iure nulla:tamē
gl.tenet,qđ sit nulla in l.iurisgētiū.§.si obstat.ff.de pac.
Et facit,qđ hr in l.si plagi.ff.de ver.ob.¶ Sed Vltramon
tani,vt refert Cyn.in l.ij.C.qđ me.cau. dicunt,qđ valet
de mero rigore . sed obstat exceptio p id, qđ habet in l.
pe.ff.de condi.ob.tur.cau. vbi litera vr velle , qđ detur
exceptio doli. ¶ Sed, vt dicit Bart.in d.l.gñaliter potest
rñderi , qđ ibi loquit de exceptione doli prout est facti,
vel intentionis nō iuris iuxta no.p gl.in l.qui se p aliū.
& d.l.gñaliter. & l.plagi.in qbus aperte videtur pbari,
qđ nulla oriatur obligatio , vel posset dici ad d.l.pe. qđ
qñq; in promissione exprimitur causa turpis : & tūc p-
cedat opi.gloss. ¶ Quandoq; non exprimitur,licèt taci-
tè intelligat ex mente ɔtrium & tunc pcedat opi.vltra-
mon.facit,q not.in l.ij.C.qñ prouo. non est necesse. &
j.de re iudi.c.j. vbi in simili distinguit in snīa , an expri- 4
primatur error , vel non . ¶ Sed hæc solutio non placet 1
do.Flo.quia regulariter taciti , & expressi eadem est rō,
& conditio secūdū ea , quæ habent in l.cū q.d.ff.si cert.
pe.& j.de so.cōpe.§.si diligenti. & sic ex pdictis vr,q pro-
priè loquendo,pactū turpe, vel rei turpis pro eodē sup-
ponat,licèt possent diuersificari stricto sumpto vocabu-
lo,per ea,quæ dixi post Ioan.An. ¶ In ea.glo.ibi:contra
leges.supple æditas a iure ɔsulto. & qd subijcit de con-
stitutionibus.§.principū. & quod.j.dicit de sena.consul
tis:intellige de statutis a senatoribus,qui habebant po-
testatē.l.condendæ.& quod subijcit de plebiscitis.intel
lige de statutis,plebeis Romanis,quando recesserunt a
maioribus , seu nobilibus Romanis in montē auētinū:
& fecerunt ibi certa statuta , quæ postea fuerunt appro-
bata per populum Romanum , vt habetur in l.ij.ff.de
ori.iu.& de illis habetis exempla in tex.& gl.in l.iuris-
gentium.§.prætor ait.ff.de pactis.& l.condictiones. & l.
filius.ff.de conditio.institu.& facit etiam ad materiam ,
quod notatur in l.continuus.§.illud.ff.de verbo.obliga-
tio.& per Bartol.in l.inter stipulantem.§.sacramenta. &
eodem titu.l.quidam.Et not.etiam ex text.& glo.quòd
quædam sunt impossibilia de iure,& de facto . vt si pro-
mittis dare solē,lunā,vel chimeram. Quędam sunt im-
possibilia de iure tantum. sed non de facto,vt si promit
tis aliquid,qđ reprobatur a iure: quædam autē sunt im
possibilia de facto, vt si pmittis mihi montē aureū , qa
de facto nō reperitur : facit,quod notatur insti.de inuti.
stipula.circa principium.

b ¶ De transactio.[b] Rubrica.

¶ Continuatio huius rubricæ patet ex his , q proximè
dicta sunt super præcedenti rubrica . de materia habet.
liiij.distin.generalis.j.q.iij.ea,quę.v.q.ij.si primates.xvj.
q.vij.decimas.& xxiij.q.iiij.si illic.

S V M M A R I V M.

1 *Transactione tollitur omne ius , quod competebat partibus ante transa-ctionem.*
2 *Pacta vltima seruanda sunt.*
3 *Clausula supplentes omnem defectum, &c. quid importet.*

4 Transactio

4 *Transactio, an, & quando restringatur ad petita.*
Petitio est triplex.
5 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
6 *Transactio generalis, an extendatur ad ignorata.*
7 *Sententia, quæ non tenet, an per confirmationem Papæ efficiatur valida.*

SIcut graue. instrumenta, &
alia iura partium
contraria transactione tolluutur.h.d.
Et prima pars decernit,seu ponit de-
cretum.secunda supplet.secunda ibi
cui si quid.¶No.ex tex.primo, quod
1 † omne ius ɔpetens ptibus añ trāsa-
ctionē tolliř per trāsactionem supueniētem: quatenus
facit contra ipsam trāsactionē.¶Itē no.ꝙ ad renūtiatio-
nem iuris cōis,non vř seq. renuntiatio iuris cōpetentis
2 ratione priuilegij,vel p̄scriptionis.¶† Itē not.ꝙ vltima
3 pacta sunt seruanda.l.pacta nouissima.C.de pac.¶†Itē
potes notare,ꝙ Princeps, seu Papa p̄t supplere defectū
solennitatis adhibitum in transactione ptiū, vel in alio
actu:facit,qď no.s̄.de elec.in c.illa.& p Guil.in Spe. de
legato.§.nunc ostendendum.ver.no.ꝙ clausula.vbi tan
git de virtute clausulæ,quæ sæpe apponiř in literis Pa-
palibus,dum dř,supplentes oēm defectū si qs fortè fue
rit in p̄missis. nam p illam vř subueniri contra defectū
solennitatis iuris positiui:non autē cōtra defectum sur
gentem ex iure naturali:vel ex nobilitate personæ: vel
ex defectu potestatis:facit,quod hř in cle.pastoralis.ver
4 sic.cæterum.de re iudi.¶† In glo.ij.ibi petitio specialis.
a Aduerte, quia glo. voluit principaliter p̄sequi tres ca-
sus. Quia qñq; petitio fuit specialis,qñq; gñalis,qñque
indefinita.Et de quolibet istorum casuum subdistingui
tur.Nā in primo casu ɔcludit,ꝙ si trāsactio sit specialis:
& sic simpliciter sup petitione, non nocebit in alijs. Et
idem si esset sup parte petitorū,quia solū nocebit qua-
tenus facta est transactio.¶ Si aūt petitio fuit spālis: vt
quia fortè petebat quis reddi rationē vni administranti
p reum q. dicebatur, etiam generaliter oīa negotia ad-
ministrasse,si postea fit transactio gñalis s̄m gl.restringi
tur ad petita:& sic ad id,de quo spāle est actū.Et hoc cla
rum si id fieri pōt salua rōne recti sermonis: & sic loqui
tur.l.si de certa.alle.in gl.fi.¶ Sed vbi,nō posset restrin-
gi solū ad petita salua rōne recti sermonis tunc s̄m oēs
præiudicabit in oībus,ex quò generalis est, & non pōt
restringi ad petita salua rōne recti sermonis p id,ꝙ ha-
betur in l.plautius.ff.de au.& ar.leg.& l.si ex pluribus.
ff.de solu.cum ibi not.p Bar.in d.l.si decre.tñ s̄m Iaco.
de But.in his,de quibus non erat lis valebit vi pacti. in
alijs vi transactionis,argumen.l.j.ff.de transac.¶ Sed se
cundum Barto.in d.l.si de certa. valebit etiam vi transa
ctionis : quia licèt,nō fuerit lis mota quò ad alia,tamē
sufficit quò ad validitatem transactionis timore future
litis. vt nota.in l.ij.C.de transa.p̄pter dubitationes,ta-
men prædictas tollendas, notarij hodie in instrumento
dicunt, quod partes deuenerunt ad talem cōuentionē,
transactionem,& pactum,non dicunt tantummodo,ꝙ
deuenerunt ad istam transactionem: vnde tunc est cla-
rū,ꝙ transactio facta inter partes si sit generalis, & non
possit referri ad petita tm̄ salua rōne recti sermonis, qď
tunc valebit in alijs non petitis etiam vi Pacti . Qñ aūt
generalis transactio dicat posse restringi ad petita salua
ratione recti sermonis : paret exemplum d.l. si decreta,
C.de transac.qñ fit transactio super re petita,& promit
titur ex causa restitutionis nihil amplius petere:quia in
telligitur.s.nomine dictæ rei.& sic bene pōt tūc restrin
gi ad petita.Secus si dictum fuisset, qď p̄mittitur nihil
amplius peti occasione dictæ rei , vel alia quacūque de
causa,quia tunc patet,ꝙ nō potest restringi tantūmodò
ad petita: facit,quod not.in l.pluribus.ff.de acceptil.&
§.ex pluribus, ff.de solu. ¶ Item aduerte inquantū dixi
transactionem generalem in dubio debere referri ad
petita est dubium,an idem sit in pacto generali,gl.not.
& sm.in l.emptor.§.lucius.ff.de pac.tenuit , ꝙ secus est
in pacto gñali: quia illud in dubio generale p̄iudicabit
s̄m Guil.de Cu.& Bar.in d.§.Lucius.Et idem Bar.in l.si
de certa.de trāsac. Et Cy.ibi in l.sub p̄textu specierum,
dicunt non esse differentiam faciendam inter pactum ,
& transactionem . Quia vtrobiq; videtur eadē ratio s̄m
eos : & per ɔñs idem ius debet dici.argu.l.illud.ff.ad l.
aquil.& s̄.de consti.transla. & sic s̄m eos idem dicendū
in pacto generali,qď dictū est in trāsactione. ¶ Sed ad-
uerte,quia gloss.forte de iure pōt defensari ex eo , quia
transactio debet fieri de re dubia, & lite incerta.l.j.ff.de
transac. & ideo non est mirū si in dubio restringiř ad ea
de qbus erat lis: sed pactū pōt fieri super de his quibus,
non est lis , vt patet ex his,quæ notanř in rubr.ff.& C.
de transa.& in d.l.j.ff.de transa.Et ideo videř,qď non sit
eadē ratio restringendi pactum : sed generaliter debet
intelligi,vt voluit gl.in d.§.Lucius.Et hanc opin.etiam
tenuit Bar. in l.de pupillo.§.si in pluribus.ff.de ope.no.
nun.& sic in hoc vř sibi fuisse cōtrarius:& hæc sufficiāt
de primo casu petitio fuit specialis. ¶ Scđo casu,quan-
do petitio fuit generalis tunc gloss. hic distinguit duos
casus,quia aut transactio, etiam fuit generalis : & tunc
generaliter, & in oībus p̄iudicabit.l.sub prætextu.C.e.
titu. Aut transactio fuit spālis,licèt petitio est gñalis : &
tunc non impedit processum aliorū: & sic non p̄iudica
bit,quò ad alia.facit,ꝙ habeř.C.e.l.pen. & in l.si vnus.
§.ante oīa.ff.de pact. ¶ Sed aduerte, quia primū mem-
brum recipit limitationē,videlicet, quando petitio fuit
generalis:& similiter transactio inquātum dictum fuit,
ꝙ tunc generaliter in oībus præiudicat:nam illud verū,
nisi aliqua fuissent dolo occultata:q.a tunc in illis, non
præiudicaret : vt l.tres fratres.ff.de pac. ¶ Itē illud verū
vbi aliqua possent dependētia ex testō.quia in illis, nō
est licitum transigere,nisi inspectis , & cognitis verbis
testamenti.l.de his.ff.eo.titu.ideo in talibus non habe
ret præiudicare generalis transactio. ¶ Item etiam ha-
bent procedere , quando nedum petitio fuit generalis
transactio:sed etiam media prosecutio.¶ Si autem pro-
secutio fuisset specialis licèt petitio,& trāsactio fuissent
generalis vř,qď licè: de rigore iuris,nō noceat:ī omni-
bus tñ vi replicationis doli solū nocebit in prosecutio-
ne . arg.sicut in simili dicimus in sententia in l.licèt.C.
de iud.& sic restringetur tunc in effectu ad spiritualia
prosecuta. Et istud tenuit Bar.in l.sub prætextu specie-
rum.Glos.tamen ibi tenuit oppositum,videlicet,quod
transactio tūc noceat in oībus, & aliud sit in sententia,
quæ dēt ferri s̄m allegata , & p̄bata.l.illicitas.§.veritas.
ff.de offic.præsi. Ideo nimirum si restringitur ad media
prosecuta,in quibus est facta probatio,& non ad alia in
quibus,non est facta probatio.Sed transactio procedit a
spontanea dispositione partium , quæ possunt sibi præ-
iudicare prout volunt:& ideo,ex quò transactio est ge-
neralis:& petitio,etiam fuit generalis:vř,quod in oībus
habeat p̄iudicare.Et ista opi.gl.satis de iure vř defensa-
ri posse: tñ Bart.vt dixi dicit idem dicendū in transact.ꝙ
in sniā,vt illa restringatur,etiam ad p̄secuta. Et facit p
hoc,quod habetur in l.si de certa.C.eo.nā sicut restrin-
gitur ad specialiter petita , licèt ex mera conuentione
partium procedat, ita vř,quod eadem ratione restringa
tur ad spāliter prosecuta,quamuis ex conuentione par
tium procedat. ¶ Item intellige prædicta vera,nisi trāsa
ctio esset per dolum extorta,vel per metum:quia tunc,
nō noceret p ea,quæ habenř in l.sub p̄textu instrumē-
ti.C.eo.& hæc sufficiant de scđo casu principali , quan-
do petitio fuit generalis. ¶ Tertio casu,quando fuit in-
definita.Gloss.hic videtur dicere,quod si transactio fuit
specia-

a Aduerte.hęc materia ē magis legalis quā canonica , ideo vide do.in legibus allegatis hic per glo.qa ibi est propria materia huius tractatus .

ſpecialis, vel indefinita non nocet in alijs. Secus ſi fuit
tranſactio generalis:quia tūc de rigore iuris nocebit in
omnibus,ſed replicatione doli reſcindetur.p iura. alle.
in gl.¶ Sed certè iſta differentia, quam facit gl.inter pe
titionē gen eneralem,& petitionē indefinitam,commu
5 niter non teneẽ : qa † indefinita æquipollet vniuerſali:
& ſic generali.j̄.de priuil.qa circa.& facit,ꝙ no. in c. vt
circa de elec.in vj.vnde eundem effectū operaẽ petitio,
pero mihi reddi rationē adminiſtrationis bonorū meo
rum q̄ petitio eſt indefinita: vel ſi Ep̄s dicit peto oīa iu-
ra Epiſcopalia : & ideo non ꝓcedit differentia gloſſ.an
6 † autem generalis tranſactio extēdatur ad ignorata.Cō
clude,ꝙ ſi agiẽ de pendentibus ex teſtō , non extēditur
ad illa.l.de his.ff.eodem.¶ Si autem quæritur in alijs,&
tunc,aut natura actionis ꝓpoſitæ eſt apta comprehen-
dere ignorata:vt qa petitio eſt vniuerſalis , & ſic in ge-
nere fuit ſaltem cogitatum:facit,ꝙ habeẽ in l. qui iure.
ff.de vulg. ideo tunc trāſactio gn̄alis p̄iudicat in oībus
ſalua diſtinctione,q̄ ſuperius dixi.Secus ſi natura actio
nis,non ſit apta ꝯprehendere, vt qa eſt actio ſpecialis :
qa tunc nō videtur de incognitis cogitatum,niſi aliud
appareat.l.qui eum.in fin.ff.de tranſac.& plenè per legi
ſtas in l.ſub prætextu ſpecierū.& l.ſi de certa.& ibi etiā
per Barto.C.eo.ti.¶ Et adde etiam,quod generalis trā-
ſactio,non hēt præiudicare:poſtea de nouo ſupuenien
ti ar.eorum q̄ habentur de excep.c.paſtoralis.& s̄.de re
nun.c.cum inter . & ꝓbatur in d.l.ſub prætextu ſpecie-
rum.& ibi etiam p Bar.Et ad materiā facit,qđ no.p le-
giſtas in l.actione.C.de tranſac.& per Bar.in l.aurelius.
§.caius.ff.de liber.le.& in l.qui Romæ.§. duo fratres.ff.
de ver.obl. ¶ In gl.penul.ibi:cum cauſæ cognitione.&
ſic ex certa ſcientia . Secus ſi ſimpliciter facta in forma
cōi,quia talis cōfirmatio nō tribuit ius vltra, quā com
petat ius antiquū,vt plenè not. in c.j.& ij.j̄.de cōfir.vti.
vel inuti.& j̄.de conceſ.præben.quia diuerſitatem.& s̄.
7 de conſtit.c.cum acceſſiſſent.¶ † In gl.fi.ibi: ſumit vigo
rem:hoc verum,quando ſubeſt defectus ſolēnitatis po
ſitiuę.Secus ſi ſubeſt defectus iuris naturalis , vel inha-
bilitatis perſonæ,vt notatur in Spec. in tit.de lega. iij.§.
nunc oſtendendum.ver.& no.ꝙ clauſula.s̄.de elec.c. il-
la.per Ioā.And.facit , quod habetur in clem.paſtoralis.
ver.cæterum.de re iudi.& quod not.Bart.in l.ſi quis.C.
de decurio.lib.x.

S V M M A R I V M.

1 *Autoritas Epiſcopi requiritur in actu exercendo cum eccleſia . & nu.4.*
2 *Compoſitio ſuper decimis cum conſenſu Epiſcopi valet.*
3 *Tranſactio,an poſsit interuenire ſuper re ſpirituali.*
5 *Alienare,an poſsit res eccleſiæ ſubditus Abbatis, vel inferiori cum con-
ſenſu ipſius Abbatis, vel prælati inferioris.*
6 *Tranſactio, vel compoſitio, poteſt fieri ſine ſuperioris autoritate : & qn̄.*

STatuimus. Valet tranſactio ſuper fructibus decimarum fa
cta autoritate Epiſcopi hoc dicit,vel ſic:va
let compoſitio ſuper decimis facta ſuperio
ris autoritate.h.d.non diuiditur.¶ In text.

a ¶ Valet tranſactio. hoc eodē mō ſummat dom. Abbas.

ibi : inter vos non apparet cui loquatur,an clericus,vel
laicus ideo gl.fi.hic dubitauit.¶ Itē ibi ſui.i. ipſius pſo-
næ eccleſiaſticæ: & intellige de conſenſu Archiepiſco-
pi , quando in diœceſi Archiepiſcopi ſunt decime,ſup
quibus fit cōpoſitio:ſed ſi ſunt in diœceſi Epiſcopi ſuf-
fraganei:tunc ſufficit cōſenſus ipſius Epiſcopi in cuius
diœceſi ſunt,facit,quod habeẽ.s̄.de offi.dele.c.paſtora-
lis. ¶ No.ꝙ illa ptātē habebat Archieps in ſua diœceſi,
quā habet Ep̄s in ſua:regulariter autē in diœceſi ſuffra
ganei quò ad ſubditos ſuffraganeorum , non habet iu-
riſdictionē.vt s̄.de offi.ordi.capitu.paſtoralis.¶ Itē not.
1 q † in actu exercēdo cum eccleſia requiritur autoritas
2 Ep̄i in cuius diœceſi eſt ipſa eccleſia.¶ Itē no. † ꝙ vale-
re videtur compoſitio ſuper decimis cum cōſenſu Ep̄i,
3 de quo tangetur in fi.glo.¶ † Item potes notare,qđ ſup
re ſpūali videtur poſſe interuenire tranſactio.de quo tā
getur cū gloſſ.j.j̄.eod.ſuper eod. ¶ In gloſſ.j.ibi,& vaſis
eccleſiæ:intellige redactis ad maſſam,quando erāt vaſa
conſecrata,& ſic deſinunt eſſe conſecrata,vt habetur in
d.c.caſellas.& d.c.ſi illic.s̄.allegatum : quia glo.non re-
ſpondet : potes dicere, quòd ibi non interuenit tranſa-
ctio ſub ſpirituali.ſed ſup iniuria illata.¶ Item nō ob.c.
quando.quia potius facit pro. nam ibi prohibetur dare
tēporalem pro ſpiritualibus, licèt ꝓmittat dare ſpiritua
le pro ſpūali. ¶ In ea.gl.in fi.vnde dicebat Goſ. ꝙ tran-
ſactio ſine ſuperioris autoritate fieri non poteſt, qa p̄ſu
mitur vitioſa eo,qđ fit de rebus ſpūalibus.facit.s̄.titu.j.
cum pridem. ¶ Sed cōpoſitio amicabilis ſuperioris au-
toritate fieri poteſt.argu.l.furti.§.qui iuſſu.ff.de his,qui
no.infa.facit,ꝙ dictum fuit in d.c.cū pridem.potes dice
re,vt etiam hic voluit ſentire Innoc.ꝙ tranſactio,vt deẽ
ſpirituali pro temporali,vel econtra non eſt licitum,qa
ſapit naturā ſimoniæ . ¶ Sed amicabilis compoſitio be-
ne poteſt interuenire in ſpirituali : ſi forte detur ſpūale
ꝓ ſpūali. vt in c.quæſitum.de re.permu.Secus ſi tp̄ale,
ꝓ ſpūali.ut ibi,& hoc,quando petiẽ ſpirituale reſpectu
ꝓprietatis. Si uerò petiẽ reſpectu tituli:tunc uidetur,ꝙ
non poſſit dare,etiam ſpirituale ꝓ illo,per ea,quæ habē
tur in c.conſtitutus . licèt poſſet fieri permutatio , ut in
præalleg.c.quæſitum . poſſet tamē interuenire compo-
ſitio mediāte ſupiore dūmō qs pure,& ſimplr renūtiet
iuri,ꝙ hēt , uel recipiaẽ ſimplr ius,qđ hēt p id,qđ hr̄ in
c.ſup eo. poſſet tn̄ ab habēte ius dari aliqđ cā redimēdi
vexationē,vt dictum fuit.s̄.tit.j.c.cum pridē . & hoc,qn̄
haberet plenum ius.Secus ſi nondum eſſet plenum ius
conſecutus,vt no.in p̄alle.c.cum pridem . nec reprobaẽ
cōpoſitio facta per ſuperiorē dūmō , vt dixi ſimpliciter
fiat renūtiatio.vt patet in d.c.niſi eſſent.j̄.de p̄bē.¶ An
aūt ſi aliquid ſit annuatim dandum ex cōpoſitione ſu-
perioris eo caſu, quo compoſitio fuit licita,vtrum tunc
obligatur perpetuo eccleſiæ.dicit Inno.ꝙ nō,ſed cenſe-
bitur obligatio perſonalis : & non tranſibit contra ſuc-
ceſſorē.j̄.eo.de cętero.& d.c.niſi ſaluo.niſi interueniret
autoritas ſuperioris ordinarij,& ſic Ep̄i p ea,quæ habē-
tur in c.veniens.& plus dicit Inno.ꝙ vt ꝑcipiens pēſio-
nem licite percipiat eſt neceſſe, quòd credat ſe iuſtam
cauſam habere.facit,ꝙ habetur.j.de inſti.c.iiij.& j.q.iij.
ſi qs.& qđ habeẽ.j̄.eo.de cætero. ¶ In gloſſ.fi.in fi.& ſic
ponit gl.in effectu . duos intellectus,vnus eſt,quod lo-
quatur text. qn̄ fit cōpoſitio ſuper decimis inter pſonas
eccleſiaſticas: nam iſta benè pōt fieri miſtim rectore fa-
ciēte compoſitionē . facit.j̄.de decimis.ex multiplici.&
quod no.j.de decimis.c.in aliquibus. ſed nō nocet ſuc-
ceſſori . ſaluo,niſi facta ſit autoritate Ep̄i.d.c.de cæterò.
& c.veniens . ¶ Alius intellectus, qn̄ compoſitio fit cū
laicis. & iſtū intellectū tenet hic Hoſt.qa litera dicit in-
ter vos,& aliquā perſonā eccleſiaſticam: & ſic videẽ lo-
qui laicis , quando cōponiẽ cum aliqua pſona eccleſia-
ſtica: non autē dixit inter vos,& aliā perſonā eccleſiaſti
cam: qa tunc benè videretur implicare,ꝙ loquereẽ pſo
nis eccleſiaſticis p id,quod habeẽ.s̄.de teſti.c.ſedes . &
ideo tene,ꝙ compoſitio facta cū laicis de conſenſu Ep̄i
valear p iſtum text.& rationē gloſ. & ſic tenet cū iſta fi.
gl.hic poſitæ. Nec obſt.ſm eum,ꝙ laici nō pſſt decimas
poſſidere,qa ſm eū nō poſſidebunt ius ſpūale decimæ:
ſed quantitatē partis fructuū ipſarū decimarum : & ſic
dicit poſſe intelligi, quod habetur.j̄.de paro.§.fi.& j.de
deci.in aliquibus. & c.ſup eo.j̄.eo.& ſic teſidet hic Ioā .
And.& do.Anto.¶ Sed aduerte,quia text.cum gloſſ. vi-
detur tenere cōtrarium in c.pe.de confir.vtil.vel inuti.
& ibi no. qđ nō p̄t fieri cōpoſitio ſup decimis,cū laico,
vt aliquid minus ſoluaẽ , niſi interueniat autoritas Pa-
pæ:& ſic

pæ: & sic etiam ibi transit Io. And. Aliqui verò voluerũt dicere, quod in decimis præteritis possit fieri cõpositio cũ laicis, & ita intelligatur hic, sed nõ sup futuris. alle. simile, qđ habent Legistæ in alimentis in testamento relictis: qa super præteritis alimentis potest transigi, nõ super futuris. vt l. de alimentis. C. de transact. & istã opi. refert Archidia. in c. decimas. xvj. q. vij. sed nõ tenet illã, quia vr̃, ꝙ decimæ sunt integraliter soluendæ. ĩ. de deci. c. in aliquibus. põt dici, ꝙ si trãsactio fiat ex causa, forte quia ille, q debet soluere est pauper: & nõ bene potest sustentare familiam suã si integraliter soluat decimas: & tunc potest transactio cum eo fieri autoritate Episcopi, & ita possit intelligi hic. Nam decimæ intelliguntur tributa egentium personarum, & sic pauperum xvj. q. j. qm̃ quicquid. & xij. q. ij. c. aurum habet ecclesia. & istud etiam voluit Hosti. in summa. de decimis. §. fin. ver. viij. quare & hoc vr̃ satis ꝓcedere in decimis præteritis: tamen vr̃ idem dicendum in futuris, cum eadem ratio videatur: & per consequens idem ius. l. illud. ff. ad l. aquil. & s̃. de consti. translato. ¶ Sed vbi non subesset causa p̄dicta, quia soluere debens potens esset soluendo: tunc videtur, qđ non teneret transactio super decimis, per q̄ minuatur quantitas decimæ soluenda per laicos sine autoritate Papæ, per ea, quæ habentur in d. c. pen. Secus si non comminueretur quantitas decimę: sed fieret compositio super tempore fiendæ solutionis: quia tũc teneret saltem de autoritate Episcopi p istum text. & per id, qđ habetur, & no. in c. pe. & hæc procedunt in locis, in quibus decimę soluunt̃: & idem in alijs tenendo, ꝙ decimę sint in p̄cepto: nec per consuetudinem possunt præscribi: de quo per Inno. super rub. ĩ. de deci. & per Io. And. & post Host. in c. a nobis. ĩ. de deci. & per gloss. in c. j. de decimis. in vj. forte tamen glo. hic voluit sentire, quod in locis, in quibus de consuetudine nõ soluitur. ꝙ licita sit compositio, cum autoritate Episcopi, quasi per hoc consulatur ecclesię: & sic valeat arg. eorum. quæ habentur. in c. cum Apostolica. alleg. in gl. & hæc opin. vr̃. satis ęqua, tamen si de iure consuetudo, vel præscriptio nihil posset operari de rigore iuris non vr̃ procedere. Aduerte tamen, quia licèt aliqui dicant, ꝙ licèt super decimis prædialibus consuetudo non posset operari, tñ secus sit in personalibus decimis. & hoc tenuit Host. vt not. Ioã. And. in d. c. a nobis, & c. in aliquibus. & aliqui etiam dicunt, ꝙ in minutis decimis consuetudo potest operari: vt no. Io. An. in d. c. in aliquibus. & Archi. xvj. q. vij. c. quicunque. & tunc in istis videretur etiam procedere iste tex. vt in illis posset fieri compositio autoritate Episcopi. Inno. tamen tenuit contra Hostien. vt refert gl. in d. c. j. de decimis. in vj. dixit etiam Io. And. in d. c. in aliquibus. & refert Archi. in d. c. quicunque. ꝙ valere videtur compositio, q̄ fit, vt certa quantitas soluatur annuatim, etiam si nihil recolligatur, quia ratione incertitudinis, videt̃ tolerare: & sic dicit fieri in Alamania, in aliqbus partibus. Sed certe istud videretur posse tolerari, quãdo quantitas soluenda esset congrua arbitrio boni viri: & præsertim si cõiter consueuit recolligi, & rato perdi recollectans: facit, quod habetur in l. si a lege. C. de vsur. Et facit etiam ad materiam, quod no. Archi. xij. q. j. duo sunt genera. & xvj. q. j. c. decimæ, & de materia etiã plenè per Ioan. And. in d. c. nobis. vbi ista materia examinabit̃, & dubiũ facit, quia p̄ceptũ de decima soluẽda ſm Thomã, & theologos. & etiam Hosti. respectu quotę est præceptũ iudiciale, vel cęrimoniale, licèt respectu substantiæ, vt aliquid soluatur in recognitione vniuersalis dominij censet̃ esse præceptum morale: & sic respectu quotę vr̃ obligare ex vi præcepti ecclesiæ: quia iudicialia, vel cęrimonialia veteris legis non obligant in noua post aduentũ Christi: nisi quatenus sint p ecclesiam approbata. vt ẽt no. in c. fi. s̃. de consue. & vj. distin. in summa: & ideo videret̃, ꝙ respectu quotę posset cõsuetudo operari, cum operari possit cõtra legem p̄cepti. vt notat gl. & ibi dictũ fuit. s̃. de de treug. & pace. c. j. hoc tñ ad p̄-
4 sens non decerno. ¶ † Item aduerte inquantum hic dr̃,
qđ debet interuenire autoritas Episcopi in trãsactione
dicit Inno. etiam, ꝙ requiritur aliqualis causæ cognitio
alle. qđ habetur. xij. q. ij. Abbatibus. & c. si qua. de rebus.
& c. sequen. dicit etiam, ꝙ in alienatione fienda per Episcopum requiret̃ autoritas Archiepiscopi. & in alienatione Archiep̄i requiretur autoritas Patriarchæ, vel Papæ. requiretur ẽt consensus capituli, & si Ep̄s non haberet capitulum in alienatione fienda per eũ, deberet requirere cõsensum sui p̄sbyteri. i. suorũ clericorum. xij. q. ij. ca. placuit. dicit ẽt, ꝙ si Abbas vult alienare aliquam rẽ monasterij. dẽt habere cõsensum sui conuentus; & dẽt
interuenire autoritas Ep̄i. xij. q. ij. Abbatib⁹. & xvij. q. iiij.
5 in venditionibus. ¶ An aũt † subiectus Abbati, vel alteri prælato inferiori Episcopo posset alienare cũ autoritate Abbatis, vel ipsius prælati. Et dicit Inno. qđ nõ, quia vr̃, ꝙ istud sit reseruatum Episcopis, vt habeant prestare autoritatem in alienatione rerum ecclesiasticarum suæ diœcesis, per id, quod hr̃ in d. c. Abbatibus. & d. c. in vẽditionibus, qđ intellige. nisi essent prælati exempti habentes ecclesias pleno iure subiectas. & sicut habentes quasi iurisdictionem Episcopalem: quia tunc tales possent interponere autoritatem, vt etiam hic tenuit Inno. & no. gl. in cle. j. de reb. eccle. nõ alie. facit etiam, qđ notatur. j. de priuile. cum & plãtare per Io. An. post Hosti.
6 ¶ † Vltimo adde, ꝙ vbi transactio, vel compositio fit super iure de perdito recuperando, quod alias de iure cõmuni competebat ecclesiæ, valet compositio etiam sine superioris autoritate. vt in c. j. de pac. in vj. & idem quãdo fit compositio cum mẽdicantibus per rectores ecclesiarum. vt in c. fi. de pact. in vj. & etiam adde, ꝙ ex pacto partium non potest dari titulus in beneficio, nisi forte altera partium haberet potestatem conferẽdi: vt si esset quæstio cum capitulo, ad quod spectaret collatio præbẽdarum. facit, quod not. Inno. ĩ. in c. de cætero. & supra. de renuntia. c. cum inter.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta à prælato habente generale mandatum à capitulo, valet, licèt capitulum dissentiat.*
2 *Transigere non potest Abbas, vel prior super iure ad ecclesiam suam spectante sine consensu capituli.*
3 *Agere, an possit prælatus de rebus ecclesiæ suæ sine consensu capituli.*
4 *Transigere potest tutor sine consensu pupilli, cum autoritate tamen superioris, si de alienatione rei pupilli agatur.*
5 *Curator datus hæreditati iacẽti non potest alienare, nec rem in iudicium deducere.*
6 *Mandatum generale habens cum clausula de rato, an possit transigere.*

C Ontingit. Si capitulum consensit transactioni, q̄ fecit p̄latus nomine ecclesiæ vlterius dissentire non poterit. h. d. Et est cõmunis diuisio. scđa ibi: vnde. ¶ In tex. ibi: ac si nõ ꝯsenserit: nam tacite cõsensisse vr̃ ex quo capitulum passum est illam obseruari ſm vnum intelle-
1 ctum, licèt ẽt alius intellectus tangatur in gl. ¶ † Not. ꝙ transactio facta à p̄lato habente generale mãdatũ à capitulo vr̃ validari ꝯ defectũ consensus capituli: si capitulũ cũ habuit illius notitiã nõ contradixit: facit, qđ hr̃. s̃. de offi. deleg. cum olim Abbas. Et præcipuè, qñ patiente capitulo aliquo t̄pe est seruata: & hoc ideo cõtingit, quia tacite videtur ratificari. Vel quia præsumitur consensum capituli intercessisse. j. de his, quæ fiũt a præla. cą noscitur. facit, quod habetur. eo. tit. c. ij. & iij. ¶ Item no,
2 † ꝙ Abbas, vel prior, & idem videtur de alio prælato nõ

videtur

3 *Iudex, an debeat citari, vt defendat processum suum.*
4 *Citari qui debeant, quando aliquis petit beneficium.*
5 *Transigere, an possit prælatus citra consensum capituli sine autoritate Episcopi.*
6 *Cedere liti, an possit prælatus cui data est potestas transigendi.*

a De cætero. Per transactionem [a] factam sine licentia Episcopi potest prælatus, sed non ecclesia effici censualis. hoc dicit. Primo thema ex qua elicitur quæstio. secundo solutio. secunda ibi: si compositio. ¶ In textu ibi: aliquod: hoc est certam quantitatem pecuniæ, vel bladi, nō autem intelligas, quod per modum quotæ debuerit aliquid habere puta tertiam, vel quartam redditum beneficij: quia istud esset scindere beneficium, quod est a iure reprobatum. j. de præbē. maioribus. Sed primum, quandoque permittitur: vt patet ex his, quæ habentur. infra de præben. nisi esset. & tangitur in glo. ij. ¶ In text. ibi: absque Episcopali autoritate. litera ista in eo, quod sequitur videtur aliqualiter fuisse inepta: ideo dixit Hostien. quod planior fuisset, si dixisset absq; autoritate Episcopi, qui præest ecclesiæ: verum dicit tamen quod prout habet in litera cui præest ecclesiæ potest intelligi, scilicet ipse Episcopus secundum Hostien. & tunc deberet suppleri, dum dicit Episcopali autoritate, scilicet ipsi ecclesiæ, quod est. j. cui præest. i. ipse Episcopus. Sed gloss. fin. in fin. & Innocen. intelligeret cui præest, scilicet ipse impetrator. & tunc oportet exponi eius. i. qui. nam erit sensus, quod tūc census erit solutus, seu soluendus ab eo. s. impetrante, qui præest ecclesiæ, de qua agebat, nā nō est verisimile, quod si obtinuerit ecclesiam, nō et sibi debeat solui cēsus, quod videretur innui, si illa dictio, cui, staret propriè: posset etiam intelligi secundum Hostien. cui præest, scilicet ipse, qui cōposuit: & sic posset etiam tunc litera stare pptiè, & exponit solutus, idest soluendus, qualiter compositio in se

1 potest esse bona. ¶ † Not. j. quod iudex delegatus appellatur extraordinarius. facit, quod habetur. infra de probā. quoniam cōtra falsam. & in c. j. de rescrip. in vj. & pcedit hoc respectiuè ad ordinarium: quia delegatus non

2 est ordinarius. ¶ † Item not. quod licèt transactio non valeat in spiritualibus tamen compositio videtur posse valere, de quo tangit hic gloss. & not. infra eodem c. super eo. vbi tangitur, quando dicatur esse compositio, & quando transactio. Et no. secundum intellectum gloss. hic positū, quod valet compositio facta autoritate superioris: & superint etiam dicitur delegatus corā quo quæstio vertitur etiam dato, quod interueniat autoritas Episcopi: tamen per talem compositionem factam autoritate delegati non constituetur ecclesia censualis: & sic nō obligatur successor, nisi intercessisset autoritas Epi: requiritur etiam consensus cōuentus, seu capituli ipsius ecclesiæ vltra consensum prælati si ecclesia habeat conuentum, & ita potest colligi hic secundum vnum intellectū, quē et tangit Hosti. dum litera dicit absq; Episcopi autoritate. suppleaī, & absque ɔsensu, q, est. j. hoc est ipsorum de conuentu, seu capitulo ecclesiæ cui præest, scilicet prælatus componens. Si autem non habet conuentum, vel capitulum, sufficit consensus rectoris cum autoritate Episcopi: facit, quod not. gloss. in c. potuit. j. de loca. ¶ In glo. ij. ibi: factum fuit. intellige, quod partes se compromiserūt in ipsum iudicem, vt amicabiliter finiret litem inter eos, & ipse postea adiudicauit beneficium ius habenti, & pro bono pacis ordinauit aliquid dari alteri parti sub nomine certæ quantitatis, & non sub nomine quotæ, vt dixi in notabilibus. nec ob. c. maioribus. j. de præben. ¶ In ead. gl. ibi: aliàs simoniaca esset. supple, si inter partes fuisset facta. s. tit. j. cū pridem. ¶ In ea. gl. ibi. personalis erit: & sic non sufficit autoritas delegati, vt sit realis, qđ intellige verum, nisi ad hoc haberet speciale mandatum a Papa, vel nisi pet Papam confirmaretur. s. eo. veniens. & sic maiorem potestatem habet in hoc Eps, quam delegatus, & potest etiā esse ratio: qa delegatus habet temporalem iurisdictionem, ordinarius perpetuā. ¶ Item ordinaria iurisdictio: est fauorabilior. vt per gloss. in c. j. de rescript. in vj. Nec ob. prædictis, quod habetur. infra de præben. in c. nisi. in glo. vlt. qa debet intelligi, q, erit realis, qñ interuenit autoritas Epi per istum tex. ¶ In ea. gl. ibi: vel dic. & sic patet ex gloss. q, duplex pōt esse intellectus in decre. vnus q, petebatur ecclesia in titulum, & sic loquitur, quod dicit glo. in vet. & pōt intelligi. Secundus, qñ petitur rōne pprietatis: vt q, platus diceret aliquā ecclesiam subiectā suæ ecclesiæ: & isto casu procedit, qđ tangit hic glo. in isto ver. vel dic. nā tunc valet transactio dūmodo dēt spirituale p spūali, vt dictū fuit. s. eo. c. ij. & no. s. eo. c. super eo. posset etiā intelligi fm Inno. qñ petit canonicari, seu recipi in canonicū in ecclesia: qa tunc pōt fieri compositio consentientibus illis ad quos spectat electio: facit, quod no. Innoc. s. e. ij. qđ intellige dummodo fiat absq; vitio simoniæ. ¶ In ea. glo. in fi. & sic exponebat Inno. vt dixi super litera, tñ videt, q, tūc debeat exponi cui. i. q, & debebat intelligi solutus. s. ab eo, si præest

3 ecclesiæ de quo die, vt dixi in tex. ¶ † Extra glos. tangit.
b Innoc. an debeat citari iudex, [b] vt defendat suum pcessum: & concludit, q, non est necesse, q, citetur, licèt possit comparere ad ipsum defendendū si vellet: de quo et tangit. j. de pcur. in nrā. & tangit. j. de pba. cū spāli. circa fi. hoc tñ, qđ iudex non sit necessariō citādus vl intelligēdū, qñ ad instantiā partis processit. Secus si ex officio.

4 j. de sen. excō. venerabilibus. in vj. ¶ † Tangit secundo, qđ si aliquis beneficium petit, q, sint citandi, & dicit, q, si quis petat electionem suā cōfirmari, vel suā præsentationem admitti, debebūt vocari electores, seu illi, ad quos spectat electio, seu præsentatio. Si autē aliquis vellet se opponere post præsentationem non sunt tunc vocandi electores, vel præsentatores, si confirmatus fortè petat possessionem beneficij, quia non debet impediri adeptio possessionis, ex quo est confirmatus. infra de appel. c. ij. nisi opponatur crimen cū infamia. s. de accu. accedens. vel nisi sit facta confirmatio, vel institutio absentibus, & non vocatis illis. qui se volunt opponere, vel sine causæ cognitione. argu. quod not. s. de elec. cū dilecti. & infra. de causa pos. & infra de causa. accedens. ¶ Si autē, q, s peteret pbēdā a capitulo, deberet agere contra ipsum, & similiter si tertius possideret, ille esset vocandus. j. de pben. licèt Episcopus. in vj. An autē si cōfirmatio fiat nō vocatis vocādis. an valeat. Inno. hic refert opi. de qbus etiā tangit in d. c. cum dilecti. Sed tene, quod non valeat per id, quod habetur in cap. fin. de elect. in vj. & si contingat appellari seruari debet, qđ habet. j. ca. j. de elect. eo. lib. tangit etiā quo iure agendum sit ad beneficium: & concludit, quod ante confirmationem agitur iudicis officio: facit, quod not. s. de renun. veniens. qa non pōt agi negatoria, vel pfessoria ɔ turbātes dicto casu: qa nō hēt adhuc ios in re: & sic vl velle, q, vbi hēt ius in re per pfirmationē, vel collationē, aut institutionē: tūc bñ poterit agere pfessoria, vel negatoriam de quo. j. de iudi. examinata. & de ver. sig. Abbate. & p Io. An. post cōpost. in decre. capitulū. & in c. mādatū. s. de rescrip. Dixit et hic Inn. qđ pōt q, s petere electionē suā pnuntiari canonicā: licèt nō petat ipsam cōfirmari: & tūc pcedet put pcedit, qñ q, s petit se legitimè pnūtiari. q, si sint legi. c. causam q. & hoc casu pfirmatio reseruatur illa ad quē ptinet. alle. qđ hr. s. de offi. dele. sup eo. & de elect. cū in veteri. ¶ Sed circa hoc potes addere, q, no. Inn. & Io. An. in c. cū Bertold. j. de re iudi. & dicit et Inn. q, et post adeptionē possessionis pt petere patronū, vel electores, q, rei mouea-

a Per trāsactionē. Eadem sunt verba, & sensus in summario. d. Abb. sup hoc. c. facto nec æquā ab hoc dissentit.

b Citari iudex. An iudex debeat citari, vt defendat processum. nota.

moueatur, qui ab eis præsentatus, vel electus non fuit
5 per ea, quæ habent in d.c.cum Bertoldus. ¶ †Vlterius
tractant hic aliqui, an prælatus possit transigere cũ con
sensu capituli sine autoritate Epi,& videt,q sic,per.c.j.
& fi.de pactis.in vj.& s̃.eodẽ.contingit. & quia videtur
permissum propter dubium lit.euentũ.arg.l.quod habe
tur.ff.de peculio.& C.e.l.præses. Potes dicere,q si trãsa
ctio fiat super re,quę non potest alienari sine autoritate
Episcopi,non poterit etiã fieri transactio per id,qđ not.
in simili.in j.& ij.C.si aduer.transact. & dixi in c. cõtin-
git.s̃.eo.& p hoc,quia alias daretur materia fingendi li-
res.ar.l.cum hi.Nõ ob.etiam.c.fi.j.de pac.in vj.q a agit
de iure antiquo recuperando. Non ob.etiam.c.fin.j.de
re.pmu.quia loquit in mendicantibus,quod dictũ fuit
in c.ij.s̃.eo.Non etiã.c.cũ contingit,q a dẽt intelligi sm
6 prædicta,vt ibi, etiã dictũ fuit. ¶ †Vltimo dubitatur si
data est potestas transigendi prælato: an poterit cedere
liti. potes concludere,quòd si cessio fit causa transactio-
nis ex casu,in quo transactio sit licita, tunc poterit fieri
cessio. Secus si vellet sponte renuntiare, seu cedere liti
gratis,quia illud esset donare, & donatio nõ vr permis-
sa, nisi specialiter permittatur.l.nã & necesse.ff.de pac.
& l.si filiusfa.ff.de dolo, & prædicta intellige vera, nisi
fortè renuntiatio fieret cognoscendo bonã fidem, quia
cognosceret se non habere ius: & ideo propter hoc re-
nuntiaret liti.ar.l.quoties.§.sicut.C.de admi.tuto.

SVMMARIVM.

1 *Transactionis beneficij mediator non potest illud impetrare.*
2 *Aduocatus non potest esse testis in causa,in qua est aduocatus,& quid de his,quæ gesta sunt in iudicio in quo fuit aduocatus.*
3 *Aduocatus non potest esse testis, vt viua voce testificetur pro clientulo potest tamen esse testis descriptus in instrumento confecto inter clientulum,& alium,& nu. 13.*
4 *Mediator potest esse testis in actu,in quo fuit mediator, siue proxeneta.*
5 *Non clericus nõ potest beneficiũ ecclesiasticũ impetrare. nu. 12.& 16.*
6 *Impetratio beneficij tanquam vacantis videtur surreptitia si per transactionem tenetur.*
7 *Ignorantiam prætendere non potest quis in his, in quibus fuit descriptus testis.*
8 *Autoritatem voluntariè præstans in contractu inter alios inito super re in qua prætendit habere ius videtur illi iuri renuntiare.*
9 *Testis patiens se ascribi in instrumẽto super re in qua habebat ius videtur illi ius renuntiare.*
10 *Confiteri videtur is,qui non negat illud,quod sibi proponitur.*
11 *Renuntiare velle iuri suo in dubio non videtur,quod quis ignorat.*
14 *Excommunicatus repellitur ab actu testificandi: nõ tamẽ inualidatur instrumentum in quo tanquam testis fuit descriptus.*
15 *Procurator notarius,an possit in causa in qua est procurator producere instrumentum,quod manu sua confecerat ante quam esset procurator.*

a Si beneficium. Su, er hoc so let quæri, vbi aliquid agitur, vel disponitur de re tua te pñte nõ ound tibi piudicet.di stingue hic F.n.do.Hẽ. Boych. in prin.c.

1 EX literis. † Si beneficiũ, [a] quod per
a trãsactionem habet renũ
tiet, & vt vacans impetraret ab eo, qui
fuit transactionis mediator,nõ valet im-
petratio.h.d.sm lecturã,q̃ sequit Io.An.
sed sm lect. quã sequitur Hosti.vt voluit
tangere glo.j.vbi dixi,vt vacans deberet dici,vt debitũ.
Posset etiam sm lecturã Hostiẽ.sic summari, ius ad be-
neficiũ competens pditur per aduocationẽ inter alios
de ipso beneficio litigantes sciẽter præstitam, & p trãsa
ctionẽ inter alios factã, eo q ius hẽt trãsactionis scien-
ter autorãte,& sciẽter illã instigãte.h.d.prima pars nar-
rat factũ,secunda diffinit. secunda ibi:an aũt,& legitur
decre.duobus modis: vno modo,quòd hic ille,qui im-
petrauit ante compositionem factam prætendebat ius
in beneficio super quo facta est cõpositio, & postea im-
petrauit literas cõtentiosas tacens se clericum, & tacẽs
etiam transactionem, seu compositionem. Alio modo,
legitur, quòd ante impetrationẽ nullum ius habebat,
& istum secundum sequit Io. An.quia primus non vi-
detur posse procedere ex eo, quia cũ esset laicus nõ po-
tuit habere ius in beneficio,vt voluit litera hęc in fi. &
2 s̃.de elec.sacrosancta.& c.massana.¶ †No.q licèt aduo-
catus nõ possit esse testis in causa, in qua est aduocatus
per id,quod legitur,& not.in l.fin.ff.de testi.& in c.Ro-
mentum videtur habere vim probationis. facit , quod
habetur in ca.fi.j. de iureiuran. Et ideo sicut sententia
lata tenet, licèt non fuit facta probatio. vt etiam voluit
Innocen.infra de proba.quoniam contra falsum. ¶ Idẽ
videtur,quòd etiam hoc casu teneat talis sententia : li-
cèt vt dixi videaṫ iniustè lata, & ꝓpter hoc possit appel-
10 lari.¶†Extra gl.tãgit hic Inn.quid si reus nondum per-
cepto libello cõstituit procuratorem ad dilatorias pro-
ponendas ante lit. contest.an talis procurator sit admit-
tendus,& refert aliquos tenere,quod non : quia libelli
oblatio videtur esse principium , & exordium litis . in
auth.offeratur.C.de lit.contesta.cano.iij.quæstio.iij. Et
ideo talis procurator non videtur legitimę constitutus
ad excipiendum : quia videtur constitutus ad agenda
media omisso principio.¶ Itẽ quia ante libelli oblatio-
nem non videtur esse aliquis actor , vel reus : exceptio
autem debet proponi contra agentem.l.j.ff.de excep.
& sic videtur, quod non sit legitimę constitutus ante li
belli oblationem,& ante lit.contest.Refert tamẽ, ꝙ alij
tenuerunt oppositum videlicet , quòd talis procurator
debeat admitti si velit excipere,etiam si nõ habeat mã-
datum ad defendendum . & hæc opinio placet Hostię.
11 qa etiam ante libelli † oblationem proponi potest re-
cusatio iudicis . vt patet ex his,quæ habentur in c.inter
monasterium.infra de re iud.quæ etiam proponi potest
vbi libellus nõ offertur. infra de app.cum speciali. Nec
obstat,quod hic nõ sit actor,nec reus, qa imo satis dici
potest reus ille,qui fuit citatus. nam in citatione expri-
mitur,qui citatur,& ad cuius instantiam, & super,quo
citatur. facit,quod habetur in c.ij.vt lite non contest.in
12 cle. ¶ †Item etiam iudicium videtur incipere a citatio-
ne. insti. de pę. temere liti.§.fin.& per illam etiam fir-
matur iurisdictio.§.de offic.delega.gratum. & c.licèt.er
go eodẽ modo debet posse repelli post ipsam citationẽ
13 iusta causa subsistente. ¶† Tangit etiam secundo,quid
si assignatus est terminus ad certum articulum : an suf-
ficiat mittere procuratorem ad illum articulum . Et di-
cit Innocen.quod de cautela est , quod constituatur ad
illum arg.& ad omnia illa,quæ facienda sunt, & occur-
runt,tamẽ dicit, quod si simpliciter fuit cõstitutus pro-
curator ad illum articulum:puta ad producendos testes
videtur,quod possit per illum fieri arguendo de toto ad
14 partem argu.l.quæ de toto.ff.de rei vendi. † Nam sicut
posset constitui ad totã litem : ita videtur , quod etiam
ad partem litis: dicit tamen,quòd talis procurator non
tenebitur , nisi ad testes producendos: & ad ea , quæ
fuerint necessaria circa productionem testium : & quò
ad alia non poterit se impedire : & ideo si ex aliqua cau
sa omittatur productio testium non poterit procedere
ad alios actus, quia illis non est procurator : poterit ta-
men secundum eum recipere diem assignãdam ad alia
expedienda ne circunducatur ędictum,seu citatio.arg.
l.& post ędictum.§.circũducto.ff.de iudicijs. & debebit
hoc intimare domino . Sed quid si detur mandatum ad
expedienda omnia , quæ tali Die occurrerent facienda
videtur , quòd tale mandatum admittatur : quia talis
habet etiam potestatem recipiendi libellum si contin-
gat,quòd illa Die offeratur . dicit tamen Hostien.quòd
talia mandata non sunt simpliciter , se indistinctè ad-
mittenda : aliàs poterunt successiuè plures dari sub ea-
dem forma,& poterit negotium intricari : quia poterit
vnus negare, quod alter fuerit confessus: & poterunt ẽt
aliæ difficultates oriri in grauamẽ actoris cuius interest
in plures non restringi.l.ne in plures.ff.de exercito. &
ideo iudex ex officio debet concurrere.j.de app. vt de-
bitus.Illud autem est certum,quod cõstitutus procura-
tor ad lit.contest. & ad omnia alia,quæ in lite occurrẽt
facienda dicitur legitimæ constitutus.j.de ꝓcur.qui ad
15 agendũ in vj. ¶†Vltimo propter id,quod tetigit gl.j.an
quis possit alteri stipulari, & acquirere actionem . vide
bonam glo.in c.quamquam.de vsuris.in vj.de qua ma-
teria plenè p Bar.in l.stipulatio ista.§.si quis insulã.ff.de
verb.oblig.& propter id quod tetigit super gl.j.de bonis
16 paraphrenalibus † quis potest dubitari , an maritus lu-
cretur fructus bonorũ paraphrenaliũ.tangiṫ in l.si.C.de
pac.conuen.Et plenius per Barto.in l.fin.ff.ad le.fal.vbi
Ioan.ab Imo.super j.Decret. Te a concludit

concludit,ꝙ si extant debẽt restitui:idem si sunt ꝯsum
pti contra voluntatem mulieris. ¶Si vero sint ꝯsumpti
non tñ contra eius voluntatem : tunc si sunt industria-
les , nõ veniunt restituendi:& idem si sint naturales fru
ctus modicæ quantitatis . Secus si sint magnæ . de quo
latius per eum in d.l.fin.

S V M M A R I V M.

1 *Reuocatio procuratoris, an debeat transire in notitiam iudicis, & aduer-sarij.& nu.5.*
2 *Reuocatio procuratoris potest fieri post litem contestatam.*
3 *Iudicium agitatum per procuratorem reuocatum ignorante iudice , vel aduersario, an,& quando valeat.*
4 *Procurator rei an,& quando teneatur cauere de rato.*
6 *Mandatum ad iudicia,& mandatum ad negotia differunt.*
7 *Reuocatio mandati , an debeat necessario deuenire ad notitiam procu-ratoris.*
8 *Gesta per procuratorem reuocatum, an possit quis approbare.*
9 *Procuratorem se asserens constitutum ad exigendum, an debeat admitti cum cautione de rato, si dubitetur de mandato.*

a Valent gesta. Sup hoc.c.si q̃-ritur verũ mandatũ , valeat re-uocari,vel non,distin gue,vt hic ſm d. Hẽ. Boych. in princi.c.

a MAndato. Valent gesta a per.procu-
ratorem reuocatũ iudice
& aduersario ignorante.b.d. Et non reci
pit ꝯmodã diuisionẽ.¶†No.ꝙ nõ vr̃ suf-
ficere reuocationẽ ꝓcuratoris trãsire in
notitiã iudicis, vel aduersarij . Sed vide-
tur necesse,ꝙ ad vtriusq; notitiã trãseat. hoc tñ non est
verũ: qa imo sufficit,ꝙ ad notitiã iudicis,vel aduersarij
transeat,vt legitur,& no.in l.j.C.de satisda.& dictũ fuit
in c.in nostra.nec obstat iste text.qa dũ dicit vel aduer-
sario,debet exponi,vel,prout,facit hic gl.fi. quã tñ ali
qui libri non habent. & alleg. qđ habetur in l.sæpe.ff.
de ver. sig. vbi interdũ disiũcta ponitur pro coniuncta.
& similiter ecõtra.facit,quod legitur,& not.s̃.de rescri.
c.ij.vbi econtra dictio &,exponitur pro vel.¶Item no.
a contrario sensu, qđ videtur valere reuocatio facta añ
lit.contest.etiã si non transiuerit in notitiã iudicis , vel
aduersarij. & istud tenebat Tancre.glo.tñ.ij.hic.& com
muniter doc.tenent contrarium: & dicunt idem esse si
reuocatio fieret ante lit.cõtest.Secus est,quãdo fit post
lit.contest. & ideo ad literã istam dum dicit,post cõtest.
2 suppleri debet maximè. ¶†Item no.ꝙ reuocatio procu
ratoris potest fieri etiam post lit.contest.de quo hic in
gloss.ij.circa fin. supra eodem ex insinuatione.& capit.
3 in nostra . ¶†Vltimo no.ꝙ iudicium agitatũ per procu
ratorem reuocatũ ignorante iudice , vel aduersario vi-
detur valere , Licèt ipse procurator sciuerat reuocatio-
nem:& hoc clarũ ad præiudiciũ ipsius dñi,qui non inti
mauit reuocationẽ iudici,& aduersario.sed si iudiciũ tẽ
dat in fauorẽ ipsius dñi reuocantis nõ videtur sibi pro-
desse.per ea,q̃ habenr̃ de rescr.ex parte decani. de quo
tamen dicendum , vt ibi in l.dispensatorem.ff.de solu.
¶In gloss.j.& in qua causa,licèt hoc possit fieri: non ta
men est necessarium : quia potest qs constitui ꝓcura-
tor ad oẽs causas.l.omniũ.ff.eod.¶In eadem glo.ibi: &
qđ ratũ habebit. hæc clausula ad cautelã ponir̃ non de
necessitate:quia quando constat de mandato dñs tene-
tur habere ratum,quod facit procurator in negotio sibi
mandato. vt voluit glos.in l.si procuratorem absentem.
ff.eo.tit.¶In ea.gloss.ibi: coram quibus iudicibus:licèt
etiam hoc fieri possit:non tamen est necessarium,qa po
test constitui procurator ad comparendum coram quo-
cunq; iudice nullo expresso: & sic sæpe concipiunr̃ in-
strumẽta procuratoria.¶In ea.glos.ibi. se offerre defen
sioni . supple,& satisdare de iudi.solu.quã cautionẽ de-
bet procurator rei præstare, etiã si constat de mandato:
& etiã si sit aliàs idoneus.l.minor.§.qñ.ff.eo.quare aũt
ꝓcurator rei satisdat de iudi.solu. etiã si cõstet de man-
dato.& tamen procurator actoris non tenetur præstare
cautionem de rato,si constat de mandato.no.per glo.&
do.in l.non solũ.§.qui alieno.ff. de procur. nam si ꝯstat
de mandato ꝓcuratoris actoris satis est cautũ reo : quia
si feratur absolutoria pro ipso habebit præiudicare do-
mino actori.& competit exceptio rei iudicatæ contra il
lum:& ideo non interest rei,ꝙ caueatur de rato,ex quò
constat de mandato.Sed eõ,licèt sententia feratur con
tra procuratorem rei per hoc non habet actor intẽtũ:
& ideo , vt bene sit sibi cautum interest sua , vt satisdet̃
de iudi.sol.¶In ea.gl.ibi,quia verbum sonat.i.ꝙ soluat
iudicatũ,seu id,qđ iudicabitur. ¶In ea.gl. ibi debet in
terponi:& præstabitur aduersario , vel notarius recipit
nomine aduersarij tanquã publicæ personæ.facit,ꝙ ha-
4 betur in l.ij.ff.rem pu.sal.fore.¶†In ea.gl.ibi:non solũ.
§.vlti.& sic vult gl. qđ licèt regulariter ꝓcurator rei nõ
teneatur cauere de rato si dubiter̃ de mandato: sed suf-
ficiat,ꝙ caueat de iudicato sol.Tamẽ hoc fallit in duo-
bus casibus.Primus est,quando est constitutus procu-
rator in iudicio misto,in quo vtraque persona sustinet
vicem actoris,& rei:exemplum in iudicijs mistis.de q-
bus.j.de proba.ex literis.¶Item fallit,qñ per cautionẽ
de iudicato sol.non est plenè consultum ipsi actori , vt
tangit in casu.l.Pomponius.§.sed his.ff.eo.& in alijs al
leg.in gl.¶In ea.gl.ibi:ante litem hoc verũ,quãdo pro
curator interuenit ante lit.contest.Secus si interueniat
post:quia tunc poterunt etiam post lit.contest. homini
cautiones præstari,vt voluit glo.in c.cum.m.s̃. de con-
sti.vt legitur,& nota.in l.ij.C. de consor. eiusdem.litis.
¶In glo.ij.ibi:non valet.& intellige, qđ non valet ipso
iure,qñ reuocatio peruenit ad iudicẽ: sed quando per-
uenit ad aduersarium, tunc non valebit ope exceptio-
nis,per ea,quæ dixi.s̃.in c.in nostra.super glo. & per id, 7
5 qđ no.glo.in l.j.C.de satisd.¶† In ea.gl. ibi certificare
debent aduersarium. Innuit glo. ꝙ ipse dominus reuo-
cans debet certificare aduersarium, & iudicem.idẽ in-
nuit.infra.in ver.vel dic,& sic vr̃, ꝙ nõ sufficiat iudicẽ,
vel aduersariũ aliter scire, nisi post reuocationem inti-
matam per ipsum dñm.& hoc tenuit hic Host.ar.eorũ,
quæ habentur in c.prudentiam.s̃.de offi:deleg. & quia
aliàs reus posset malitiosè fingere , & allegare reuoca-
tionem procuratoris, & petere dilationem ad proban-
dum,vt negotium differat:talis aũt materia est præscin
denda argu.j.de diuor.quanto.Alij tamen dicũt,ꝙ suf-
ficit ẽt si aliter sciat reuocationẽ iudex , vel aduersarius
argu.l.interueniunt.§.a quo.ff.de peti.hære.& quia ista
intimatio non vr̃ requiri, nisi ad finem certificandi : &
sic vr̃,ꝙ sufficiat qualitercunq; fiat.arg.j. de reg.iur. cũ
qui.in vj.& no.per Bar.in l.denũtiasse.ff.de adult.& per
doc.in c.fi.j.de emp.& vend. Posset dici ꝓ concor.opi.
qđ si reus offert se incontinenti paratũ probare reuoca
tionem. Tunc debeat admitti per iura ꝓximè alleg. &
per id,qđ habet̃ in l.sed is a quo.ff. vt in pos.leg. Secus
vbi non offerret se paratum incontinenti ꝓbare,ne de
tur materia dilatandi iudiciũ. Et sic possit intelligi opi.
Hosti.quam sequitur hic Ioan.And.¶In ea.gl. ibi.sup-
ple hic maximè:& ista opi.cõmuniter tenet̃,ꝙ idem sit,
siue reuocatio fiat ante lite-contest.siue post:qa eadem
est ratio vtrobique,vt patet ex eo,qđ sequitur in gl. &
per consequens vtrobique dẽt idem ius esse.ar.c.trans-
lato.s̃.de consti.& intellige hoc verum,qñ notitia mã-
dati transiuit ad ipsum aduersarium· aliàs non esset ne-
cesse,ꝙ ad ipm transitet notitia reuocationis.vt est glo.
6 ordina.valde no.i̅ c.ij.j.e.in vj.¶† In ea.gl.ibi. illis nego
tijs.& sic vult gl.ꝙ differentia sit inter mandatũ ad iudi-
cia,& mandatum ad negotia, vt primo casu sit necesse
quod transeat reuocatio ad notitiam aduersarij : & istã
opi.cõiter sequunr̃ glo.s̃.de rescrip.& in l.j.ff.quod ius-
su .Sed do.Ant.hic dicit,quòd rectè considerando non
est dif-

est differentia fienda inter prędictos casus. Sed vtrobiq;
est dicendum, q aut notitia mandati transiuit ad aduer
sarium: & tunc debet etiam transire notitia reuocatio-
nis: aut non transiuit notitia mandati ad aduersariũ: &
tunc non est necesse, quod transeat notitia reuocatio-
nis. per ea, quæ no. glo. iij. in c. ij. ĩ. eo. in vj. dicit tñ, q gl.
potest saluari habito respectu ad cõiter accidentia: quia
ſm eum magis cõiter tangit in iudicijs notitia mandati
deuenire ad notitiam aduersarij, q̃ in negotijs: sed de
hoc dic, vt plenius dicã in fi. gl. ¶ In ea. gl. ibi: vel dic, q
tenet sententia. supple etiã ad præiudicium domini per
rationem, quæ sequitur in glos. & istã partem tenet hic
Inno. & etiam communiter tenetur. ¶ In ea. glos. in fiu.
quasi velit gloss. q vbi post lit. contest. dñs vult aduoca-
re procuratorem ex aliqua causa, si ꝓcurator simplici-
ter oĩno contradicit: quia videtur tunc esse suspectus se
ingerendo procurationi, quod tunc poterit remoueri.
Secus si contradicat allegando, quod hoc facit pro ho-
nore suo sustinendo, vt sic sine nota suspicionis, & in-
fidelitatis remoueatur: qa tunc, licèt interim nõ debet
admitti ad prosequendum in causa principali: tñ si obti
neat in causa reuocationis, non erit remouendus ipso
inuito: facit, quod hr̃ in l. quæ oĩa. hic alleg. posset enã
dici, q licèt aliqualiter sit suspectus ɔdicẽdo reuocatio-
ni, nõ tamẽ intantũ quod veniat omnino reuocãdus si
obtineat in cã reuocationis: ex quò suspicio solũ surgit
ex eo, quia contradicit reuocationi: secus, quãdo ex alia
cã surgit suspicio. de quo in ꝑalleg. l. quæ oĩa. Et ꝓ decla
ratione eorũ, quæ sunt tacta in gloss. & consequenter in
tex. est videndũ, an si aliquo casu reuocatio non perue-
nit ad notitiam procuratoris aliquid operetur. Secũdo
erit videndum, an in casibus in quibus reuocatio non
7 operabitur si deueniat ad notitiã. ¶ † Itẽ tertio erit vidẽ-
dum, an sit necesse, quod deueniat notitia ad notitiam
ꝓcuratoris, & an aliquid opereť si non deueniat. ¶ Cõ
clude, q aut habet mandatũ tanq̃ nuntius, qui debet cõ
cipere verba in persona dñi. vt not. gl. in l. multum. C. si
quis alteri, vel sibi. & tunc non est necesse, quod deue-
niat ad notitiam ipsius nuntij. per id, quod habetur in l.
si pater. ff. de manumis. & not. glos. in cle. cum illusio. de
renun. vbi bona glo. & ideo non valebit actus: licèt ipse
nuntius ignoraret reuocationem mandati: & ratio est,
quia dñs censetur actum facere mediante organo nun-
tij. l. & licèt. ff. de cõstitu. pecu. & ideo ex quò dñs reuo-
cat mandatum non potest actus valere. Aut fuit datum
mandatum tanquã procuratori: & tunc, aut est actus, q
non potest sortiri effectum sine consensu domini. vt est
trãslatio dominij: & tũc etiam impediatur actus trans-
lationis dominij: etiam si reuocatio non deuenerit ad
procuratorem. vt est tex. in l. si prohibuerit. ff. de publi.
& not. gloss. in §. alie. insti. de acti. Et idem contingit in
contractu matrimonij: quia non potest cõtrahi sine cõ-
sensu: & pro tanto impeditur contractus matrimonij si
fiat per procuratorem constitutum ad ipsum contrahen
dum: si contrahatur post reuocationem factam, etiam
ignorante procuratore. vt in c. g. ĩ. eo. in vj. Si autem sit
actus qui potest sortiri effectum circa consensum domi
ni: vt si procurator emat nomine domini: vel vendat no
mine domini. nam etiam absque aliquo mandato pos-
set emere nomine domini. Et similiter vendere, etiam
tunc isto casu non impeditur actus, si reuocatio nõ de-
uenit ad notitiam procuratoris. facit, quod habetur in
l. si mandassem. ff. mandati. in glos. Si autem perueniret
ad notitiam procuratoris: an tũc impediretur actus in-
ferius patebit. ¶ Ex prædictis patet, quod si agatur ad
impediendam substantiam, seu validitatem actus fien-
di, nõ est necesse, quòd reuocatio deueniet ad procura-
torem, quando habebat mandatum, vt nuntius, vel
quando erat actus, qui non poterat fieri sine voluntate
domini: aliàs secus. ¶ Aduerte tamẽ si in aliquo interes-
set illius mandatarij sciuisse reuocationem: forte, quia
fecit aliquas expẽsas quas nõ fecisset, non nocebit talis
reuocatio quominus possit agere actione mandati ad
interesse: ex quò fuit certificatus de reuocatione. per id,
quod habetur in §. rectè. & §. item si adhuc. insti. man.
¶ Secundo casu, quando quęritur, an sufficiat deuenire
notitiam reuocationis ad procuratorem, licèt non de-
ueniat ad aduersarium. Conclude, quod quò ad præiu-
dicium ipsius procuratoris, vt non possit agere actione
mandati contra dominum: clarum est, quòd sufficiat,
quia imputet sibi: ex quò sciuit reuocationem. ¶ Si au-
tem quæritur ad impediendam validitatem actus: tunc
in casibus, in quibus dixi illam impediri: licèt reuoca-
tio non deuenit ad procuratorem videtur, quod etiam
tunc impediatur per iura superius allegata. ¶ In alijs
autem conclude, quòd aut fuit procurator generaliter
constitutus. & tunc videtur sufficere, quod reuocatio,
etiam qualiter fiat publicę per ea, quæ habẽtur in l. sed
si pupillus. §. præscribere. ff. de insti. Si autem fuit datũ
mandatum ad contrahendum cum certa persona: tunc
si trãsiuisset notitia mandati ad aduersarium non suffi-
ciet reuocationem deuenire ad procuratorem: sed habe
bit inde venire ad aduersarium. per ea, quæ habentur,
& not. in c. ij. infra eodem. in vj. Et videtur istud proce-
dere tam in procuratore ad iudicia, quàm ad negotia
cum vtrobique videatur eadem ratio, & etiam voluit
hic domi. Anto. Est tamen differentia inter procurato-
rem ad iudicia, & procuratorem ad negotia in hoc, qđ
sufficit reuocationem in iudicijs deuenire ad iudicem:
licèt non deueniret ad aduersarium: vt paret ex his, quę
dixit glos. & quæ habentur in l. j. C. de satisd. Sed in ne-
gotijs extraiudicialibus debet deuenire notitia reuoca-
tionis ad aduersariũ. Et ideo si aliquis esset constitutus
procurator ad emendã certã rem a titio, & titius esset
certificatus de mandato, si reuocetur procurator, & nõ
intimetur ipsi Titio valebit cõtractus, qui fiet etiam ad
præiudicium domini. per ea, quæ habentur in d. l. si mã
dassent. Si autem habebat mandatum ad incertam per-
sonam, puta, quia datum fuit mandatum ad emendam
aliquam rem, nec fuit expressum a quo emeret. & tunc
si deuenit notitia mandati ad certam personam. Et hoc
sciuit dominus debet illi intimare reuocationem. ¶ Si
autẽ dñs ignorauit ad quem transiuerit notitia manda-
ti. & tũc sufficit, q notitia deueniret ad procuratorẽ: qa
nõ est quid imputãdum domino, ex quò nesciuit, cum
quo procurator velit contrahere. & ideo debet sibi con
trahens cum procuratore facere fieri cautionem talem,
quod reddatur tutus, si contingeret reuocationem ali
quam factã esse. facit, quod no. in dicta cle. cum illusio.
Et quæ dixi procedunt regulariter. Sed fallit in aliqui-
bus casibus de quibus dixi in præallegata cle. cũ illusio.
& præcipuè in casu dictæ clemen. non sufficit reuoca-
tionem, etiam peruenisse ad procuratorem: licèt aga-
tur de perdendo dominio iuris sui, & ratio ponitur
8 in text. & etiam tangit ibi gloss. ¶ † An autem gesta
per procuratorem reuocatum, quis possit approbare.
gloss. videtur velle, quod non, in cap. ex parte decani.
supra de rescrip. & videtur text. in l. dispensatorem. ff.
de sol. ¶ Sed Barto. ibi dicit, quod quò ad finem actio-
nis consequendæ non potest quis approbare per dicta
l. dispensatorem: sed quò ad finem exceptionis sic.
per ea, quæ habenť in l. quo enim. §. Iulia. ff. rem ra. ha-
be. & quod no. gloss. in d. l. dispensatorem. & secundum
hoc si sententia esset lata absolutoria. & sic in fauorem
rei, qui reuocauerat procuratorem poterit illam ha-
bere ratam, vt ex illa habeat exceptionem: sed con-
trarium voluit Specu. in tit. de desen. re. in §. j. versi. sed
pone egisti. & facit, quod not. gl. in d. c. ex parte decani.

circa finem.¶In glo.fi.in ver.& ita patet.Barto.ibi non declarat potes dicere,vt voluit Spec.in præalle. ver.qđ ille, qui reuocauit procuratorem potest ratificare gesta per eum ad sui preiudicium.& sic loquitur.l.quoties.§. Iulianus.nō ad sui fauorem.& sic loquit.d.l.dispensatorem.& gl.in d.c.ex parte.qđ intellige,nisi in quandā cō sequentiā.& non principaliter vellet quis approbare ad fi.exceptionis.& sic pōt intelligi.d.§.Iulian'.& ēt dictū Bar.vnde si pcurator reuocatus exegit debitum dñi, & promiserat de rato,si pcurator soluit, illud quod exigit domino, & dominus habet ratam solutionem factam procuratori non poterit procurator conueniri ex stipulatione de rato,& consequenter si repetatur,quod fuit solutum obstabit exceptio.& sic etiam potest intelligi,
9 quod no.gl.in d.l.dispensatorem.¶†Vltimo potest esse dubium,an asserens se procuratorē cōstitutū ad exigendum debeat admitti cum cautione de rato si sit dubiū in mandato. glo.no.& singularis tenuit, quod non in l. non solum.§.qui alieno.ff.de procu.Sed contrarium tenuit Bart.in l.si fine.§.j.ff.tem ra.habe.per illum text.& ad iura alleg.per gl.in §.qui alieno. respondet,quod loquuntur in eo,qui prætendit se habere mandatum publicum,seu a re publica. Secus in eo,qui prætendit mādatum a priuata persona per.d.l.si fine.§.j.

S V M M A R I V M.

1 *Filiusf.pōt p alio in iudicio esse procurator sine consensu patris.& nu.8.*
2 *Procurator potest constitui ad lites præsentes, & futuras.& nu.14.*
3 *Plures procuratores vbi insolidum constituuntur melior est conditio occupantis.& nu.15.*
4 *Et si plures procuratores successiuè ad eandem causam diuersis temporibus dantur ex datione secundi reuocatur primus.& nu.16.*
5 *Mandatum procuratoris datum ad pertractādam causam videtur limitari ad limites causæ principalis.& nu.20.*
6 *Procurator appellare potest a sententia lata contra se, etiam sine nouo mandato.*
7 *Appellare potest procurator ab eadem sententia pro parte, & pro parte non,quando diuersa sunt capitula.*
9 *Minor.xxv.annis,an possit esse procurator.& nu.13.*
10 *Minor.xxv.annis potest esse procurator in spiritualibus.*
11 *Seruus potest esse procurator ad negotia.*
12 *Iudicium agitatum cum minore,an sit ipso iure nullum, an vero sit necessaria exceptio.*
17 *Morbosum animal si vendatur restitui debet emptori pretium restituto animali.*
18 *Appellari debet in scriptis,quando appellatur ab interlocutoria.*
19 *Procurator,q appellauit,an teneatur appellationē prosequi.& nu.21.*
22 *Procurator an possit dimittere prosecutionem appellationis a diffinitiua sine iudicis licentia.*
23 *Procurator si velit,an possit prosequi appellationem.*

a Non potest.licèt.d. Io. An.non sūmet pās. c. Abbas tamē suo sensu magnifico quo in cæteris vtitur sūmat hoc.c.vide eum hic.

b Esse procurator. Si quæris,quādo minor. xxv. annis possit gerere negotiū alienum distingue. vt hic p Hēri. Bo.ch. in principio.c.

a NOn iniuste. Non pōt [a] breuiter summari pp multiplicitatem dictorum. Et sex sunt dicta principalia. Secundum ibi:quis. Tertiū ibi:q licèt. Quartū ibi:q fieri. Quintum ibi:potuit. Sextū ibi:licèt.fm Io.ā. And. posset dici, q essent septem. & sextum posset assignari
1 ibi:vel si iusta.septimū ibi:in ver.licèt.¶†No.q filiusfa. pōt esse pcurator pro alio in iudicio,etiā sine consensu patris,qđ hodie est expressum.j.eod.qui generaliter. in
2 vj.¶†Item no.q nedū pcurator pōt cōstitui ad lites psentes,sed etiam ad futuras. Secus tū videtur in rescriptis,quæ non extenduntur ad lites futuras.s.de rescrip.
3 c.fi.¶†Item notq vbi cōstituuntur plures pcuratores insolidum,melior est conditio occupantis. de quo ho-
4 die habet in c.si duo.j.eo.in vj.¶†Item no.q vbi in diuersis temporibus successiuè danē plures procuratores ad eandem causam ex datione secundi reuocatur primus. & sic in dependentibus a voluntate vltima derogatur primis. facit,quod habetur in l.si quis a procuratore.§.fina.& l.pluribus.ff.eo.& l.pacta nouissima.C.de
5 pac.¶†Itē not.q mandatū pcuratoris datū ad causam pertractandam videtur limitari ad limites instantiæ causæ principalis: vnde lata sententia videtur finiri mandatum,licèt possit appellare.l.inuitus. C.de procu.non tamen tenetur prosequi appellationem.d.l.inuitus. C.e.
6 An aūt poterit psequi si voluerit tāgeē cū gl.fi.¶†Item no.q procurator potest appellare a sententia lata con-
7 tra se,etiam sine nouo mandato.¶†Item no.q ab eadē sententia pōt pro parte appellare, & pro parte non : qđ intellige verum,qn diuersa sunt capitula.facit,qđ not. j.de testa.Raynutius. & c.Raynaldus.¶Item not.quod vbi procurator impeditur appellare debet dño notificare sententiam contra se latam, vt sic possit appellare si velit.de quo in gloss.fina. ¶ Vltimo no.q alia est instantia causæ appellationis,alia est instantia causæ principalis,& qđ mādatū restringi videē ad mensuras instantiæ causæ principalis in dubio.de quo tangetur cum glo.fi. ¶In gl.j.ibi præstita cautione satisdatione.s.de rato,qn vult admitti ad attendendum.facit,qđ no.s.eo.c.proxi.
8 ¶†In ea.gloss.ibi:potest constitui procurator.supple ab extraneo, etiam sine consensu patris, vt satis hic videtur esse de mente literæ.& etiam hodie patet.j.eod.qui
9 generaliter.§.fina.in vj.¶†In eadē gloss.ibi.§.proximo. nisi esset minor. & sic vult gloss.q minor.xxv.annis nō
b possit esse procurator [b] ad iudicia.& istud ēt tenuit glo. in l.exigendi.C.eo.& l.minor.C.de procu.¶Sed Host. hic tenet contrarium dicens, q si sit maior.xvij.annis poterit esse procurator,etiā ad iudicia. per id,qđ habetur in §.iuste.insti.qui. ex cau.ma. vbi videtur probare quod est dictū.Idē etiā,qa sibi debet imputare,qui talē elegit. argu.l.qui mandato.ff.de mino. ¶ Nec obstat, quod habeē in l.minor.ff.co.qa fm eum illa.l.loquitur, qn sine mandato vult defendere,quo casu non admittitur ne fiat præiudiciū sibi,vt ibi dicitur. ¶Secus qn hēt mandatum a dño, qui satisdedit pro ipso minore pcuratore: quia tunc non restituerētur fideiussores,ex quo dati sunt a dño qui est maior,& non ab ipso minore. facit,qđ habeē in l.ij.§.sed vetū.ff.de mi. ¶Nec ob.etiā si dicatur, qđ poterit ipse minor ppter cōtumaciā excōmunicari.j.vt lit.nō contest.c.j.ad finē. Quia rńdet,qđ excōicatio est medicinalis.j.de sen.excō. c.si medicina-
10 lis.li.vj.& sic non videē esse multū præiudicialis. ¶†Itē quia est actus spiritualis,& in spiritualibus minor.xxv. annis pōt esse in iudicio.vt in c.fin.de iudi.in vj.& j.de restu.spo.ex parte.Et hanc opi.etiā tenēt alteri,vt refert Cy.in d.l.exigendi.p ea q habenē in d.§.iuste.Nā nō vř esse bona rñsio q dat p gl.in d.l.exigendi.qđ ibi loquaē in pcuratore ad negotia:quia illa non videtur esse iusta causa admittendi seruum,vt sit procurator ad negotia, cum etiam seruus possit esse procurator ad negotia.l. seruū quoq;.ff.de pcu.Sed doc.citramontani,& maximè Iac.Bu.& Bar.tenent cū glos.p.l.minor.q alle.in gl. & q simplr loquiē.Et ēt dicūt esse bonā responsionē.ad
11 §.iuste.†qa licèt seruus possit esse pcurator ad negotia: tñ verisimiliter fidelius se habebit in negotijs dñi si videbit se manumissum.& consequenter sibi datā libertatem,& alij etiam libentius contrahent cū libero:quam cū seruo, cū seruus ex gestis ī seruitute nō obligeē.d.l.eū actū.ff.de neg.gest.Et hæc opi.videē verior, & approbata in c.q gnaliter.& ibi Io.Andr.cōcordat opi.qa dicit, quod opi.gloss. potest procedere si obijciatur exceptio. Sed si non obijciatur tunc procedat opin. Hostien. sed aduerte,quia an opi.Io.An.possit procedere : pendet ex
12 illo dubio † an iudicium agitatum cum minore sit ipso iure nullum : an vero sit necessaria exceptio in quo gl. fuerunt contrariæ.& etiam Barto.nam in l.exigendi.videtur velle,ibi gl.q post lit.cōtest.nō posset exceptio opponi.& ita videē ibi transire Bart.¶Sed contrarium videtur vel-

deĩ velle in d.l.minor.ex eo, quia nõ habet legitimam personã standi in iudicio. Et ideo vr̃, qđ iudiciũ sit nullum etiã si non fuerit opposita exceptio: & vr̃ etiã, qđ possit qñcunq; opponi. per id, quod dictũ fuit.s̃.e.io nostra. ¶ Et ista pars videtur verior. & pro hoc facit, qa ipse minor non potest esse in iudicio pro se, nec pro alio saluo casu.l.fi.C.qui legi.perso.& sic vr̃, qđ possit qñcũque exceptio opponi ꝑ ea, q̃ dixi in d.ca.in nostra. ¶ Et bene facit tex.non cauillando in d.c.q gñaliter.§.fina.

13 ¶ † Quid autem si minor q recepisset mandatũ, & promisisset de iud.sol. & dedisset fideiussores iurasset de nõ veniẽdo ꝯ: an tunc poterit procedere in iudicio. glo. vr̃ velle, ꝙ sic in auth.sacramenta.C. si aduersus vendi. nã tõne sacramenti censeĩ esse maior. & ideo poterit tunc procuratorio nomine esse in iudicio. & hoc tenuit etiã Bar.in dicta auth.sacramenta.& ẽt videĩ hic tenere Host.& Io.de lig.licèt do.Ant.videaĩ tenere contra. ¶ Sed verior videĩ opi.Bar.quã etiam videtur tenere gl. in di-
14 ĉta auth. sacramẽta. ¶ † In gl.ij.ibi, & futuras lites. Sed quid si procurator sit generaliter cõstitutus ad lites, & ad causas: an intelligetur cõstitutus ad præsentes, & futuras, an vero ad p̃sentes tantum. Io. An.hic tenet, ꝙ videĩ constitutus non solũ ad præsentes, sed etiam ad futuras. vt no.Spec.eo.§.iij.ver.quid si procuratorium.vbi hoc tenet Spec.& ꝑ.l.fi.C. q̃ res pig.obli.pos.per l.si seruitus.ff. de seru.vrb. prædio. & istud sequiĩ etiã hic do. Ant. ¶ Sed gl. videtur velle contrarium in l.omnium. ff.eo.& l.dãnum.§.si is qui vicinas.ff. de dã.infe.& illud ibi tenet Bart.ꝑ.l.qui habet.§.fi.cum.l.seq.ff.de tute. Et respondet ad alleg.ꝑ Spec.primo ad d.l.fi. quod ibi agitur de modico præiudicio, si in obligatione bonorum simpliciter facta veniant etiam futura: quia per hoc nõ augetur etiã debitum principale: sed hoc præiudicium esset procuratori si cogereĩ etiam esse obligatus pro futuris causis. Nõ ob.etiam d.l.si seruitus, quia ibi potuit prouideri, quæ seruitutes possent cadere in seruitute q̃ constituebatur: sed hic non de facili potuit videri q̃ causæ essent future. Et ista opi.esset de iure verior. ¶ In ea. gl.ibi in diem.vnde potest dari procurator, vt duret vsque ad annum.vt not.in Spe. in d.§.iij.ver.quid si mandatum. ¶ In ea.gl.ibi, vel inuitus videtur hoc intellige verum saluo casu cle.j.e.ti.vbi patet, ꝙ si procurator recipit instrumentum, vel literas procurationis, & nõ cõtradicit: vr̃ acceptare mãdatum ad causas contentas in instrumento, vel literis.de quo dicendũ, vt.j. ¶ In gl.iij. ibi: qui primo ad sententiam venit. & istud habet locũ, quando agitur de præoccupatione debiti. ¶ Sed vbi agitur de præoccupatione debiti.officij procurationis, & exercitij iudicij: tunc sufficit præuenire præambulũ ipsius iudicij, vt est lit.conte. vt dicatur facta præoccupatio, vt probatur in l.pluribus.ff.eod.& j.si duo.lib.vj. Et facit, quod no.Bar.in d.l.pluribus.& l. si pluribus.ff. de
15 leg.j. ¶ † In ea.glo.ibi nihilominus remaneat. supple, qa poterit contingere cõtrarietas. nam poterit vnus negare, alter concedere: sed licèt ista ratio possit considerari, tamen veritas est, quod debet distingui. An plures dentur procuratores insolidum, An vero simpliciter, quia Primo casu vnus poterit agere sine alio, & melior erit conditio occupantis. Secus in secundo casu, quia vnus non poterit agere sine alio, vt est expressum in c. si duo. j.eo.in vj.& facit, qđ hr̃.s̃.de offi.dele.c. causam matrimonij. & ad id qđ dictum est supra de contrarietate responde, vt dictum est in gloss.in d.ca.si duo, quod tunc neutra responsio valebit, quia responsio vnius sine alio non valet, multofortius non valebit altero contradi-
16 cente. ¶ † In gloss. diuersis temporibus ibi: reuocare videtur. quod intellige verum etiam si secundus non recipiat mandatum, & per hoc non tollitur tacita voluntas reuocãdi primum, quam vr̃ habuisse ipse ꝯstituens ipsum secundum, vt no.glo.in c.si duo.j̃.eod.in vj. ¶ Et intellige gl.qñ datur secundus ante lit.contest.cum primo alias primus non posset reuocare sine causa in c.ij. j̃.eo.in vj. ¶ In ea.gl.ibi: qa secũdũ rescriptũ. ¶ Sed certè nõ est bona similitudo: quia secũdũ rescriptũ ita demũ derogat primo, si fiat de hoc mẽtio ĩ scđo, vt patet in c. cæterũ.s̃.de rescrip. ¶ Sed hic dando secundũ ꝓcuratorem videtur reuocatus primus etiã si nulla fiat mentio de primo in datione secundi, vt hic innuitur. & ratio diuersitatis potest esse sm̃ Host.qa per rescriptum datur iudex tãquã cõis ꝑsona ambabus partibus, sed procurator datur solum ad vtilitatẽ constituẽtis.iõ facilius reuocaĩ. ¶ In ea.gl.in fi.dic, ꝙ ratio esse põt in casibus p̃dictis: qa obligatio habuit originem in persona vnius, & deuenit postea ad plures.ideo necesse habent tũc illi plures cõstituere vnũ ꝓcuratorẽ. Secus vbi à principio obligatio esset originata in personã pluriũ, quia tunc posset dare vnũ procuratorem, & etiã ille in cuius ꝑsona originata est obligatio potest dare vnũ procuratorẽ, & etiam plures, vt dixit glo.& habetur in c.si duo.li.vj.
17 ¶ † Et nota, quòd actio redhibitoria competit emptori, & consequenter hæredibus eius si reperiatur animal venditum esse morbosum, vt saltem reddatur p̃tiũ per venditorem restituto ipso animali venditori. ¶ Et not. etiam quod actio familiæ hercis. cõpetit pro hæreditate diuidenda. & actio cõmuni diuidundo pro alia re cõmuni. actio finium regundorũ.ꝓ distinguẽdis finibus. ¶ In glo.penul.in fi.& de materia dic, vt ibi: in d.c.querelã.& j̃.de rescrip.c.sciscitatus. ¶ In gl.fi.ibi: vel põt dici hęc scđa vera ꝑ istũ text.q loquiĩ indistinctè. & qa vt dicit Ioan. Andr.dominus potuit verisimiliter credere procuratorẽ esse solicitũ in appellãdo: ex quò appellare teneĩ, & iõ non vr̃ sibi aliqđ imputãdũ, si nõ appellauit. ¶ In ea.gl.ibi: vel inopia.sed quomodo hẽt excusare inopia ab appellãdo: cum possit appellari viua voce. vt l.litiga.C.de appella.& l.j.in fin.ff.de appella. Sed potes dicere secundum Gof.quod illud verum, quãdo incontinenti quis velit appellare: sed vbi vult appellare ex interuallo debet appellare in scriptis, vt patet in dictis iuribus. & sic tunc oportebit soluere aduocato, seu scriptori, seu notario. & fortè iste non habet vñ soluat: nec arctabaĩ ad appellandũ viua voce: quia electio eius erat appellare viua voce: vel in scriptis, vt patet in di-
18 ctis iuribus. ¶ † In ea.glo.in fi.& hęc procedunt si appellcẽ a diffinitiua. ¶ Si autẽ appelletur ab interlocutoria: semper appellandum est in scriptis, vt in c.j.de appel.in
19 vj. ¶ † Item aduerte, qa est dubiũ, an ꝓcurator qui appellauit teneaĩ ꝓsequi appellationẽ.& supposito, ꝙ nõ teneaĩ: an possit prosequi si velit. ¶ Et in hoc articulo tres fuerunt opi.vna fuit Placen.vt tangit gloss.C.eo.l. inuitus. quod procurator teneatur prosequi etiã appellationem. Secunda fuit opi.quæ communiter teneĩ, ꝙ nõ possit prosequi appellationẽ: quando simpliciter fuit constitutus ad vnam causam. Tertia fuit opi.ꝙ non teneatur prosequi: sed possit, si velit de qua etiã tangiĩ in l.si actor. C.de appel.pro prima opi.quã sequunĩ vltramontani, vt tangit Cyn.in l.inuitus.facit, quod habetur in l.fin.ff.eodem. an per alium vbi videtur expressum, ꝙ procurator tenetur causam appellationis prosequi. ¶ Secundo pro hoc facit. l.qui proprio.§.item quæritur.ff.eodem. vbi tenetur ꝓsequi causam restitutionis. ergo eadem ratione etiam causam appellationis, cum videatur parificari restitutio, & appellatio.l.præses.ff.de mino. ¶ Tertio pro hoc facit, quod habetur in l.j. C.vt causæ post pubet. adsit tutor. vbi etiam finita tutela tenetur causam appellationis prosequi: ergo eodem modo, & procurator. ¶ Quarto pro hoc facit.l.inuitus. C.eo.dum dicit, nisi ꝓuocationis cãm ostenderet intelligẽdo dũ dicit ꝓcurationis exercẽdæ. ¶ Quinto ꝓ hoc

facit, quod habetur in l.si procuratorẽ.§.ignorantes.ff.
mandati.vbi videtur,ꝙ tenetur,nisi necessitas excuset.
& sic videtur loqui in ꝓsecutione appellationis : qa in
ipsa interponenda non videntur necessariæ expeñ.cũ
sufficiat viua voce appellare.ff.de appel.l.j.in fi.cũ l.se-
quẽti.huic tñ rationi posset responderi ꝑ ea,quę dixi.s̃.
super gl.& pro ista parte, etiam facit ratio,quia si tene-
tur procurator appellare.& sic facere initium:ergo etiã
tenetur prosequi. & sic finire. argu. eius quod habetur
30 in l.hærennius.§.Caius.ff.de euic. ¶† Sed vt dixi com-
muniter tenetur secunda opin. quia nõ possit prosequi
ex eo,quia mãdatũ videtur limitatum ad instantiã cau-
sæ principalis.& ideo non videtur,ꝙ teneatur prosequi
instantiam causæ appellationis. & per hoc tex.in l.inui
tus.intelligendo literam dum dicit, nisi prouocationis
causam.s.interponendę. ¶ Item etiam pro hac parte fa-
cit.l.si actor.C.de appellat.vbi actor tenetur appellare ,
sed non tenetur prosequi . ¶ Item etiam pro hac par-
te facit.d.l.si procurator.§.si ignorantes.vbi solum dici-
tur,quod tenetur appellare,nisi inopia excusat.& nihil
dicit de prosecutione. & pro hoc etiã iste tex.nisi aper-
te videt̃ velle,ꝙ non teneatur prosequi. nec obstat , qđ
dictum est expeñ.non occurrere in appellando:qa imo
possunt occurrere si appellat̃ in scriptis.vt s̃.dixi.& for-
tè etiam ex forma statuti aliquid debet solui per appel-
lantem,vt tangit Bar.in l.inuitus.& quod ista pars non
teneatur prosequi videtur de iure verior, per istum tex.
hic in fi.¶ Nec ob.contraria. nam primo non ob.d.l.fi.
an per alium causa appella.quia loquitur in procurato-
re habente mãdatum generale ad omnes causas.hic au
tem in habente mandatum speciale ad certam causam.
¶ Et ex hac solutione not. ꝙ vbi aliquis est constitutus
procurator generalis ad causas . quod nedum tenetur
tunc appellare, sed etiam tenetur appellationem prose
qui.facit,quod habetur in cle.j.hoc eo.tit. ¶ Potest etiã
dici secundũ aliquos,ꝙ in d.l.fin.habuit mandatum ad
vtranq; causam per principalem,& appellationẽ,& itẽ
non ob.quod habetur in l.inuitus. C.eo.quia dum lite
ra ibi dicit , quod vbi procurationis causa debet intel-
ligi scilicet interponendę,vt ibi etiam not. & probatur
etiam per hunc text.qui videtur ꝓbare opi. Pla.¶ Item
non obst.l.qui proprio.§.item quæritur.quia ibi loqui-
tur in restitutione in integrum, quæ agitatur coram iu
dice hic in appellatione,quæ agitatur in diuersis.l.pro-
fecti.ff.de mino. & sic causa restitutionis magis videtur
esse de appendicijs ipsius causę principalis,quàm causę
appellationis,vel potest dici, quòd ibi incidenter pete-
batur restitutio.ideo procurator tenetur in illa respon-
dere.facit,quod dicetur.j.de appella.ab interlocutoria.
¶ Item non obstat,quod habetur in l.j.C.vt causæ post
pub.adsit tutor.quia ibi loquitur in tutore,qui omnino
tenetur causam defendere , nec eius potestas limitatur
ad instantiã . Secus in ꝓcuratore,& in actore,vt habe-
tur in l.si actor.C.de appella. ¶ Item non ob.quod ba-
betur in l.liberto.§.fin.ff.de neg.gest. quia ibi loquitur
in gestore generali,qui accessit ad vniuersa negotia ge-
renda . & ideo ibi tenetur appellare , & appellationem
prosequi,sicut etiam procurator generalis datus ad cau
sas. ¶ Item non ob.quod babetur in l.si procuratorem.
§.si ignorantes . quia potest respõderi,vt s̃.dictũ est,vel
ſm Bartol.põt dici,quod ibi loquitur in fideiussore,qui
suo noĩe conuenitur propter suam obligationem.Et iõ
debet tũc nedum appellare,sed etiã appellationẽ ꝓseq
nisi inopia eos excuset, vt ibi dicitur . Et eodem modo
potest responderi ad.l.hærennius.§.fi.ff.de euic.& ad.l.
propter veneni.§.nuptijs.ff.ad sil. Vnde dicebat Barto.
in l.inuitus.C.eodem.quod quandoque,quis conueni-
tur noĩe proprio,& ad cõmodũ propriũ.& tũc nõ tenet̃
de necessitate appellare.& si appellauit non tenet̃ ꝓse-
qui, qa in re sua est quilibet moderator, & arbiter.l. in
re mandata.C.manda. Et potest etiam quis renuntiare
appellationi si vult C.de appella.l. si quis libellos. Aut
quis conuenitur nomine alieno. & ad cõmodũ ꝓpriũ:
vt qa est procurator in rem suã.& tunc dicẽdum idem,
qđ in proximo casu:qa eadem est rõ: ex quò cõmodũ,
& incõmodũ spectat ad eũ.facit,qđ hr̃ in l.j.§.in ꝓpria.
ff.qñ app.sit,aut quis cõuenit̃ noĩe alieno,& ad cõmo-
dum alienũ,vt est ꝓcurator simplex, & nõ in rem suã ,
& tunc tenet̃ appellare:sed nõ tenet̃ ꝓsequi, nisi sit pro
curator gñalis, vel hoc habeat in mandatis per ea quæ.
s̃.dixi,& quæ habent̃ in l.fi.ff.e.aut per aliũ , nisi ꝓpter
paupertatem, vel aliam iustã cãm excusetur ab appellã
do,vt hic dixit gl.& dicunt etiam aliqui prædicta ꝓce-
dere,qñ cõstat dictum fouere bonã cãm, vel est dubiũ:
quia tenetur appellare.Secus si constaret dictum foue-
re malam cãm.arg.l.si bonam causam.C.de admini.tu.
& l.quoties.§.sicut.ff.de admini.tut. ¶ Sed tutius est,vt
hic dixit do.Ant.ꝙ appellet,vel denuntiet dño per istũ
tex.¶ Qñq, quis conuenit̃ noĩe ꝓprio, & ad cõmodũ,
vel incõmodũ aliorũ, vt in fideiussore , & in emptore ,
& hoc casu dicẽdum, ꝙ aut constat sententiam esse bñ
latam idest aduersariũ fouere iustitiã , & non tenet̃ ap-
pellare.per ea,quæ habent̃ in d.l.si bonam cãm . & in l.
hærennius.§. caius.ff. de euic . ¶ Si autẽ constet sñiam
male latã,& aduersariũ fouere iniustitiã tunc debet ap
pellare.ꝑ ea,quę hñr in d.§.si ignorantes.& d.§.caia.sal
uo nisi prius esset dñs,vel ipse actor tempore sñiæ. per
ea,quæ habentur in d.§.caia.Aut dubiũ est quis fouear
iustitiam,& tunc videtur Bar. velle illud scilicet , qđ dr̃
in §.ignorantes.sed in §.caia.& in l.inuitus. & in l.pro-
pter veneni.vr̃ tenere cum glo.in §.caia. ꝙ debet appel
lari.Sed tex.cum gl.in d.§.caia.videt̃ velle,qđ in dubio
præsumendum sit pro sententia. & ideo non tenet̃ ap-
pellare: si tamen appelletur , quia per appellationẽ ces-
sat præsumptio,quæ surgit ex sententia tenebitur pro-
sequi ipsam appellationẽ.facit,qđ no.gl. in d.l.veneni.
§.neptis.& quod not.Ia.But.in d.l.inuitus.& tangit hic
do.Anto.& idem est dicendum in hærede qui vendicat
necem defuncti, ne aliàs ab ea auferatur hæreditas tan
quam ab indigno:quia vr̃ dicendum, vt dictum est.s̃.in
emptore.vt voluit gl.in d.§.neptis.¶ Et secundum ꝑdi-
cta videtur, ꝙ æquiparẽtur in titulo quò ad materiam ,
videlicet tutor,& curator,emptor, & hæres vendicans
necem defuncti & ẽt gestor vniuersalis.& similiter etiã
fideiussor.sed Innoc. hic vr̃ æquiparare fideiussorem fi-
deiussori simplici,& actori.¶ Sed Bar.& do.Ant.vident̃
tenere,quod prius dixi.pro Inno.tamen multum facit.
§.ignorantes.intelligẽdo,vt sonat in appellatione : sed
si intelligatur de prosecutione faceret pro Bar.& etiam
qa videtur eadem rõ,quæ in emptore, ex quò noĩe pro
31 prio cõuenit̃.¶ † Item non ob. inquantum dixi,ꝙ sim-
plex procurator ad certam cãm tenet̃ appellare: sed nõ
prosequi si dicatur , quod ex quò tenetur appellare , &
sic facere principium.& sic etiã tenetur prosequi , & sic
producere ad fi.quia isti actus sunt separati hinc est, qđ
ẽt diuersa tempora statuunt̃ in eis. nam. x. dies dantur
ad appellandum , sed ad ꝓsequendum datur annus, ex
causa biennium.infra de appell.ex causa , & de regulis
iuris.quod ad consultationem,licèt appellatio sit pam-
bulũ prosecutionis ipsius, seu debeat præcedere ipsam
prosecutionem.Et ideo cum sint separata necessario de
vno ad alium non infertur,argumen.l.fin.ff. de calum.
& bene dixi supra de procuratore cõstituto ad causam .
Secus si esset datus ad vnum actum tantum , puta ad
sententiam audiendam : quia tunc non tenetur appel-
lare , vt hic voluit Ioan. Andre. ¶ Item prædicta vera
in appellatione a diffinitiua: quia procurator simplex
non tenetur illam prosequi . Si vero appelletur ab in-
terlocutoria

terlocutoria dicit Innocent. quod ſi proſecutio fienda eſt in eadē ciuitate, vel loco, vbi tractanda eſt cauſa principalis non tenetur illam proſequi cum incidenter veniat ad cauſam ipſam principalem. Secus ſi haberet
22 in alio loco tractari.arg.l.longius.ff.de iudi. ¶ †An aũt procurator poſſit dimittere proſecutionem appellationis a diffinitiua ſine iudicis licentia.Innocē. hic finaliter tenet, quod ſic, quia hoc a iure ſibi conceditur.ideo non eſt neceſſe, quod vadat ad iudicem.arg. eorũ quæ habentur in l.ſub conditionibus.ff.de condi.inſti.licèt aliquos tenere cõtrarium, ſed verius putat eſſe, ꝙ dixit. ¶ Et prædicta procedunt de iure.Hoſt.vero dicit, quod curia ſeruat, quod procuratorem appellantem in cauſa quæ ibi vertebatur non audit ſi dicat, ꝙ nõ vult, vel nõ poteſt proſequi cauſam appellationis: ſed vult domino denuntiare, vel ipſum conſulere.immo hoc ipſo, quòd procurator non vult, vel non poteſt proſequi procedit contra dominum tanquam contra contumacem ſi appellatum eſt ab interlocutoria.per ea quæ habentur. ſ.eo.auditis.& c.conſtitutus. ¶ Si autem appellatũ ſit a diffinitiua lata in curia, tũc datur breuis dilatio ad denuntiandum domino ſi non eſt in loco nimis remoto, aliàs præfigitur procuratori peremptorium ad ꝓſequēdum appellationem.& dominus citatur per peremptorium edictum per cuius lapſum rata manebit ſentētia. & hæc eſt cõſuetudo curiæ fundata ſuper æquitate abbreuiandarum litiũ.& vt parcatur laboribus, & expen. facit, quod no.Archi.de teſti.ca. Romana.lib.vj.Poſſet etiam dici, quod nullus terminus de neceſſitate ſit ſtatuendus: quia ſi non ſit proſecutio appellationis firmabitur ſentētia per lapſum anni.ſ.de appella. cum ſit Ro
23 mana. ¶ † Vltimo eſt videndũ, an licèt procurator non teneatur proſequi: an poſſit ſi velit.tex.hic videtur velle, quod ſic in fi.a contrario ſenſu dum dicit non tenet inuitus.& ſic videtur velle, quod poſſit ſponte ꝓſequi ſi vult. ¶ Gloſſ.& Bar.in l.ſi actor.C.de appella.videtur velle, ꝙ non admittatur, vt procurator: ſed vt quilibet alius. Et ideo ſi velit interuenire pro reo ad defenſionē pro quo fuit ꝓcurator poterit ſatiſdare de iudi.ſol.quia quilibet poteſt aliũ defendere præſtito de ſatiſdatione. l.minor.§.j.ff.de minori.& facit, quod no.ſ.c.mandato. Si autem fuit procurator ex parte actoris tunc, ſi eſſet coniuncta perſona poterit proſequi appellationē tanquã coniuncta perſona cauendo de rato. Et iſtud ſequitur Bar.in l.ſi actor. ¶ Sed cõtra iſtud facit, vt tangit hic do.Anto. quia ſi cenſetur habere limitatum mãdatum ad cauſam principalem, & ad actũ appellationis, ergo videtur prohibitus quò ad alia, & quò ad aliòs actus, ꝑ ea, quæ habentur in l.maritus.C.de procura.ſed ſuſtinendo Bar.poſſet dici, quòd illa.l.maritus habet locum quando limitatio facta eſt per hominem: ſed hic ſit limitatio ex iuris interpretatione.d. Ant.hic plus dicit, videlicet ſe tenuiſſe repetendo, quod procurator poterat proſequi ſi volebat etiam tanquam procurator pro quo facit iſte textu. ¶ Item quia in cauſa appellationis videtur interuenire ex vi antiqui mandati.per ea, quæ habentur in l.ita demum.C.eo.vbi in cauſa appellationis non poteſt opponi exceptio quæ non fuit oppoſita in cauſa principali ante lit.conteſt. & ſi dicatur ſecũdũ hoc videtur, quod habeat mandatum etiã ad proſequēdam appellationem. Et per conſequens videtur, quod teneatur proſequi cuius cõtrariũ hic dicit. Reſponde quod mandatum tanquã fauorabile ex parte mandantis ex iuris intellectu ſe extendit etiam ad proſecutionem appellationis. ¶ Sed ex parte ſuſcipiētis cenſetur odioſum, cum per illud obligetur procurator.ideo non extenditur ad proſecutionem appellationis, ſi nõ vult: ſed ſi vult videtur, ꝙ poſſit proſequi per iſtum text.quia licèt ab initio quis non ſuſcipiat mandatum ad proſecutionem, tamen ex poſtfacto videtur poſſe ſuſcipere. per id, quod habetur in l.ſemper.ff.de de regu.iur.& in c.licèt.de procura.in vj. Sed vt dixi communis opi.videtur eſſe in contrarium, vt videtur eſſe text.cõtra hãc opi.in d.l.ſi actor.C.de appel.vbi aperte dicitur, ꝙ nõ poteſt proſequi: ſed ſolũ poteſt appellare tanquã actor. Et hæc ſufficiant de materia huius glo.

SVMMARIVM.

1 *Procurator conſtitutus ab excommunicato ad impetrandum excluditur ab impetrando.*
2 *Vniuerſitas poteſt conſtituere procuratorem.*
3 *Et an, & quando in facto vniuerſitatis permiſſio habilium, vel inhabilium vitiet actum.*
4 *In actibus gerendis per vniuerſitatem, debet actus geri collegialiter.*
5 *Tolerantia in officio ſupplet inhabilitatem. & nu.13.*
6 *Maiores de vniuerſitate, an poſſint per ſe litem exercere.*
7 *Litera impetrata ab excommunicato tolerato, an valeant.*
8 *Procurator excommunicatus, ſi impetrat reſcriptum, an valeat.*
9 *Et quid ſi conſtituatur procurator non excommunicatus ab excõicato.*
10 *Procurator non excommunicatus, ſi conſtituatur a domino non excommunicato, an excommunicatio ſuperueniens impediat procuratorem agere.*
11 *Officij nomine fieri videtur actus, quando de officio fit mentio.*
12 *Autoritas maiorum de vniuerſitate, an ſit neceſſaria in conſtitutione ſyndici ab vniuerſitate.*
13 *Vniuerſitas non poteſt agere, quando prelatus, & adminiſtrator ſunt excommunicati.*
14 *Excommunicati, quando tolerentur, & valeant geſta per ipſos.*
15 *Toleratus quis dicatur.*
16 *Excommunicatus minori ratione participationis cum excommunicato nõ priuatur poteſtate eligendi.*
17 *Omnibus de vniuerſitate exiſtentibus excommunicatis actus ab ea geſtus non valet.*
18 *Vnus de capitulo poteſt impetrare literas pro eccleſia, vel conſtituere procuratorem ad impetrandum, tanquam coniuncta perſona, ſed nõ poteſt conſtituere procuratorem ad agendum. & nu.20.*
19 *In ſyndicatu, an neceſſario ſint exprimenda nomina omnium de vniuerſitate, & an in ſyndicatu debeat interuenire autoritas ſuperioris.*
21 *Regentes propter excommunicationem priuantur poteſtate regendi, quò ad effectum iuris.*
22 *Pactum ſi in cauſa efficienti non valet quod agitur, vt agitur, valet, vt valere poteſt.*
23 *Procurator conſtitutus ad impetrandum, qui tempore conſtitutionis eſt excommunicatus, ſed tempore quo impetrat non eſt excommunicatus, an valebit impetratum.*

a COnſulti. Procurator[a] vniuerſitatis cuius maiores, & iurati ſunt excommunicati ad impetrandum admittitur, niſi in procuratorio illo ſint expreſſi: vel niſi eorũ autoritate ipſum procuratorium ſit factũ, vel niſi fuerint ſcienter admiſſi.h.d.Et in prima conſultatio.In ſecũda reſponſio.ſecunda ibi: taliter reſpõdemus. ¶ In tex.ibi: maior, puta rector, vel poteſtas.Item ibi: iurati, puta cõ
1 ſiliarij. ¶ †No. ꝙ procurator conſtitutus ab excõmunicato ad impetrandum excluditur ab impetrando. & ſic videtur, ꝙ cõſtitutio procuratoris valeat, ſed exceptione tantum repellitur procurator ab impetrãdo de quo
2 dicendũ, vt dici cõſueuit.in c.j.de reſcrip.in vj. ¶ †Not. ꝙ vniuerſitas poteſt conſtituere procuratorem.de quo. ſ.eo.in ca.quia in cauſis. ¶ Not.ſecundum do.Anto. ꝙ maiores, per quod regitur vniuerſitas nõ videntur ſoli poſſe conſtituere procuratorem in cauſis vniuerſitatis: nec cauſas vniuerſitatis tractare. Vnde ſecundum eum priores: vel etiam antiani non videntur poſſe tractare cauſam vniuerſitatis: nec ꝯſequenter ad illũ cõſtituere, ſed oportet, ꝙ illam tractet ipſa vniuerſitas, vel repreſentantes ipſam vniuerſitatem: vt eſt conſilium generale, ꝙ repreſentat populum.vt no.glo.in rubri. C.quæ ſit lon.

sit lon.consue. ¶ Et aduerte de iure videtur oppositũ. per ea, quæ habẽtur in l.item eorum.§.si decuriones.& l.j.§.quibus.ff.quod cuiusque vniuer.& l.mulier eo.tit. vbi patet, quod decuriones quorum loco hodie succedunt consiliarij ciuitatum:hoc est priores, vel antiani secundum diuersitatem prouinciarum.vt not. gloss.in l.sed si ex dolo.§.dolo.ff.de dolo.poterãt cõstituere sindicum,vel actorem ad agendum causam vniuersitatis. facit,quod no.Barto.in l.actor.ff.rem ra.ha.] Et istud vr verius de iure per prædictas leges: nisi consuetudo,vel statutũ loci aliud haberet.per ea, quæ habentur in d.l. nulli.nec ob.iste tex.quia licet dicat, quod fuerat procurator constitutus ab ipsa cõmunitate nõ negat quin etiam potuisset cõstitui ab ipsis iuratis, seu cõsiliarijs, si non fuissent excommunicati : nec debet sumi resultans cõtrarius iuri.per ea,quæ habentur in l.ij.C.de cõ-
3 di. inser. ¶ †Not. ꝙ in factis vniuersitatis permissio habilium,vel inhabilium non vitiat actum : nisi in tribus casibus hic positis.Primus est,quando exprimuntur inhabiles ad actum exercendum.Secundus quando autoritate inhabilium actus exercetur. Tertius est,quando vniuersitas scienter admittit inhabiles . & sic ex di-
4 ctis causis remanet regula, ꝙ actus valet. ¶ †Et pro declaratione decre. & eius materia potes præmittere duo vel tria.Primo ꝙ in actibus gerendis per vniuersitatem dẽt actus geri collegialiter.& sic in forma vniuersitatis. per id,quod habetur.s.de elec.in genesi.& quod etiam not.s. de postu.præla.bonæ. el ij. de rescript. eam te. & facit etiam , quod not.in c.j.de rebus eccle.non alie.in
5 vj.† Etiam præmitte, ꝙ in alijs quæ geruntur ad vtilitatem aliorum ex officio publico:tolerãtia in officio supplet inhabilitatem.ff.de offi.præto.l.Barbarius.& facit, quod not.in c.nihil.& c.cum dilecti.s.de elec.Secus in his,quæ quis facit iure priuato, vel ad priuatã vtilitatẽ. vt voluit Inno. hic.& s.de consue.cum dilectus. Potes etiam præmittere,ꝙ in casibus vniuersitatis si aliqui reperiantur inhabiles potestas remanet penes habiles etiam si sunt duo vel vnus.s.de postu. gratũ.cũ ibi no. & de elec.ca.auditis.¶ In gloss.j.de testi.cap.licet.& sic vult glo.ꝙ ea, quæ superius tacta sunt faciant dubium in decret. tamen aliter non sol. do. Anto.hic dicit pro solutione, ꝙ quidam sunt actus qui respiciunt administrationem commissam regentibus ciuitatem: vt determinare de iurisdictione: vel statu, aut regimine ciuitatis.& tunc talia capiunt robur,& vim ab eis,& ideo talia essent inualida eis existentibus inhabilibus , & sic procedit contra . ¶ Quidam verò sunt actus qui respiciunt administrationem rerum , & iurium vniuersitatis,quæ competit soli vniuersitati , vt est secundum eũ litem exercere:vel alienare bona spectantia ad vniuersitatẽ,quæ bona sunt vniuersitatis, & non singulorum de vniuersitate.xij.q.ij.qui manumittitur. & l. intantũ. §.vniuersitatis.ff.de re.diui.& in talibus actus recipit robur tanquam ab vniuersitate, non vt a singulis etiam principaliter regentibus . ideo tunc gesta quæ aguntur ab vniuersitate valent, ex quo aliq. de vniuersitate sunt habiles, licèt aliqui sint inhabiles : quia penes habiles residet potestas vniuersitatis: vt dixi in euidentialibus . vt legitur,& no.in c.gratum.s.de postu. & sic residet d.
6 Ant. ¶ †Sed certe inquãtum innuit, ꝙ non possint maiores de vniuersitate litem exercere: nec consequenter procuratorem constituere non videtur benè dicere.per id, quod dixi in not. & quod habetur in l.nulli.ff.quod cuiusque vniuersi.ideo potest solui contrarium, ꝙ licèt maiores possent procuratorem constituere si nõ essent excommunicati : tamen etiam ipsa vniuersitas potest, & ideo tenet constitutio,nisi in tribus casibus hic positis. fateor tamen ꝙ maiores de vniuersitate non possint alienare bona sine solennitate.in l.fi.C. de ven.re.ciui.

lib.xj. ¶ In ea.ibi:non refert per quemcunque &c. Hoc verum regulariter,fallit interdum vt patet in c.ij.de hæreti.lib.vj.& ex his, quæ habentur in c.j.de rescri.in vj. ¶ In ea.gl.ibi: sed mirum.immo dic tenendum esse id,
7 quod no.per glo.in d.c.j.de rescrip.in vj. ¶ †In ea.gloss. in fi.Et sic concludit,quod literæ impetratæ ab excommunicato:qui non fuit repulsus ab impetrando valent & tenent.¶ Sed contrarium tenuit olim.Bar.in gl.antiqua huius capituli , quam postea cancellauit faciendo istam.Sed hodie est expressum, quod rescriptum impetratum ab excommunicato est ipso iure nullum , vt in d.c.j.de rescri.in vj.Nec ob.si dicatur , quod secundum hoc punitur qui non peccauit,scilicet dominus qui ꝓcuratorẽ cõstituit excommunicatum,quia,aut hoc sciebat ipse dominus,quod ille erat excommunicatus,que constituit procuratorẽ,& tunc sibi habet imputare:aut ignorabat. & tunc videt ꝙ possit habere regressum contra procuratorem: qui non significauit hoc domino an tequam faceret excusas in impetrando rescriptũ.¶ Et istud satis videtur rationabile,si ꝓcurator sciebat se excommunicatum:vel erat in suprema ignorantia : sed si ignorasset se excommunicatum,quod esse potest secũdum ea, quæ habentur.j.de cleri.excom.c.apostolicæ. tunc satis videtur ęquũ,quod impetratio teneat:ne iusta ignorantia puniatur.argu.l.genero.ff.de his qui no. infa.& quod habetur in d.c.apostolicæ. & quod no.per Io.Cal.j.de prob.post cessionem.& de re iudi.c.ad pro-
8 bandum . ¶ †Et ex prædictis patet quid iuris,quãdo ꝓcurator excommunicatus impetrat rescriptum: an tale rescriptum valeat.Et facit, quod no.Io.And.in d.c.j.de rescri.in vj.in nouel.licet Host.teneat,ꝙ si impetrãs sit occultus excõmunicatus , quod teneat rescriptum.Secus si notorius. sed Ioan.mo. tenet idem si sit occultus pro quo facit : quia in actibus qui ex iure priuato gerũtur tolerantia nil operatur. vt voluit Inno.s.de consue. cum dilectus.& ẽt in hoc c.& hæc opi.Io.mo. vr verior quando ipse dominus sciebat ipsum procuratorẽ excommunicatũ, vel si ignorabat , procurator sciebat se excõmunicatum . Secus si iuste ignorasset procurator se excommunicatum.& similiter dominus , quia tunc videt ꝙ debeat valere , ne iusta ignorantia puniatur,vt
9 s.tetigi.& hoc casu possit saluari opi.Host. ¶ †Quid aũt econtra si constituatur non excommunicatus procurator ab excommunicato:hic aduerte , aut cõstituitur ꝓcurator ad impetrandum : aut ad agendum: aut ad negotia extraiudicialia:si ɔstituatur ad impetrandũ,videtur , quod non teneatur per istũ tex.dum ponderat tps, quo constituitur procurator. & sic vult,quod si illo tpe erat excõmunicatus ipse cõstituens , quod licèt postea absoluatur,non valeat procuratoriũ.facit, quod habet in simili.j.de proba.post cessionem . & quod etiam tãgetur cum gloss.fi. ¶ Secundo casu, quando fuit cõstitutus ad agendũ:tunc videtur, quod teneat procuratorium.licèt possit opponi exceptio.per id, quod habetur in l.pia.de exceptio.in vj.In contrarium facit iste tex.inquantum vult , ꝙ non valeat constitutio procuratoris constituti ad impetrandum si tempore quo cõstituitur constituens erat excõmunicatus. Inno.videtur hic cõcludere, ꝙ si cõstitutus est procurator ab excommunicato tempore quo est constitutus . & durat excommunicatio tempore quo agitur : tũe planum est,quod repellitur procurator,vt tangit glo.fi. Aut tempore quo fuit constitutus procurator constituens erat excõmunicatus:sed tempore quo agitur reperitur absolutus. & tũc dicit Innoc.ꝙ nõ valuit cõstitutio:quia in talibus principium est considerandum. & tempus quo procurator ɔstituit per istũ tex. Fatetur tñ, qđ nisi excipiat ɔ ꝓcuratorẽ tenebũt q fient p illũ, quia fm eũ vr , qđ teneat procuratio ipso iure a principio.& si dicat si teneat cõstitutio

ſtitutio procuratoris ſaltem debet poſſe procurator age
re abſoluto domino excommunicato. reſpondet Inno.
quod dominus excommunicatus non habet exercitiũ
litis.ideo illud mandare nõ poteſt.per id,quod habet.j.
q.vij.c.c.daibertum.& j.de iure patro.ca. quod autem.
Sed certè,vt hic tangit do.Ant.ſi non transfertur exer-
citium litis in procuratore:ergo ſi interim agat non va-
lebit, quod agitur etiam ſi non excipiatur. ideo remit-
tit domi.Anto.ad ea,quæ dixit in d.c.poſt ceſſionẽ. vbi
tenet in ſimili, quod ſi conſtituitur procurator ad agen
dum ille qui tempore quo conſtitutus eſt erat excõmu
nicatus,quòd ipſo iure non valet conſtitutio per illum
tex.cum gloſſ.& idem videtur velle in caſu iſto, quan-
do a domino excommunicato tempore conſtitutionis
conſtituitur procurator, vt ſic non poſſit etiam poſt ab-
ſolutionem talis procurator agere, prout etiam contin
git in caſu.d.c.poſt ceſſionem.licèt Inno.velit,quod ſo-
lum ope exceptionis vitiatur conſtitutio procuratoris,
vt etiam hic idem dicat.¶ Sed gloſſ.in d.c.poſt ceſſionẽ
& Ioan.Andr.& ſequitur etiam domi. Anto.tenent ibi
contrarium,ſcilicet quod nõ valeant ipſo iure.¶ Et pro
hoc etiam facit tex. iſte qui ponderare videtur tempus
quo conſtituitur procurator, vt ſi illo tempore fuit con
ſtitutus ab excommunicato non poſſit poſtea impetra-
re etiam ſi conſtituens fuit abſolutus,& ſic videtur, qđ
non valeat ipſo iure. facit, quod habetur in ſimili.in d.
c.poſt ceſſionem.¶ Et ſic videtur idem dicendum, quã-
do eſt conſtitutus procurator ad iudicia a domino, qui
eſt excommunicatus tempore conſtitutionis, vt ſic ip-
ſo iure non valeat conſtitutio procuratoris. arg. huius
tex.& per id,quod habetur in d.ca. poſt ceſſionem.& ẽt
hoc videtur voluiſſe domi. Anto. hic remittendo ad d.
c.poſt ceſſionem.¶ Tertio caſu,quando conſtitutus eſt
ad negotia procurator ab illo qui eſt excõmunicatus,
tunc,an teneat conſtitutio pẽdet ex no.in c. veritatis.j.
de do.& contum.nam ſecundum Innocen. opi.ibi po-
ſita valeret,licèt poſſit repelli exceptione.Secus ſecun-
10 dum opin.Hoſti.& quæ opi.ſit verior ibi dixi.¶ † Quid
autem ſi conſtitutus procurator non excommunicatus
a domino non excommunicato ſi poſtea ſuperuenit ex
communicatio,an tunc impediat procuratorem agere.
tangam ſuper glo.fin. habetis iſtud declaratum.¶ Et ex
prædictis etiam patere poteſt quid iuris,ſi ille qui eſt ex
communicatus conſtituatur procurator ad agendum:
quia videtur,quod ipſo iure non valeret: vt habetur in
d.capi.poſt ceſſionem.¶ Item etiam petere poteſt quid
iuris ſi ille qui eſt excommunicatus conſtituatur procu
rator ad negotia,quia pendet ex no.in d.c. veritatis, vt
tactum eſt ſupra quid iuris, quando excommunicatus
conſtituit non excommunicatum, ſiue cõſtituat ad im
petrandum,ſiue ad agẽdum,ſiue ad negotia,habetis la
tius quam tangat Innocen.vel domi.Anto. ¶ In glo.ij.
ibi,quia per hoc apparet quaſi velit glo. quod ratio pri
mi caſus quare non valeat impetratio ſicut conſtitutio
procuratoris ad impetrandum maioribus exiſtentibus
excommunicatis,& in procuratorio expreſſis ſit ex eo,
quia eo ipſo,quod ſunt expreſſi in procuratorio videtur
quòd præſumatur actum fieri eiſdem principaliter in-
ſtantibus.& ideo non valeat talis conſtitutio. Innocen.
dicit hoc verũ, quando ſoli ſunt expreſſi inhabiles,puta
quia dicitur, ꝙ maiores, & iurati conſtituerunt talẽ pro
curatorem.¶ Idem etiam ſi dicatur hoc modo, quod ta
lis communitas,& maiores, & iurati conſtituunt talem
procuratorem. Idem dicit ſi dicatur talis communitas
videlicet.a.b.& c.nominando illos de communitate,&
ſubdatur tales,& tales, q̃ ſunt maiores, & iurati. Secus
ſecundum eum ſi ſimpliciter diceretur, ꝙ talis commu
nitas conſtituit talem procuratorem.Idem dicit ſi dica-
tur, ꝙ talis communitas conſtituit talem procuratorem
neminem exprimendo. & idem ſi exprimantur nomi-
na illorum de vniuerſitate, & etiam ſi exprimantur no
mina illorum, qui ſunt maiores,& iurati:ſed exprimũ-
tur ſimpľr ſicut alij non facta mentione,qui ſunt maio-
res,& iurati:ſed vniformiter ſunt expreſſi cum alijs. nõ
tunc valeret conſtitutio.nam ex quò expreſſe nõ ſit au-
toritate ipſorum maiorum:nec etiã tacitè, ex quo ſim-
pliciter ſunt nominati nomine proprio,& nõ, vt maio-
res,& iurati.facit,quod no.glo.& Bar. in l.quacumque
ratione.ff.de procu.& l.ſciendum.§.tutores.ff.qui ſatiſ.
11 da.cog.vbi patet, † quod quando ſit mentio officij vi-
detur tunc actus fieri ſub nomine officii.ſecus, quãdo
non fit mentio.Et ideo in caſu prædicto non vitiabitur
conſtitutio procuratoris ſi alij determinate ignorabant
illos excommunicatos.Idem dicit Innocent.ſi prædicti
deſcriberentur tanquam teſtes in actu procurationis:
quia per hoc non vitiabitur conſtitutio procuratoris.
¶ An autem tale inſtrumentum probet pendet ex his,
quæ tetigi in c.ex literis.ſ.de tranſac.& quæ not. in ca.
decernimus.de ſenten.excommunica.in vj. Et per præ-
dicta etiam patet ratio ſecundi caſus ſcilicet, quando p̃
ſtant autoritatem in conſtitutione procuratoris: q̃a tũc
videtur actus geri ab ipſis excommunicatis, vt infra ẽt
tangit glo. Et aduerte,quia Hoſti. & quidam alij dicunt
iſtos duos primos caſus debere intelligi ſecundum tem
periem tertij caſus,qui ſcilicet ſcienter exprimuntur,&
ſcienter adhibentur,vt autores.ſecus ſi ignoranter, q̃a
tunc valebit actus geſtus propter habiles in quos reſi-
det poteſtas ipſius collegij.ſupra de poſtu.gratũ. ¶ Sed
iſta opi.etiam non videtur vera, vt etiam hic tangit do.
Ant. quia ſecundum hoc ſuperflueret ſecundus caſus,
& ſufficiſſet illum ſolum ponere, ꝙ non eſt de mente
tex.& ideo tene ſecure, ꝙ primi duo caſus procedũt ſi-
ue ſcienter,ſiue ignoranter fiat expreſſio,vel adhibean-
tur ad autorandum.& dicit Innocẽ. finaliter etiam hoc
procedere,quando dicitur in ſecundo caſu quando ex-
communicati interponunt autoritatem,quòd non va-
let actus ſiue de neceſſitate iuris,vel ſtatuti, requiratur
ad validitatem actus autoritas ipſorum maiorum, ſiue
non:quia hoc eſt ſtatutum in odium excommunicato-
rum:& quia ſi actus vitiatur,quando ſcienter admittun
tur, vt hic patet in ſecundo caſu fortius debet vitiari,
12 quando autoritatem præſtant.¶ † Dicit tamen Innocẽ.
ꝙ in conſtitutione ſyndici ab vniuerſitate fienda nõ eſt
de iure neceſſaria autoritas maiorũ, ſeu ſuperioris, q̃a
vniuerſitas tanquam domina alleg. quod habetur in l.
inuitum.§.vniuerſitatis.ff.de rerum diui.facit,quod ha
betur.xij.q.ij. qui manumittitur.conſtituit ſyndicũ, &
procuratorem,& non actorem.alleg.l.ij.ff. quod cuiuſ-
que vniuer.& quia in conſtitutione ſyndici,aut procu-
ratoris,non requiritur autoritas iudicis.nec ob. qđ ali-
quando reperitur, quòd vniuerſitas conſtituit actorem
vt patet in d.l.j.§.quibus.Et ſic videtur,quòd requiritur
autoritas ſuperioris.per id,quod habetur in l.neque.C.
de procura.reſpondet Innocen.quod illud procedit,q̃n
principales de vniuerſitate conſtituunt actorem, & nõ
ipſa vniuerſitas,vel quando conſtituit vniuerſitas acto
rem ad negotia, & non ad lites, vel quando conſtituit
in negotijs,vbi vniuerſitas non eſt domina.facit, quod
nota.infra de iura.calum.capitu.j.& c. in pertractandis.
¶ Et licèt domi. Anto.ſic pertranſeat, tamen videtur ꝙ
prima reſponſio,& vltima poſſit tolerari:ſed non ſecun
da:quia minor ſolẽnitas requiritur in negotijs extraiu-
dicialibus,quàm in litibus,vt patet in d.l.neque.& in l.
ſi procurator.§.ſi tutores.ff.mandati.vbi patet, quod tu
tor primo poteſt cõſtituere procuratorem ad negotia,
& non ad lites ante lit.conteſta. Sed tunc debet conſti-
tuere actorem cum decreto iudicis,& quod dixi vniuer
ſitatem poſſe conſtituere procuratorem ſine autoritate
maiorum,

maiorum, vel superiorum, ꝓcedit in vniuersitate seculari,& videtur hic esse casus,inquantum dicitur, quod tenet ꝯstitutio ꝓcuratoris facta ab vniuersitate si ignoranter admissi sunt excommunicati, & non sint expressi maiores,& iurati, nec pręstauerint autoritatem. Nam ex quo maiores, & iurati essent excommunicati erant inhabiles,& sic erat perinde ac si nō haberet eos.facit, quod habetur in l.j.§.quibus.& quod habetur in c.ij. s. de transla.& tamen hic dicitur, quod valet constitutio procuratoris, & expresse etiam hic voluit Innoc. & tenuit Barto.in l.actor.ff.rem ra.habe.& ibi etiam hoc tenet glo. licèt glo. etiam teneat contrarium in l.nulli.ff. quod cuiusque vniuersi.¶ Sed præcedentem gl. tenuit Guil.in d.l.nulli.quam sequitur etiam Bar.in d.l.actor. vt prædixi. Et etiam Inno.hic in effectu vult, & vt dixi hic est casus rectè intuētibus. Secus videtur in vniuersitate ecclesiastica quæ non videtur regulariter posse agere sine suo prelato.de quo.s.de rescrip.edocen.& sed in

13 boc potest intelligi,quod ibi tangit glo.dum dicit † qđ vniuersitas non potest agere,qñ administrator,& prælatus sunt excommunicati:quia illud videtur verum in vniuersitate ecclesiastica.Secus in seculari.per ea , quæ s.dixi.¶ In gl.iiij.in fi.aduerte,quia videretur,quod indistinctè.& sic etiam in tribus casibus hic exceptis dēat valere constitutio procuratoris,quia gesta a toleratis videntur valere.l.barbarius.ff.de offi.pręfec.præto.& viij. q.v.c.nonne.& iij.q.vij.§.tria. Huius timore dixit hic Inno.primo qđ iste tex. debet intelligi in excommunicatis per sententiam hominis,qui dicuntur non esse tolerati,ex quo sententia contra eos est lata:sed ꝯtraria procedant in excōicatis per ius,qui possunt dici tolerati ēt si sint notorij.& per hoc pondera literam dum dicit ex communicationis sententia innodati. & sic ſm eum videtur loqui de excommunicatis per sententiam hominis,seu ab homine.¶ Et no.diligenter, quod Inno. hic

14 videtur velle in ista solutione,qđ excōicatus † per sententiam hominis dicaꝰ indistinctè non tolerari,sed excommunicatus per sententiam a iure dicatur tolerari indistinctè,siue sit occultus,siue non,sed Host.non placet ista opi.nam dicit,ꝙ ista verba excōicationis sententia conueniunt etiā sniæ iuris,vt probatur.j.de sen. excommuni.c.non dubium.& c.qđ de his.& c. in vniuersitate. Ideo secundo potest solui contrarium ſm Hosti. ꝙ contrarium ꝓcedat in excōicatis occultis qui dicuntur tolerari quo casu valeāt gesta ſm eū. Secus in publicis excōicatis, siue ab homine sint excōicati , siue a iure: quia tunc non videntur tolerari , ex quo factum est publicum, ex quo sunt excōicati. Sed certe ista solutio non videtur perfecta,qa iste tex. videꝰ ꝓcedere etiam in occulto excommunicato.per id,quod no.Io.mo. & Io. An.post eum in c.j.de rescri.in vj.¶ Vnde tertio potest dici,vt hic voluit Inno.ꝙ quædam sunt,quę geruntur a priuato,& ex iure priuato. & tunc tolerare nihil operaꝰ vt patet ex his,quæ no.Innoc.de consue.cū dilectus.& s.de electi.nihil. Et ideo contra constitutum ꝓcuratorē a tali posset excipi,tñ si non exciperetur tñ aliquos valerent gesta per talem procuratorē.per id, qđ habeꝰ de excep.pia.li.vj.¶ Sed de hoc dic,vt dixi super gl.¶ Quędam vero sunt, quæ gerūtur ab vniuersitate,vel ab alio vt publica persona,& inter alios, seu ad vtilitatem aliorum,vt sunt sententiæ,instrumēta,& testamēta,& exercitium cuiuslibet iurisdictionis voluntariæ, & contentiosæ.& in istis tolerare multum operaꝰ, quia facit actū valere,quia aliter non valeret,vt patet in d.l.barbarius.

15 superius alle.¶ †Et no.ꝙ dici potest toleratus,qñ nō est lata sētētia super inhabilitate,seu super vitio , & factū non est notorium . Secus si esset notorium factum , ex quo surgit vitium,& inhabilitas per id , quod habeꝰ in l.j.C.de testa.j.de re iudi.c.ad probandum. licèt Innoc. aliter senserit in prima solutione. Quando autem interuenit sententia hominis,qa illa fertur publicè, & in loco publico in dubio inducit notorium ex iuris pſumptione.j.de coha.cle.c.fi.nisi aliud probetur per ea,quæ no.per glo.in cle.j.de sępu.vbi bona glos. & quæ no.ēt per Pau.de leaza.in procemio cle.in verbo de extero.& quæ habenꝰ etiā.j.de cle.excō.mini.c.Apostolicæ.Quędam autem sunt ꝗ geruntur nō autoritate publica, sed priuata.& tunc etiam si gerantur per vniuersitatem nihil habet prodesse tolerare , vt qñ aliqua geruntur per vniuersitatem,quæ respiciunt commodum, vel honorem vniuersitatis.& non fuerit inter alios,seu ad aliorū vtilitatē,sicut est constituere procuratorē.nā in talibus tolerare nihil operaꝰ. Et ideo potest excipi cōtra tales procuratores constitutos ab excōicatis, & per hoc facit ſm Inn.quia tales consensus qui interueniunt per illos de vniuersitate,qui sunt excommunicati sunt iura personalia,seu priuata, non publica.Ideo si personæ constituentes sunt excommunicatę, quæ consentiunt in constitutione procuratoris etiam si fuerint tolerate nō valebit constitutio ꝓcuratoris in casibus hic positis, & ratio diuersitatis inter ea,quę geruntur inter alios autoritate publica. & alia quæ geruntur ad vtilitatem priuatā est , quia in primis subest publica,& publicum officiū, quo ratione tolerantur gesta. Secus in his, quæ ex iure priuato geruntur.nam talia possunt per exceptionē eli di,& posset etiam agi officio iudicis ad cassationem ipsorum ſm Inno.& sic resideat do. Anto. Tu potes etiam addere,ꝙ etiam actus interdū ipso iure non valet,vt patet ex his,quæ dixi sup gl.ij.¶ In gl.fi.ibi:vitiatur p inutile.de hoc plenè.j.de reg.iur.vtile.lib.vj.& per glo.in l. pecuniæ.ff.de vsur.& per Bar.in l.grecæ.§.illud.ff. de fi-

16 deiuſ.¶ †In ea.gl.ibi.de elec.illa.istud.c.& c.si celebrat. de quo sequitur in gl.loquūtur in excōicato minori,ratione participationis factæ cū excommunicato maiori in locutione, vel cōmestione,ꝙ non est priuatus potestate eligendi,vt patet in dictis iuribus.iō nimirū si eligat,cum non per hoc vitiatur elec.facit,qđ habetur,in d.c.si celebrat.& d.c.illa.ad c.cū Vintomiensis.potes dicere,ꝙ ibi qs erat inhabilis ex eo: quia elegerat sciēret indignū.& in potestate aliorum habiliū erit talē repellere,vel ipsum secum admittere.ideo nimirū si non vitiatur actus,si habiles illum secū admittant ad eligēdū. Hic aūt loqꝰ,qñ quis erat inhabilis rōne maioris excō. quo casu non erat in ptāte habiliū talē inhabilē secum admittere ꝑpter piculū cōis.j.de exceptio.pia.li.vj. Ad l.si ex falso.C.de transac.dic,ꝙ ibi loquiꝰ in transa. quæ babebat diuersa capitula. ideo licèt in vno fuerit falsitas commissa,nō nocet in alio separato.Item non ob.c. cū I.& A.j.de re iudi. qa ibi loquiꝰ in iudicio testificandi,ꝙ cuilibet.testi de ꝑ se cōpetit, hoc in officio ꝓcuratoris cōcedendo ab vniuersitate,in quo nō cōpetit cuilibet de vniuersitate ꝓsolū ipsum ꝓcuratorem in rebus vniuersitatis constituere,sed simul ad ipsos de vniuersitate collegialiter cōgregatos. & ideo hoc casu ꝑmistio inhabiliū vitiat actū.secus in casu præcedenti.facit,qđ

17 hꝰ in l.j.ff.qđ cū fal.tur.auto.¶ †Quid aūt si geriꝰ actus ab vniuersitate oibus de vniuersitate existētibus excōicatis? dic,qđ nō valebit actus ꝓ istū tex.nā licèt vniuersitas dicaꝰ cōstituere ꝓcuratorē ꝗ excōicata nō est. nec esse pōt.j.de sen.excō.c.Romana.§.in vniuersitatē.lib. vj.licèt singuli de vniuersitate bene psit excōmunicari, tñ suffragia uocū trahunt originē a singularibus de vniuersitate inhabilibus,ideo nō ualet,ꝙ agtē,facit,qđ no. s.de consue.cū dilectus.& j.de do.& contu.c. ueritatis. ¶ Si aūt ab uniuersitate aliqua gerant aliquibus existētibus inhabilibus de uniuersitate,& gerūtur ipsis inhabilibus iunctus cum habilibus,an tunc actus ualeat.potes cōcludere, ut hic tangit do.Ant. qđ qñq; exercitiū actus

actus spectat insolidum ad plures. & tunc commissio inhabilium cum habilibus non vitiat actum. j. de re iu di. cum. i. & a. & c. j. & ff. quod cum falso tuto. auto. aut iunguntur habiles cum habilibus in exercitio actus simul spectante ad plures. & tunc, aut a ptāte habilium pendet habilitare inhabiles. & tunc siue scienter siue ignoranter admittantur inhabiles valebit actus: quia si admittitur scienter videnť habilitari. arg. l. quidā consulebat. ff. de re iudi. & quod no. s. de fi. presby. capi. veniens. ¶ Si autē admittitur ignoranter, tunc, aut actus gestus videtur capere vim a potestate habilium in quos residet potestas. per id, quod habetur in ca. gratum. de postu. & c. cum Vintoniēsis. s. de elect. & quia in dubio habiles videntur velle valere actum quem faciunt eo modo, quo melius potest. argum. l. iij. ff. de testam. mili. ¶ Quandoque vero non pendet a potestate habilium habilitare inhabiles, & tūc, aut inhabiles solum interuenerunt actu, & non valet actus, vt hic patet. Aut omnes nominantur, & tunc, aut illi inhabiles interueniūt vt autoritatem præstent expresse, vel tacite, & non valet actus, vt hic patet. Aut simpliciter interueniunt, vt alij de vniuersitate, & tunc si ignoranter admittuntur valet quod agiť. Secus si scienter, vt hic patet. ¶ Et no. secundum Hosti. quod vbi habiles sciunt de habilitate aliorum, si est actus in quo exigatur ad eius validitatē autoritas præsidentium, & illi tales sunt excommunicati consilium est, quod ipsi habiles excludant illos tales præsidentes, & alios de nouo faciāt, qui assistant cū alijs, & præstent autoritatem actui. Nam penes habiles residet potestas eligendi ipsos præsidentes, vt habetur in c. gratum. s. de postu. aliàs si non eligerent non possent actum exercere: quia tunc diceretur quodammodo vniuersitas vacare, vt dixit gl. iij. ¶ Si autem sit talis actus qui possit geri ab vniuersitate absque autoritate regentium, tunc modus est, quod habiles actum exerceant exclusis inhabilibus, vel si eos de facto non possunt excludere, admittant illos cū protestatione, quod non intendunt, cum ipsis inhabilibus actum exercere. facit quod no. per Inno. in c. illa. s. de elec. & de consue. c. cum dilectus. ¶ In ea. gl. in fi. no. ex gl. plura. Primo differentiam inter procuratorem cōstitutum ab impetrandum ab vniuersitate, & syndicum, vel procuratorē constitutum ad agendum ab ipsa vniuersitate, quia secundum eum, primo casu non est necesse exprimere nomina omnium de vniuersitate, nec etiā nomina maiorum, vel superioris. Secus in secundo. ¶ Item not. ij. quod procurator constitutus ad agendum ab excom-

18 municato potest repelli. ¶ † Itē not. iij. ex gl. quod vnus de capitulo potest impetrare literas pro ecclesia, vel cū stituere procuratorem ad impetrandum tanquam con iuncta persona: sed non potest constituere procuratorē ad agendum. c. nonnulli. alle. in glo. quia potest intelligi de coniunctione carnali. facit quod infra dicetur. Et similiter. c. non liceat. non probat dictum glos. quia loquitur, quādo agitur de alienatione rei male alienatæ, in quo videtur speciale, quod quilibet de ecclesia admittatur. j. de re. eccle. non alie. c. si quis presbyterorū.

19 ¶ † Circa primū, an in syndicatu necessario sint exprimēda nomina omnium de vniuersitate, dicetur in c. j. j. eo. ti. lib. vj. ¶ Aduerte tamen, quia etiam dato, quod deberent exprimi omnes de vniuersitate, tamē possent exprimi vniformiter, vt singulares de vniuersitate, & sic videretur, quod tunc non noceret si aliqui essent inhabiles, si ignorāter admitterentur, per ea, quę dixi super glo. iij. ¶ Et no. etiam quod glo. voluit, q̄ in syndicatu debeat interuenire autoritas superioris, sed Inn. hic sentit contrarium per istum tex. vt tetigi super gl. iij. & ideo gl. in l. actor. ff. rem ra. hab. & ibi etiam hoc sequitur Bart. quando solum cōstituitur ad agendum. ¶ Sed gl. posset procedere in vniuersitate ecclesiastica, in qua regulariter non potest ipsa vniuersitas agere sine prælato. facit. j. de iudi. causam quæ. sed dictum Inno. procedat in vniuersitate seculari. facit, quod dixi super gl. iij. ¶ Item posset pcedere gl. in syndico constituto ad alienandum rem vniuersitatis, per ea, quę habentur in l. fi. C. de ven. re. ciui. lib. xj. ¶ Sed in syndico constituto ad agendum ab vniuersitate seculari nō procedit gl. ¶ Itē aduerte inquantum glo. voluit, quod procurator constitutus ab excommunicato constituentis tempore quo agitur. Si autem esset absolutus esset magis dubium. tamen Innoc. videtur hic velle, quod poterit tunc excipi contra eum, ex quo principium fuit vitiosum. Videtur tamen velle, quod valerent gesta si nō excipiatur. facit, quod habetur in c. pia. de excep. In vj. Sed de hoc dic, vt dixi super prima gloss. ad finem. ¶ Si autem constituatur quis procurator ab aliquibus non excommunicatis. & postea superueniat excommunicatio, an tunc nocebit. Inno. hic notabiliter in effectu cōcludit, quod est aduertendum, quod aut ipsi cōstituentes qui facti sunt inhabiles habebāt exercitiū litis, seu actionis: aut non, si habebant exercitiū ipsius actionis, tūc videtur, quod obstabit exceptio, ex quo tempore, quo agitur nō sunt excommunicati: quia sicut nō possent per se agere: sic nō possent per alium. arg. j. de reg. iur. qui per alium. li. vj. ¶ Si autem ad ipsos constituentes factos inhabiles nō spectabat exercitium actionis: vt quia vniuersitas constituit procuratorem super bonis spectantibus ad vniuersitatem: nec est ibi caput habens administrationem lit. vel iurium ipsius vniuersitatis. & tunc non repellitur procurator constitutus ab vniuersitate: seu per illos de vniuersitate collegialiter congregatos, quia vniuersitas, vt vniuersitas nō potest excommunicari, vt c. Romana. s. in vniuersitate. de sen. exc. in vj. Et licet singuli de vniuersitate sint excommunicati non agetur nomine eorum: sed nomine vniuersitatis: quia causa vniuersitatis non est singulorum. xij. q. ij. qui manumittitur. Alij sunt aliqui inhabiles in vniuersitate ad quod spectat effectus, & exercitium actionis: vt quia vniuersitas habet caput ad quod spectat administratio vniuersitatis, & officium ex forma statuti, vel de iure, vt patet in vniuersitate ecclesiastica habente prælatum. facit, quod habetur in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuer. & s. de rescri. edoceri. & tunc, aut procurator constitutus est simplex procurator. & sic habet officium temporale, & reuocabile ex voluntate constituentis, & habet agere nomine ipsius constituentis, & tunc, si superueniat excōmunicatio ipsi cōstituenti ad quæ spectabat litis exercitium poterit repelli procurator, cū habeat agere noīe constituentis. & sic debet posse repelli, sicut ipse cōstituens. Aut constitutus habet officium perpetuum. & est talis persona, quæ potest agere pro vniuersitate absque eo, quod nominet illos ad quos spectat litis exercitium: vt est æconomus ecclesiæ, vel vice dominus, & tunc talis nō repelletur: quia habet agere nomine vniuersitatis, seu ecclesię, non nomine constituentis. facit, quod habetur. lxxxix. distin. c. nouimus. & c. quod in quibusdam. & vij. q. j. quia frater, idem dicit, si habeat officium temporale: dum tamen sit talis, qui nō habet agere nomine constituentium: vt est visitator, vel coadiutor qui agunt nomine ecclesiæ. facit, quod habetur in d. c. quia frater. Sed syndici, & procuratores habent agere nomine ipsorum constituentium. ideo repelluntur, si constituentes sint excommunicati tempore quo agi-

20 tur. & tene mēti prædicta. ¶ † Circa vltimum not. quod tangit glos. an vnus de ecclesia possit impetrare pro ecclesia Archi. in c. statutum. s. cum autem. de rescr. in vj. dicit quod de consuetudine curiæ nullus admittitur ad impetrandum, vel contradicendum impetrationi pro alio

alio sine mandato speciali.nisi sit coninncta psona car-
nali proximitate.secundum Gof.& Hostien.nec etiam
admitterur Episcopus ad cōtradicēdum impetrationi
pro suo subdito.Dicit tamen,ꝙ si intersit contradicen-
tis, ꝙ litera non transeat,cauebitur ei.& literā recipiet
impetrator,dicit etiam curiam non requirere mandatū
nisi literæ contradicantur. alle.quod no.Hosti.in sum-
ma.de rescrip.§.quæ possunt.ver.sed nunquid canoni-
cus.dicit etiam Archi.vbi.s̄.quod licet decre. nonnul-
li.de rescrip. permittat coniunctos impetrare,non per-
mittit eos contradicere impetrantibus.Et ideo ad con-
uenientiam iudicū: nec admittentur sine speciali man
dato,cum talis actus sit potius contradicere, quàm de-
fendere.facit,quod no.per Io.An.in d.c.nonnulli. facit
etiam ad prædicta,quod no.gloss.ij.& quod ibi dictum
fuit in c.fi.s̄.de postu.facit etiam ad materiam,quod ha
betur in c.coram.s̄.de offi.dele.Et ex prędictis patet gl.
21 hic positam nō procedere.¶†Vltimo potes notare,qđ
per excommunicationem Regentes priuantur potesta-
te regendi quò ad effectum iuris: vt hic videtur innui,
dum dicit, per quos communitas regebatur.quasi ante
excommunicationem haberent regimen non postea.
facit,quod no.& habetur.j̄.de re iudi. ad probandum.
& de immu.eccle.cum aduersus.& de sen.excom.c.no
22 uerint.¶†Potes etiam notare,ꝙ ibi pactum in causa ef
ficienti,si non valet,quod agitur,vt agitur,valet vt vale
re potest,saluo vbi vitium sit patens ex forma ipsius a-
ctus: vel vbi ipsum vitium principaliter interueniat ꝓ
actu expediendo. de materia in l.j.§.eum qui.ff.de con
sti.pec.& per Bat.in l.j.§.si quis ita.ff.de ver.obli. & ad-
23 de etiam his quæ s̄.dixi.† quod vbi constituitur procu
rator ad impetrandum , qui est excommunicatus tem-
pore constitutionis:sed postea tempore , quo impetrāt
non sit excommunicatus:an valebit impetratum.Nam
videretur quod sic,quia c.j.de rescri.in vj.non loquitur
hoc casu:sed quando est excommunicatus tempore im
petrationis.¶In contrarium tamen facit, quia videtur
quod constitutio sit nulla ab ipso initio , ex quò est ex-
communicatus tempore constitutionis per istum text.
& per ea,quæ tetigi.in fin.primæ glossę.& quia videtur
cōstitui ad actum,cuius est incapax.ideo videtur quod
non valeat.

¶De syndico. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus in causa collegij respondet positionibus sine iuramento,*

¶Visum est.s̄.in titu.præcedenti,qui agit, vel defendit
causam singularis personæ. Verum,quia interdum tra-
ctatur causa vniuersitatis,quam agit , vel defendit syn-
dicus ipsius vniuersitatis. ideo post Rubricam præcedē
tem ponit istam.¶Et de syndico vniuersitatis secularis
habetur in c.licet.j̄.de probatio. de syndico vero eccle-
siasticæ vniuersitatis habetur.j̄.in nigro . & j. de capel.
1 mona.cum dilectus. & quomodo† etiam in causa col-
legij syndicus respondet positionibus , sine iuramento
habetur in c.ij.de testi.in vj. De æconomo autē & eius
officio habetur.lxxxix.dist. per totum.& viij.q.iij.cum
scimus.& j.de iura.cal.c.imperatorum.

SVMMARIVM.

1 *Monachi debent a litigijs forensibus abstinere.*
2 *Syndicus monasterij potest esse laicus.& nu.11.*
3 *Syndicatus officium non est spirituale,& potest esse voluntarium,potest tamen casualiter cogi aliquis ad acceptandum syndicatus officium.*
4 *Procurationis , vel aduocationis officium acceptare , potest aliquis ex causa cogi.*
5 *Negotij appellatione venit etiam negotium iudiciale.*
6 *Syndicus quando constituitur , an nomina singulorum debeant exprimi in instrumento syndicatus.*
7 *Et si opponatur syndicatui facto per collegium canonicorum , quod maior pars non fuit præsens,cui incumbat probatio.*
8 *Notarius,an conuincetur falsum scripsisse eoipso,quod asseruit id , quod sibi dictum fuit,licèt probetur contrarium.*
9 *Ad syndici vniuersitatis constitutionem , an requiratur decretum superioris.*
10 *Syndicus ab Abbate,& capitulo constitutus, an possit per solum Abbatem reuocari.*
11 *Contemptus solus agere potest de contemptu, vel alius eius mandato.*
12 *Monachus non potest esse procurator etiam pro vtilitate monasterij,nisi interueniat mandatum Abbatis.*

SIcut studij. Decens est religiosos
a litigijs abstinere. &
ideo habere debent syndicū qui causas
monasterij agat, & defendat.h.d. Primo
præmittit exordium , ex quò colligitur
vna causa mandati . Secūdo ponitur mā
datum. Tertio subiungit aliam causam mandati. secū-
da ibi: pro qua re.tertia ibi:expedit.¶In text.ibi : cum
Fausto . nomen proprium est cuiusdam iurisperiti, ex-
1 pti in litigijs iudicialibus. ¶†Not.ꝙ ad superiores spe-
ctat monachos remouere a litigijs forensibus .& sic,vt
non habeant litigare in curia seculari , quod qualiter
intelligendum sit tangetur in gl.j.circa fin. ¶ Item no.
ꝙ ad superiorem spectare videtur prouidere monaste-
rio , vt syndicus constituatur.facit , quod habetur.j̄.de
2 iura.cal.c.Imperatorū.¶†Item no.quod laicus videtur
posse esse syndicus monastrij.Et no.etiam ꝙ sibi potest
3 cōstitui salarium.nā tale † officium nō est officiū spiri-
tuale,iō potest etiā non gratuitè exerceri. ¶Et not.etiā
ꝙ officium syndicatus potest esse officium voluntariū.
quod videt̄ procedere regulariter . Nā casualiter inter-
dū videret̄ posse quē cogi ad acceptādū officiū syndica
4 tus : sicut etiā casualiter † potest q̄s cogi acceptare offi-
cium procurationis, vel aduocationis,vt dictum fuit.s̄.
in ca.j.& facit , quod habetur in l.prouidendum. C.de
5 postu.¶†Item no.quod appellatione negotij venit etiā
negotium iudiciale. de quo in c.qui generaliter.de ꝓ-
cu.in vj.& dictum fuit in c.dilectus.s̄.de procu.¶In gl.
6 & cōstituitur ab vniuersitate.¶†Sed hic potest esse du-
bium, an quando cōstituitur syndicus ab vniuersitate,
vel collegio, debeāt exprimi nomina sigulorum in in-
strumento syndicatus.vr̄ dicendū,ꝙ non sunt necessa-
riò exprimenda.per id,quod habetur.s̄.tit.proxi.in c.fi.
& in l.iij.C.de ven.re.ciui.lib.xj.Gloss.in d.c.fi.tenet,ꝙ
sint necessario nomina exprimenda,quando constitui-
tur syndicus ad agendum. Secus si constituatur procu-
rator ad impetrādum.Bar.in l.j.ff.de albo scribē. dicit ,
ꝙ si constituatur syndicus ad alienandum rem vniuer-
sitatis,debent inscribi nomina ipsorum de vniuersita-
te.per ea,quæ habentur in d.l.iij.& facit , quod legitur,
& no.in c.j.de reb.eccle.non alie.in vj. ¶Si autem cō-
stituatur ad aliud,tūc,si vniuersitas magna est, non est
necesse exprimere nomina ipsorū de vniuersitate:quia
esset quodammodo minus difficile. Et videtur probari
in d.c.fi.s̄.ti.j. Secus si esset vniuersitas parua , vt colle-
gium priorum,vel antianorum,vel canonicorum.arg.
eorum quæ habentur in d.l.j.ff.de albo scri.do. Ant.hic
dicit,ꝙ siue vniuersitas sit parua,siue magna:nō est ne-
cesse,ꝙ exprimantur nomina ipsorum de vniuersitate:
nec & maiorum , & iuratorum per.d.c.fi.dūmodo ali-
ter appareat,ꝙ duæ partes vniuersitatis fuerūt præsen-
tes. & quod fuerit cōstitutus a maiori parte ipsarū dua-
rum partiū.per ea , quæ habētur in d.l.nulli.& l.planè.
ff.quod cuiusque vniuer. & hæc dicit vera præterquam
in casu

in casu d.l.iij. & remittit ad not. in Specu.eod. titu.§.j.
¶Item opponitur,ꝙ nomina.& ibi per Ioã.And.in ad-
di.& facit,quod habeť in eo.§.versi.porrò.& seq. ¶Sed
aduerte, quia Ioan.And.in dicta additio.dicit Hosti.in
summa huius tituli tenere,ꝙ exprimenda sint nomina,
nisi difficile sit, vt quia vniuersitas sit magna. Et sic vi-
detur concordare cum opi. Bar.sed ipse Ioã.And.tenet
ꝙ siue sit parua,siue magna sufficiat dicere,ꝙ cõgregata
tali vniuersitate in tali loco more solito dicta vniuersi-
tas constituit talem syndicum. Nã satis certũ est instru-
mentum , ex quo apparet ex illo,quæ vniuersitas con-
stituit syndicum.facit,quod habetur.j̃.de proba.c.licèt.
in casu.d.l.iij.& remittit ad not.in Spec.eo.tit.§.j. ¶Itẽ
opponitur , ꝙ nomina . & ibi per Ioan.And.in addi.&
facit, quod habeť in eo.§.versi.porro . & seq. ¶Sed ad-
uerte , quia Ioan.And. in d.additio.dicit Hosti.in sum-
ma huius tituli tenere,ꝙ exprimenda sint nomina,nisi
difficile sit, vt quia vniuersitas sit magna.Et sic videtur
concordare cũ opi.Bar.sed ipse Ioan.And.tenet,ꝙ siue
sit parua,siue magna sufficiat dicere, ꝙ congregata tali
vniuersitate in tali loco more solito dicta vniuersitas
constituit talem syndicum. Nam satis certũ est instru-
mentum,ex quò apparet ex illo,quæ vniuersitas cõsti-
tuit syndicum. facit,quod habetur.j̃.de proba.ca.licèt.
vbi etiam dicitur sententia certa,si feretur contra certã
vniuersitatem,seu pro ipsa. Et ideo secundum eum nõ
exigitur aliqua specificatio . arg.l.j.in fi.ff.de do.præle.
& quod etiam, quia notarius potest attestari de solẽni-
tate: vt si dicat talis ꝓmisit ꝑ stipulationẽ tali.vt legitur
& no.in l.j.C.de vsur.licèt secus sit in teste, qui dẽt de-
ponere de actu facti, ex quò resultat ipsa solennis pro-
missio.vt no.in l.j.Dicit tamen,ꝙ communiter consue-
uerunt sic concipi instrumenta, cõgregata tali vniuer-
sitate in tali loco more solito in qua interuenerũt duæ
partes , & vltra repræsentantium dictam vniuersitatem
constituit talem syndicum . Nam credendũ est tali in-
strumẽto tabellionis,donec aliud appareat.per ea,quæ
habentur in l.cum precibus.C.de ꝓbat.& j̃.de his quæ
fiunt a prçla.c.ea noscitur.licèt alia non fuerit facta ex-
pressio.Consulit tamen, quod in arduis debeat fieri ex-
pressio ipsorum de vniuersitate saltem taliter,quod ap-
pareat duas partes repræsentantiũ vniuersitatem fuisse
præsentes. ¶Sed vt dixi illud dicit esse de consilio.& ꝑ
consequens non videtur esse necessarium: quod intel-
lige verum , nisi in casu.d.l.iij.C.de vendi.re.ciui. ¶Et
per prædicta videtur , quod gloss.fi.in d.c.fi.& Barto.in
7 l.j. non perfectè dixerunt. ¶†Quid autem si opponat
syndicatui facto per collegiũ canonicorũ, quod maior
pars canonicorum non fuit præsens : vt quia tale.a. &
b.nõ fuerunt vocati,qui erant vocãdi cui incũbit onus
probãdi:an opponenti:an producenti.Fed.de senis suo
consi.cxlviij.tenet , quod opponenti . Nam aut agit de
contẽptu dicens,quod.a.& b.erant in loco de quo fue-
rant vocandi:sed fuerunt contẽpti. & tunc,quia agens
debet ꝓbare id, quod est causa suæ intentionis l.actor.
C.de proba.aut excipit.& adhuc idem,quia reus in ex-
ceptione est actor.l.in exceptione.ff. de probat. & quia
in dubio debet præsumi pro instrumento.d.l.cum pre
cibus.C.de proba.& j̃.de fide instrum.cum Ioan. & ista
pars videtur de iure vera.licèt do. Anto.videtur hic du-
bitasse . ¶Sed iuxta prædicta potest dubitari,quid si in
syndicatu dicatur congregatis.a.b.c.d.qui faciant duas
partes vocandorum tale collegium constituit syndicũ.
8 † An si opponitur,ꝙ illi non faciunt duas partes vocã-
dorum. & etiam probetur,an per hoc cõuinceť instru-
mẽtum esse falsum.& notarium scripsisse falsum.Fede.
in suo consi.cclxxxviij. dicit,ꝙ nõ:quia super tali asser-
tione non censetur factum esse instrumentum:sed sup
constitutione syndicatus,de quo principaliter agebat.

licèt tabellio asseruit illud, quod sibi dictum fuit.facit
quod no.Inn.j̃.de proba.c.quoniam contra. & quod ẽt
ipse not.in c.fraternitatis.j̃. de hæreti. Et sic residet hic
d.Ant.¶Sed forte posset dici oppositũ:quia de substan
tia ipsius actus est, quod interueniant duæ partes vocã
dorum.& constituatur a maiori parte ipsorum.facit,qđ
not.glo.in c.j.j.de his,quæ fiunt a maio.par.capi.& qđ
ibi not.etiam per Ioan.And. & ideo videtur,ꝙ notarius
non debuerit illud asserere,si nõ erat verum . Sed si vis
sustinere dictum Fede.potes dicere , quod falsum non
cõmittitur sine dolo.l.quid sit falsum.ff.de fal.notarius
autem non vř esse in dolo , si credidit assertioni sibi fa-
ctæ per illos de capitulo.arg.eorum,quę habentur in l.
j.§.fin.ff.qñ actio de pecu.sit anna.videtur tamen quod
instrumentum reddatur inualidum, ex quò non fuit fa
cta secundum formam iuris: quia non fuerunt præsen-
tes duæ partes vocandorum,prout esse debebant, ꝑ ea
quæ habentur in d.c.fin.de his,quæ fi.a maio.par.capi.
¶Iuxta prędicta etiam potest esse dubium,quid si Ab-
bas cum septem monachis cõstituit quẽdam syndicũ:
deinde per interuallum alicuius temporis cũ duobus ,
vel tribus monachis asserens illum constituere capitu-
lum reuocat ipsum syndicum . An si postea contra in-
strumentum reuocationis opponatur,quod non valet:
quia non interfuerunt alij qui interfuerunt in constitu
tione qui præsumuntur viuere, & residere in monaste-
rio,nisi aliud appareat.Federi.in suo consi.ccxvj.& etiã
cclxxxviij.& facit,quod tangit in consi.ccxlviij.dicit,ꝙ
in dubio tenet reuocatio ,& instrumento standum est,
nisi aliud probetur.per ea, quæ habentur in c.ca nosci
tur.de his,quæ fiunt a præla.Nam possibile est,ꝙ tempo
re reuocationis illi qui fuerunt expressi repræsentabant
capitulum: licet non repræsentassent tempore constitu
tionis.Ideo in dubio standum erit instrumento,nisi pro
9 betur contrarium. ¶†An autem in constitutione syndi
ci vniuersitatis requiritur decretum superioris. dixi in
e.fi.s̃.ti.j.& per Bar.in l.actor.ff.rem ra.habe.Nam vide
tur ꝙ non:si est vniuersitas secularis. per ea,quæ haben
10 tur in d.c.fin.¶†An autem procuratorem constitutum
ab Abbate,& ca.solus Abbas, poterit postea reuocare.
tangit Inno.in c.præsentium. de testi.in vj. Et ibi vide-
tur tenere,ꝙ sic:quod videtur intelligendum,si consen
sus capituli necessario non requirebatur in constitutio-
ne:sed forte ad cautelam fuit adhibitus. aliàs non esset
ratio quare etiam non deberet consensus capituli in-
teruenire in reuocatione:quia in ea requiruntur in cõ-
stituendo, debent etiam interuenire in destruẽdo.l.tua
11 prædia.ff.de serui.rust.prædio.¶†Et adde prædictis qđ
de contemptu nemo potest agere , nisi ille qui est con-
temptus,vel alius eius mandato.vt not.in c.cum in ec-
clesijs.de præbend.in vj.& s̃.de elect.c.quod sicut.¶In
ea.gl.ibi:potest esse laicus.supple ipse syndicus: sed nõ
potest esse Vicarius Episcopi: nec ẽt potest esse æcono-
mus.vt habetur in c.iudicatũ.lxxxix.dist.& xvj.q.vij.in
noua actione . & intellige de Vicario in spiritualibus .
Nam in temporalibus benè posset esse laicus. facit qđ
no.Archi.in d.c.in noua.& lxxvij.di.c.in singulis.¶Itẽ
adde quod dicit Archi.in d.c.iudicatum.quod si eccle-
sia est magnis debitis aggrauata:nec aliter quã per lai-
cum potest subleuari:tunc poterit laicus constitui æco-
nomus.arg.eorum quæ habentur in c.nostra.j.de loca.
dicit tamen,ꝙ tunc talis laicus debebit committere ad
ministrationem alicui clerico qui pro ipso administret.
12 ¶†In ea.gl.ibi:possunt esse syndici. supple de mandato
superioris . Nam monachus non possit esse procurator
etiam pro vtilitate monasterj,nisi etiã interueniat mã-
datum Abbatis.vt in ca.monachi.xvj.q.j.& facit, quod
habetur in ca.causa.& q.c.de præsentium. & c.qui ve-
re.& de materia etiam per Inn.j̃.de re iudi.c.cũ.I.& A.
vbi dicit

vbi dicit satis vtilitatem monasterij procurari, si interuenit pro Abbate monasterij, contra quem inquiritur: vel si agatur de eius electione: quia vertit vtilitas monasterij, vt bonus Abbas monasterio præferaꝛ, vel etiã defendatur.¶ Et plus etiã ibi dicit, ꝙ laico amico monasterio admitti poterit.de quo dicendũ, vt ibi ꝑ Inno. cuius verba hic ponit do.Anto. sed non est necesse instare per ea, quæ no.Inno. & quæ dicta fuerunt in d.c. cum.l.& A.¶ In ea.glo.ibi: quandoque ab Episcopo. puta in spectantibus ad administrationem Episcopi. Et ibi: a capitulo. puta in spectãtibus ad administrationẽ capituli.¶ In gl.fi. in fi. Et per hoc poterunt vacare diuinis officijs, & contemplationibus. & per consequens maiori bono.¶ Quid autem si fuisset constitutus syndicus vsq; ad annũ ante causam inchoatam infra annũ, in quo litem est contestatus, an poterit proseq. post annum. Specu.recitat opinionem eo.titu.ver.illud etiam. Sed dicit cautelam esse quod ille qui contestatus est litem faciat successorem procuratoris ad illam causam. Bat.tetigit in l.id autem.§.fi.ff.de admini.tutò. Et videtur velle, ꝙ ad instantiam aduersarij non poterit nouus syndicus repellere primum: si ipse aduersarius non cõsentit, ne distinguatur in plures aduersarios.¶ Sed contrarium videtur posse dici, per id, quod dictum fuit in c.petitio.s̄.tit.j. quia ex quò mandatum fuit limitatum seruanda est forma mandati.l.diligenter.ff.mandati. & s̄.de rescri.cum dilecta. Et imputet sibi aduersarius, qui a principio non opposuit contra talem formam mandati.vt ibi dixi.

a Si quis. Hoc etiã modo summat.d. Abbas nihil addito nihilque sublato. Et si q̃ras vtrũ vxor quæ viuente uiro i seculo remanẽte religiõem ingreditur post mortem viri i religiõe remanere teneatur, distingue vt hic per Hẽric. Boyc.

¶ De his quæ vi metusve causa fiunt. Rub.

¶ Continuatur hâc forma.visum est de his, quæ sponte agimus circa negotia, & circa iudicia: restabat videre de his, quæ coactę fiunt, ideo ponitur hic ista Rubrica de materia in decr.xv.q.vj.xxiij.q.v.iij.q.j.xv.q.j.merito.& j.q.j.constat. & repetitur in vj. Et ponit hic Inn. aliqua super Rubrica, quæ non sunt magnæ vtilitatis. ideo omitto: licèt hic illa prosequatur Io.And. & quod ponit Innoc.dicam.j.eodem. ad audientiam.vbi etiam ponit do.Anto.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitate probata non probatur potentia.*
2 *Metus iustus probatur, quando euaginato gladio in loco solitario facta est comminatio mortis.*
3 *Metus conditionalis qualiter discernatur a metu præciso.*
4 *Velari potest mulier ingrediens monasterium, licèt non sit virgo.*
5 *Ad professionem recipere aliquem potest Episcopus.*
6 *Protestatio contraria facto si est vestita iusta causa iuuat protestantem.*
7 *Protestatio detrahens ex facto totalem sensum, seu intellectum facti a iure præsumptum iuuat protestantem, & inficit ipsum actum.*
8 *Simulatio facta in bonam partem a iure permittitur. & nu. 15.*
9 *Excommunicatus iniuste non absoluitur, nisi caueat de parendo mandato ecclesiæ, vel iudicis. & nu. 16.*
10 *Abbatissa sola absque consensu monialium, an possit agere procuratione monialis quæ de monasterio aufugit.*
11 *Vniuersitas citari potest, & etiam conuentus.*
12 *Moniales citari non possunt, vt compareant personaliter.*
13 *Ratihabitio quæ sequitur actum an, & quando ratificet ipsum.*
sa matrimoniali,quæ non transit in rem iudi.apparẽ-
te aliquo colore. Et si dicas ad q̃d fuit necessaria gra-
tia si sententia non trãsit in rem iudi. Responderi põt
dupliciter.Primo ꝙ si mulier per illam viam voluisset
venire,non erat opus gratia.Sed hic mulier eligit viã
impedimenti,& restitutionis propter impedimentum
ꝙ plenè nnn probabat: idõ fuit necessaria gratia. Secũ-
do põt dici. , vt.s̃.in simili tetigit in præcedenti lectu.
quod contrarium procederet si voluisset nouã instan
tiam inchoare : sed hic volebat reintegrari ad primã
instantiam ratione impedimenti,ꝙ nõ plenè probat̃ :
ideo opus fuit gratia. ¶Et per hoc induerunt docto.
quod idem esset dicendum in quacũque alia causa fa-
uorabili , vbi quãcunque verisimilem præsumptionẽ
mouetur Princeps ad similem supplicationem cõce-
dendam.facit.j.de consang.& affi.in c.tua. & de re iu-
di.c.Bertoldus.in vers.postmodum.& fuit gratia con-
cessa per viam supplicationis fauore matrimonij,& ꝑ
aliqualem probationem impedimenti:licèt illa fuerit
minus plena ex multis : tũ quia per testimoniũ vnius
tantum:tum etiam : quia probatur per sacramentum
patris in causa filiæ. in qua non est regulariter testis
idoneus . Tum etiam.quia sacramentum fuerat spõte
oblatum:tum etiam,quia sacramentum præstans erat
ipse.idem allegans excusationem præstans ministeriũ
in litem.Tum etiam,quia præstitum est sacramẽtũ in
patris absentia. & secundum istum intellectum infe-
rior a Principe non potuisset hanc gratiam cõcedere:
quia solius Principis est contra ius,& in præiudicium
alterius supplicationẽ admittere. facit,quod habetur
in l.ij.C.sen.rescin.nõ posse.¶Tertius fuit intellectus
Vincen. & Tancre. videlicet : quod ista mulier fuerit
audita via appellationis.Sed iste intellectus cõmuniter
non tenetur:quia non fuit plenè probatum,de fraude
& apparebat mulierem fuisse veram cõtumacẽ nõ ap
parenter,cum habuisset notitiã peremptorij.per id,q̃d
habetur in l.ex consensu.§.fi.ff.de appel.vbi text. no-
tabiliter dicit, ꝙ ille dicitur verus contumax , vt non
possit appellare, qui cognouit: & sic habuit notitiam
peremptorij. ¶Præterea iste intellectus non fuit de
mente literæ. nam vt hic patet circa finem.Papa non
admisit via appellationis,sed via supplicationis. patet
ibi dum , dicit supplicationẽ mulieris &c. An autem
si constetisset de iuramento plenè potuisset appella-
re mulier:dixi superius super gloss. tertia. ¶Quartus
potest esse intellectus qui potest colligi ex glo.sequẽ-
ti.quod ideo mulier fuit audita contra sententiam la-
tam contra matrimonium:quia talis sententia nõ trã-
sit in rem iudicatam.j. de re iudica.in c.lator.& c.cõ-
sanguinei. ¶Et si dicas secundum hoc non debuisset
esse necessaria excusatio contumaciæ, potest respon-
deri, quod licèt in causa matrimoniali sententia non
transit in rem iudicatam : tamen non retractatur, nisi
subsit aliquis color in retractando: vt no.in d.c.lator.
j.de re iudi.& ideo hic ponderat̃ excusatio contuma-
ciæ,licèt sufficiet,ꝙ etiam minus plenè probetur.Et si
dicatur , nõ videtur quod restitutio aliqua fuit neces-
saria , ex quò poterat audire de iure communi, cuius
contrariũ innuit litera. Potes dicere,quod illud con-
tingit,quia mulier volebat reintegrari ad instantiã,&
non simpliciter retractari sententiam : & ideo quò ad
hoc fuit necessaria restitutio.& sic posset intelligi hæc
litera.Potes tenere primum intellectum , vel secũdũ
qui magis plenè procedunt. ¶Et forte etiam posset
dici,quod etiã secundus procedat in inferiore a Prin-
cipe:quia nõ est simplex via supplicationis iuncta cũ
via restitutionis:vt patet ex litera, dum dicit supplica
tionem mulieris admisimus, & ad audiẽtiam restitui
mus &c.¶Et pro hoc etiam facit, quod no.in c.pe.s̃.
de temp.ordi.Inno.tamen,& etiam Ioan. And.& do.
18 Ant.post eũ voluerunt , quod † alius a Principe sup-
plicationem nõ posset admittere,sed æquius,& fauo-
rabilius videtur esse,quod dixi. ¶In glos.restituimus.
in fi.sed

in fi. sed certe opi. prædictorum potest saluari quò ad hoc, quia quò ad instantiam transire videtur in rẽ iudicatam: vnde non potest redire ad illam, nisi mediãte bñficio restitutionis: vt hic patet. Sed quò ad vinculum sententiæ opi. istorum non procedit, vt voluit gloss. ¶ Item intellige, quod non transit sententia in rem iudicatam, in causa matrimoniali, quãdo lata est contra matrimonium, quia transitus in rem iudicatã surgit ab acquiescere sententiæ & sic consensu tacitæ facit j. de re iudi. quod ad consultationem. Sed cõsensus partium contra matrimonium nihil potest operari. s. de transact. in ca. ij. Sed vbi sententia lata esset pro matrimonio, tunc benè posset transire in rẽ iud. quia partes possent consentire, q fit matrimonium vbi nõ essent saluo nisi subesset impedimentum, cui partes renuntiare non possent. facit, quod not. in c. lator. in gloss. fi. j. de re iudi. ¶ In glos. fi. vbi vnus est articulus. certe etiam si esset vnus posset pro parte confirmari, & pro parte infirmari, vt si quis esset condemnatus in centum, & solum probatio esset de quinquaginta. fa-
10 cit, quod legitur, & no. in l. j. C. si aduer. rẽ iu. ¶ † In ea. gloss. in fi. facit etiam hæc decre. q sententia in causa supplicationis dẽt esse cõfirmatoria, vel infirmatoria primæ sententię, sicut in causa appellationis, quod est notandum secundum do. Anto. quia secundum eum alibi non habetur ita clarum.

SVMMARIVM.

1 *Causa restitutionis in integrum, debet tractari partibus præsentibus.*
2 *Potestas delegata potest concurrere, cum generali.*
3 *A sententia Papę appellari non potest.*
4 *Appellationis remedium, an excludat remedium restitutionis in integrum.*
5 *Libellus restitutionis in integrũ ab ecclesia lesa qualiter aduersus sententiam formari debeat.*
6 *Sententia Papę, vel Principis potest in melius commutari.*
7 *Restitutio, an dari possit contra sententiam a qua bis est appellatum.*
8 *Sententia propter breuitatem tẽporis lata sine cognitione, an sit nulla.*
9 *Sententia lata expressa falsa causa cum verbo præcipuè, vel maximè, an sit retractanda.*
10 *Data sententiæ, an ipsa scribenda sit.*
11 *Causa restitutionis tractatur separatim a negotio principali.*
12 *Comminatio iudicis de procedendo ad vlteriora: an habeat vim peremptorij.*
13 *Studium quanto tempore a scholari compleatur.*
14 *De instrumenti falsitate, si dubitetur recurri debet ad originale.*
15 *Citatio ad diem feriatum, an teneat.*
16 *Restitutio si incidenter petitur, an sit necessaria litis contestatio.*
17 *Nomina verbalia possunt intelligi actiuè, & passiuè.*
18 *Dominium, an perdatur per præscriptionem.*
19 *Actio personalis, an præscriptione tollatur.*
20 *Accumulari, an possit rescissoria cum remedio rescindente.*
21 *Libellus qualiter in rescissoria formari debeat.*

a
1 VM ex literis. Ecclesia ᵃ etiã cõtra sententiã Papæ restitui potest, & † causa restitutionis in integrum partibus præsentibus est tractanda. h. d. Et primo ponit petitionem ecclesiæ Illerdensis. Secũdo examinationem, deliberationem, & interlocutionem Papalem. Tertio citationem partis aduersæ cum comminatione processus. secunda ibi: nos igitur. tertia. ibi: quo circa. ¶ In tex: ibi: ex literis celestini. sup. quas fortè scripserat Papæ dum erat legatus. ¶ Item ibi: illa Illerden. ecclesia: ista ecclesia fuit cõuenta super quibusdam ecclesijs per ecclesiam Exoniẽsem, seu per Episcopũ, & capitulũ ecclesiæ Exonensis. de quo in supraścriptione, qui prætendebat certas ecclesias, quas ipsa ecclesia ibidem possidebat ad se spectare: ideo egerant contra ipsam ecclesiam Illerden. & obti-
2 nuerunt sententiã tẽpore Eugenij: vt. j. patet. ¶ † Not. j. q potestas delegata concurrere potest cum generali legatinnis potestate, & sic potest quis habere duplicẽ potestatem. facit, quod habetur. j. de arbi. innotuit. & de præscri. cum ex officij. ¶ Item no. ex verbo denuo, quod debet referri ad verbum cõmisit, non ad verbũ
3 fungẽtu. ¶ Item † no. q a sententia Papæ non possit appellari. facit, quod habetur de elec. licèt. ad fi. & l. fi. ff. a qui. appel. non licet. tamen benè posset restitutio in integrum peti aduersus sentẽtiam Papæ, potest etiam supplicari: vt patet. s. eo. c. proxi. quia vtrunque remedium est extraordinarium ex æquitate, vnum non excludit aliud. per id, quod not. in l. de peco. C. ad legem aquil. & in l. si cum exceptio. §. eum qui. ff. quod
4 metus causa. ¶ † An autem remedium appellationis
b excludat remedium restitutio. ᵇ in integrum videtur, quod sic: quia remedium appellationis est ordinarium, & restitutionis extraordinarium, tamen veritas est, quando plenius prouidetur, remedium restitutionis non excluditur per remedium appellationis. p
5 ea, quæ not. in l. fi. C. si aduer. rẽ iudi. ¶ † Item not. practicam cõcludendi in libello restitutionis in integrũ aduersus sententiam, quia potest concludi, quod cum ecclesia sit læsa per talem sententiam petitur per officium iudicis intra melius reformari, & contra ecclesiam restitui. ¶ Item not. licèt committatur causa non obstante sententia non tamen intelligitur dato restitutio. Et ideo secundum Innocẽ. quia talis commissio fuit facta sine causæ cognitione. facit, quod habetur
6 super gl. in verbo comittendum. ¶ † Item no. q etiam sententia Papæ, vel Principis iusta causa suadente põt
7 melius commutari. ¶ † Itẽ not. arg. q contra sententiam a qua bis est appellatum possit dari restitutio: licèt nõ possit tertio appellari: tamen si ponderetur, litera hoc non benè probat: licèt notabile videtur in se verum.
8 ¶ † Item not. q vbi breuitate tẽporis perpenditur sententiam latam fuisse sine causæ cognitione, videtur q sententia sit aliqua: licèt sit de facili retractanda. sed Bar. in l. prolatã. C. de sen. dicit q est nulla, quia inter alia substantialia iudicij est causæ cognitio. per id, qđ habetur in d. l. prolatam. & ij. q. j. in summa. & c. nos in quemquam. do. Anto. hic aliter. non declarat. sed põt dici, quod Bart. loquitur, quando tanta est temporis breuitas: quia omnino excluditur causæ cognitio, vt si apparet, quod eadem die sit lis contesta. & similiter sententia. ¶ Sed iste tex. loquitur, quando non est tan-
9 ta breuitas temporis, vt ex litera patet. ¶ † Item not. q sententia lata expressa falsa causa cũ verbo præcipuè, vel maximè videt retractãda apparẽte falsitate causę, vbi ex alia causa inspectis actis sustineri non posset. & sic debet limitari dictum Ia. de Bu. in l. ij. §. ignominię. ff. de his quæ not. infa. vbi concludit, q licèt exprimat causa falsa in sententia: & si tamen exprimitur dictionem maximè nõ reuocabitur sententia apparente falsitate causæ si ex alia causa possit sustineri. nam illud verum, quando ex actis apparet de alia causa. facit, qđ not. per Ioan. And. & do. Ant. s. de tenũ. in præsentia. & ibi etiam aliquid per Inn. facit, quod no. Bar. in l. si
10 is ad quem. ff. de acqui. hęre. † ¶ Item not. q in sententijs est scribenda data ipsius sententiæ. ¶ Itẽ no. q causa propter quã iudex est motus ad sententiam dũ reperitur falsa in facto, & non in iure non vitiat sententiam ipso iure, sed opus est restitutione. facit, quod habetur. s. de re iud. cum Bertoldus. & in d. l. si is ad quẽ. ¶ Item not. illud vulgatũ, q merita causarum partiũ assertione penduntur. & gl. hic alleg. cõcor. ¶ Itẽ. no. q citatus

a Ecclesia. Si quærat an ecclesia possit petere restitutionem in integ. post lapsũ quadriennij, distingue, vt hic per do. Henr. Boy. in princ. c.

b Remedium restit. Practica & stilus est in cãcellaria Regia Frãcorum, qđ nũquã cõceditur restitutio, si causa pendeat pappellatione & sic ego Io. de gradibus vidi obseruari in ipsa venerabili cancellaria regis nostri Christianissimi.

citatus ad reſtitutionem dandam non videtur citatus
ad procurationem negotij principalis data reſtitutio
11 ne,niſi aliter ſit expreſſum.¶†Et ex hoc ẽt no.ꝙ cau-
ſa reſtitutionis ſeparatim tractatur a negotio princi-
pali.& ſic facit,quod reſtitutio aduerſus ſententiã, &
negotium principale, non poſſit ſimul accumulari.de
quo.ĩ.dicet . facit ẽt, qđ ſicut iuſtificata appellõne iu-
dex appellõnis cognoſcit de principali.ĩ.de app.vt de-
bitus.ita ẽt iuſtificata reſtitutione aduerſus ſentẽtiam
iudex reſti.cognoſcere debeat de principali negotio.
¶Item not. quòd etiam in prima citatione iudex ex
cauſa poteſt ſtatuere terminum peremptorium vide-
licet,quãdo citatur exiſtens in loco longinquo, & ſic
difficilis eſt citatio.facit,quod no.ĩ.c.cõſultationibus.
12 de offi.del.& in c.j.ſ.de dila.¶Vltimo no.ꝙ † cõmina-
tio proceſſus ad vlteriora non habeat vim perempto-
rij,niſi aliud exprimatur. & ſic reſidet do. Anto.¶Sed
tu potes dicere hoc verum,quando cõminatur,quod
procedet quãtum de iure poterit.Secus ſi commina-
retur ſe proceſſurum ad ſentẽtiam: talis comminatio
habet vim peremptorij. & ſi hoc nõ exprimat. l. in ꝑ-
emptorio.ff.de iudi.& no. Bar.in l.ſi finita.§.Iul. ff.de
dam.inſec.& facit etiam,quod dictũ fuit.ſ.de reſcrip.
in ca.cauſam quæ. ¶In gloſſ.ibi:ꝙ reſtitutio data fuit.
melius dixiſſet , quod commiſſa fuit cauſa reſtitutio-
nis:quia reuera tempore Anaſtaſij non fuit data reſti-
tutio:ſed fuit benè commiſſa cauſa reſtitutionis. ¶In
ea ibi:poſtea dare non debet.hoc non videtur verum,
quia licèt reſtitutio ſit conceſſa: tamẽ poſtea poteſt ad
contrarium reſtitui.l.ſi ſiue.§.reſtit.ff.de mino.Fateor
tamen,ꝙ ſi reſtitutio eſt data, non eſt neceſſe,quod ſu
per eodem iterato detur.¶In ea.gloſſ.in fi.& ex his q̃
dixit gl.colligi p̄t vna ſolutio , quare vltra quadriẽniũ
auditur eccleſia Illerden. quia non ſtetit per eã,quo-
minus terminaretur , ſed per iudices.& ſic nõ videtur
interim concurriſſe tempus.per id,quod habetur in l.
ſed ſi per prætorẽ.in princ. ff. ex qui cau.maio. ¶Vel
poteſt dici ſecundo , quod ideo hic auditur vltra qua-
driennium:quia fraus, vel præuaricatio interuenerat.
facit,quod habetur in ca.j.& ij.ĩ.eo.in vj.& quod dicit
de falſitate inſtrumenti.¶Vel poteſt etiam dici,ꝙ tꝑe
ipſius Papæ malè ſententiantis non currit etiã ipſum
quadriennium : ſicut nec currit præſcriptio tempore
vitę prælati malè alienantis.xv.q.iij.in c.ſi ſacerdotes.
vel poteſt dici, quod quando eſt valde enormis læſio,
auditur etiam vltra quadriennium.& ita etiam poſſet
intellegi hic.& no.in d.c.j.& ij.ĩ.eo.in vj. ¶Hoſt.verò
hic dicit,ꝙ vbi reſtitutio petitur fauore eccleſiæ,nulla
alia legitima cauſa extrinſeca interueniente,tunc de-
bet dari infra quadriẽnium a tempore læſionis : ſed ſi
petiẽ ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c.
ſubſiſtẽte alia cauſa extrinſeca, de qua clauſula habe-
tur in l.j.ad fi.ff.ex qui cau.maio. tunc dicit Hoſtiẽ.ꝙ
cum reſtitutio tunc pendeat plus a mero officio iudi-
cis,quàm a partis inſtãtia,tunc non clauditur tẽpore,
ſicut aliæ clauduntur : imo quantocunque tẽpore pẽ-
deat cauſa, durabit etiam ius dandę reſtit.& ita intel-
ligatur hic. ¶Et facit, quod habetur in c.j.ĩ.e.in vj.nã
ſecundũ eũ eccleſia hic ſemꝑ fuit impedita in reſtitu-
tione conſequenda,& ſic petebat ſe reſtitui tã ex clau-
ſula ſpeciali fauore eccleſię,quàm ex clauſula genera
li.& talis reſtitu. plus fundatur ſuper æquitate ex pu-
ro nobili officio iudicis,& plus ex illo datur,quàm ad
inſtantiam partis.allegat.ĩ.de inſt.cum veniſſent.& ĩ.
de iuricur.ad noſtram.& ſic reſidet Ioan.Andr. & do.
Anto. ¶Sed certe inquantum Hoſtien.voluit, ꝙ vbi
reſtitutio petitur ex clauſula generali dari poſſit reſti-
tutio vltra quadriennium a tempore læſionis non vi-
detur verum.per id , qđ hẽ in l.fi.C.de temp.in integ.
reſti.vbi litera indiſtinctè dicit , quòd vbicunque pe-
titur reſtitutio debet peti, & finiri infra quadriennium.
¶Fateor tamẽ , quod de quadriẽnio data ad reſtitutio-
nem petendã ſubduci debet tẽpus impedimẽti ꝓpter
abſentiam,vel iuſtã cauſam: vt habetur in d.l.fi.& ita
poteſt etiam intelligi hic. ¶In gl.magiſter.in fi.adde,
quod habeẽ in c.pe.ĩ.e.& ĩ.c.proxi. quia in petẽda re-
ſtitutione requiritur ſpeciale mandatũ, quando prin-
cipaliter petitur,ſecus ſi incidenter: vt not.in iuribus
præalleg.¶In glo.per officium.ibi: non iure actionis.
& hoc clarum, qñ petiẽ reſtitutio ratione minoris æta
tis:vt patet ĩ l.ſi minor.hic alle.Et idẽ vr̃ ſi petaẽ fauo-
re eccleſiæ,quæ æquiparatur minori.ſ.e.c.j.¶Sed vbi
petitur per maiorem ex aliqua iuſta cauſa, tũc ſucrũ
opi.vt patet ex no.in l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpli-
citer.ff.ex q.cau.ma.& ibi etiam per Bar. nã aliqui di
cere voluerunt,ꝙ tunc iure actionis petitur.per.l.fin.
C.ex qui.cau.ma.ſed ꝯtrũ cõiter teneẽ,ꝙ imo tũc etiã
petiẽ officio iudicis.Nec obſt.d.l.fi.q̃a dẽt intelligi, ꝙ
exceptio lapſus anni vtilis,qui dabaẽ olim ad reſtõnẽ
petẽdam, & cuius loco hodie ſtatutũ eſt quadriẽniũ,
vt patet in d.l.fi.C.de temp.in integ.reſti.impedit na-
tiuitatem vtilis actionis reſtituẽdæ per officiũ iudicis:
vt ibi no. ¶In gl.cõmittendam in fi.hæc ſolutio gl.vr̃
eſſe contra mentem literę,quæ videtur velle.quod cõ
miſſum fuerit negotium principale non ob.ſnĩa.ideo
Inn.aliter ſoluit , videlicet,ꝙ licet cõmiſerit cãm non
obſtante ſnĩa : tamẽ nõ cõmiſit cũ cauſæ cognitione,
cum qua danda eſt reſtitutio,quæ nõ dẽt dari ſine cãæ
cognitione.l.in cauſæ.§.cauſa cognita.ff.de minor. &
ideo licèt cõmiſerit cauſam nõ obſtante ſnĩa : ex quò
nõ interceſſerit cãæ cognitio,nõ intelĩr dediſſe reſtitu
tionẽ,ſed potius,vt videtur,& an eſſet danda. Et ſi eſ-
ſet danda daretur,& demum procederetur in negotio
principali,ad hoc facit , quia non omnis vox iudicis,
habet vim ſententiæ.facit,quod habetur in l.ex ſtipu
latione.C.de ſen.¶In gl.inſtructus.ibi : ſupple,tp̃s.&
pro hoc etiam quod hẽ.ĩ.de deſpõ.impu. in c.de illis.
vbi etiam in matrimonio induſtria, & malitia ſupple
ret ætatem.¶In ea.gl.in fi.& pro prædictis etiam facit
quod no.gl.in l.in ſacris.C.de proxi.ſacro.ſcrin.li.xij.
vbi etiã gl.ſir̃ dicit , ꝙ nõ ſufficit diu in ſcholis fuiſſe,
niſi etiam bene ſtuduerit.& facit,quod hẽ in l.ij.C.de
tyro.eo.li.vbi gl.dicit: ꝙ vagus ſcholaris.i.vagabũdus
13 non fit magiſter.¶†Quantum tempus datur ſcholari
ad complendum ſtudium, & tractat etiam hic Io.An.
de tꝑe deputato ad complendum ſtudium theologię.
Nam ad complendum ſtudium theologiæ deputatũ
eſt quinquennium.ĩ.de magi.in c.fi. Ad complẽdum
ſtudium iuris canonici deputatum eſt ſeptennium in
c.cum ex eo.cum ibi no.de ele.in vj.ad complendum
ſtudium iuris ciuilis deputatum eſt quinquenniũ : vt
in j.conſt.digeſtorum.ſed certe illud poterat procede
re tꝑe,quo illa cõſtitutio fuit edita,quo tꝑe nullę erãt
gl.ſed tantummodo tex.iuris ciuilis, & ideo vr̃ ꝙ ho-
die deberet dari ſeptẽnium, ſm̃ quod datur de iure ca
nonico . ¶In gl.a parte vr̃a vbi credẽs priuilegiũ &c.
vel poteſt dici ꝙ hoc non facit, quia delictum prælati
non debebat nocere eccleſiæ.ĩ.de regu.iur. delictum.
lib.vj.¶In ea.gl.ibi:quominus ſaltem reſtituatur.hęc
prima lect.reprobatur per do.Ant.ex eo,quia vbi ſnĩa
eſt lata per falſas ꝓbationes videẽ , ꝙ ſit nulla, per ea,
quæ leguntur,& no.ĩ.de exce.cum venerabilis.¶Sed
certe videtur ꝙ poſſit ſaluari, quia nõ ſemper ſnĩa lata
per falſas probationes,nõ ſemꝑ eſt nulla: imo regula
riter eſt aliqua,licèt poſſit peti reſtitutio:vt habetur in
l.diuus.ff.de re iudi.& no.etiam per Bar.in l.ſi is.ff. de
acquiren.

acquiren.hære.¶In eadem gl.in fi.vel potest dici, vt
hic tangit do. Ant.q pars Illerden. pduxit priuilegiũ,
q erat verum.sed ex parte altera fuit oppositum,q erat
falsum,& aliquid falso probatum. vñ Celestinus inuit
tus tali probationi tulit sententiam contra ecclesiam
Illerden.sed male,quia postea apparuit ex registro, q
14 priuilegium prædictum erat verum. ¶ † Et ex prædi-
ctis no.q vbi dubitatur de falsitate instrumenti recur-
rendũ est ad originale.de quo in c. qm.j. de proba.in
§.fin.in auth.de tabellionibus.colla.v.vbi bona gloss.
¶ Et facit,qđ not.Bart.in l. sempronius proculo.ff.de
leg.ij.¶ In gloss. ad testum.ibi:exclusiue tenetur,& in
dubio sic dẽt intelligi, ne resultet prauus intellectus.
facit,quod no.infra de seruit.in c.j.& plenè per Barto.
in l.patronus.§.j.ff.de leg.iij.& per Cy.in l.a caligato.
15 C.de nup. Et de materia, an † teneat citatio ad diem
feriatam plenè dictum fuit in c.fi.infra de fer.& etiam
dixi.in l.j.§.j.ff.de noui oper.nun. ¶ In ea.in fi.nam in
dubio Papa videtur vti iure communi, nõ iure specia
li,vt colligi potest in c.in causis.hic allegat.¶ In glos.
ostensuri.in fi. Inno. hic dixit,q fundata erat intentio
ecclesiæ Illerden.ex priuilegio, vel erat præsumptio:
per ea,quę dicta sunt supra de falsitate priuilegij,dicit
etiam, quod hæc negatiua non poterit probari solum
per testes,vel instrumenta:sed etiam per iura commu
nia,cum sit negatiua iuris. ¶ Et de materia negatiuæ
plenè habetur supra de elec.bonæ.el ij.dicit etiam, q
poterit probari probãdo,quod ecclesia Illerden. renũ
tiauit priuilegio tacitè, vel expressè.supra de cõstitu.
cum accessissent.& infra de priuile.accedentibus.& c.
si de terra. Vel si ab ecclesia Oxonensi si producat pri-
uilegium contra priuilegium ecclesiæ Illerden. faciẽs
sufficientem mentionem de illo.infra de præscrip.ve-
niens.¶ In glo.fin.ibi arg.contra,&c. Sed illud procẽ
dit regulariter, quia prima vice regulariter non debet
mitti perẽptoriè. fallit quãdo necessitas aliud suadet,
vel longa distantia locorum:vt superius dixit gloss.&
facit,quod dictum fuit in ca. consuluit.supra de offic.
delega.& quod no.Ioan.And.in addi.Spe.in tit.de ci-
tatione.§.viso.versic.item.licèt in die peremptorij. In
ea.ibi aufert onus electo.sup.se præsentandi corã Pa-
pa.facit,quod habetur supra de elec. nihil est.¶ In gl.
16 si concludit. quòd † si restitutio petitur incidenter nõ
videtur, q sit necessaria contestatio sic nec super alijs
incidentibus qõnibus:vt no.in c.prudentiam.§.sexta.
supra de offi.deleg.¶ Si vero petitur principaliter,tũc
si petitur aduersus contractus:& sic aduersus extraiu-
dicialia, erit libellus offerendus,& lis contestãda.per
id,quod habetur in c.fi.supra de offi.iudi.¶ Si vero pe
titur aduersus sententiam.& sic in iudicialibus, seu ad-
uersus iudicialia.tunc Innocen.hic videtur dicere, q
non sit necessaria contestatio,licèt dicat, quod tutius
sit illam fieri.sed Bart.in l.ab hostibus.§.sed,quod sim
pliciter.ff.ex qui.cau.ma.tenet contrarium,quia sicut
in causa appellationis, quando tractatur partibus præ
sentibus est lis contestanda:vt in l.j.cum ibi no.C.ne
liceat in vna eademque causa. Ita etiam videtur dicen
dum in causa restitutionis aduersus sententiam, cum
videantur æquiparari restitutio,& appellatio.l.pręses.
ff.de mino.Secus si procederetur altera parte absente
per contumaciam,quia tunc videtur, quod bene po-
terit procedi etiam lit.non contesta. sicut etiam fit in
causa appellationis.vt l.fi.§.illud.C.de tempo. appel.
& infra de app.per tuas. Et idem etiam videtur dicen
dum,quando petitur aduersus contractum: & sic etiã
de facto fuit seruatum: vt dixi in c.ij.ã. de offi.iudi. Et
posuit Ioã.And.in addi.Spe.eodem titu.§.ij.aliàs.j.ad
fi.in ij.parte.Spe. & hæc videtur communis opi. licèt
Pet.de Bellapertica dixerit,quod eo casu, quo requiri-
tur contestatio litis in causa restitutionis in integrum
quando contra certam personam petitur aliquid dari
vel fieri.facit,quod no.Cy.in auth.si omnes.C.si,vt se
ab hære.absti.non poterit procedi contra absentem,si
lis non sit contest. etiam si fuerit contumax: & etiam
secundum eum non curret tempus,ex quo iure impe
diente non posset procedi.facit,quod habetur in l.j.in
fi.C.de temp.In integ.resti.de quo per Cyn.in d.l.fin.
& in l.quod tempore.C.de resti.mili.¶ Et adde his,q
dixi super gl.in verbo.committendum.quod fortè nõ
constabat Celestinum commisisse,quòd non obstan-
te sententia Eugenij ferreretur diffinitiua. nec etiam
verè constare poterat: ex quo altera pars erat absens:
licèt per partem præsentem hoc allegaretur secundũ
Inno. Et adde etiam ei,quod dixit gl.in verbo.ostẽsu-
ri.sed non compelluntur:nam melius dixisset, vel nõ
compelluntur,quia voluit sentire aliam solutionem,
per quam in effectu ad literam,dum dicit si poteritis:
suppleri debet, & volueritis:vt etiam voluit hic Inn.
¶ Extra glo.ponit hic Inocen.vnam glo. magnam.in
materia restitutionis in integrũ,in qua tractat aliqua,
quæ habentur,& tractantur per legistas in l.quo tem-
pore.C.de resti.mili.maximè per Cy. & Iaco. de Bur.
& in l.fin.C.ex qui.cau.maio.¶ Et pro euidentia põt
præmitti, quod in iure reperitur in effectu duplex iu-
dicium,seu remedium in hac materia. nam est reme-
dium rescindens, & istud est officium iudicis quo me
diante rescinditur obstaculum,seu obiectum inducẽs
lęsionẽ.facit,quod habetur in l.si quis stipulatus.ff.ex
qui.cau.maio.& l.quod si minor.§.fi.ff.de mino. & qđ
dixi super gl. in verbo per officium. & istud interdum
appellatur actio rescissoria,quia officium iudicis com
prehendit late accipiẽdo.l. actionis verbo.ff.de actio:
& oblig. & dicitur actio rescissoria actiuè ex eo, quia
17 rescindit. nam † nomina verbalia possunt intelligi
actiuè,& passiuè:vt legitur,& no. in l.filiusfa.ff. de te-
sta.& ius petendi,seu implorandi istud remedium re
scindens potest dici natiuum, & non datiuum, quia
nascitur ex præsistenti materia: quia ex læsione consi
stа cum minore ætate,vel mista absentia,vel rationa-
bili causa:vt voluit Ioaco.Butri.in l.fin.C.ex qui.cau.
ma.¶ Et etiam remedium rescissorium,quod appella
tur vtilis rescissoria,vel actio restituta.facit, quod ha-
betur in §.rursus.instit.de actio.& in d.l.fi.C. ex qbus
cau.ma.& in l.ab hostibus.§.in vtili.ff.de capti.& post
li.reuer. Et istud etiam interdum appellatur rescisso-
ria passiuè: quia per restitutionem cõcessam rescindẽs
officium iudicis tollitur obstaculum propter quod cõ
perit vtilis actio, quę prius nõ competebat saltem ex
effectu,antequam tolleretur obstaculum.¶ Et aduer-
tendum, quod ista actio rescissoria passiuè considera-
ta,quandoque est datiua,quandoque vero habet præ-
existentem materiam.facit,quod habetur in l.iurisgẽ-
tium.§.j.ff.de pact.vt quando per vsucapionem trien-
nij quis perdidit dominium rei mobilis tempore quo
erat absens causa reipublicę.nam per vsucapionem p
ditur directum dominium.l.in traditionibus. cum ibi
nota C.de pac.& no.in auth. nisi triennale.C. de bo.
quæ libe. aliàs ma. Et ideo contra vsucapionem, cum
sit extinctum dominium:vt patet in iuribus prædictis
non restituitur per officium rescindens directum do-
minium,nec directa rei vendicatio, quia per prætorẽ
nõ potest resuscitari ius directum extinctum per ius
ciuile:sed solum quò ad effectum.& sic vtiliter.facit,
quod habetur.in §.quos autem.instit.de bo.posses &
ideo solum restituit vtile dominium,& vtilem rei vẽ-
dicationẽ,quæ potest dici datiua,quia non habet ma-
teriam

21

a Simul accumulari. Adde hic do. Abb.in vj.col. ver. hic ergo visis.

rerlam præexistētem ex qua nascatur,ex quò erat ex-
tinctum dominium.& illud videt̃ sequi Barto. in d.§.
sed quod simpliciter.& etiam Cyn.in l.fin. C.ex qui.
cau.ma.¶ Sed Ia.Bu.ibi dicit, ꝙ potest dici materiam
ibi esse datiuam,quare datur dominium vtile, seu re-
stituitur per officium rescindens: sed vtilis rei vendi-
catio pōt dici natiua, q̃a nascitur ex materia vtilis do
minij.obiecta aūt ledentia sunt multa contra quæ da-
ri potest restitutio,vt sñia,cōtractus,transactio, vsuca
pio,præscriptio, & alij modi,quibus dominiū,vel ius
ꝑditur. ¶ Item interdū vtilis rescissoria , seu restituta
potest dici natiua, vt qñ quis ꝑdidit dñium rei immo-
18 bilis ꝑ p̃scriptionem in abſētia cā reipublicæ.¶ †Nā ꝑ
p̃scriptionē ſm opi.gl.& cōmunē,non ꝑdit̃ directum
dñium,sed solum vtile,vt no.in auth.nisi.præalleg.&
sic remanet directū dñium penès illum,contra quem
est p̃scriptū. & ꝑ ꝯñs directa rei vendicatio,tñ est sine
effectu cū possit repelli exceptione p̃scrip.nisi ꝑ reme
diū restitutionis rescindat̃ obstaculū præscriptionis.
nam tunc cōpetit cum effectu.& sic vtiliter , q̃a vtilis
actio bēt dñium directū præambulū, ex quò origina-
liter nascit̃ pōt dici natiua. Et idē vr̃,qñ esset p̃scriptū
actioni personali,q̃a nō tollitur ipso iure,sed ope ex-
ceptionis ſm gl.facit,ꝙ habet̃ in d.§.sed qđ simplr̃. &
in d.l.fi.& l.obligationū ferè.§.placet.ff.de act.& obli.
19 ¶ †Vltramontani tñ dicunt , ꝙ hodie ꝑ præscriptionē
ipso iure tollit̃ actio personalis ,per l.sicut.& l.omnis.
C.de præscrip.xxx.vel xl.an. & ſm hoc vtilis rescisso-
ria ,seu restitutoria esset datiua , nō natiua,ex quò es-
set penitus extincta, & intelligunt etiā obligationem
penitus.Sed Bar.in d.l.fi.dicit, ꝙ licèt tollatur actio ip
so iure,non tñ tollitur obligatio, q̃a hoc non dicit̃ in
d.l.sicut,& l.seq.& sic etiā remanet ipsa obligatio ꝑ id
qđ not. in d.l.obligationum ferè.§. placet.& ideo ſm
eū pōt dici natiua propter p̃cedentē materiā obliga-
tionis.¶ Et ex prędictis patet,ꝙ quò ad effectū,qñ per
officium rescindens est sublatum obstaculū vsucapio
nis, p̃scriptionis,sñiæ,vel ꝯctus,pinde est quò ad effe
ctum,ac si dictū obstaculū non interuenisset, facit,qđ
hr̃ in d.§.rursus.instit.de actio.¶ Item etiā potest præ-
mitti,ꝙ restitutio quę fit per bñficium rescindens dēt
commensurari cū læsione, vt quatenus facta est læsio
eatenus fiat restitutio,& hinc est,ꝙ dicimus, ꝙ restitu
tio est in pristinum statum reductio.l. ꝙ si minor.§.re-
stitutio.ff.de mino.& in l.fi.C.de sen.passis.¶ Et ideo
si quis solū sit læsus in possessione,in ea sola restituit̃.
l.ait prætor.§.item ei.ff.ex qui.cau.maio.¶ Si autē læ-
sus sit in possessione, & dominio,restituit̃ in vtroq;.l.
in causæ.§.interdum.ff.de mino.& l.siue.j.interposito
ff.de admi.tuto.¶ Si vero sit lęsus in dñio,illud solum
restituit̃,vt sic possit agere rei vēdicatione, vt prius po
terat.l.qui proprio.§.item quæritur.ff.de procur. & si-
militer si esset læsus in non acquirendo restituetur,vt
possit acquirere.facit, quod hr̃ in l. si quis stipulatus.
ff.ex qui.cau.ma.& l.non omnia.ff.de mino. & qđ ha
betur in l.fi.eodem ti.¶ Ex prædictis ēt patet, an actio
rescissoria, seu restitutoria competat ante restitutionē
concessam.nam quidā dicunt, ꝙ sic:licèt sit sine effe-
ctu,donec iudex,seu prætor insufflet spiraculū vitæ re
stitutionē concedendo.alij dixerunt,ꝙ non competat
nisi pōt restitutionē concessam,vt no.in d.l. fin. C.ex
qui.cau.maio.¶ Sed potes concordare opi. ex prædi-
ctis,quia quando extincta est actio ipso iure,tunc pro
cedit secunda opin.ꝙ qñ sit patet ex supradictis.¶ Sed
quando non est extincta ipso iure , sed ope exceptio-
nis:tunc potest procedere prima opi.¶ Istis sic p̃missis
videndum est de tribus,quæ tangit hic Innoc. primo,
an talis rescissoria possit accumulari cum remedio re-
scindente:an vero sit necesse , quod dicta remedia se-
paratę intententur.¶ Secundo , an sufficiat intentare
solum beneficium rescindens , an vero sit necesse in-
tentare vtilem rescissoriam. Et ex prædictis etiam pōt
appellari practica libellandi, & consequenter senten-
tiandi.¶ Tertio tangit Inno.de modo procedendi , &
20 probandi.¶ †Circa primū videtur, ꝙ non possit simul
a accumulari a vt quia dictum est non videtur , ꝙ vtilis
rescissoria competat anteq̃ sit finitum remedium re-
scindens,seu anteq̃ sit facta restitutio, & rescissio ꝑ iu
dicis officium rescindens,& nemo sine actione expe-
ritur.l.si pupil.§.videamus.ff.de nego.gest.¶ Contra-
riū hic tenet Inno.per istum tex.intelligēdo, ꝙ hic pe
tierit procurator ecclesiæ Illerden. sñiam in melius re
formari,& ecclesiam restitui.contra illam,& etiā,ꝙ ec
clesiæ sibi redderent̃. istud tamē verbū non exprimit
litera.Sed ipse videtur illud supplere : licèt ēt subdat,
qđ etiā si non petat̃ rem restitui,qđ istud veniat in cō
sequentiam petēdo restitutionem in integrū:q̃a tunc
dēnt retractari oīa inouata occasione sñię facta. argu.
corū,q̃ habentur.s̃.de procura.insinuante. & in c.no-
stra.qđ vr̃ intelligendū , quando occasione sententiæ
facta fuit inuocatio:sed vbi aduersarius añ sñiam pos-
sideret, tūc esset necesse,qđ nedum peteret restitutio-
nem in integrū : sed etiā ipsas ecclesias restitui si vult
illas consequi in vno iudicio.facit , qđ inferius dicet̃,
& istud communiter tenetur, ꝙ potest accumulari vti
lis rescissoria cum beneficio rescindentis : quia tēpo-
re libelli non competebat ipsa vtilis rescissoria, tñ spe
rabat̃ oriri in ꝓcessu iudicij.& ideo potest intentari ꝑ
ea,quæ habent̃ in l.Titius.ff.de ver.obli. & l. nuda.C.
de ꝯhen.stip.& in c.Raynaldus.de testa.& l.conductio
res.C.loca.& quod not.etiā in l.non ab re.C. vnde vi.
Vnde intelligitur tunc intentari primo officiū rescin
dēs, & successiuè facta restitutione ipsa vtilis rescisso-
ria inquantū obtineatur in ipso remedio rescindēte ,
facit, qđ habet̃ in simili in querela inofficiosi testamē
ti , cum quo pōt in eodē libello conditionaliter tñ ex
ordine inquantū obtineatur.in querela intentari, seu
simul accumulari in l.q. de inofficioso. de inoffi.testa.
¶ Et pro ista opi. facit ratio circuitus euitandi.ar.cle.
audiror.de rescrip.& in l.dominus restitutio.ff.de cō-
21 di.indebi.& l.si mulier.ff.de condi.ob.cau.¶ †Et pote
rit esse forma libelli,cum ego talis per sententiam fue
rim repulsus a petitione mea , cum tamen res ad me
ptineat rōne dñij,vel quasi,peto quatenus sñia rescis-
sa per officium vestrū o dñe iudex,a quo peto restitui
in integrū , mihi rē adiudicetis . facit,qđ habetur in l.
in causæ.§.interdū.ff.de mino. & eodem modo posset
exēplificari,qñ læsio esset in cōtractu, vel præscriptio
ne.¶ Et no.ꝙ illud nomē rescissoria,nō ē nomē actio-
nis,sed quædā adiectio:sicut dicimus in actione de pe
culio,& de in rem verso, quia non sunt nomina actio
nū,sed adiectionis.l.iij.§.qui congruit.ff.de pecu.¶ Et
no.ꝑ gl. in §.rursus. sed aliàs est vtilis actio in rem,vel
in ꝑsonā.Et istud sufficit de primo.¶ Circa sc̄dm , an
sufficiat bñficium rescindens,sicut vtilis restituta.con
clude,qđ si quis vult obtinere solam rescissionem con
tractus,sententię,vel pręscriptionis:tunc sufficit bene
ficium rescindens.Et idem si quis velit restitui aduer-
sus probationem,& allegationum exceptionem.nam
tunc sufficit sibi rescindens.quia aliud non quærit, ni
si rescissionem obstaculi. ¶ Si autem vltra finē rescis-
sionis intendit quis consequi rei restitutionē:an tunc
sufficiat beneficium rescindēs.istud est magis dubiū.
Et super hoc fuerunt opinio.nam vna fuit opi. qđ nō
sufficit beneficium rescindens, vt quis rem consequa
tur,quia prius intentandū , & terminandū est bñficiū
rescindens

rescindēs antequam inchoetur negotiū principale, seu iudicium super vtili rescissoria. ¶ Et pro hac opi. benè facit iste textu. vbi vult primo finiri causam restitu. in integrum aduersus sententiam, antequam ꝓcedatur in negotio principali. ad idē benè facit. l. quia proprio. §. item quærit. ff. de procura. & ff. de iureiur. l. nam & postea. §. si minori. Hæc opi. simpliciter, & indistinctè intellecta non videtur vera. per id, quod habetur in l. in causæ. §. interdū. ff. de mino. & l. si siue. §. interposita. ff. de admi. tuto. in quibus videtur, q in tētato beneficio rescindentis fiat rei restitutio. Vnde forte propter hoc fuit alia, & secūda opi. q si in instātia beneficij rescindentis probatum, sit de iure vtilis rescissoriæ, vt quia ꝓbauit se dominum, vel quasi. facit, quod not. in c. Abbate. de re judi. in vj. in tex. & gl. & tunc restituetur res per beneficium rescindēs: licèt non fuerit intentata vtilis rescissoria, vt euitetur circuitus. ar. cle. auditor. de rescrip. & l. dñs testamento. ff. de condi. inde. ¶ Si verò in instantia judicij rescindentis non sit probatū de iure vtilis rescissoriæ, vt qa non probauit se dominum, vel quasi: sed tantum se læsum, tunc videtur q non restituatur res, nisi intentetur vtilis rescissoria. & ideo tunc obtinebit per iudicium rescindens tantummodo rescissionē contractus sententiæ. vel præscriptionis. & istam opi. sequebatur Tancre. ¶ Sed certe ista opi. nō videtur bona: quia nō videt̄ posse docere de læsione, nisi aliquid doceretur de iure vtilis rescissoriæ. per id, quod habetur in l. nā & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. ¶ Item etiam, qa interdum videt̄ debere fieri, quando videlicet minor esset læsus in contractu, tradendo rem quam habebat penès se. Nam si appareret, q sit læsus quasi minori ꝓtio vendidit, quàm valeat, ex quò rē possideret: & per contractum priuatus est possessione: licèt aliter nō ꝓbet se dominum, vel quasi, videtur q debeat restitui aduersus cōtractum, & reponi pristinū statum. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. & per cōsequens rescindi debet contractus, & etiam res sibi restirui per beneficium rescindens. ¶ Vnde tertia fuit opi. quam tangit hic Inno. vt distinguatur, an petatur restitutio aduersus contractum, an aduersus sentētiam, vel præscriptionē: q primo casu sufficiet beneficiū rescindens tantum, etiam vt res restituatur. per id, qnod habetur in §. interdum. secundo casu secus, quando non restituetur res, nisi intentetur vtilis rescissoria, seu restituta post beneficium rescindēs. Et est ratio diuersitatis, quia quando læsio fuit in contractu: contractus læsit non solum in iure: sed etiam in facto, seu possessione, quia fuit priuatus minor per cōtractum. & ideo cum rescisso contractu per beneficium rescindens, quādo petitur restitutio in integrum aduersus contractū per per minorem, reperitur esse res penès aduarsariū sine aliquo iure, quare rescissus est cōtractus cuius vigore ad eum peruenit. ideo debet per iudicium rescindēs etiam res restitui, quæ ratio cessat, quādo petitur restitutio aduersus sententiā ꝓ possessore rei, vel aduersus præscriptionem, per quam reus acquisiuerat rem quā possidebat: quia licèt tollatur obstaculū sententiæ, vel præscriptionis, non apparet, q res sit sine causa penès ipsum reum. ¶ Sed certe ista opi. etiam nō videt̄ perfecta: quia est possibile, q etiam, quando petitur restitutio aduersus contractum nō debeat fieri restitutio, vt si ille, qui contraxit cū minore non acquisiuit possessionem ratione ipsius contractus, sed alius ante cōtractum illam habebat. facit, quod habet̄ in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procu. ¶ Item etiam possibile est, quando propter absentiam quis priuatus est dominio, & etiam possessione rei: & ideo tunc videt̄, quod debet res restitui per beneficium rescindēs. per id, quod habetur in l. ait prætor. §. itē rei. ff. ex qui. cau. maio. ¶ Quarta fuit opi. quam videtur hic sequi Inn. & sequitur etiam do. Ant. vt non fiat differentia inter sententiam præscriptionis, vel cōtractum: sed debeat distingui· quia aut quis per aliquod prædictorum est læsus in iure, & in possessione, & sic in iure, & ī facto, secundum alium modum loquendi. Aut est læsus in iure tantum: & non in possessione. Primo casu sufficit beneficium rescindens per illam regulam vulgatam, quia restitutio debet esse in pristinum statū repositio. l. quod si minor. §. restituti. ff. de mino. & sic beneficiū rescindens, debet reintegrari in tantum, in quantum obiectum lædens induxit læsionem d. l. in causis. §. interdum. & ideo si in cōtractu minor fuit læsus tradēdo rem, vel in præscriptione fuit læsus in dominio, & possessione, qa in absentia reipublicæ causa fuit possessio per alium apprehensa. Et tandē fuit res præscripta: vel secundū vigorem sententiæ fuit quis coactus tradere rem, in istis casibus videtur, q per beneficiū rescindens debeat res reponi in pristinum statū. & sic non solum tollit obstaculum contractus præscriptionis, vel sententiæ, sed etiam debet res restitui: per ea, quæ habēturin d. l. si fine. §. interposita. & d. l. ait prætor. §. item ei. Secundo casu, quando fuit solum in iure, & non in possessione. tunc hoc casu hoc videt̄ velle Inno. q aut de iure vtilis rescisoria constat ex actis præteritis antique instantiæ: & etiam ex probationibus factis in instantia iudicij rescindentis. & isto casu etiam sufficit beneficium rescindens, & etiam res restituatur. & hoc, vt circuitus euitetur. ar. cle. auditor. de rescri. ¶ Si vero non constat de iure rescissoriè ex antiqua instantia, nec etiam ex noua super officio rescindentis: tunc non sufficit beneficiū rescindens: sed erit expediens, quod intentet̄ vtilis rescissoria. & plenè probetur de iure ipsius vtilis actionis, vel de iure dominij, vel quasi, & etiam de iure obligationis si fuit præscriptum actione personali. Et per prædicta videt̄, q si petitur restitutio aduersus sententiam latam pro eo, si apparet ex primis actis, quod actor probauerit dominium, vel quasi dominium, quod causat publicationem: vt plenè no. ī. c. Abbate. de re iud. lib. vj. in glos. & sic debeat condemnari reus vbi fuit absolutus videtur, qđ tunc debebit nedum per officiū rescindēs tolli obstaculum sententiæ, si forte minor, vel ecclesia petat se restitui aduersus sententiam: sed etiam debebit iudex facere rem restitui. & sic condemnare ad restitutionem. & istud etiam voluit Ia. Bur. in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter. ff. ex quius causis maio. Et est ratio secundum eum, quia tunc non solum fuit læsus minor in eo, quod non fuit lata cōdemnatoria, prout fieri debebat, ex quò de iure constabat. Et ideo videtur, quod beneficium rescindens, quod implorat petendo restitutionem aduersus sententiam debebit etiam fieri restitutio rei, seu etiam condemnari ad rei restitutionem, secus si in primo instanti non apparebat de iure ipsius minoris, vel ecclesiæ: quia tunc videtur, q solum tollatur obstaculū sententiæ: & postea debebat procedi in negotio principali. & ita debet intelligi ille tex. ¶ Per prædicta etiam videtur, q si petat̄ restitutio aduersus præscriptionem, licèt læsio fuerit solum in iure, & non in possessione, q si instantia bn̄ficij rescindentis probetur de iure vtilis rescissoriæ. & sic de vtili dominio, vel quasi, quod tūc similiter per beneficiū rescindēs rescindet̄ ꝓscriptio. & ēt restituet̄ res, seu fiat condemnatio ad rei restitututionem. & videtur velle Inno. in glo. magna. hic circa fi. quod hoc procedat etiam si simplex intentetur beneficium rescindens.

scindens. ¶Sed in glo super verbo restitui. videt velle hoc procedere, quando cum beneficio rescindentis accumulata est vtilis rescissoria. aliàs secus. d. Ant. hic cócordat opi. nam dicit, quod primum dictum potest procedere, quando obiectum abstulit ius, & factū, seu possessionem. Secus si ius tantum, quia tunc procedat quod dixit in verbo restitui. ¶Sed certe ista cócot. nō videtur clara, quia quando læsus est quis in iure, & in possessione, videtur sufficere quod solum appareat de ipsa possessione, licèt aliter nō probetur de iure ipsius rei. per id, quod habetur in d.l. in causis. §. interdū. & etiam voluit hic Inno. inquantum dixi, quod vbi minor læsus est in contractu tradendo rem, sufficit docere, ꝙ læsus est in pretio rei, quam tradidit per contractum, licèt aliter non probetur ius sibi in illa competere. Præterea nos loquimur, quando læsio non fuit in possessione, sed in iure: vnde videndum est, an Inno. benè dicat in eo, quod hic tangit in glos. magna. circa fi. ¶Pro cuius declaratione est aduertēdū, ꝙ vbicūq; aliquid venit bis examinādum successiuè in duobus iudicijs, quorum vnum est declaratoriū alterius, tunc in primo iudicio sufficit probatio summaria. facit, qđ habetur in l. iij. §. sciendum. ff. ad exhib. & l. thesaurus. ff. eo. ti. & nō vr, qđ in iudicio, seu officio rescindētis, sufficere debeat summaria ꝓbatio forte per vnū testē. facit, qđ hr in simili. in c. qm̄. §. in alis. j. vt lit. nō ɔtest. & l. cū ꝓponas. C. de bo. autho. iudi. possi. vel etiam forte per duos testes: quia non sunt omni exceptione maiores, videtur quod hoc casu non procedat dictum Innoc. quia non videtur sufficere dictum de iure vtilis rescissoriæ licèt talis probatio sufficeret ad concedendum remedium rescindens. & istud etiam tenent Legistæ, maxime Cy. in l. quo tempore. C. de re sti. mili. & But. ibi & in d.l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ¶Et plus etiam dicunt prædicti, quod etiam si postea intentetur vtilis rescissoria, talis probatio facta in instantia remedij rescindentis non sufficiet in instantia vtilis rescissoriæ: licèt inducat prosumptionem, quia probatio facta in summario iudicio non præiudicat plenariè. l. pe. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iut. & facit, quod no. per gl. & Inno. j. de ord. cog. cum dilectus. & eo. ti. c. fi. per Inno. facit etiam, quod habetur. j. de testi. veniens. el ij. ¶Et sic ex prædictis patet, ꝙ hoc casu, quando læsio fuit in iure, & etiam in possessione beneficium rescindens non sufficit, vt quis consequatur restitutionem, vel condemnat ad illam, sed solum tollit obstaculum, vt sic postea posset intentari vtilis rescissoria. ¶Sed hic occurrit dubium, quid si in instātia beneficij rescindētis fuit plene probatum de iure vtilis rescissoriæ: vt quia probatum est per plures testes omni exceptione maiores de dominio, vel quasi, & plenè fuit hoc discussum in iudicio rescindentis. An tunc sufficiat beneficium rescindēs, vt quis etiam consequatur rem, & nedum rescissionē obstaculi, vel saltem condemnationem, vel rei restitutionem. Inno. vt s. tetigi. in gl. magna. videtur velle, quod sic. ¶Sed contrarium tenent communiter legistæ, maximè Cy. & But. ex eo, quod iuxta formam petitionis formari debet sententia. j. de simo. licet heli. & ff. communi diui. l. vt fundus. ideo cum petitum sit per officium rescindens obstaculum tolli. & non fuit petita restitutio rei, videtur, quod non debeat ad illum condemnari. Secus si fuisset accumulatum iudicium vtilis rescissoriæ cum beneficio rescindentis, quod fieri potest conditionaliter, & successiuè, non purè, & simplicitr cum vtilis rescissoria non competat ante finitum rescindens officium: sed bene potest conditionaliter intentari, puta petendo rescindi obstaculum, & inquantum contingat illud rescindi, petit etiam restitui ratione dominij, vel quasi. facit, quod no. in simi li. in l. conductores. C. locat. & l. non ob rem. C. vnde vi. & l. q. de inofficioso. ff. de inoffi. test. ¶Et dixi ꝙ circa primum dubium etiam hoc casu posset saluari dictum Innoc. & hæc intellige vera saluo eo, quod dixi post Butri. quando petitur restitutio aduersus sententiam, quod interdum etiam si fuerit accumulata vtilis rescissoria potuit nedum rescindi obstaculum sententiæ: sed etiam fieri condemnatoria ad rei restitutionē: vt superius dixi. Sed vbi petitur restitutio aduersus cōtractum, vel præscriptionem, & læsio fuit in iure, & non in possessione, tunc procedit quod superius dixi. ¶An autem si læsio sit tātum in possessione, possit peti restitutio aduersus illam. dicendum, quod sic, per ea quæ. j. habentur, in d.l. ait prætor. §. item ei. & not. Barto. in d. §. sed quod simpliciter. circa fi. ¶Sed iuxta prædicta potest dubitari, an quādo plenariè probatum est instantia iudicij rescindentis de iure vtilis rescissoriæ: an si postea post iudicium rescindens intentetur vtilis rescissoria, si tales probationes producantur in iudicio ipsius vtilis rescissoriæ, quæ factæ fuerint in iudicio rescindentis. an faciant fidem. Cy. post Pe. in d.l. quo tempore. dicit, quod non. per id, quod habetur. in l. si duo. §. idem iulia. ff. de iureiuran. & l. si quis libertatem. ff. de peti. hæred. ¶Nam ex quo non tenebatur plenarie probare in iudicio rescindentis, videtur, ꝙ si sponte plene probauerit non releuet talis probatio, nisi sit summaria probatio. ar. no. in iure præalle. quasi impertinens videatur dicta probatio. & sic non debeat prodesse pro materia allega. Iaco. Butr. in d. §. sed quod simpliciter. tenuit oppositum, quia non debet dici probatio impertinens, cum probauerit illud, ad quod tenebatur, licèt pinguius, quàm teneretur. arg. eorum, quæ habentur. in l. diligenter. ff. nam. ¶Et per hoc non obst. quod habetur. in d.l. si quis libertatem. & d. §. idem Iulia, quia ibi probabatur id, ad quod nullo modo tenebatur, & sic erat omnino impertinens, sed hic tenebatur probare, licèt non sic erat, prout ꝓbauit. & ideo videtur, ꝙ inter easdem personas debeat probare. per id, quod habetur in l. cum antea. ad fi. C. de arbi. & quod habetur in l. ij. C. de eden. Bat. tamen in l. ij. §. fin. ff. vi bo. rap. simpliciter dicit, ꝙ probatio facta in summario iudicio, vel ante lit. cōte. & sic extraordinariè nō probat in alio plenario iudicio, & sic intellige, ꝙ habetur in d.c. veniens. & c. dilectus. & c. fin. ¶Sed forte dictum suū potest limitari, quando in summario non est facta plena probatio, & plenaria discussio. per id, quod no. Butt. in d. §. sed quod simpliciter. & si dicat videtur alia ratione, quod dicta probatio facta in iudicio rescindētis faciat fidem in iudicio vtilis rescissoriæ, quia agitur ad alium finem, potest responderi, ꝙ illud non procedit, quando plenariè non est facta discussio in primo iudicio. & idem veniret postea discutiēdum in alio iudicio inter easdem personas. per id, quod habetur in l. si quis cum totum. § planè. & §. ancilla. de execu. rei iudi. & not. etiam Barto. in d.l. ij. §. idem. ff. vi bono. rap. vbi dicit, ꝙ probationes factæ super crimine in causa criminali ad effectum criminalē probant in causa ciuili de crimine ad effectum ciuilē. ¶Et ad hoc etiam facit, quod ipse not. in l. sed si ante. ff. de except. & facit etiam ad materiam, quod ipse no. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. ob. Et ad prædicta etiam benè facit, ꝙ no. Inno. & do. Anto. in c. cum ecclesia. j. de causa pos. & proprie. vbi dicūt, ꝙ si super deducto in modū causæ assumiī principaliter disputatio, & plenaria discussio, ꝙ tales probationes faciūt fidem in alio iudicio super eodem, & inter easdē personas,

sonas.¶ Et ex prędictis patere potest quid iuris, si iste qui petit restitutionẽ possidet rem, vt quia non tradidit adhuc vigore contractus: vel non tradidit vigore sententiæ, per quam erat condemnatus: quia tũc sufficit sibi beneficiũ rescindens, per quod tollit̃ obstaculum sñiæ, vel contractus. Si vero petẽs restitutionem non possideat, tunc si ille contra quem petit̃ restitutio habuit possessionem ab ipso petendę restitutionis vigore ꝯtract⁹, vel sñiæ, q̃a per illud dẽt reponi in pristinum statũ: & per ꝯñs reintegrari. Secus si non habeat possessionem ab ipso petente restitutionẽ: q̃a tunc nõ sufficit sibi beneficiũ rescindens. Sed oportet, ꝙ intẽtet etiam vtilẽ rescissoriã, si vult conseq; rei restitutionem, q̃ tñ poterit accumulare cũ bñficio rescindentis nõ simplr̃. & pure, cũ non sit nata ante bñficiũ rescindens, sed conditionaliter, & successiuè inquantũ obtineatur in bñficio rescindentis: vt superius dictũ fuit, & probat̃ in simili per d.l. ꝯductores. C. locati. & l. nõ ab re. C. vñ vi. & l. q. de inofficioso. ff. de inoffi. testa. & no. etiã per Inn. in gl. magna. & ẽt in verbo restitui. & per Cy. & But. in d.l. quo tpe. & etiã p Butr. in d.l. sed, ꝙ simpliciter. & hæc sufficiant de scđo dubio.¶ Circa tertiũ, videlicet, circa modum ꝓcedẽdi, & ꝓbandi in talibus, conclude, ꝙ qñ petitur restitutio aduersus probationẽ, vel allegationẽ omissam, qñq; aduersus sententiã, qñq; aduersus ꝯtractũ, vel ꝑscriptionem. Primo casu dicit Inn. ꝙ modus ꝓcedendi erit, q̃a si petit̃ restitutio iudex quærit cãm petitionis restitutionis, & si incolloratè petat iudex debeat seipsum reijcere, puta, si non assignat aliquã cãm, quæ verisimilr̃ dẽat mouere iudicẽ ad dandam restitutionẽ. facit, qđ hr̃ in l. minor antẽ. ff. de mino. Si autẽ allegat iustã cãm, q̃ moueat iudicẽ, tũc summaria cognitione ꝑmissa sine lit. conte. cũ hæc restitutio incidẽter videat̃ peraudita, tñ altera ꝑte dabitur restitutio, vt audiatur. facit, ꝙ hr̃ in c. ij. s̃. de offi. iud. c. fi. Et poterit etiã si vult ꝓducere instrumẽtũ iudex facere, qđ illud ostẽdat, & poterit examinare, an saltẽ prima facię ex electione instrumẽti faciat ad cãm. facit, qđ hr̃ in d.c. ij.¶ Simılr̃ ẜm do. Ant. si petat restitutionem aduersus probationẽ omissam poterit iudex facere, qđ formet articulũ in scriptis, vł verbo exprimat, per quẽ vult restitui. & sic appareat, qđ ille articulus faciat cãm, q̃a de læsione scđm eum satis vr̃ constare eoipso, qđ habet sñiam ꝯtra se, & est ei ablata facultas ꝓbandi debebit restitui.¶ Sed certè non credo, qđ sufficiat apparere articulum facere ad cãm: nisi etiã summariè appareat, quod illũ possit probare per id, quod no. gl. & Bart. in l. nam, & postea. §. si minor. ff. de iureiu. & in casu isto facta restitutione habebunt recipi probationes omissæ: & tũc plenariè debebit examinari, & ꝓbari, nec sufficiat summaria probatio facta ad finẽ, vt det̃ restitutio per ea, q̃ superius dixi, & quod hr̃ in l. pe. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. q̃a ꝓbatio facta in summario iudicio summariè nõ ꝑiudicat in plenario: & vt dixi. s̃. qñ petitur talis restitutio. q̃a incidenter petit̃, & ꝑparet viam principali q̃ōni non est necesse lit. conte. licẽt debebat interueniente partium præsentia: & sic refrenent̃ a falso dicendo. Secus vbi loco actionis succedat officiũ iudicis: quia tunc necessaria est ꝯtentio: vt in d.c. fi. de offic. iud. dicit tñ Inn. ꝙ tutius est oĩ casu litẽ ꝯtestari.¶ Sed certè vt dixit do. Ant. hoc nõ est necessariũ, qñ incidẽter petit̃: p ea, q̃ hñt in d.c. fi. & q̃a sufficit ꝯte. lit. in principali. sicut in simili dr̃ in dilatoriis. s̃. de offi. dele. c. prudẽtiã. §. vj. Scđo casu, qũ petit̃ restitutio aduersus sentẽtiã, & tũc cũ effectu petat se reintegrari ad primã instãtiã vr̃, qđ quodãmõ incidenter peti videat̃ ꝑparatoriæ, cũ postea principale negotiũ plenè veniat discutiendũ, ideo vr̃ idẽ dicendũ, qđ in ꝑcedẽti casu, vt debeat, & sufficiat allegare aliquẽ colorẽ ad iustificandũ petitionẽ restitui. & summariè docere đ electione, q̃a vt dixi postea plenariè discutietur negotium principale. & etiã innuitur in tex. isto. & facit ad ꝑdicta, qđ hr̃ in l. iij. §. sciendũ. & l. thesaurus. ff. ad exhiben. in quibus patet, ꝙ in actione præparatoria sufficit cognitio summaria.¶ Aduerte tñ, quia si ex prima instantia. & ex actis ipsius primæ instantiæ pateret clare de iure vtilis rescissorię, tũc, q̃a minor contra quẽ sñia fuisset lata non solũ fuisset læsus in eo, qđ sñia fuisset lata cõtra eum pro aduersario. pro quo lata fuisset absolutoria, sed ẽt in eo, qđ non fuisset sibi aduersarius condẽnatus, vr̃ qđ iudex aditus sup restitutione poterit etiã condẽnare reũ, & non solũmodo restituere aduersus sñiam absolutoriã: vt voluit Ia. Bu. in §. si q̃s simpliciter. & etiam tetigi superius. secus vbi non apparet ex actis primę instantię plenè de iure vtilis rescissorię: q̃a tunc solum rescinderet̃ sñia: & postea procedet̃ in negotio principali, vt hic etiã innuit text. Tertio casu concludit hic do. Ant. ꝙ si obiectũ ledens lęsit in solo iure, & non in facto, seu in possessione, ꝙ tũc oportet, qđ plenaria fiat ꝓbatio sup restitutione, q̃a ẜm eum videt̃ surrogari loco actionis. Sed certè istud non videtur verum, q̃a hoc casu p beneficiũ rescindẽs solũ tollet̃ obstaculũ, vt aperiet̃ via vtilis rescissorię, in qua plenarię fiẽda erit discutio: iõ vr̃, ꝙ in restitutione cõcedẽda, summariè sufficiat ꝓbatio, ex quò est ꝑparatoria ad aliud iudiciũ plenariũ p ea q̃. s̃. dixi. & istud ẽt voluit Cy. in d.l. quo tpe. & ẽt Bu. ibi: in §. sed qđ simpliciter. dictũ tñ Ant. posset saluari, qñ in beneficio rescindẽti accumulata esset vtilis rescissoria, q̃a fecisset se in integrũ restitui, & restitutione ꝯcessa tẽ restitui: q̃a tunc, vt ꝯsequat̃ rei restitutionem debet fieri plenaria ꝓbatio.¶ Si autẽ obiectum ledens lęsit in iure, & in facto, seu in possessione. tũc cõcludit do. Anto. ꝙ si intẽtetur beneficiũ rescindẽs solũ ad finẽ rescindendi obiectũ, nõ ad finem, qđ res restituat̃. & tunc ẜm cũ Innoc. videt̃ primo velle ẜm quosdam, quòd sufficiat summariè ꝓbare lęsionẽ, vt det̃ restitutio: q̃a sufficit ostendere aliquẽ colorem, vel verisimilitudinẽ ꝓpter quẽ, sñia, vel contractus debeat rescindi. facit, qđ habet̃. s̃. eod. c. ij. & ff. de mino. l. minor autẽ.¶ Alij vero dixerunt, ꝙ oportet, ꝙ plenè ꝓbet̃, per ea, quę habent̃ in l. nã & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & hoc vr̃ tenere Inno. ẜm cum. nã dicit, ꝙ nõ credit, qđ in dictis casibus sufficiat semiplena, vel summaria probatio, & ꝙ non videt̃, ꝙ hoc casu aliquę ꝓbationes sufficiãt ad dandã restitutionẽ q̃ nõ ꝓficiant ad condemnandum ad restitutionẽ rei. & iõ dẽt plenariè ꝓbari. & sic residet. d. Ant. Sed certè non video quare requirat̃ plenaria probatio, si solum imploret ut beneficiũ rescindẽs ad finem solum modo tollendi obstaculum, quia non fiet tũc restitutio rei: ex quò hoc non intendit intentans remedium rescindens: & sic erit in effectu iudicium ꝑparatorium: ideo vr̃, quod tunc sufficiat summaria probatio per ea, quę superius dixi. Secus si per bñficiũ rescindẽs vellet ꝯsequi rei restitutionẽ, quòd posset, ex quò lęsio fuisset in iure, & in facto, seu in possessione: q̃a tunc videtur, ꝙ debeat lis contesta. cũ succedat loco actionis. d.c. fi. de offi. iudi. & ꝯfir. etiam plena ꝓbatio fieri, qđ intelligo respectu lęsionis. quare plenè dẽt docere, ꝙ res, quã vẽdidit, & tradidit plus valet in multo maiori quantitatẽ, nõ aũt vr̃, ꝙ habeat necesse ꝓbare rem esse suam, vel quasi suam: q̃a præsumit̃, qđ res fuerit sua, ex quò possidebat: p ea, q̃ habent̃ in l. quidã in suo. ff. de ꝯdi. insti. per Bart. & etiam sensit hic Inn. Nec vr̃ ẽt posse recitare q̃ōnẽ dominij

aduersarius,ex quò habet causam ab ipso minore, ar. l.si quis cõditionis.C.locati. & hæc sufficiant de materia huius capituli: de qua etiã per Legistas in d.c.q tpe.de restit.milit.& d.l.ab hostibus.§.sed q simpliciter.ff.ex qui.cau.ma.& per Dy.& Butr.in §.tursus.insti.de actionibus.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria,an sint subiecta Episcopo,tam quò ad legem iurisditionis, quam quò ad legem diœcesanam.*
2 *Restitutionis in integrum petitio non impedit executionem sententiæ, quando est præsumptio cõtra actorem,quod malitiosè petat restitui.*
3 *Sententia potest ferri cõtra dominum in iudicio agitato per procuratorem.& nu.5.*
4 *Procurator potest petere restitutionẽ in integrum,sine spãli mãdato.*
6 *Quæstio incidens,quæ dicatur.& nu.11.*
7 *Restitutio peti potest super incidenti sine speciali mandato.*
8 *Procurator datus ad petendum confirmationem, non potest petere dispensationem,& procurator habens mandatum ad expedienda illa q̃ sunt de iure communi,nõ põt expedire ea,q̃ sunt de iure speciali.*
9 *Restitutionem in integrum petere possunt syndicus, & prælatus ecclesiæ,& qui legitimam administrationẽ habẽt, & etiam pater p filio.*
10 *Appellari non potest a Papa cum non habeat superiorem.*
12 *Exceptiones contra sententiam ad impediendam executionem,an, & quando admittantur.*
13 *Restitutione in integrum petita nil innouari debet.*
14 *Expensarum condemnationem obtinens ex eo, quia obtinuit tres sentẽtias absolutorias,an poterit cogi ad cauendum de restituendis expensis,si petatur restitutio in integrum.*
15 *Sententia lata, quæ transiuit in rem iudicatam,si quis petat restitui ad appellandum,& interim fiat executio:an poterit retractari per viã attentati.*
16 *Appellatio,& restitutio in integrum qualiter inter se differant.*

a Si restituaf. Hoc eodem modo sũmat do.Abb.

b Quod p curator. Adde dist. do. Henr. Boy.quam ponit hic i princip. c.

a SVscitata. Si restituatur [a] in integrum contra sñiam ille ↄtra quẽ est præsumptio,sñia mandabitur executioni cum cautione de restituendo rem, si prius condemnatus in hoc iudicio præualeat. hoc dicit. Et primo decisa facti narratio. Secundo diffinitio. Tertio restitutionis petitio. Quarto ipsius restitutionis concessio cũ certa prouisione. secũda ibi:nos intellectis. tertia ibi:sententia vero.quarta ibi:ne vero. ¶ In text. ibi:prænotatis.sup.indecisa. & fortè erant super subiectione,visitatione, procuratione,& obedientia. ¶ Irẽ ibi exigente.quia fortè monasteriũ nihil probauerat, & Episcopus habebat fundatam intentionem de iure communi,cum monasterium esset in sua diœc.facit, quod habetur.supra de offic.ordi.capit.conquerente. ¶ No.j.quòd Episcopus de iure communi fundat intentum suum super subiectione contra monasteria sita in sua diœce. & ideo debet obtinere, nisi probetẽ præscriptio,vel aliud in cõtrariũ,puta priuilegiũ. An
1 † tñ monasteria sint subiecta Episcopo, nedũ quò ad l.iurisditionis. sed etiam quò ad.l.diœcesanã. dic,vt habet in c.dilectus.s̃.de offi.ordi.& p Inno.ĩ.de statu mona.c.j. ¶ Not.q ecclesia etiam post sententiam potest restitui aduersus excep. & probationẽ omissam.
2 ¶ †Not.q vbi est præsumptio contra actorem, quod malitiosè petat restitui in integrum: tunc petitio restitutionis in integrum non impedit executionẽ sñię, sicut nec supplicatio, facit,q dictũ in c.ex literis.s̃.eo. & sic secus videtur a contrario, si non sit præsumptio malitię ↄ petentem restitutionem: q̃a tunc videt,qđ impediatur executio sententię. & sic ↄmuniter intelligit hęc decre.facit,qđ no.hic gl.penul.& s̃m prædicta etiam videtur debere intelligi.C.de in integr.restitu.postulata. nihil innouari debere in rubro,& nigro: q̃a illud videt p̃cedere,qñ nõ est p̃sumptio malitiæ contra petentẽ restitutionem:aliàs secus per hãc decre.& sic etiam intelligit ibi Cy.facit, quod dicetur super gloss.penul. ¶ No.quod iudex non debet repellere petitionem partis, qñ hoc esset grauis ponderis, seu magni p̃iudicij ipsi parti, licèt præsumptio sit contra partem ipsam petentem.facit,qđ no.Inn. in c.post
3 electionem.de conces.præben. ¶ No.q † sñia põt ferri cõtra dñm in iudicio agitato per p̃curatorẽ. de quo hic in glo.j.& s̃.de elec.querelam.& per legistas in l.j.
4 C.de sen. ¶ †No.s̃m vnũ intellectum, q procurator [b]
b potest petere restitutionem in integrum sine speciali mandato,quando petit illam incidenter.secus, qñ pe-
5 titur principaliter,vt not.in c.seq. ¶ †In glo.j.ibi, contra monasterium. sup. licèt iudicium fuerit agitatum per procuratorem,vel syndicum. ¶ In ea.ibi: sed ecclesia non multum curat,&c.& sic vult gl.q de æquitate canonica possit condẽnari etiã dñs,si non fuerit in iudicio per se,sed per procuratorem: licèt legistę dicant contrarium in l.j.C.de sen.& interlo.sed canonistę cõmuniter tenent hanc glos. Posset tamen dici, q etiam de iure ciuili sustineat qñq;, q possit ferri sñia p monasterio, vel ecclesia,aut minore, licèt non fuerint in iudicio,vt voluit Barto.in d.l.j.de quo dicendũ, vt ibi p eum. ¶ In ead.ibi,& dic melius dixisset, vel dic, q̃a hic ponitur secunda solutio. secundus intellectus videlicet, q nõ cõdemnauit expresse monasterium, sed in ↄñtiam condẽnãdo p̃curatorem monasterij. In gl. ij.in fi.ideo sic exposuit glo.quia in spiritualibus non cadit stricta transactio.s̃.de transac.super eo.cũ ibi no.
6 ¶ †In gloss.postulauit.ibi:intelligitur incidenter facti. No.bene.ex glo.q quæstio dicitur incidens, nedum si contingat lite pendente ante sñiam: sed etiam si post
7 sentẽtiam ante executionem. ¶ †Et not.q super incidenti potest peti restitutio sine speciali mandato.Inn. vero.hic dicit,quod etiam principaliter poterat procurator petere restitutionem non solum incidenter ex eo,qđ factus erat dñs litis per litis ↄtestationem:vnde dñs ipm mutare non potuisset intellige sine causa. de procura.c.ij.libr.vj. Et istud fortè etiam voluit sentire gl.dum dixit,& per eum,qui factus est dñs lite conte. Sed certè,licèt istam opi.non impugnat Io. And. nec do. Anto.tamen non videt bona,q̃a per litis contesta. fit solum dñs instantiæ, quæ finitur per sententiam.l. properandum.C.de iudi.hinc est,q licèt possit appellare,non potest tamen prosequi appellationem: vt dictum fuit.s̃.de procura.non iniuste.& ideo videtur, q si non potest prosequi appellationẽ quæ est remediũ iuris communis, multominus poterit prosequi restitutionem,quæ est remediũ iuris specialis. ¶ Præterea contra istã opi.facit,qđ habet.s̃. de elect.innotuit.vbi
8 † p̃curator datus ad petendũ confirmationẽ non potest petere dispensationem:vnde potest dici s̃m Host. q iste procurator fuerat cõstitutus taliter, qđ etiã datum fuerat mandatũ, vt posset petere restitutionẽ ante sententiã,& post.& ideo fuit admissus, & vidi de facto seruari, q non admittit sine speciali mandato; vel potest dici,qđ hic fuit admissus, quia nõ fuit obiectũ aliquid contra eum. ¶ Ad c.innotuit.potest dici,q vbi procurator habens mandatum ad expedienda illa, q̃ sunt de iure communi non potest expedire illa quæ veniunt de iure speciali ex eo, quia ibi dispensatio quæ petebatur de iure speciali non erat ita connexa principali petito, vel mandato,sicut erat petitio restitutionis in integrum, imo erat illi quasi contrarius, quia dispensatio fit de gratia, sed confirmatio de iustitia.supra de elect. postquam. Sed restitutio in integrum hic fieri dicitur de iustitia, & est magis connexa ipsi negotio principali: ideo facilius illam petere poterit

potest.& ista solutio procedit tenendo opi.gl. ¶ Sed tenendo,qđ habuerit hic speciale mandatū non esset expediens in contrario.d.c.innotuit. & hæc procedūt in procuratore actoris petente resti.in integ. Sed procurator rei contra quē petitur restitutio, bñ admittet ad defendendū reū cōtra dictā causam restitutionis si ne speciali mandato. l. qđ si de speciali. ff. de minori. ¶ In ea.ibi.l.si actor quatenus.ibi dr, ꝙ curator potest ꝓsequi lit.appel. potest dici fm Ioan. And. & Inno.qđ ibi loquit in administratoribus necessarijs, sicut sunt tutores, & curatores qui intelliguntur habere mandatum a iure plenū,& sic etiā ad petēdum restitutionē, Secus in administratore voluntario,vt est procurator,

9 ¶ †Et per hoc dicit Inno.ꝙ syndicus, & omnes alij q habent legitimam administrationem: & similiter platus ecclesię,licèt non habeant speciale mandatū possunt petere restitutionem in integrum. Sic pater pōt petere pro filio,licèt alij cognati,vel affines nō admittantur sine speciali mandato, vel nisi adolescens sit talis vitæ, qđ merito debeat eius bonis interdici.l. patri & l.illud.cum seq.ff.de mino. Potest etiā dici inquantum.d.l.si actor. dicit procuratorem non posse prosequi appellationē,qđ non ob.quia hic non dicit contrariū sed dicitur, ꝙ pt prosequi restitutionem in integrū, q magis est cōnexa principali negotio q̄ appellatio: qa restitutio pōt peti corā eodē iudice:sed non pōt prosequi appellationem corā eodem iudice.l.præfecti.ff.de mino. ¶ In ea.ibi:locum non habebit appellatio. sup. ꝓpter personā iudicis sentētiantis,qa fuit Papa,a quo non potest appellari,cū nō hēat superiorē.s.de maio.

10 & obe.solitæ.q filij sint legiti.ꝑ venerabilem.† appellatio autem debet fieri de minori ad maiorem: vt legitur no.in l.ij.ff.de appel.Secus dicit Io. And. si per lapsum decem dierū ecclesia fuisset exclusa a potestate appellādi,vt si sententia fuisset lata per talem iudicē, a quo potuisset appellari: sed non fuisset appellatū infra decē dies.facit,qđ habeť.j.de re iudi. qđ ad ꝯsultationē.nam tunc non esset quæstio incidens si peteret fm eum.& ideo non posset tunc procurator restitutionē petere:de qua hic, nisi haberet speciale mandatū,

11 & istud sequit etiā do.Anto.¶ †Et ex prædictis habes, qđ inquantum dictū est supra q̄onem dici incidentē, vt qñ contingit post sñiam ante executionē habet locum, qñ sñia non transiuit in rem iudicatam. secus si transiret:vt hic patet.¶ Et ex prædictis etiam patet, ꝙ aliud vř esse non posse appellare, & aliud sñiam transire in rem iudicatā.Sed certè non video quare magis incidenter videtur peti,qñ non potest appellari ꝓpter prærogatiuam personæ sententiantis, q̄ qñ nō potest propter transitū in rem iudicatā, cum vtrobiq; videaē principaliter peti si illa petitur nulla præcedente vexatione aduersarij. Nec obst.iste tex.quia videtur loqui, qñ petebatur executio sñiæ, qđ videtur innui ex eo, quia Papa hic mandat sententiam executioni mandari, qđ verisimiliter non fecisset si id non fuisset petitū, quia ad commodum partis iudex non interponit officium suum,nisi petatur.s.de elec.innotuit. ad fin.& l. iiij.§.hoc autem.ff.de damno infec. Et cum peteretur executio sententiæ dicebať illam non fiendam: quia ecclesia fuerat læsa propter omissam probationem ꝑscriptionis, ꝓpter quā competebat restitutio ecclesię, & sic etiam petebatur ipsa restitutio. & sic incidenter petebatur tunc restitutio:ideo videtur, quod sine speciali mandato potuerit peti. secus videtur, quando non præcedente aliqua stimulatione aduersarij peteretur restitutio in integrum: quia tunc videtur principaliter peti, ex quò non præcedit quæstio cui dicatur incidere,& sic potest limitari,& intelligi iste text.

Tene tamen menti.dictum glos.& Io. Andr.cum quo transit etiā do. Anto.Et aduerte etiam, ꝙ potestas appellandi a sententia non excludit potestatem petendi restitutionem in integrum, quia remedium restitutionis plenius prouidet quàm appellatio: vt legitur & not.in l.fina.per gloss.& doc. C.si aduer.rem iudi. Secus vbi non plenius ꝓuideret remedium restitutionis,quàm remediū iuris cōis,quia remediū iuris cōis facit cessare remediū restitutionis.l.in causę.la ij.ff.de mino. Posset etiam dici,qđ hic habebat mandatū speciale ad petendam restitutionem:vt dictum fuit.s.fm vnā solutionē.¶ In gloss.effectū sñię.ibi: mandabitur

12 sñia executioni.¶ †No.ex gl.an, & quādo admittātur exceptiones cōtra sñiam ad impediendam executionē. potes ꝯcludere,qđ si exceptio non detrahit sñiæ, nec veniat ad modificationem executionis nō debet admitti velut impertinens. argu.eius, qđ habeť.s.de offi.delega. cum contingat.ad fi. C.de probat.l.ad ꝓbationem. Si autem detrahat sententiæ,vel modificet executionem, tūc si requirat altiorem indaginem nō debet admitti, quia iudicium executiuum sententiæ est summarium, in quo nō admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem.l.iij.§. ibidem.ff.ad exhiben.& not.in l.iiij.§.condemnatum. & l.a diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.per Bartol. Si autem non requirat altiorem indaginem,sed summariè probari possit:& offeratur probatio,tunc si nō est præsumptio cōtra opponentem admittitur exceptio, & impeditur executio. facit,qđ no.per Bart.in d.§.cōdēnatū. d.§.si super rebus.¶ Si autem sit præsumptio veniens contra opponentē, tunc videtur,quod ex quò offertur probatio propter præsumptionē non impediretur executio:sed prętari debet cautio de restituendo,quę medio tempore percipienē occasione ipsius sententię, vt hic videtur probari. Nec obst.qđ nor.Inno.j.de cōcessio.præben.post electionē. vbi videtur velle,quòd præsumptio frustratorij iudicij,seu malitię,videť tolli si offeratur probatio incōtinenti:qa illud videtur verum,quò ad hoc,vt nō repellatur excipiens omnino: sed tamen, quò ad alium effectum illud nō procedit: vt hic patet.¶ In ea.gl.ibi:sed in modum actionis.no. benè ex eo,quod repulsa exceptione ex eo,qa tpe cōgruo non videatur opposita, potest postea agi per viā actionis super eo, quod exceptum. Secus si fuerit repulsa, qa iniusta ꝑ id, qđ habetur in l.quod in diem. §.si rationem.ff.de compensa.facit,etiam ad prędicta, ꝙ not.Bart.in l.j.§.j.ff. qđ vi aut clam. ¶ Potes etiam dicere,ꝙ ratio gl.fit ex eo,quia executio sñiæ fit summariè,vt superius est dictū.& factum in summario iudicio nō habet obstare in plenario. de testi.veniēs. el ij.& per gl.& Inno.c.ij.de ordi.cogni.& eo.titu.c.fin. ¶ Et no.ꝙ glo.videtur intelligenda, quando in modū actionis etiam potest proponi, qđ propositum est in modum exceptionis. ¶ Sed vbi propositum in modū exceptionis non posset proponi in modum actionis, vt si opponeretur exceptio pacti de non petendo, qđ diceretur factum post sententiam, tunc videtur, ꝙ si præsumptio fit malitiosè contra opponentem, ꝙ audiatur ipsa exceptio: sed interim fiunt exceptiones præstita cautione. de qua hic argumen.huius.text.& videtur etiam voluisse domin. Anto.hic. per id, quod supra dixi.circa hanc gloss.post eum. ¶ Et secundum prædicta, etiam videtur debere intelligi, quod habetur in l.satis aperte.C.de fal. ¶ In ea.ibi: nec dicebat. sup.coram Papa, licèt dixerit tempore appellationis, vt patet in dicto capitulo constitutus. ad fin. alleg.in gloss. ¶ Per prædicta habes limitationem ad ca, quæ

13 habenē in d.§.condēnatum. ¶ †In gl.penul.in fi.Not.

bene ex gloſſ.iuncta cum tex.limitatio.ad id, qđ habetur in l.j.C.de in integrū reſti.poſtulata.vbi dicitur ꝙ petita reſtitutione in integrum nihil debet innouari.& ſic non debet fieri executio ſententiæ,quia illud eſt verū regulariter.fallit,quādo eſt præſumptio cōtra petentem reſtitutionem,quia tūc nō obſtāte petitione reſti.fieri dēt executio.præſtita tñ cautione de qua hic.& ſic etiam intelligit Cy.in d.l.j.¶ Alij tamē dicūt quod hic ideo non impeditur executio ſnīæ.quia petebatur reſtitutio aduerſus ſnīam Principis, quæ non datur,niſi per ſupplicationem ,& ſupplicatio non impedit executionem poſt decē dies.& notaṫ.ſ.eo.ex literis . quinimo nec ante , vt ibi etiam nota. licèt vbi petitur infra decem dies præſtari debeat cautio. vt ibi & in auth.;q ſupplicatio.C.de preci.imper.offe. ¶ Vel ſm alios ſpeciale eſt in ſententijs latis a Principe , vt pretextu reſtitutionis petitur nō impediaṫ executio , & ſic ſecus erit in ſententijs aliorum : ſed Hoſtiē.hoc non placet,quia litera hic dixit iure diximus ꝓuidendū. & ſic videṫ ponere ius cōe,non aūt ius ſpeciale in Principe,ſeu Papa. facit,quod habeṫ.j.de re iudi.c.in cauſis . Solutio gl.cōiter tenetur,& illa videtur notabilior,& etiam melior per rationem Hoſt. ¶ Alij dicere voluerunt,quod ad contrariū.d.l.vnius.C.de in integ.reſti.poſtu.l.nihil nouari debere. quod illa procedit de iure ciuili:ſed hic loquiṫ de iure canonico. Sed iſta ſolutio non placet , quia in dubio debemus iura iuribus concordate ſi fieri poteſt.c.cum expediat . de elect.in vj. & in §.quibus . in j.conſtitu.C.alij vero vt Bart.in l.defendente.ff.de auto.tuto.dicunt , ꝙ ſi euidens eſt cauſa reſtit.& ſic de facili poteſt probari , tūc impediretur executio ſnīæ. & ſic intelligatur.d.l.vna. ſecus ſi non ſit euidens,quia tūc non impeditur executio ſententiæ. ¶ Sed certè hæc ſolutio vṙ cōtra.d.l. vnā. quæ ſimpliciter dicit,petita reſtitutione in integrum nihil debere innouari. & tamen certum eſt cauſam reſtitutionis durare vſq; quadrienniū.l.fi.C.de reſti.in integ. Et ſic videtur procedere,etiam ſi de facili nō poſſit probari cauſa reſtitutionis.¶ Alij vero,vt d. Flo.hic dicunt,ꝙ hic loquitur , quando reſtitutio fuit conceſſa,patet ex litera, dum dicit,diximus indulgēdam,ſed in contrario,ſeu in d.l.vna erat petita , & nō conceſſa . ¶ Sed huic ſolutioni fortiter obſtat, quia ſi reſtitutio hic erat conceſſa,videtur per conſequens ꝙ ſit reſciſſa ſententia.& ideo videtur,ꝙ nullo modo debuerit mandari executioni , & multominus q̃ quādo eſt petita, & non conceſſa. Sed ipſe reſpondet , quod hic non fuerit ſimpliciter, & totaliter reſciſſa ſententia:ſed ſolum fuit data reſtitutio ad ꝓbandū p̄ſcriptionē omiſſam, ſeu p̄ſcriptionis ꝓbationē : & ſcđm aliquos dicit hoc eſſe ſpeciale in Papa,quia alius nō videtur hoc poſſe ex eo , q̇a ſententia tenet de iure cōi videṫ, ꝙ ſit mandata executioni , nec debet retractari prætextu nouarum probationū.j.de re iudi.inter monaſterium.Si vero venit reſcindenda de iure ſpeciali. & tūc ſm eum reſpectu eiuſdem.c.non poteſt ꝓ parte reſcindi , & ꝓ parte non.facit.l.in hoc iudicio.ff.fami.erc. licèt reſpectu diuerſorum ſic . Secus facit,qđ hṙ.j.de teſta.in c.Raynutius. ſed certè iſte intellectus non videtur literæ conformis,& dum dicit,iure diximus prouidendum . & ſic videtur litera velle , quod iſta prouiſio huius.c.fuit facta de iure communi.& ſic non ſit ſpeciale in Papa . & hoc tenendo potes dicere quòd in inferiori iudice haberet locum hęc decre.Nā poteſt primo concedere reſtitutionem aduerſus probationem omiſſam . & iſta erit quaſi præparatoria ad reſtitutionem cōcedendā cōtra ſnīam,ſi cōtingat poſtea probari præſcriptionē.facit,qđ dixi in c.ij.& c.iij.

& qđ in eis no.per Inno.& Io.An.ſ.eo.tit. vñ licèt poſtea prima reſtitutio ſit conceſſa , ex quò non eſt conceſſa probari poterit fieri executio ſnīæ,ſi ſit præſumptio contra petentem reſtitutionem,quæ præſumptio ex circunſtantijs poterit probari,vel apparere. per ea , q̄ habentur in c.ij.de renun.in vj.& facit,quod not.in ſimili in §.Fulcinius.§. q̇d ſit latitare.ff.ex qui.cau.in poſ.eatur.& per Dy.in regula pro poſſeſſore.de regu.iur.in vj.& iſtam opi.vṙ ſequi ipſe idem.do.Flo. in ad di.ſuis.¶ Et no.bene hunc intellectum , q̇a ſi data eſt reſtitutio aduerſus probationē omiſſam,vṙ prima facie,ꝙ eſſet pręſumptio pro petente reſti.& ſic,licèt nōdum ſit cōceſſa reſtitutio ꝯtra ſnīam , videṫ,ꝙ debuiſſet impediri executio.Sed potes dicere,ꝙ licèt eſſet dicta præſumptio de cauſa, tamen fortè ex alijs circunſtantijs erit præſumptio malitiæ contra petentē.¶ Et poſſet dici ſm vnā opi. ꝙ hic fuit data reſtitutio aduerſus omiſſam probationem nulla facta probatione , vt voluit ſentire Spe.e.titu.§.ij.ver.illud.in ſecunda parte Spe.& tetigi in c.ij.& iij.eo.¶ Vnde nimirum tunc ſi non magna reſultabat præſumptio ex tali conceſſione reſti.tamen ex alijs circunſtantijs erat præſumptio malitiæ.¶ Et ex prædictis,& his , q̄ dicta fuerunt in c. ij.ſ.eo.videtur poſſe notari duplex practica, qñ omiſſa fuit probatio:& poſtea lata fuit ſnia vna , qđ primo petatur reſtitutio aduerſus probationem omiſſam, & demum contra ipſam ſnīam,vt hic colligitur ſm ea,q̄ ſuperius ſunt dicta.& facit,quod dictum fuit in d.c.ij. & iij.¶ Alia practica eſt, qđ petatur ipſa reſtitutio aduerſus ipſam ſnīam . & ſic fieri poſſit poſtea probatio probationis omiſſæ. & iſtam videnṫ ſentire do.legiſtæ & præcipuè Butri.in d.l.ab hoſtibus.§.ſed,qđ ſimpliciter.ff.ex qui.cau.ma.& etiam Inno.in d.c.j.ſ.e. ¶ † Extra glo.poſſet dubitari,an ſi aliquis obtineat condemnationem expenſarū ex eo,quia obtinuit tres ſententias abſolutorias, an ſi petatur reſtitutio, poterit cogi ad cauendum de reſtituendis expenſis ſi cōtingat obtineri in reſtitutione petita , videtur qđ ſic per iſtum tex. ſed contrarium tenēt dñi de Rota ſua ꝯcluſi.cccc. xl.xxiiij.mouenṫ,q̇a ille,qui obtinet executionē ſnīæ ſuper expenſis , nō obtinet ipſas expenſas ſimpliciter ratione ſententiæ: ſed rōne præſumptionis calumniæ vel temeritatis.facit , qđ habetur.j. de pęnis calūniā. ff.de iudi.in l. eum quē temerè. & per hoc habes vnā limitationē ad decre.Secundo limitat decre.procedere,quando quis obtinet executionē in re ab alio poſſeſſam,ſecus vbi feratur ſnīa pro poſſeſſore:quia tunc ſi peteṫ reſtitutio,non teneṫ ille contra quē petitur cauere de reſtituenda.¶ † Tangit etiam quid ſi lata ſnīa quę tranſiuit in rem iudicatam aliquis petat reſtitui ad appellandum:& interim fiat executio:an poterit retractari ꝑ viam attentati.d.de Rota cōcluſi.ccccxxxv. tenent,qđ non:ex eo , quia executio fuit legitimè facta.per iſtum tex.qđ videtur intelligendum , qñ præſumptio erat contra petentem reſtitu.per ea,quæ habentur in glo.penul.& ſuper ea. & quia ſi remediū reſtitutionis aduerſus ſnīam,non impedit executionē , multominus remedium reſtitutionis ad appellandū , qđ intelligit do.Ant.procedere,quādo executio facta eſt ante reſtitutionem . ſecus ſi fuit facta poſt reſtitutionem datam ad appellandum.& ſic poſt appellationem , vel pendente tempore dato ad appellandum. ꝑ id,quod habetur de appel. non ſolum.lib.vj.¶ † Et ex prædictis nota.differētiam inter appellationem,& reſtitutionem in integrum : quia vbi facta eſt executio pendente appellatione, vel tempore dato ad appellādum poteſt peti reſtitutio per viam attētati. Secus vbi facta eſt ante reſti.petitam : licèt intra tempus illā petendi:vt

14 (margin, beside "ter.ff.ex qui.cau.ma.") · 15 (margin, beside "cauere de reſtituenda") · 16 (margin, beside "id,quod habetur de appel.")

tendi: vt patet ex prædictis. de quo etiam per Io. And.
in addi. Spe. in tit. de suppli. §. differt. & ratio diuersita
tis est, quia appellatio est remediũ iuris communis.
ideo potentius agit, q̃ remediũ rest. quod est remediũ
de iure speciali. In supplicatione autẽ, quę fit aduersus
sñiam Principis, vel Papæ, q̃a propter autoritatẽ sen-
tẽtiantis sentẽtia habet magnã præsumptionẽ pro se:
ideo ibi fit executio etiam illa pendẽte: vt dictum fuit.
s̃. eo. ex literis. & tãgit Io. And. in d. §. differt.

SVMMARIVM.

1 *Mora purgari debet infra modicum tempus.*
2 *Citatus peremptoriè non potest post lapsum peremptorij petere dilationem.*
3 *Citatus vt compareat instructus, qualiter debeat comparere.*
4 *Exclusus per viam iuris communis potest venire per viam iuris specialis. & nu. 6.*
5 *Ad restitutionem petendam requiritur speciale mandatum.*
7 *Quadriennium datum ad petendam restitutionem, quando ecclesia, vel minor lęditur propter lapsum termini peremptorij, quando incipiat currere.*
8 *Restitui an possit ecclesia aduersus interlocutoriam, per quã facta fuit iniustitia ecclesiæ.*

a COram. Post peremptoriũ, de iure cõi
non auditur ecclesia. audit̃ tñ
per beneficium restitutionis in integrum.
hoc dicit. Et primo narrat factum. Secun
do interloquitur. sec̃a ibi: nos autem. ¶ In text. ibi: as-
signatus. sup. in quo cum actis, & alijs munimentis
corã Papa se præsentet sñiam audituri. ¶ Itẽ ibi: inter
eos. sup. & etiam contra eos de iure cõmuni denegan
do: vt etiam tangit gloss. ¶ Not. q̃ per lapsum triennij
peremptorij statuti ad aliquid producendũ, videtur
q̃ de iure communi, quis non debeat audiri, qđ videt̃
intelligendũ, quando nõ comparet infra modicũ tp̃s
post peremptoriũ. Abb. videtur, qđ audiri deberet per
istũ tex. a cõtrario sensu, & per id, qđ habetur in l. & si
post tres. ff. si quis cau. & istud etiam videtur hic velle
Hosti. & Io. And. & per illã. l. & si post tres. videtur ẽt
hoc limitandũ, quando non est ius factum aduersarij
deterius post lapsum p̃emptorij, aliter secus p ea, q̃ ha
bent̃ in præalleg. l. & si post tres. Et cũ p̃dictis limita-
tionibus, vr̃ qđ intelligi debeat glo. valde notabilis, q̃
hr̃ in cle. sæpe. in verbo non obstante. de verbo. signi.
& qđ no. Cy. l. si ea. C. q. accu. non poss. Et ad p̃dicta ẽt
1 facit, q̃ † purgatio moræ debet fieri infra modicũ tp̃s:
s̃m ea q̃ habent̃ in l. si ita quis. §. Seia. ff. de verb. obli.
& plenè not. p Bart. eo. tit. si insulã. & sec̃m prædicta,
etiã vr̃ limitandum, qđ not. Bart. in l. mancipiorũ. ff.
de optio. lega. & facit, qđ dixi in c. licèt causam. j̃. de
2 proba. † ¶ Item no. q̃ citatus peremptoriè non potest:
postea post lapsum peremptorij petere dilationem
ad instruendam causam de iure communi: sed solum
per viam restitutionis, si hoc suadeat qualitas perso-
3 næ. ¶ Et not. quòd † citatus, vt compareat instructus
debet comparere cũ attestationibus hoc est testibus
receptis, & cum alijs munimẽtis hoc est iuribus, seu
instrumẽtis habentibus munire, seu iuuare ipsam cau
sam, non tenetur tamen testes recipiẽdos secum duce
re: vt not. gloss. in c. cupientes. in §. si vero. de elect.
4 in vj. ¶ Item not. quod † exclusus per viam iuris com
munis, potestq; venire per viam iuris specialis. Et sic p̃-
hibitum vna via, conceditur alia, quando via est so-
5 lum prohibita. de quo in gl. fin. ¶ Item not. quod † ad
petendam restitutionem requiritur speciale manda-
tum, quod est verum, quãdo principaliter petitur, se-
cus si incidenter: vt dictum fuit in capitu. præcedenti.
& dicitur incidenter peti: etiam quando petitur post
sententiam infra tempus datum ad appellandum: vt
voluit Ioan. Andre. & etiam gloss. in c. præcedenti.
Et etiam sequitur domi. Anto. & domin. Florian. de
quo tamen dicendum: vt ibi dixi. Vnde videtur, quod
in tex. isto ex abundanti fuit dictum de speciali man-
dato, cum videatur incidenter petita restitutio. ¶ Ali-
qui tamen dicunt hoc verum, quãdo petitur infra de-
cem dies a die datę interlocutoriæ. secus si postea, q̃a
fortè ista nõ est vera, quia ex quò hẽt prosequi in cau-
sa, licèt lapsum sit tempus decem dierum: quia non
potest commodè procedere, videtur q̃ incidenter di-
citur peti. & qđ dixi. s̃. c. p̃xi. videt̃ procedere post sen
tentiam diffinitiuã, vel quando esset interlocutoria, &
non expectaret illam sententiam post se. ¶ Item not.
quod solus prælatus non videtur constituere procura
torem in causa ecclesiæ, etiam si fuerit litem contesta
tus, quod videtur contra ea, quæ habentur in l. neq;.
& l. nulla. C. de procur. Nam per contestationem vi-
detur factus dominus litis: vt in c. j. & ij. infra eodem.
lib. vj. ¶ Sed dic s̃m Ioan. Andr. q̃ hic Archiepiscopus
erat in iudicio de consensu capituli: q̃a causa erat cõ-
munis Archiepiscopi, & capituli, & erat ardua. & iõ
solus non potest constituere procuratorem. facit, qđ
no. s̃. de rescrip. edoceri. & quod dictum fuit in c. j. de
procura. An autem requiratur speciale mandatũ ad
petendum restitutionem, cum fuit expediens. tangi-
tur cum gl. pe. ¶ In gloss. j. in fi. & facit, quod habetur
in c. duo simul. s̃. de offi. ordi. ¶ Aduerte tamen, quod
quatuor principales Patriarchę. de quibus. j̃. de priui.
antiqua. habent certa priuilegia, quę alij non habent.
de quibus in d. c. antiqua. ¶ In glo. mandatum. in fi. &
plures alios casus vide per glos. in c. qui ad agendum.
de procu. in vj. An autem sufficiat, quod quis habeat
mandatum ad petendam restitutionem in integrum.
cum fuerit expeditus, licèt non specificetur causa in
qua habeat peti. Cy. in l. j. C. etiam per procura. resti.
causam tractari posse. tenet, quod non. Sed contratiũ
tenuit Barto. in l. filius. ff. de donatio. per illam. l. Nam
ex quò in fauorem concedentis mandatum habet pe
ti ipsa restitutio, sufficit quod sit speciale mandatum
datum ad restitutionem petendam: licèt nõ exprima-
tur causa, in qua habeat peti per prædictam. l. filius. &
quod ibi habetur in simili. de quo plenius per Bart. in
6 d. l. filius. ¶ † In glo. fi. in fi. & de materia per glo. in re-
gula. quod cum vna via. de regu. iur. in vj. vbi patet, q̃
quando prohibitio est simplex: tunc prohibitum vna
via, non debet concedi alia: sed vbi prohibitio non fit
simpliciter, sed respectu certæ viæ. tunc non intelligit̃
esse p̃hibitum respectu alterius vię. & ita hic, q̃a licèt
prohibetur de iure communi, tamen admittitur de iu
7 re speciali, quia alia est via. ¶ † Extra gloss. tangit hic
Inno. a quo tempore incipiat currere quadriennium
datum ad restitutionem petendam in casu isto, qñ ec
clesia, vel minor ledatur p̃pter lapsum termini perẽ-
ptorij. & concludit, quod incipit a fine ipsius termini
statuti ad comparendum. & sic a tẽpore lapsus ipsius
termini, & non a die latæ sententiæ. ¶ Mouetur, quia
finito termino, completa fuit lęsio, quod patet, q̃a nul
la sequeretur sententia, nihilominus daret̃ restitutio
contra talem læsionem. facit, quod habetur. s̃. c. ij. &
iij. ¶ Refert tamen, qđ alij dixerunt quadrienniũ com
putari a die sententiæ, & q̃ sufficit contra sententiam
petere restitutionẽ. arg. l. iij. §. j. ff. de mino. Sed prima
opi. placet Inno. per rationẽ superius allega. ¶ Fateor
tamen, quod cautè faciet lęsus in omissione probatio
nis, & in sentẽtia, si petat se restitui aduersus vtrũq;.
& hoc etiam sequit̃ glo. in cle. j. hoc eo. ti. & facit, qđ

a Post p̃emptoriũ. Eodẽ modo sũmat do. Abb. hoc. c.

no.Ioan.And.& Archi.in c.j.& ij.ĩ.ſo.lib.vj.Sed ad-
uerte, qđ dictũ Inn.põr dupliciter intelligi inquantũ
dicit,ꝙ nõ incipit a die ſnĩæ: ideo poteſt intelligi,ſcili
cet interlocutorię,per quã ſtatutus fuit ipſe terminus
peremptorius. & de iſta videtur loqui Inno.ſi ponde-
rentur eius verba. Poteſt etiam intelligi de ſententia
diffinitiua poſtea ſubſecuta. ſm primum intellectũ,
videť obſt.qđ habeť in l.j.§.biduum.ff.quando appel.
ſit.canonizata.ij.q.vj.c.biduum. & quam habetur.ĩ.
de re iudi.qđ ad cõſultationē. in quibus patet,qđ tp̃s
datum ad appellandum currit a die ſnĩæ latæ ſub con
ditione,vel in diē,non a tpe euenientis conditionis,
vel diei.& ſic eodem modo videtur dicendum,qđ tē-
pus datũ ad reſtitutionē petendã,currit a die latę ſnię
interlocutorię,per quam terminus peremptorius fuit
ſtatutus.Sed poteſt reſponderi,quod ſententia nõ de-
bet ferri ſub conditione, licèt lata tenuerit.d.§.viden
dum. & ideo eoipſo,ꝙ fertur ſub conditione videtur
pars grauari,ſed ſecus in termino peremptorio, quod
benè poteſt per iudicem ſtatui.ĩ.eo.cum ex literis. &
ff.de iud.l.nonnunq̃.& ideo per ſtatutionem triennij
non eſt læſus,niſi omiſit probationes facere. ¶ Circa
ſcđm intellectum aduerte, quia dñi de Rota in con-
cluſione.clx.dicunt, quod etiam non ꝓcedit dictum
Inno.qñ ſecuta eſt ſnĩa diffinitiua: ex eo,quia ſi appel
laretur ab illa,poterit in cauſa appellationis non pro-
batum probari, iuxta.l.per hanc.C.de temp.appel.&
ſic tp̃s peremptorij termini non conſummauit læſio-
nē:imo nec prima ſentētia ſecuta,ex qua eſt appella-
tum.Et idē dicunt de ſecunda,ſi appellatur ab illa.Et
ſic tunc ſolum tertia ſnĩa cõſumabit læſionem. & eo-
dem modo ſm eos prima ſnĩa cõſummabit læſionē,ſi
nõ fuerit ab illa appellatũ, & ſic currat tp̃s ad petēdũ
reſtitutionē a die ipſius diffinitiuæ, & nõ a die lapſus
termini.Fatetur tñ,qđ de cautela eſt,ꝙ petatur reſtitu
tio aduerſus ſnĩam,& dicunt,ꝙ eſt de ſtilo curiæ,& ſe
cundum ipſius æquitatē,etiã poſt concluſionē in cau
ſa ꝓphana, admittiť qs ad ꝓbandũ per inſtrumenta,
& ꝑ literas.d.Ant.hic cõcludit,ꝙ ſi terminus nõ ſit ta
lis,qui excludat facultatē ꝓbandi, etiã de iure cõi qs
auditur,& nõ eſt locus reſtitutioni.Si vero eſt talis ter
minus q̃ excludat facultatē ꝓbandi,tunc ſi quis velit
integrari ad probãdũ in eadē inſtãtia,oportet ꝙ petat
reſtitui aduerſus locũ termini, nec ſufficeret petere re
ſtitui ſe aduerſus ſnĩam diffinitiuã poſtea latã.& ſic ēt
aduerſus vtrunq; deberet peti reſtitutio.Facit, qđ ha
tur in ſimili licèt ipſe non alleget in cle.ſi ante.de do-
lo & contu.& c.dilecto. de appel.in quibus patet,qđ
licèt appellatum ſit ab interlocutoria, poteſt etiam
appellari a diffinitiua poſtea ſubſecuta. ¶ Si verò
non curat quis reintegrari ad probandum in eadem
inſtantia, tũc ſufficit petere reſtitutionē in integrum
aduerſus ſententiam diffinitiuam. Nam ſi poſtea pro-
cedat nouam inſtantiam inchoando,non obſtabit la-
pſus termini,qui fuit ab alia inſtantia,prout etiam vo
lunt ſentire domini de Rota in ſua concluſione prę al
leg.inquantum volunt, quod in cauſa appellationis
poſſit fieri probatio non obſtante lapſu termini perē-
ptorij,qui fuit in principali cauſa. facit,quod conſue-
uit dici in c.fraternitatis. & c.innotuit. & c.cũ veniſ-
ſent.infra de teſti.¶ Vlterius quærit Innocē.An dan-
da ſit reſtitutio prædicta indiſtinctè, concludit quod
nõ.ſed præmiſſa ſummaria cognitione,in qua quære-
tur,an petens reſtitutionem habeat aliqua inſtrumen
ta neceſſaria,vel vtilia,quæ dicat omiſiſſe. facit,quod
8 habetur.ſupra in c.ij. ¶ † Vltimo quærit Innocen.qđ
ſi facta fuerit eccleſię iniuſtitia per aliquam interlocu
toriã,an poterit eccłia reſtitui aduerſus illã. & cõclu-
dit qđ non ſemper reſtituetur,quia ſi per interlocuto-
riam repellatur exceptio dilatoria:puta,exceptio ſpo-
liationis,vel ſuggeſtionis falſi, vel excõicationis, vel
ſimilis exceptionis quę non inducta ſit in fauorē petē
tis:ſed in odium aduerſarij.Nã tũc nõ reſtitueť eccłia:
vñ tũc imputabit ſibi eccleſia ſi infra decē dies nõ ap-
pellauit: quia poſtea non audietur ſi petat ſe reſtitui:
quia non videtur aliquid perdere, nec etiam magno
incommodo affici: & ideo non debet dari reſtitutio,
q̃a nõ datur pro modica læſione.ff.de reſtit.in integ.l.
ſcio.& in l.non omnia.ff.de mino.& facit,quod habe
tur. in l.cum quidã.§.ſi pupillo.ff.de vſu. & ꝙ non af-
ficiat magno incõmodo patet ſm eũ, quia ita manēt
cut authoritate superioris potest compromitti in cle-
ricum,& laicum de re spirituali,vt hic patet: eadē ra-
tione videtur, ꝙ possit per superiorem committi cau-
sa spiritualis clerico, & laico,licèt non laico tantum,
arguendo de arbitro ad delegatum,quòd videtur lici-
tum per id,quod habetur in ca.vno delegatorum. su-
19 pra.de offi.dele.¶†In eadem in fi. potes concludere,
ꝙ vbi est datus delegatus ad exequēdū, quòd poterit
compellere,& etiam exequi : sed vbi est delegatus ad
causam:& illa pendēte fit compromissum: videtur ta-
men, ꝙ non expiret potestas delegati in causa princi-
pali,vt patet ex his, quæ habentur.infra eodem c.pe.
& facit,quod habetur.supra de offic.dele. suspicionis
videtur,ꝙ si arbitri non procedāt,ꝙ & altera pars ade-
at iudicem delegantem,vt compellat arbitros, ꝙ pos-
sit compellere:quia ex quò commissa est cognitio cau
sæ ipsi delegato, videtur ꝙ intelligatur etiam commis
sum,vt possit remouere impedimentum,per quod im
pediatur cognoscere.argu. capitu. præterea ex literis.
& c.suspicionis.de offi.dele. & hoc tenet hic d. Anto.
glo.tamen videtur velle contrarium,& videtur, ꝙ me
lius, quia cogendo arbitros non tolleretur impedimē
tum,imo potius induceretur : quia si causa finiatur ꝑ
arbitros,non erit expediens finire per iudicem delega
tum:nec ob.c.suspicionis. quia loquitur in arbitro in
causa suspicionis dato, quo casu delegatus qui fuit re
cusatus bene potest cogere arbitrum datum in causa
suspicionis ad illam finiendam , quia per illam pote-
rit aperiri via suæ iurisdictionis, si pronuntietur cau-
sam non esse veram , vel minus legitimam, quæ ratio
cessat in casu nostro.& ideo videtur, qd᷑ ordinarius sit
adeundus,& non delegatus in casu de quo loquimur,
vt voluit gl. Quod autem non exequatur sententiam
arbitrorum quasi non est delegatus ad executionem
est clarum,vt voluit gl.& bene facit, quod habetur in
capi.si quando. supra de offi.dele. vbi etiam tangitur,
an delegatus poterit exequi transactionem coram se
factam de quo dicendum,vt ibi tangit etiam hic Ioā.
And.post Innocen.& Hostien. quia litera dicit agi ad
interesse,de quo interesse debeat intelligi dicit Inno.
ꝙ de interesse expensarum, quas corā arbitris fecit,&
non rei in qua condemnatus est reus: quia secundum
eum non interest vincentis,si non erat sua,vel sibi de
bita. Si autem sua erat adhuc non interest secundum
eum:quia etiam post sententiam arbitri sua remanet,
etiam si contrariam sententiam reportauerit, & non
obstante sententia ipsam petere poterit.allegat.ff. eo-
dem in l.si quis rem.Hostien.vero simpliciter intelle-
xit literam de omni interesse,per id, quod habetur in
c.relatū. el ij.infra de testa.& sic videtur, ꝙ etiam si in
tersit sua rem ipsam habere, quod etiam tale interes-
se veniat. facit,quod habetur in l.diem proferre.§. fin.
20 ff.eodem.¶†Vltimo tractat hic Ioan.And.de istis di-
ctionibus at si, & sed si,nam aduersatur præcedētibus
in iure,& in facto:sed vbi dicitur,sed & si,& sic cū co-
pula.tunc aduersant in facto,& non in iure,& de hoc
habent legistæ in l.ij.§.sed,& fortius.ff.ne quis eum,q
in ius non erat vi eximat.& hæc procedunt,nisi aliud
appareat ex præcedentibus,vel sequentibus:facit, qd᷑
habetur in l.si seruus plurium.§.fina.ff.de leg.j.

SVMMARIVM.

1 *Compromitti, an possit in iudicem ordinarium.*
2 *Compromissum quomodo formetur.*
3 *Laudum in lata significatione potest dici sententia diffinitiua.*
4 *Citari debet pars ad audiendam sententiam laudi.*
5 *Electio fieri non debet lite pendente inter duos se prætendentes electos altero eorum mortuo donec de iure superstitis discussum fuerit, & si alia fieret deinde electio superstitis pronuntiaretur nulla, an talis electio facta lit. penden. esset nulla. & numero.9.& 10.& 11.*
6 *Morte alterius compromittentium finitur compromissum, & numero 16.*
7 *Sententia arbitri stari debet etiam si sit iniqua, secus in sententia iudicis.*
8 *Iuramentum seruandum est tam in foro ciuili, quàm canonico.*
12 *Inhibitio vbi a iure non permittitur, iudex non potest per suam inhibitionem inualidare actum.*
13 *Acta facta inter mortuum, & superstitem, non faciunt fidem contra surrogatum loco mortui.*
14 *Arbiter non potest dare titulum non habenti.*
15 *Compromitti potest super matrimonio spirituali: secus in matrimonio carnali.*
17 *Acta facta coram arbitro, an faciant fidem coram ordinario: an habeat cognoscere, & pronuntiare ex nouis actis.*
18 *Arbiter an possit ad sententiam procedere, si pars in termino non compareat.*
19 *Cōfirmatus in beneficio sibi habuit possessionem & postea per negligentiam cecidit a pos. an habebit aliquod remedium.*



X parte tua. Morte alteri⁹ cō-
promittentiū fini
tur compromissum.hoc dicit.Et in pri
ma consultatio. in secunda responsio.
1 secunda ibi : quapropter. ¶†Not. j.
quod de iure canonico potest in iudi-
cem ordinarium compromitti, vt videtur probari hic
plenè,& tangit gloss.fin.de quo dictum fuit. supra eo-
2 dem.cum tempore.¶†Item no. vnū modū firmādi cō
promissum,videlicet fidei ꝓmissione.facit,qđ hr̄ in d.
3 c.cū ppe.& s.qd᷑ met.cau.ad aures.¶†Item not.ꝙ lau
dū in lata significatione appellari potest sentētia dif-
finitiua. Strictè autem loquendo non videtur pro-
priè sententia,cum ex ea nō detur actio.l.j.C.eodem.
Sed potius dicitur laudum, vel arbitriū: potest tamen
appellari sententia diffinitiua,quia arbiter agit diffini
re quæstionem : facit, quod habetur in l.j.ff.de re iu-
4 dic.& in l.qualem. ff.de arbi. ¶†Item nota , quòd ad
instar iudicis videtur,quòd pars sit citanda ad audiē-
dam sententiam laudi ferendam per arbitrum,vel sal
tem sit statuendus terminus ad comparendum, quod
habeatur pro citatione peremptoria : facit, quod not.
gloss.in c.consuluit.de offic.deleg. & quod not.in l.ij.
5 C.quomodo,& quando iudex. ¶†Item no.quod lite
pendente inter duos se prætendentes electos , altero
mortuo non potest ad aliam electionē procedi anteq̄
sit discussum de iuribus alterius superstitis. Et licèt
olim de hoc esset dubitatio, an valeret electio facta
lite pēdente, si contingeret postea electionem super-
stitis pronuntiari nullam : tamen hodie est expres-
sum, quòd ipso iure statim esset nulla talis electio fa-
cta lite pendente,vt est expressum in capitulo primo,
& secundo.vt lit.penden.in vj.Et not.etiam,quòd iu-
dex potest inhibere ne ipsa lite pendente ad aliam ꝓ-
cedatur. Et sic videtur, quod si contra fiat retractari
debet electio ex multiplici capite. Primo, quia facta
est non cassata prima super quo lis pendet:facit quod
habetur. supra de elect. consideramus. & capitulo
auditis. secundo,quia facta contra inhibitionem iudi
cis:tertio,quia facta,& attentata lite pendēte:de quo
tangetur cū glos.iij.Et not.benè,ꝙ non cassauit Papa
statim electionem factam lite pendente : & Ideo erat
dubiū olim,an ꝑꝑ solā litis pēdentiā deberet dici nul
la,vel retractari: an vero deberet retractari demum si

appareret ſuperſtitem habere ius.¶ Sed hodie hoc eſt
deciſum,vt dicto c.j.& ij.vt lite pẽdente.in vj. & facit
6 quod dicetur ſuper gloſſ.iij.¶ † Item not.quòd mor-
te alterius litigantium finitur compromiſſum . facit
c.fin.infra eodem . remanete tamen videtur poteſtas
ordinaria, per quam iudex poteſt finire quęſtionem,
quæ coram eo, vt arbitro vertebatur. An tamen ex
nouis actis habeat finire: an vero poſſit etiam ex actis
habitis coram eo,vt arbitro. tangetur inſerius in glo.
antepe.vel ſuper gloſſ.fin. An autem Archiepiſcopus
in caſu decretalis poterat procedere, vt arbiter, & vt
ordinarius,dicunt quidam, quòd ſic, vt tetigit Inno-
cen.vnde dicunt diem aſſignabat, & ſententiare vole
bat, vt arbiter, & vt ordinarius . Sed domi.Anto.hic
dicit, quod non credit, quod huiuſmodi poteſtates
ſint impaſſibiles, quò ad hoc, vt ſuper eodem in eo-
dem inſtanti procedat,vt iudex.& vt arbiter.per ea,q̃
habentur in l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbit. Vbi
7 patet † quod ſententiæ arbitri ſtari debet etiam ſi ſit
iniqua . ſecus in ſententia iudicis.l.j.& per totum.ff.
de appe. & ſic ſurgeret quodammodo quædam con-
trarietas,ſcilicet,quod deberet ſtari ſententiæ, & non
deberet ſtari . Quia inquantum eſſet ſententia arbitri
deberet ſtari, Inquãtum eſſet ſententia iudicis neceſ-
ſario non deberet ſtari,vt patet ex prædictis.¶ Et pro
prædictis etiam allegat,quia arbitraria poteſtas inclu-
dit ſolam notionem, & non iuriſdictionem.l.ait præ-
tor.ff.de re iudi. Secus in poteſtate iudicis,quæ ꝓ ſup-
ponit iuriſdictionem in iudice.l.j.& l.mora.ff.de iuriſ
om.iudi. Fatetur tñ,ꝙ in caſu decre.quam per mortẽ
alterius compromittentium finitũ erat compromiſ-
ſum nõ potuit ꝓcedere,vt arbiter vt dicitur in litera,
Et iõ fuit neceſſe, ꝙ ſi vult ꝓcedere ad diffinitiuã ꝓ-
cedat,vt iudex. facit, quod habetur in gloſſ.fin. ¶ In
gloſſ.ij.in fin.& idem not.in d.c.non ſine. & c.cum tẽ
pore.& hoc etiã tenuit Spe. in tit.de arbitris,§.fi.ver.
8 hoc aũt certũ. ¶ † Et intellige,ꝙ ſeruandũ eſt iuramẽ-
tũ etiam in foro ciuili nedum in foro canonico, quia
in materia iuramẽti velut ſpirituali ſeruari debet ius
canonicum,ſi contradicat iuri ciuili,etiam in foro ci-
uili.vt hr̃ in c.licèt mulieres.de iureiur.in vj.& j̃.de iu
reiuran.cum contingat. & facit, quod no.per gloſſ.in
l.j.C.de ſec.nup.& in §.fi.inſtit.de gradibus.cog.& in
regula poſſeſſor.de reg.iur.in vj. Et qđ no.per Io.An.
& Io.Cal.in c.j.j.de no.ope.nũtia. & per Legiſtas in l.
priuilegia. C.de ſacroſan.ecc. ¶ In gloſſ.curaſti.in fi.
& dicunt quidam procedere, quod dicit gloſſ.vt hic
9 refert Innocen. etiam dato † quod electio huius ſup-
ſtitis eſſet nulla,niſi euidenter hoc appareret, ꝙ eſſet
nulla.allegant,quod hr̃.s̃.de elect.bonæ.el j. & c.ↄſi-
derauimus.quod dicit do.Ant.poſſe ſuſtineri,qñ pri-
ma haberet aliquẽ colorẽ, ita ꝙ nõ appareret de toto
caſſata a iure, vel ab hoĩe.recitat tamen Innocẽ.alios
dicere, quod valet ſecũda prima nõ caſſata ſuper qua
lis pendet,niſi a pte conſtet de ipſius validitate.alle.s̃.
de elect.dudum.& c.auditis.& pro iſta opinione facit
Innocen. quia ſi verum eſſet,quod ſecunda non tene
ret facta prima non caſſata lite pendente ſup ea. Papa
veriſimiliter hic ſtatim caſſaſſet ſecundã, quod tñ nõ
fecit . ¶ Et ex prædictis patet,ꝙ ſm̃ hæc tempora erãt
opiniones.An ſecunda electio facta prima non caſſa-
ta,& lite pendẽte ſuper ea, valeret: hodie aũt eſt expe
ditum per c.j.& ij.vt lit.pen.in vj.vbi eſt expreſſum,
ꝙ non poteſt procedi ad ſecundam pendente lite ſup
prima, & ſi ꝓcedat ipſo iure eſt nulla.do. Ant.hic pro
declaratione tex.& gl.dicit tria eſſe vidẽda,primo,an
eoipſo iure, quòd aliqua electio appareat etiam ſi lis
non pendeat poterit procedi ad aliam ipſa non caſſa-
ta . Secunda, an ex ſola pendentia litis ſuper prima
infringatur ſcđa ſi fiat lite pendente ſuper ipſa prima.
Tertia, an ex viribus inhibitionis annulleẽ electio in
caſu huius decreta. & ſic patet, ꝙ conſiderari pōt tri-
plex cauſa inualiditatis, prima propter ipſam electio-
nem ſimpliciter conſideratam. ſecũda propter litis pẽ
10 dentiam ſuper illa . † Tertia propter inhibitionem iu-
dicis.Circa primam conclude,ſi quæritur,an ſecunda
electio ſolum inualidetur propter ſubſiſtentiam pri-
mæ:quia ſi prima non erat nulla ipſo iure, ſed venie-
bat caſſanda tunc planum eſt,quod ſcđa non valet ſa-
cta prima non caſſata.s̃.de electione.conſiderauimus.
¶ Si autem prima eſſet ipſo iure nulla tunc concludit
hic do.Anto. quod ſi nullum habet colorem,& ſic eſt
caſſata ex toto a iure, vel ab homine,tunc valebit ſe-
cunda etiam ſi fieret ex interuallo.s̃.de ele. auditis.cũ
ibi no.¶ Si autem prima ſit ipſo iure nulla, tamen ha
bet aliquem colorem.& ſic non reperitur ex toto a iu
re,vel ab hoĩe caſſata. & tunc ſecunda non valebit. ꝑ
ea,quæ habenẽ in d.c.auditis.Si autẽ ſit dubiũ, an pri
ma valeat,vel non,vt quia dubitaẽ,an ſit nulla,an ve-
ro veniat caſſanda. Tunc eo ipſo,ꝙ tale dubium eſt, vi
detur habere aliquem colorem . & iõ ſcđa non vale-
bit.¶ Et ideo pendente iſto dubio dẽt expectari quo-
uſque certificetur,& non procedi ad electionem.Et ſi
certificabitur primam fuiſſe nullam poterit tunc pro
cedi ad ſecundam . Secus ſi apparebit primam fuiſſe
aliquam:quia tunc non poterit procedi ad ſecundam,
niſi illa caſſeẽ.& ſic reſidet do.Anto.Io.An. tamen in
d.c.auditis.vr̃ concedere, ꝙ ſecunda valet ſi prima ſit
ipſo iure nulla, vel ſit caſſata ab homine, vel a iure,
licèt tempore quo fit ſecunda,hoc non conſtet. Nam
ſufficiat de hoc cõſtare tp̃e quo diſputabiẽ de viribus
ſecundæ.facit,qđ hr̃.j̃.de ap.conſtitutis. & ꝓ hoc etiã
facit tex.iſte,qui vr̃ velle attendi debere futurum euẽ
tum inquantum non pronuntiauit ſecundam ſtatim
nullam.Et de materia plenius in d.c.auditis.eo tamẽ
caſu quo dubium eſſet de iure, an prima eſſet aliqua,
an vero caſſanda: vt quia ſuper hoc eſſent opiniones;
tunc fortè poſſet ſatis tolerari,ꝙ ſecunda facta illa pri
ma non caſſata eſſet nulla. de quo tamen dicendum,
vt dictum fuit in d.c.auditis.Circa ſecundam cauſam,
an infringatur electio ſecunda ex litis pendentia ſu-
per prima.licèt olim eſſet dubium ſecundum iſta tem
pora.vt s̃.tetigi, tamẽ hodie eſt expeditum.vt d.c.j.&
ij.vt lit.pen.in vj.vbi dicitur,ꝙ pendẽte lite inter duos
ſuper tit.eiuſdem beneficij etiam altero mortuo non
poterit procedi ad illam electionem, donec ſuꝑſtitis
quæſtio ſit ſopita . & ibi etiam eſt prouiſum caſui,qui
fraudulosè qñq; ↄtingebat, quia inter duos lite pen-
dente ſi contingebat, ꝙ alter veriſimiliter dubitaret ſuc-
cumberet,renuntiabat anteq̃ ſuccumberet, & ꝓpter
hoc alter coeligebatur,ſeu ſubſtituebaẽ, & ſic ſucceſ-
ſiue.nam prouiſum eſt in dictis iuribus, ꝙ non valeat
dicta electio, vel ſubſtitutio alterius. An autẽ in caſu
huius decretalis propter litis pendentiam.Secũda ele
ctio fuerit inualida.tex.hoc non aperit. Sed videtur,ꝙ
non,vt tangit hic do.Anto.ex eo, quia nulla lis vide-
batur pendere tempore quo fuit facta ſecunda . Nã ꝑ
compromiſſum receſſum erat a iudice.& iſtantia iudi
cij. & factus erat tranſitus ad inſtantiam compromiſ-
ſi.& illa erat finita morte alterius litigatorum,adeo ꝙ
ſi contra mortuum ferretur ſententia nõ valeret.l. in
ſumma.§.fin.& l.quæſitũ.ff. de re iudicata.¶ Nec ob-
ſtat.ſi dicatur,vt quidam dicere voluerunt, quòd non
expirat compromiſſum per mortem alterius litigan-
tium.imo durat propter adhærentiam, vel ex illo de-
pendentia,vt ſciaẽ,qui ſint priuati poteſtate eligendi,
de quo

de quo etiam post mortem videtur posse pronuntiari. & similiter superstes ius habeat.per id, quod habetur in l.vtiq;.ff.de rei vend.& in l.quamuis. C.si pen.app. mors interuenerit. quia in lite vertit inter electos nō videtur hoc venire,quod dictum est de priuatione canonicorum etiam si vterq; viueret, quia nihil ad eos de tali quæstione.facit.C.res inter alios acta pet totū. & qa ēt dato,qđ de prædictis adhærentibus, vel adiacentibus posset iudex iudicare, non tñ arbiter hoc poterit,nisi hoc esset dictum.ff.eo.l.quid tñ.§.fi. & l.sed, & interpellatur.§.fi.vt etiam tangeť in gl.seq.Et sic vi detur velle do. Ant. ꝙ instantia inchoata coram iudice expiret, si deueniať ad cōpromissum.Sed certè verius videtur,ꝙ instantia iudicis nō extinguatur ex solo compromisso, licèt non suspendatur eius cursus ꝑ compromissum : quamuis instantia appellationis bene suspendatur.vt no.in auth.si tamen. C.de tēp.app. & in l.ad properandum.C.de iudi.& dixi.s.eo. cū dilectus. & cum de iure canonico non limitetur instantia tempore.j.de iudi.c.pe.videtur,quod satis possit dici lis pendere propter instātiam coram iudice inchoatam,q non erat extincta,nec finita per solum compromissum. Tñ propter talem litis pendentiam non erat bene clarum, an secūda inualidareť fm ista tempora, vt patet ex his,quæ.s. dixi, licèt hodie sit expeditum

11 per iura superius allegata.¶ † Circa tertiam causam, an ex viribus inhibitionis annullari dēat hic electio, & an ex hoc dicatur nulla videretur ꝙ sic per ea, quæ dixit gl.¶ In contrarium facit,quod habetur.supra de resti.in integ.c.ij.do.Ant.hic tenet primam partem, q̄ videtur etiam tenere Hosti.ex eo, quia fm eum inhibitio hic videť fuisse iusta ꝑ ea, q̄ superius sunt dicta, & ad c.ij.de resti.in integ.rñdet, qđ ibi est casus diuersus ex eo,quia ibi contendebatur super iuribus vnius electionis tm:sed hic sup viribus duarum, & mortuo vno electo remanebat ius alterius.Item fm Host. electio ibi facta contra pceptum iudicis pēdebat ex causa principaliter mota. Ideo non cassatur ante euentū ipsius causæ principalis.Sed hic nō pendebat ab alia, imo constabat,ꝙ iniuste erat processum ad secūdam. do.Anto.hic dicit dici posse, quòd casus sunt diuersi. Nam ibi loquitur, quando contentio erat principaliter super iure eligendi.¶ Et ideo per actum electionis nullum afferebatur præiudiciū liti,quæ erat super iure eligendi:sed eligēs vtitur iure suo ex sua quasi possessione fructus colligendo, qua priuari nō debet lite pendente.j.vt lite pendente. c.j. & ij. Ideo ibi inhibitio facta ne interim pendente lite eligerent fuit iniusta, & ɔtra ius. Ideo non valuit, hic autem pendebat quæstio super validitate electionis iam factæ. ideo stāte prima dubia, vel validā non poterat procedi ad secundam. Et ideo non debebat attentari in præiudiciū ipsius litis, & pro tanto inhibitio videtur fuisse iusta, & ideo nō valuit,quod factum fuit ɔtra inhibitionē, & ille fuit intentus Hostien.fm eum. ¶ Sed aduerte, quia ista opi.non videtur vera ex eo, quia si ꝑpter inhibitionem secunda fuisset nulla : Papa hic declarasset illam fuisse nullam,quod tamen non fecit:sed potius videtur voluisse pendere ex futuro euentu,an appareat,qđ sup̄stes habeat ius in electione sua.& tunc nō valeat secunda,an vero non habeat. & tunc valeat secunda.& sic vř,ꝙ inhibitio in casu isto non induxerit nullitatem:sed pendeat effectus eius ex futuro euētu.& sic vř concor.cū c.ij.de resti.in integ.& non ɔdi. Tñ, qa doc. de virtute istius inhibitionis non videtur plenè declarare:potes dicere,ꝙ interdum inhibitio fit expresse in casu a iure ꝑmisso. & tūc regulariter actus qui fit contra inhibitionem est nullus : quia ex quò fit autoritate iuris,vř fieri ipso iure inhibente.ar.l.j.§. omnia enim. C.de vet.iure enu. Et ideo sicut factum iure prohibente non valet l.non dubium. C.de legibus.& in c.vides.x.di. Ita etiam factum contra talem inhibitionē iudicis. vt probatur in capitulo si a iudice.& in c.Romana.de app.in vj.Fallit si repetiatur expressum actum tenere non obstante inhibitione iudicis. vt in c.j.& ij.infra de matri. contracto contra interdictum ecclesiæ. vbi patet,quod licèt interdictū a iure permittitur matrimonium inhiberi per iudicem, tamen si contrahatur tenet si fit contra solā inhibitionē iudicis,licèt peccet ɔtrahens,& possit puniri vt ibi patet.¶ Interdum aūt inhibitio expresse ꝑhibeť iudici.& tunc clarum ,ꝙ nihil operatur , quia actus, qui fit per iudicem iure prohibente est nullus. l.ij.C. quando prouoca.nō est necesse.& infra de re iudi.c.j. ¶ Interdum vero sumus in casu,in quo ius nō permittit expresse inhibitionem , nec expresse prohibet. & tunc videtur,quod si fiat inhibitio per iudicem , quæ resultat contra dispositionem iuris:tūc talis inhibitio non valet . exemplum patet in c.ij.de resti.in integr. quia inhibitio ibi facta in effectu erat cōtra dispositionem iuris inquantum vult, quod non prohibeať possessor lit.pen. vti sua possessione . ¶ Interdum autem inhibitio fit super eo, quod non tendit ɔtra dispositionem iuris. Sed potest venire, quò ad iuuandum iuris dispositionē inspecto futuro euentu. & tunc vř, ꝙ effectus inhibitionis pendeat ex ipso futuro euētu , vt hic vř probari.¶ Nam inhibitio iudicis hic videbatur esse iusta si prima erat valida.Et sic si superstes ius habebat in electione. Si autem non habebat,tunc erat iniusta.& ideo non habuisset impedire ipsam electionem factam cōtra ipsam inhibitionem . & ita videtur

12 esse de mēte istius tex.Et ꝑ prædicta vř † ꝙ vbi expsse a iure non ꝑmittiť inhibitio , qđ iudex non possit per suam inhibitionem inualidare actum, q alias de iure esset validus cessante inhibitione : hoc tamen posset limitari , nisi ex aliqua magna causa iudex faceret inhibitionem,& expresse annullaret actum arg.l.sed & si per prætorem.§.sed & si eum decreto.ff.ex qui caus.ma.aliter regulariter procedat,quod dixi.§.¶ In glos. allegauit ibi sententijs . aliàs incipit in summa . ¶ In ea.glos.ibi.vt omnibus istis constaret. Sed certè istud potest ꝑcedere in iudice,qui potest iudicare de accessorijs post mortem litigatoris, vel peremptione rei de qua agitur , non autem in arbitro qui non potest de talibus accessorijs, seu adiacentibus iudicare , nisi hoc expsse dictū fuerit. per ea,q̄ habenť in l.qd tñ.§.

13 fi.& l.sed & interpellatur.§.fi.ff.de arbitris.† & ꝑ hoc quia altero litigantiū mortuo soluiť compromissum. d.l.sed & interpellatur.§.fi.& infra eo.c.fi.Et plus dicit hic Inn.ꝙ acta facta inter superstitem , & illū q est mortuus non facient fidem contra surrogatum loco mortui : quia talis surrogatus non succedit in eadem lite:quia non est hęres,vel successor ipsius mortui respectu tituli de quo agebatur, quia quantū ad illum neuter agebat noīe ecclesiæ. Sed vterq; prosequebať ius ꝑpriū.atgu.§.de elec.publicato.& quia etiam hæres mortui nō ꝓseqhať causam defuncti, qa illa esset realis , videlicet qs corū heret ius in prælatura,& hrs ipsam non possidet, nec dolo desierit possidere, nec etiam proponebat se habere ius, quod defunctus habebat.ideo non erat danda cōtra ipsum herede actio , vel sententia.ff.de rei vendi.l.finaută. Et ille qui nouiter est surrogatus non fundat se ex iure mortui , sed ex nouo iure , videlicet ex electione noua de ipso facta. Et ideo videtur, quod lis de noua debeat inchoari cum surrogato , nec acta facta cum mortuo ha-

 beant

beant illi nocere. Si autem alius non esset surrogatus
posset superstes procedere in sua petitione petendo
confirmationem suæ electionis ab ordinario. facit,
quod not.Innocen.s̄.de transac. de cætero. ¶ Sed ad-
uerte,quia licèt sic residcat Ioan.Andre.& do.Anto.
videtur dicendū,quod id,quod dictū est de surrogato
possit ꝓcedere s̄m hæc tp̄a. Sed hodie non ꝓcederet,
q̄a lite pendēte cū superstire nō pōt noua electio fieri
propter mortem alterius, nec fieri surrogatio in loco
mortui.vt patet in c.j.& ij.vt lit.pendente.in vj. ¶ Itē
per prædicta patet, quòd non potuit iuuari allegatio
Bernardi facta per eum,de qua fit mentio in text.non
tamen impugnatur simpliciter ex eo:quia propter ac
cessoria potuerit pronuntiari:quia illud non habet lo
cū in arbitro,sed in iudice. Et ideo verior ratio quare
dicta allegatio non fuit bona est illa, quæ sequitur in
gloss.videlicet,quia licèt Archiepiscopus tāquam ar-
biter nō posset procedere. & sic intelligatur allegatio
Bernar.tn̄ potuit procedere,vt iudex,qui habuit ,vel
14 hēt ptātem etiam sup accessorijs,vt est dictum. ¶ †In
ea.glo.ibi:de præben.nisi.& vt ibi patet in glo.ij.non
posset arbiter dare titulum non habenti. facit, quod
15 habetur.j̄.de regu.iur.in c.j.lib.vj.†In ea.ibi:de matri
monio spirituali agitur.& sic innuit gloss.ꝙ de matri-
monio spirituali non possit compromitti, certè hoc
non est verū.vt patet in c.causam quæ. supra de elec.
& eodem titu.si compromissarius. li.vj.licèt secus sit
in matrimonio carnali. vt pater in c.pe.s̄.de resti. in
16 integ.& ibi etiā dictum fuit.¶ †Item aduerte inquan
tum dictum est, quòd finitum erat compromissum ꝑ
mortem alterius litigantium, illud procedit intelligē
do,quod esset solum quęstio inter electos vt ēt intelli
gebat Hostien.sed intelligendo, quòd etiam esset qō
inter eligentes: tunc quo ad ipsos eligentes duraret
compromissum.& per hoc pendentia litis s̄m eū im-
pediret surrogationē. ¶ Et not.benè hoc dictum,quia
vt dicit domi.Anto.per hoc extenduntur illa,quæ ha
bentur in c.j.vt li.pen.in vj.vt procedant non solum,
quando lis pendet coram iudice:sed etiam si pendeat
corā arbitro,qđ est no.facit,qđ habeť in l.penul. C.e.
¶ In glos.pe.in fi.ideo sic exponit gl.q̄a licèt compro-
missum finiatur per mortem alterius litigatorum,nō
tamen finitur laudum latū ꝑ arbitrū per mortem alte
rius litigatorum,qui moriať post ipsum laudū latū. vt
in l.diem.§.j.hic alleg. & ideo non sumitur hic arbi-
trium pro laudo,sed pro compromisso,licèt quando-
que sumatur ꝓ laudo,vt patet.s̄.eo.dilecti. ¶ In glo.fi.
ibi:vt dictum est. q̄a finiť potestas arbitri ꝑ mortem
17 alterius compromittentiū.j.eo.c.fi. ¶ †Sed dubiū est
in casu isto. An iste Archiepiscopus q̄ habuit cogno-
scere,& pronūtiare,vt ordinarius licèt finita esset po-
testas arbitraria in ipsum collata:an debuerit cogno-
scere,& pronuntiare ex nouis actis, & ex noua instā-
tia.an vero ex actis factis in instantia arbitrali, videre
tur,quod posset iudicare ex actis factis coram arbitro.
per id, quod habetur in l.pe.ad fin.C.eo.dom. Anto.
hic concludit, quod ex nouis actis inchoando nouā
instantiam, seu nouum processum ad petitionem par
tium,vel ex officio,vbi est casus in quo possit procedi
ex officio,vt est in beneficialibus. infra de ap.oblatę.
& supra de elect.cum nobis olim. poterit procedere,
& pronuntiare misso tamen nouo peremptorio, quia
morte alterius litigantium soluitur ædictum perem-
ptoriū,& necessariū est nouū perēptoriū in ꝑsona hę
redis.l.tā ex ꝯtractibus.ff.de iudi.& l.mortuo. & l.ędi
ctū.eo.titu.tn̄ in casu isto,vt prædixi,alius hodie non
potuit surrogari loco mortui.& sic videtur,quòd ꝓce
di debuerit cū his quorū interest ad declarādū,an su-
perstes hēat.facit, qđ hř in d.c.j.& ij. vt lit.pen. in vj.
¶ Si vero quæritur, an ex processu facto coram arbi-
tro. & similiter ex instantia facta coram eo possit pro-
cedere ad decisionem electionis supstitis,q̄dā vt Ab-
bas s̄m eum tenent,ꝙ sic,quasi acta facta coram eo,vt
arbitro proficiant etiam eo procedente vt iudice, alle
gant.l.pe.C.eo.vbi patet, quod acta facta coram arbi-
tro prosunt etiam coram iudice saluo eo,ꝙ habetur.j̄.
de testi.præsentato. ¶ Et prædicta dicūt maximè pro-
cedere,qn̄ esset compromissum in ordinariū hoc acto
vt finito compromisso ex eodem processu possit s̄nia-
ræ,vt iudex.quod dicit procedere,quando est talis ca-
sus,vt hic erat,in quo pōt ex officio procedi. aliàs qđ
hoc non esset omnino perpetuum,seu generaliter ve
rū do.Anto.placet, qđ est dictum eo casu vbi actū est
expressè,vt possit ex eodem processu pronūtiari. Sed
vbi non esset actum dicit,quod non posset pronūtia-
ri ex actis hæredis coram eo,vt arbitro, nisi dicatur,ꝙ
processerit,vt iudex.& vt arbiter simul tenēdo, quod
potestates prædictæ sunt incompassibiles. Sed istud vl
timum non videtur verum, quia hmōi potestates su-
per eo.non vn̄r compassibiles, vt dictum fuit. ¶ Item
etiam non videť verū,quod dicit,ꝙ non possit ꝓnun-
tiari corā eo,vt arbitro si hoc non fuit habitum: quia
imo videtur,ꝙ ex actis habitis coram arbitro tenden-
tibus ad decisionem negotij poterit ipse Archiepisco
pus,vt iudex pronuntiare: quia talia acta facta coram
arbitro faciunt fidem coram iudice.d.l.pen. C.eo.Sed
ex actis tendentibus ad ordinationem litis, vt est litis
contestatio,libelli oblatio,& iuramentum de calum-
nia,& similia non poterit pronuntiare:quia illa respi-
ciunt instantiam arbitri,& non instantiam iudicis.fa-
cit,quod no. in l.ij.ff.iudi.sol.per Bar. & quod ibi ha-
betur in tex.& glo.& Inn.j̄.de testi.causam quæ.el pi-
cholo.& fortè etiam de iure nō posset per partes agi,
ꝙ ex eadem istantia facta coram arbitro possit ipse iu-
dex pronuntiare: quia diuersa est potestas arbitri a po
testate iudicis, cum arbiter habeat solam notionē, &
non iurisdictionem. Secus in iudice: nec videtur qua-
litas posse mutare substantialia iudiciorum. s̄. de offi.
dele.de causis.cum|ibi not.& sic videtur posse facere,
ꝙ possit pronuntiari non præcedente lit.contest. corā
eo facta:sed corā alio,vt potissime arbitro, tene tamen
menti dictum domi. Anto.qui tenuit contrarium, vt
18 patet ex prædictis. ¶ †Extra glos.tangit hic Inno.an si
pars non compareat coram arbitro in termino posse
ad sententiam procedi.& concludit, quòd non:sed pę
nam committere.allegat.l.diem proferre.ff.eo.qđ di-
cit verum,quando per absentiam partis impediť pro-
cessus, vt quia citatus erat peremptoriè ad lit. conte-
stādam,vel ad offerendum libellum, vel ad audiendū
sententiam. Secus, quando non impediretur proces-
sus, vt quia non fuisset pars peremptoriè citata: quia
tunc non impeditur processus propter partis absen-
tiam: sed propter defectum peremptorij. Et plus etiā
dicit,quod si post li.contest. citetur pars peremptoriè
ad vidēdum iurare testes,vel alia similia,quæ possunt
parte absente expediri.facit.j.de testi.in noīe domini.
etiā si citatus ooo veniat, quia per eius absentiam nō
impeditur ꝓcessus, nō committitur pœna:poterit tn̄
puniri contumacia in expensis.quia licèt hoc nō fue-
rit expressum in compromisso,est tn̄ de contiguis, &
cohærentibus sicut etiam ꝓnuntiare de fructibus,vel
terminum apponere solutioni. facit. l. quid tamen.§.
ij.ff.eodem,& ff.de re iudi.in l.paulus.dicit etiam, qđ
si citatus, licèt nō peremptoriè expresse diceret se nō
velle venire: quia tunc censetur verus contumax, &
sic amplius non citandus comittetur tunc pœna.facit
quod

quod habetur in l.contumacia.ff.de re iudi.Subdit ta
men, quòd arbiter poterit absoluere præsentem ab
Instantia iudicij propter quamcunque contumaciam
aduersarij.& ex tunc poterit peti pœna.alleg.l.qualẽ.
§.dicere.ff.eo.sed licèt Ioan. And. & do.Anto.sic resi-
deant,tamen verius videretur,ꝙ non possit absoluere
ab instantia iudicij, nisi quando peremptoriè esset ci-
tatus ad libellum dandum,vt lit.contest.vel ad sentẽ-
tiam audiendam,quia si non est peremptoriè citatus:
tunc non videtur, ꝙ censeatur esse in vera contuma-
cia, cum etiam iudex non possit procedere si non ci-
tasset peremptoriè,si citauit solũ semel,aut bis.prima
autem citatio haberet vim peremptorij.l.tres denun-
tiationes.C.quomodo,& quando iudex.& not.xiij.q.
19 iij.de illicita. ¶ † Tangit etiã hic Innocen.an si aliquis
confirmatus in beneficio habuit possessionem postea
cecidit a possessione per negligentiam, an habebit ali
quod remediũ: concludit,quod si inuenit possessionẽ
vacãtem,poterit illam propria autoritate ingredi,siue
fuerit aliàs occupata,siue non:dũmodo tempore quo
vult ingredi sit vacans: quia si possessio redit ad domi-
num debet habere commodum detẽtionis. j. de ordi.
cog.cum dilectus.etiam quia res de facili redit ad na-
turam suam.l.si vnus.§. pactus.ff.de pactis. & ideo re-
cuperare potest, ex quò nõ est priuatus per sententiã
iuris,vel hominis.facit.vij.q.j. pastoralis. ¶ Nec ob.p̃-
dictis.l.conquerebatur.C.vnde vi.quia loquitur,quã-
dò non dominus, vel quasi occupat pos.vacãtem. hic
autem erat quasi dominus,quia cõfirmatus. de elec.
transmissa. & hæc dicit vera si in recuperanda posses-
sione non inueniat resistentẽ. aliàs non debet sibi ius
dicere.per ea,quæ habentur in l.si quis in tantam.C.
vnde vi.& de præben.eum qui.li.vj.& facit,quod no.
de immu.eccle.c.j.Quid autem si alius medio tẽporẹ
possedit.dic,ꝙ si nullum habuit titulũ,nõ nocet quo-
minus,si reperiatur possessio vacãs possit apprehendi.
Si autem fuit institutus per illum ad quẽ spectat, tũc
dic idem, si primus non fuit priuatus per sententiam
hominis,vel iuris.nam tunc patet, quod secũda insti-
tuto. fuit nulla.j.de conces.præben.c.j. Et ideo primo
instituto licitum erit occupare possessionẽ prælaturę
si eam reperiat vacantem, nec inueniat resistentem.
Secus si institutio primi fuisset cassata per sententiam
hominis, vel iuris: quia non põt postea p̃laturã vacã-
tem occupare, etiam si iniuste fuisset priuatus per sen
tentiam a qua non appellasset:quia illa facit ius con-
tra eum,licèt fuerit iniusta.j.de re iudi.cum inter vos.
Fatetur tamẽ,ꝙ de consilio, quod est,si vult omni ca-
su tutè procedere,ꝙ petat licentiã a iudice,& qđ ostẽ-
dat sibi de iure suo.facit,quod habetur in l.pe. & fi.j.
de bo.vacan.li.x.& quod not.s̃.de fi.presbyt.veniens.
& in Spec.de sen.prola.§. nũc de effectu. ver.fi. ¶ An
autem acquisitio possessionis facta propria autoritate
extendatur.dicit,ꝙ sic, quando est iusta sicut exiẽdit,
quando traditur per superiorem.de quo tangetur per
Inn.j.de resti.spo.literis.s̃.de rescri.super literis.Secus
autem,quando possessio est iniusta, quia illa non ex-
tenditur.vt no.Inn. in iuri.præaleg.& facit etiã, quod
no.in l.iij.in princ.& in l.clam possidere.§.fi.& l.quod
meo.§.fi.ff.de acqui.pos.Sed adde ei, quod dixi,illum
qui cecidit a possessione bñficij posse recuperare pos-
sessionem quã inuenit vacantem,quod licet mortuo,
vel cedente alio, qui interim forte de facto tenuit re-
periatur habens custodiam ipsius beneficij,vt Episco
pus Archidiaconus,vel patronus, vel æconomus,vel
alius secundum ea, quæ habentur.j.de appel.bonæ.
& de insti.cum venissent. & lxiij.di.si in plebibus. tñ
videtur,ꝙ poterit prælaturam vacantem occupare:qa
licèt tales habentes custodiam possideãt bona p̃latu-
re tempore custodie, non tamen possident ipsam prę-
laturam.Et ideo videtur, quod illam poterit occupa-
re, & similiter ecclesiam vacantẽ, vt hic voluit Inno.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatus in episcopum, antequam confirmetur non vocatur episco-
pus,sed electus.*
2 *Compromissum super eo,quod est decisum per sententiam indubitatam
non valet.& nu. 8.*
3 *Compromissum quomodo firmetur.*
4 *Compromitti potest in laicum,super rebus temporalibus ecclesiæ.*
5 *Compromitti non potest,nec transigi super decisis per sententiam,quæ
transiuit in rem iudicatam.*
6 *Compromissum æquiparatur transactioni.*
7 *Sententia iniqua arbitratoris, & etiam arbitri de iure canonico retra-
ctari debet.*

EXposita. Arbiter post rem iudi-
catam super discordijs
nouis assumptus; etiam si de cõponẽ-
do mandatũ a Papa receperit per suũ
arbitrium sententiam mutare nõ po-
terit. Et in prima ponitur querela. In
secunda mandatum.secunda ibi:licèt autem.In text.
ibi:electi. s.in Episcopum ¶ Itẽ ibi:sup districtu.sub-
audi certi teritorij,quod quælibet partium dicebat ad
se spectare.¶ Not.ꝙ videtur quem posse eligi in Ep̃m
duorum Episcopatuum, quod videtur esse contra ea,
quæ habentur.j. de præben.de multa.Sed potes dice-
re, ꝙ istud fuit hic ex dispositione Papæ: vel quia isti
duo Episcopatus erant simul vniti.facit,quod habet.
j.ne sede vacan.in c.j. vel secundum alios erat tãtum
1 vnus Episcopatus duplici nomine nũcupatus.¶ † No.
ꝙ confirmatus in Episcopum antequam confirmetur
non appellatur Episcopus, sed electus.vt hic patet, ꝙ
autem esset confirmatus etiam patet, quia aliter non
habuisset administrationem iurium Episcopatus.s̃.de
a elec.c.transmissam. ¶ † No.ꝙ non valet cõpromissum
super eo, quod est decisum per sententiam indubita-
tam, sicut nec transactio.l.post rem.ff.de transac. si tñ
noua suscitatur quæstio per sententiã nõ decisam põt
de illa compromitti. Nota, quod appellatione cõpo-
sitionis comprohenditur compromissum,seu arbiter,
vel quod fit per viam arbitri virtute compromissi.
¶ No.ꝙ in dubio non censetur esse intentionis Papæ
resuscitare quæstiones sopitas.¶ Not. illud vulgatum
ꝙ cassato principali, cassatur accessorium.de quo.j.de
fi.instr.inter dilectos.§.cęterum.¶ Not.ꝙ ad iudicium
ecclesiæ, seu ad superiorem ecclesiasticum spectat re-
tractare promissiones factas etiam coram seculari ad
præiudiciũ ecclesiæ.facit, quod habetur. xij.q.ij.apo-
3 stolicis.& xxiiij.q.iij.si quis. ¶ † No.ꝙ compromissum
firmatur quandoque obsidũ datione, quãdoque vero
firmatur iuramento.s̃.eo.c.ij. & iij.quandoque pœnæ
promissionibus.& quãdoque pignoribus datis, vt di-
4 ctum fuit.s̃.eod.per tuas.¶ † Not.ꝙ in laicum põt cõ-
promitti de tẽporalibus rebus ecclesiæ. Secus de spi-
5 ritualibus.s̃.eo.contingit.vbi plene de materia.¶ † In
gloss.j.in fi.& per hoc non ob. quod habetur in l.post
rem.ff.de de transact.vbi super decisis per sententiam
quæ transiuit in rem iudi.non potest transigi. nec cõ-
sequenter cõpromitti.facit,quod tangetur in glo.seq.
6 ¶ In glo.ij.ibi transigi vel compromitti. ¶ † Not.benè
gloss. quæ æquiparat compromissum transactioni. &
ideo dicimus, quod compromissum censetur quædã
transactio.vt no.gl.§.si vero. in Auth.vt diffe.iudi.col.
7 ix.& Inno.j.de iureiur.Quintauallis.¶ † In glo.pe.ibi:
siue

siue etiam arbiter &c. Not. diligenter ex gloss. q sicut
sentētia arbitratoris debet reuocari si sit iniqua. ita &
sentētia arbitri debet reuocari de iure canonico si sit
iniqua. licèt secus sit de iure ciuili, vt patet in l. diem
proferre. §. stari. ff. eo. Et secundum hoc de iure cano-
nico non erit fienda differentia inter sententiam arbi-
tri, & arbitratoris: quia vtraq; veniet reuocāda si fue-
rit iniqua. & hoc etiam videtur voluisse glos. ij. q. vj. §.
quod de arbitris. vbi dicit, q a sentētia arbitri nō pos-
sit appellari, tamē poterit supplicari superiori si sit ini
qua, vt corrigatur. & idem vr̄ voluisse Hosti. s̄. e. c. ij. &
licèt canonistæ videantur cōiter trāsire cum hac opi.
tamen de iure videretur dicendum oppositum: quia
secundum hoc. §. stari. esset correctus per ius canoni-
cum. Iurium autem correctio est euitanda. de elec. cū
expediat. li. vj. & C. de appel. l. præcipimus. Nec ob. qd̄
habetur s̄. eo. ca. ij. quia ibi laudum continebat euidē-
ter peccatum, videlicet simoniæ. & ideo nimirū si nō
dēt obseruari. & similiter nō ob. c. iij. quia ibi laudū nō
valuit velut contra dispositionem iuris, secūdū quam
nō potest alienari res, vel ius ecclesiæ sine debita so-
lennitate, vt patet ex ibi not. & ideo nimirū si ibi non
seruatur. facit, quod habetur in l. apud celsum. §. item
quæritur. ff. de do. excep. & quod ibi not. per Barto. de
quo etiam dixi. in d. c. ij. & j̄. de iureiur. Quintauallis.
Quo autem iure. & j̄. quātum tēpus petatur reductio
ad arbitrium boni viri. No. in Spe. de arbitris. §. fi. ver.
item quid si compromissum. & tribus sequentibus. &
per Cy. in l. penul. C. e. & per Bar. in l. si societatem. §.
arbitrorū. ff. pro socio. & plenè dixi in c. Quintauallis.
Sed ad materiā facit, quod habetur. s̄. de elec. causam
quæ. in Spe. de arbitro. §. j. & per Dy. de reg. iur. scienti.
lib. vj. & per Guil. in l. si quis ex consensu. C. de Epi-
scopali audientia. ¶ In ea. glo. ibi in fi. & sic vult glos.
quod ex defectu potestatis sententia ducis fuit nulla:
quia non trahebatur potestas sibi data ad iam decisa
per sententiam & per hoc etiam, quia super illis non
potuit compromitti, sicut nec transigi. per ea, quæ ha-
bentur. in l. post rem. ff. de trāsac. & quod fuit dictum
in glo. ij. & super ea. ¶ Et per prædicta videtur q si pe-
tatur executio sententiæ contra quam nihil probabi-
le opponitur, nō cōpellantur partes ad cōpromissum
virtute statuti arctantis attinentes, vel alios ad cō-
promissum. & hoc etiam tenuit Bart. in d. l. post rē. Et
idem ibi dicit, si petatur executio instrumenti guarē-
tigie in loco. vbi tale instrumentum habet executio-
nem paratam sicut sententia, vt contingit in partibus
Tusciæ. & benè dixi, si nihil probabile opponatur, qd̄
non valet, tunc autē aliquid proponitur, quod habeat
probabilem colorem, vt quia fortè dicatur sentētiam
fore nullam ex aliqua causa probabili, vel dicat̄ sentē-
tiam esse suspensam per appellationē: tunc benè pos-
set compromitti, vt patet ex his, quæ habentur in d. l.
post rem. & idem si opponerentur contra sententiam
aliqua de exceptionibus q̄ possunt opponi post sentē-
tiam. de quibus in l. j. C. de iur. & fac. ignor. si est talis
exceptio quæ respiciat decisum per sententiā poterit
compromitti de contento in ipsa sententia. ¶ Si autē
respiceret modū exequendi, tūc de ipso mō exequē-
di poterit compromiti. & non de cōprehensis in sen-
tentia. Dicunt etiam aliquid ad intellectum literæ. qd̄
8 iō non valuit † cōpromissum, quò ad prius decisa non
solum per ea, quæ superius sunt dicta. & quæ colligū-
tur in d. l. post rē. ¶ Sed etiā, quia si prælatus voluisset
dimittere ius ecclesiæ, vel illi renuntiare non potuis-
set. xij. q. ij. sine exceptione. xxv. q. viij. quod quis etiā si
iurasset. j. de iureiur. c. ij. & c. sicut nostris. In glos. fi. ibi
loco pignoris. supple, vt constituatur ius reale in illis
sicut in rebus pignori datis. ¶ In ea. glo. ibi sed tenent̄
supple taliter qualiter, vt fiat q inter partes conuenit.
Nā possunt se personaliter obligare ad stādū in arcto
loco donec cōuentum inter partes adimpleatur. j. de
iureiuran. excōmunicato. & ibi de materia.

S V M M A R I V M.

1 *Compromissum in duos, vt in casu discordiæ tertius assumatur, an va-
leat. & nu. 13.*
2 *Compromisso facto iudices delegati possint retinere potestatem com-
pellendi partes ad obseruandum laudum ferendum.*
3 *A sententia nulla potest appellari.*
4 *Appellatio valet si quis appellet, quia compellitur ad obseruantiam
laudi nulli.*
5 *Sententia lata post, & contra appellationem legitimam est nulla.*
6 *Si compromittatur in delegatum, an expirat potestas delegati ea non
retenta. & nu. 10.*
7 *Delegatus in quem compromittitur, an possit vti vtraque potestate.
& numero 12.*
8 *Delegatus, an possit exequi sententiam latam ab arbitro.*
9 *Ordini iudiciali, an possint partes renuntiare.*
11 *A compromisso recedi, an intelligatur, si postquam est factum eatur
ad iudicem.*
14 *Compromitti, an possit in laicum de causa vsuraria.*

INnotuit. Excōmunicatio lata post
appellationem legitimā,
nō tenet, nec valet compromissum factū
in personam incertam. h. d. in prima nar-
rat factum. In secūda dat iudices. secūda
ibi ideoque. No. q Papa videt̄ habere potestatē etiam
inter laicos committendi causas etiam merè ciuiles,
quod videtur contra ea, quæ habentur. j̄. de iudi. c. no-
uit. & qui filij sint legi. c. causam. ¶ Sed potes dicere,
q forte isti erāt de terris ecclesiæ. facit, quod habetur.
j̄. de ap. si duobus. vel forte erat talis causa quæ specta-
bat ad ecclesiam. vt quia forte agebatur de dote. facit
quod habet̄. j̄. de dona. inter vi. & vxo. c. iij. & c. nup.
Vel forte prætendebatur contractus vsurarius, vel in-
teruenerat iuramentū. facit, quod habet̄. j̄. de fo. cō-
pe. cum sit generale. & eo. tit. cum C. laicus. lib. vj. Vel
forte erat pecunia debita ratione cēsus iurispatrona-
tus secundum Innocē. facit, quod habetur. j̄. de iudi. c.
quanto. Vel forte se intromisit propter negligentiam
iudicis. secularis. vt. j. de fo. compe. licèt. &. c. ex trāsmi
1 ssa. ¶ † Itē no. quod non valet compromissum in suos,
vt in casu discordiæ tertius assumatur per delegatos, il
lo non nominato. & sic nō valet compromissum per
3 qd̄ dat̄ potestas dandi arbitrium incertum. ¶ † Itē no.
q iudices delegati videntur posse facto compromisso
retinere potestatem compellendi partes ab obseruan-
dum laudum ferrendum. & sic videtur, quòd non
habeant delegati potestatem compellendi partes
vel arbitros, nisi sibi retineant. de quo. s̄. cap. per tuas.
3 in glo. fi. tangetur cum glo. j. ¶ † Item no. q a sententia
etiam nulla potest appellari. facit, quod habet̄ i l. si ex
pressim. ff. de app. &. j. de app. c. dilecto. Et ex hoc nota,
q a grauamine facti potest appellari, quod nota. in l. si
4 quis prouocatione. C. de ap. ¶ † Item no. q valet appel-
latio si qs appellet. ideo, quia compellitur ad obseruan
tiam laudi nulli. Et sic. no. q appellari potest ab exe
cutione seu ab executore inquantum cū effectu non
admittitur exceptio nullitatis sententiæ saltem ad fin.
vt ad superiorem referat. de quo. s̄. plenè. de offi. dele.
c. pastoralis. §. qa vero. & de re iu. de cetero. & c. & qd̄
ꝯsultationē. Et no. sin In. & Host. q vr̄ ꝓcedere appel
latio assignata cā generali. Nam hic videtur, q erat ap
pellatum ex causa: quia ad obseruantiam laudi coge-
batur; hæc autem cā comprehendebat omnes causas,
quibus

quibus arbitrium poterat dici nullum, vel etiam, qa
esset iniquum.facit. s̄.c.c.ij.sed do.Ant.dicit,ꝙ debet
intelligi,quod iste apellauit,quia compellebat̄ ad ob
seruantiā laudi nulli.aliàs videtur ꝙ non tenuisset ap-
pellatio, cū in appellatione ab interlocutoria debeat
inseri causa, aliter non valeat vt.c.vt debitus.& c.cor-
di.de app.Olim tñ de hoc erat qō qūo,vt patet ex no.
5 per Inn.in c.significātibus.de oper.no.nun.¶†Itē no.
ꝙ sententia lata post,& contra appellationem legiti-
mam est nulla.facit s̄.de of.del.cum contingat. & in-
6 fra.de sen.excom.per tuas.¶†In gl.j.ibi retenta dele-
gata.& sic innuit gl. ꝙ si compromittatur in delegatū
non retenta potestate delagata,ꝙ expirat potestas de-
legati. sed Innocen.hic tenet cōtrarium,quia siue ex-
pressè retineat delegatā tempore cōpromissi, siue nō,
siue compromittatur in eūdem,siue in aliū,vel alios,
nihilominus remanet potestas delegata: qa rescripta
sui natura sunt perpetua.l.ij.& fi.C.de diuer.rescri.&
facit,quod babetur.supra de offi.dele.significantibus.
& iste non est modus per quem expiret iurisdictio, &
pro hoc, qa non numeratur inter casus.no.s̄.de offic.
dele.in literis. facit, quod habetur in l.obligationum
ferè.§.placet.ff.de act.& obli.Idē tenent Pe.& Abbas
allegant.C.de temp.ap.auth.si tamen.& quod babe-
tur.ff.eodem.l.si pars. Fatetur tamē,ꝙ per secundum
compromissum renuntiaretur primo per id,quod ha-
betur in l.sed si in seruum.§.vlt.ff.eo.Et facit,quod ha
betur in l.si quis cum procuratorio.§.fi.ff.de procur.
Sed nō sic in iurisdictione delegata,qa illa nō expirat
p cōpromissum,vt est dictū.Et est ratio diuersitatis,qa
a compromisso tanquam voluntario partes volunta-
riè recedere possunt.Sed iudicium redditur in inuitū.
l.inter stipulantem.§.j.ff.de ver.ob.¶Item,quia iuris-
dictio datur a lege, vel superiore: sed arbitrium datur
a partibus. Et omnis res p easdem causas dissoluitur,
per quas nascitur.j̄.de reg. iu.c.j.Nunquid autē adeū-
do ordinarium videantur partes renuntiare potēstati
delegatæ.do.Anto.hic tenet,quod sic.facit, quod ha-
7 betē in c.olim. j̄. de priuile. ¶†In ea.ibi arbitraria po-
testate.& sic vult gloss. ꝙ vtraque potestate vti possit.
facit,quod habetur in c.nisi.in gloss.sed do.Anto.hic
dicit,ꝙ istud possit procedere si erat cōpromissum tā-
quam in arbitratorem,cum eius sententiæ nō debeat
stari si sit iniqua,sicut nec iudicis si fiat reclamatio. &
sic intelligit,quod habetur in d.c.nisi.de præbē.Si ve-
ro compromissum fuit tanquam in arbitrum:tūc dicit
quod in eodem articulo nō poterit cōmiscere dictas
potestates,cum videantur contrariæ, vt dixi in c.præ-
cedenti. Sed super diuersis articulis poterit vti dictis
potestatibus.& ideo licèt elegerint viam iudicis pce-
dendo,poterit in actu determinandi,seu sententiandi
eligere viā arbitri, si processerit de partium volūtate,
quia iudex debet sequi conuentionem partium.ff.de
re iudi.l.si conuenerit.aliàs sentit,ꝙ nō possit.Sed for-
te,ex quò actus sunt diuersi.& non eligit expresse al-
teram potestatē super tota causa, videtur ꝙ etiā sine
alio consensu partium possit eligere potestatē arbitri
in sententiando.per id, quod not.in gloss. in simili in
cle.sæpe.in verbo partibus ad fi.de ver.sign.& qđ etiā
8 dixi in c.Quintauallis.de iureiuran. ¶†In ea.ibi arbi-
tri executionem. & sic vult glos.quòd delegatus non
possit exequi sententiam latam ab arbitro super causa
sibi delegata.& sic in casu isto sola incertitudo arbitri
assumendi non vitiabit processum istorum delegato-
rum,imo etiam delectus potestatis. quia non poterāt
exequi ipsum laudum, quod est verum: vbi nō inter-
uenisset consensus partium.Sed illo existente, vt hic
fuit:tunc, licèt aliqui teneant etiam tūc delegatos nō

posse exequi,quasi hæc potestas non sit prorogabilis:
quia nullus videtur exequi laudum arbitratorum.nisi
sit ordinarius,vel delegatus Principis ad hoc deputa-
tus.ff.de re iudi.a diuo Pio.§.j.Et facit, quod habetur
s̄.de offic.deleg.c. pastoralis. Illi autem erant delegati
causæ principalis,& non dati ad exequendū. & sic vi-
detur,ꝙ nō potuerint exequi. ¶Sed tenet cōtrariū.&
Ioan.And.& Hosti.posteum videlicet,ꝙ ex consensu
partium potuerit prorogari dicta potestas: quia licèt
partes non possint dare iurisdictionem tamen iurisdi-
ctionem datam per superiorem possunt prorogare,&
ampliare. & circa illa pacta apponere.facit, quod ba-
betē in l.j.§.& post operis.ff.de ope.no.nū. & quia etiā
partes possunt renuntiare appellationi. & etiam secū-
dum aliquos relinquo iudiciorum ordini.C. de temp.
appellatio.l.fi.facit, quod habetur.infra de iureiuran.
venientes.& quod not.in capi.vltimo. de re iudica.in
sexto.Et ideo videtur,quod partes potuerūt proroga-
re potestatem delegatorum ad potestatem exequendi
laudum.Et pro boc,quia delegati Papæ habent pote-
statem exequendi sententias suas.s̄.de offi.del.c.quæ-
renti.& sic similium causarum: ergo merito potest fie
ri prorogatio.per ea,quæ notantur in l,j.C.de iur.om.
iudi.& in l.j.ff.de iudi.¶Et prædicta procedunt in de-
legatis a Papa,vel a Principe, qui habent potestatem
exequendi suas sententias.vt patet in.c.quærēti. & in
l.a diuo Pio.ff.de re iudi.In delegato autem ab inferio
re a Principe:quia ille non babet.potestatem exequē-
di suam sententiam secūdum Legistas. vt no.in d.§.j.
l.a diuo Pio. esset secus: quia tunc non possent tales
prorogare potestatem talis delegati ad potestatē exe-
quendi sententiam arbitrorum.Sed tenendo opi.quā
tenent aliqui canonistæ.& sequitur gl.j.de for.compe.
si quis contra clericum.quod secundum canones etiā
delegatus inferioris a Principe habeat potestatē exe-
quendi suam sententiam: tunc idem esset dicendum,
quod in delegato Principis.¶Item aduerte, quia in-
9 quantum dixi post do.Ant.†ꝙ partes possint etiam re-
nuntiare ordini iudiciorum,non videtur verum,quā-
do est ordo substātialis.vt legitur,& no.per gl.& doc,
in c.de causis.s̄.de offi.dele. & in l.prolatam.C.de sen
ten.saluo nisi partes vellent,ꝙ iudex tanquam arbitra
tor,& amicabilis compositor procedat.& sic intelliga
10 tur gl.in c.fi.de re iudi.in vj. ¶†Et ex prædictis patent
decisa esse tria dubia.Primum est,an per actum com-
promissi expiret potestas delegata. Secundum,an da-
to,ꝙ nō expiret possit delegatus simul vti potestate ar
bitraria,& delegata.Tertiū est,an dato, ꝙ retineat po-
testatem delegatam non obstante cōpromisso, an lau
11 dum latum ab arbitris poterit exequi.¶†Circa primū
aduerte,quia potest esse dubium, an quando factū est
compromissum:si postea itur ad iudicem, an intelliga
tur recedi a compromisso,& per quem actum.de quo
ēn tex.& gl.in l.sed & si in seruum.§.fin. cum duabus
seq.ff.de arb.& eo.titu.l.item si vnus.§.j. ¶Conclude,
quod si ambe partes vadunt ad iudicem. & incipiunt
litigare coram eo:eoipso videntur velle recedere a cō
promisso.per id, quod habetur in d.l.sed & si seruum.
§.fi.Et etiam voluit sentire hic Inn.Et aduertendum,
quòd licèt litera ibi dicat,quod prætor non coget arbi
trum,tamen gloss.videtur sentire ibi. & in d.l.item si
vnus.§.j.& Inno.hic,quod videatur recessum ab ipso
compromisso.& sic videtur,quod etiam si spōte pce-
dere vellet ad instantiam alterius partis nō posset:sed
forte ad instantiam ambarum.licèt non posset cogi:ta
men videtur,ꝙ sponte posset procedere.ar. eius quod
habetur in c.licèt.de procu.in vj. & sic possit intelligi
contrarius sensus.d.§.fin.Si autem altera pars tantum
vadat

vadat ad iudicem:tunc videtur quod videatur cōtrauenire compromisso.& ex hoc incidit in pœnam. per id,quod habetur in l.si quis rem.ff.eod.¶ Aduerte tamen,q non videtur incidere per solam citationem factam de parte: sed demum si fuerit litem contestatus, per ea,quæ habentur in d.l.si quis rem.Inquantum dicit,q si ille q compromisit,rem in iudicium deducat committitur pœna.Ante litem autem cōtestatam nō dicitur deducere,sed deducere velle.l.amplius nō peti.ff.rem ra.ha.& sic videtur q requiratur contestatio. & hoc etiam voluit glo.in l.litigatores.in princ.ff.eo. & facit etiam quod no.glo.in d.l.item si vnus.§.j.hoc aūt videtur intelligēdum,nisi compromissum fuisset iuratum.nam tunc per solam citationem,vel supplicationem porrectam superiori videntur venire contra.per id,quod habetur in l.si quis maior.C.de transact. Illud autem videtur certum,q licet partes recedant a iudice faciendo compromissum in alium,nō per hoc expirat potestas iudicis.vt etiam hic voluit Inn.& no.gl.in d.l.si quis rem.& probatur in auth.si tamen.C. de temp.appel.Et ideo partes possent redire ad ipsum iudicem,si vellent.An tamen pendente compromisso curtat instātia in causa principali,vel appellationis no.in auth.si tamen.C.de temp.appel.& dictum fuit. §.c.cum dilectus. Si autem altera pars tātum vellet redire ad iudicem,an possit,videtur quod sic ex pdictis.

12 Sed incurrit pœnā in casibus,de quibus dixi.§.¶ †Circa secundum adde,q si elegisset viam arbitri,vel arbitratoris in procedendo,videtur q non posset eligere viam iudicis in iudicando: quia ad hoc,vt iudex tanquam iudex possit sententiare necesse est,q instantia coram eo,vt coram iudice præcedat.& duret tempore sententiæ.per ea,quæ habentur in l.properandum.C. de iud.& in l.j.C.quando prouoca.non est necesse.Et ideo cum talis instātia non interueniat, ex quo pcessit vt arbiter,& arbitrator videtur quod nō possit pronuntiare,vt iudex.facit,quod dixi in c.ex parte.super gl.fi.§.eo.¶ In glo.ij.ibi.ff.de procu.l.ij.& de hoc qualiter intelligi debeat, quod procurator debeat esse certus,recurre ad rex.cum glo.in c.j.§.j.de procura.in vj. ¶ In ea.ibi.de offi.dele.c.suspitionis.& per hoc,quod habetur de offi.deleg.ab arbitris.lib.vj.vbi tales censentur delegati iuris.& ab ipsis tanquam delegatis appellari potest.Hæc tamen solutio non videtur bona,p id,quod habetur in l.item si vnus.§.principaliter.ff.e. vbi patet,quod etiam si duo eligantur compromissarij

13 † etiā extra causam suspitionis valet compromissum, & si discordant cogitur per iudicem eligere tertium, & sic disponitur ibi.Id etiam in alijs arbitris,quod disponitur de arbitris in causa recusationis in d.c.cum speciali.Et propter hoc forte glo. dedit sequentem solutionem,quæ in effectu vult,q valeat cōpromissum, si simpliciter fiat in duos.& de tertio nihil dicatur,vel si dicatur demonstratur certa persona,quæ in tertium debet assumi. Secus si cōpromittit in duos hoc acto, vt tertius eligat ab ipsis partibus, vel a iudicibus non demonstrato illo tertio.Et istam solutionem tenet hic Inno.quam etiam tetigit hic gl.in d.§.principaliter.& est ratio secundum Inno.& etiam tetigit gl.in præal. §.quia. quod hoc secūdo casu compromissum incipit a dissensu.& sic habet vitiosum initium,& fundamētum.& ideo non potest super illo fieri bonum ædificium.secus in primo casu.¶ Item in secundo illi quibus datur potestas tertiū eligendi surrogatur loco partium,ex quo a partibus habēt potestatem. Et ideo sicut partes non possunt compelli ad concordiam, ita nec ipsi,& sic verisimiliter non est spes concordiæ.& ideo tale compromissum improbatur a iure.¶ Itē cōsiderato,q in dicto secundo casu habētes tertium eligere ex potestate partium surrogantur loco partiū,& per consequens præsumuntur velle secundum voluntatem partium,q partes sunt ordinatæ ad discordiam. & sic non est verisimiliter spes concordiæ. Ideo vitiatur compromissum. Sed in primo casu cōpromissum habet bonum initium,& fundamentū,& licet si tunc discordant postea arbitri iudices habeant cogere ipsos arbitros tertium eligere. Istud est satis iustum, & bonum ex eo,quia iudices cum non habeant vicem partium facere: sed autoritate iuris præsumptio est,q bene procederet.& præcipuè, quia quicunque sit iudex præsumitur a iure bonus vir.l.vir bonus.ff.iudic.sol. & l.continuus.§.cum ita.ff.de ver.obl.& similiter arbitri etiam præsumuntur velle benè eligere, ex quo nō ex potestate partium:sed ex iur. potestate habent eligere tertium. Et istam solutionem etiam sequit Bart. in d.§.principaliter.glo.tamen ibi non tenet istam solutionem,sed tenet aliam, videlicet q si non consentiant simul ipsi arbitri in tertio eligendo:etiam quando potestas data est a partibus,quod tunc licet non valeat compromissum ex se,seu ex viribus compromissi valebit,tamē beneficio prætoris, seu iudicis, qui coget ipsos arbitros ad tertium eligēdum. Sed certe ista solutio est expresse contra istum tex.& contra d.l.item si vnus.§.item si duos.vbi litera simpliciter dicit,q nō valet compromissum factum in duos cum potestate, q in casu discordiæ eligant tertium.& pro hoc etiā vr hic casus apertus. Nam hic dicitur, q etiam si tertius eligatur, & procedat cum altero ipsorum duorum ad sententiam, q non valebit talis sententia.Et pro hoc etiam videtur reprobari opi.dicentium,q siue cōpromittatur in duos simpliciter, siue in duos,q eligāt tertium.quod valet vtrobique cōpromissum ex eo, quia taciti, & expressi debet esse eadem cōditio.l.cū quid. ff.si cer.pe.Et quia expressio eorum,quæ insunt nihil operat.C.de fideiuss.l.non rectè. & §.de off.ordi. grauę.& etiam,quia æquiparari videt dispositio legis, & hominis.l.j. C.communia de lega. nam per prædicta hæc solutio non videtur bona,quia contra istum tex. iuncto.d.§.principaliter.& potest dici, quod tacitè nō inest ex dispositione partium,quod tertius eligat, sed ex dispositione iuris. & sic eo casu, quo expressio fit p partes aliter exprimitur quàm insit. Ideo tunc potest aliquid operari.per ea,quæ habentur in l.iij.§.si filius. ff.de libe.& posth. & quæ plenè not.in l.iij.ff.de leg.j. ¶ Et per pdicta videtur et reprobari opi.Fran. Accursij,qui dixit, q quando fit compromissum in duos cū potestate eligendi tertiū in casu discordię.quod si postea arbitri non discordant in eligendo tertium,quòd tunc valebit, quod fiet.nam secundū eū videtur quodammodo cessare ratio legis, ex quō non discordant in tertio eligendo:sed concordarunt, & cōsenserunt. Secus si discordarent in tertio assumendo: quia tunc non valeret,quod agetent.& sic intelligit.§.si duos.in l.item si vnus.Et hanc opi.recitauit Ioā.And. in addi. Spec.in ti.de arbi.§.si super.versi.sed et, quod dixi.Nā ista opi.videtur esse contra istum tex.vbi patet, q etiā si concordant in tertium eligendo, tamen non valet quod agunt. Ioan.tamen And.in addi. dicit distingui posse,an compromittatur in duos cū hoc, q si discordant eligant tertium:q tunc nō valeat cōpromissum, an vero compromittatur in duos cū potestate, quod eligant tertiū.& tunc secūdū eū, quia possunt eligere a principio, ex quo data est simpl'r ptās eligendi tertium, & non fuit adiectum in casu discordiæ si eligat tertium ab initio,& procedāt valebit,quod fiet.& ratio est secūdum eum: quia nulla poterit sequi perplexitas,

xitas, ex quô iam electus erit tertius. secus si differrẽt eligere eo tempore, quo essent in discordia: quia tunc non valebit, qđ facient per istũ tex. & per d. §. si duos. ¶ Sed certè, vt hic tangit do. Anto. ista distinctio videtur contra mentem, & rationem istius tex. quia etiam quando compromissum est in duos cum potestate eligendi tertium, est data potestas de tertio incerto assumendo, ergo non debet valere per istum tex. & per ea quæ habentur in d. §. si in duos. & istud videtur verius de iure, saluo nisi fortè post compromissum incontinenti partibus præsentibus eligerent ipsum tertium, quando data est eis potestas, vt tertium eligant, & partes illud approbauerunt. nam tunc videtur, quòd valeat. per ea, quæ habentur in simili. in l. j. §. cum adijcitur. ff. de verborum obligationi. & sic satis videt, si partibus absentibus talem electionem faciant, licèt ab ipso initio. ¶ Aduerte tamen, quia vbi compromittitur in duos, & datur potestas de tertio eligendo in casu discordiæ, quòd si contingat dictos arbitros simul concordare, & non esse discordes, & pronuntiẽt, videtur qđ valeat sententia, quia clausula de eligendo tertiũ in casu discordiæ non habuit locum. Et ideo non habuit impedire compromissum factum in ipsos duos. argu. l. post adiram. C. de impub. & alijs substi. & C. de leg. l. si legata. & quia dicta clausula est de per se, & separabilis ab alia parte compromissi. & sic videtur, qđ vitiatur, & non vitiet. arg. de reg. iu. vtile. li. vj. Et istud tenuit Ioan. And. in addi. prędicta. super ver. super eo, quod dixi. ad fi. & sequitur hic domi. Anto. & secundũ hoc limitaretur iste tex. & d. §. si in duos. quando deuẽtum esset ad discordiã, & ad electionem tertij, Secus, quando fuissent concordes, quod est valde notãdum. Tamen tex. in d. §. si in duos. videtur simpliciter reprobare dictam formam, quando cõpromittitur in duos cum potestate eligendi tertium in casu discordiæ. & videtur simpliciter velle, ꝙ compromissum tunc non teneat quasi sit factũ in forma vitiosa, & a iure reprobata. & ideo dictum Ioan. An. non est sine dubitatione. Tenè tamen mentem ipsam, cum qua transit hic do. Anto. & est notable dictum. nec obstat prædictis. ca. j. de pact. vbi pacta sunt seruanda: quia illud verum, nisi quatenus pactum obuiet iuri. s̄. de pact. in c. fi. ¶ Et pro prædictis faciat, quia tex. in d. §. si in duos. considerat possibilitatem futuræ discordię. & ideo, licèt postea non sequatur discordia: tamen quia possibile fuit illã interuenire, videtur durare ratio illius. §. & ideo videtur, quòd compromissum inualidetur, & quod etiam opi. Fran. accursij nullatenus procedat: nec videtur ẽt procedere, vt dixi opi. Ioan. And. Ioan. de imo. ¶ Aduerte tamen, quia Innocen. hic in gl. sua in verbo incerta persona ad finem, videtur sensisse differentiam quam fecit Ioan. And. in addi. Spec. super dicto versi. sed ei, quod dixi. ¶ Nam dicit Innocen. differentiam esse, an compromittatur in duos, & detur potestas eligẽdi tertium in casu discordiæ, an vero compromittatur in duos, & simpliciter detur eis potestas eligendi tertium, cum partes in ipsis arbitris, & de ipsis plenè confidant. An tamen hæc opi. procedat de iure, patet ex superius dictis. ¶ Item etiam aduerte, quia voluit Innocen. in glo. pręalle. quod delegati possint compellere arbitros ad eligendum tertium, quando in duos compromittitur in causa delegata, & postea sunt discordes. ¶ Sed contrarium voluit Hostien. in c. proxi. & idem etiam gloss. supra eodem. per tuas. in glo. fin. Et hæc opi. videtur verior, vt ibi dictum fuit in d. c. per tuas. qui sunt delegati ad determinandam causam nõ autem ad cogendum arbitros. Et ideo videtur, quod eorum potestas ad illud non extendatur. Secus tamen videtur si essent dati delegati ad exequendum sententiam arbitrorum, quia tunc videtur, qđ possint cogere arbitros ad eligendum tertiũ, vt sic possit deueniri ad sententiam quam debent exequi. argu. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu. & supra de offi. dele. præterea. & c. ex literis. ¶ Item etiam aduerte, quia videtur velle Ioan. An. & domi. Anto. per ea, quæ tetigi in notabilibus,

14 † qđ de causa vsuraria possit in laicum compromitti iungendo ea, quæ dixi in not. cum his, quæ dicuntur in text. ¶ Sed cõtra istud facit, quia causa vsuraria videtur esse causa spiritualis, & eius cognitio videtur spectare ad iudicem ecclesiasticum. per ea quæ no. xj. q. j. in summa. & infra de iureiur. ex literis. & per gl. in cle. ij. de iudi. ¶ In glo. quę incipit cum repetuntur. istud dubium videtur pendere ex alio, videlicet, an de causa vsurarũ possit aliquo casu agi coram iudice seculari super quo fuerunt opi. ¶ Nam q̄dam, vt Barto. tenuerunt, ꝙ si quęstio sit super factu tã tum, puta, an talis receperit vsuras, vel dederit ad vsuras, & tunc possit cognoscere. An vero super iure, puta, vel contractus de quo quæritur de iure sit censendus vsurarius, vel non. & tunc non potest cognoscere iudex secularis: sed iudex ecclesiasticus: quia talis q̄ȯ secundum canones, & non secundum leges est determinanda. vt patet ex his, quæ habentur. infra de vsuris. c. quia in omnibus. & no. Bart. in l. Titia. ff. sol. ma. & istam opi. etiã tenuit Pau. de Leaza. in cle. j. de vsu. ¶ Alia autem fuit opi. qđ indistinctè iudex secularis non habeat cognoscere de causa vsurarum, sed iudex ecclesiasticus. & istam videtur sequi glos. in d. cle. j. de iudi. quia iudices ecclesiastici super causis vsurarum indistinctè faciũt inhibitionem iudici seculari. An igitur possit compromitti de causa vsuraria. potes dicere, quòd si tenemus aliquo casu iudicem secularem posse cognoscere, in illo casu poterit compromitti in laicos, aliter in laicos non posset compromitti, sicut nec de alijs spiritualibus, vt habetur in capitul. contingit. supra eodem.

S V M M A R I V M.

1 *Visitandi ius habet Archiepiscopus in monasterijs sitis in sua prouincia.*
2 *Compromissum factum in vnũ hoc acto, vt si sibi videatur eligat aliũ qui causam decidat, an valeat.*
3 *Transigi non potest super spiritualibus. & nu. 5.*
4 *Transactio non procedit, nisi aliquo dato, vel retento.*
6 *Arbitratoris dictum reducitur ad arbitriũ boni viri, quod secus est in arbitro.*
7 *Placet verbum importat arbitrium boni viri.*
8 *Arbitris duobus simpliciter datis, & discordantibus eligitur tertius, an talis tertius propriè dicatur arbiter.*

CVm a nobis. Propter varietatem lecturarum non potest commode summari. Et in prima narrat factum. Secundo confirmat. secunda ibi: nos igitur. In tex. ibi petitur. & infra deciditur, quia sequebatur quod iustum est illud merito exaudimus, vel similia verba. In text. ibi exigebat. & fortè Abbatissa se defendebat dicendo monasterium exemptum. facit, quod habetur. infra de priuile. ex parte. ¶ Item ibi pręcisè. construi potest hoc verbum cum verbo præcedẽti deputaret. & tunc exponi debet lex nominatim, vt hic exponit Ioan. And. Potest etiam construi cum verbo parerent, quod sequitur. & tunc exponi debet præcisè, idest omnino. ¶ No. j. quòd iusta petitio est ex audienda. facit, quod habetur in l. cum rationibus. C. q. accus.

1 aceus.non pos.¶ †Item no.ꝙ Archieps in monasterijs
sitis in sua prouincia, & sic sibi subiectis iure metro-
politjco, seu iure Archiepiscopali.facit. supra de offi.
ordi.pastoralis.cum ibi notatis.habet ius visitandi,&
procurationem exigendi.de quo etiam.s. de offic.Ar-
2 chiepis.c.fi.¶†Item not.ꝙ videtur valere compromis-
sum factum in vnum hoc acto, vt eligat alium si sibi
videatur, qui causam decidat.de quo,& an hoc sit ve-
3 rum dicetur super gl.fi.¶† Item no.ꝙ super spirituali
bus videtur posse compromitti. licèt non possit transi
gi.s.de transac.c.statuimus.& c.super ea. Et sic videt,
quod arbitramētum non est oīmoda transactio, licèt
quò ad quid censeatur translactio:quia per ipsum rece
ditur a lite, sicut per trālactionem.de quo ēt ꝑ Bar.in
4 l.si societatem.§.arbitrorū.ff.pro socio.¶† Nā transa-
ctio non procedit,nisi aliquo dato,vel retento.vt l.trā
sacto.C.de transac.& tamen arbirramētum posset fie-
ri absoluendo etiam nullo dato.Et ideo nō debet cē-
seri omni respectu arbitramentum trālactio.vt voluit
Bar.in d.§.arbitrorum.¶ Item potes notare vnum mo
dum firmandi cōpromissum,videlicet, qđ per pœnæ
adiectionem.facit,quod dictum fuit. s.e.exposita.vbi
etiam dictum fuit quomodo alijs modis firmari pōt.
¶Vltimo potes notare,ꝙ sup ꝑ actu celebrato per infe-
riores potest impetrari cōfirmatio Papalis. de quo ple
5 ne in c.j.&ij.j.de confir.vti vel inuti.¶†In gl.j.in fin.
Sed aduerte, quia dubium faciebat fm Gof. qa vide-
batur,qđ nō posset compromitti de procuratione,ve-
lut de re spirituali,sicut nec potest transigi super re spi
rituali.s.de transac. super eo. Nam compromissum vř
quædam transac.vt no.infra de iureiur.c. quintaual.ꝑ
Inn.sed ipse respondet, ꝙ fuit compromissum de mo-
do fiendę procurationis,nō autem de ipsa procuratio
ne.Vel secundo potest dici secundum eum,ꝙ ipsa pro
curatio est res temporalis, sicut & fructus decimarū.
infra de deci.capitu.quamuis.¶ Sed certè iste solutio
nes videntur non esse bonæ. Nam prima videtur con-
tra text.Secunda etiam non videtur bona, quia vide-
batur esse quæstio etiam super iure recipiendi procu-
rationem, quod est accessorium iuris visitandi, quod
est spiritruale.Ideo finaliterr dicit,quòd licèt super iu-
re spirituali non possit transigi,tamen bene poterit cō
promitti per istum text. & sic licèt cōpromissum quò
ad quid censeatur transactio, non tamen omni respe-
ctu, vt dixi in notabilibus. ¶ In gloss. fina. ibi tenet.
licèt pro ista prima solutione faciat verbum ordina-
tioni,& verbum ordinando.tamen, vt dicit. Hostien.
verbum diffiniendo non facit pro illa, sed potius,qđ
fuerint arbitri, vel iudices. tamen iste Hostien. tenet
istam solutionem, vt sit dr̄ia inter arbitros,& arbitra-
tores.Et est ratio diuersitatis scd̄m eum, quia dictum
6 † arbitratoris sui natura reducitur ad arbitrium boni
viri,sed dicto arbitri fm sui naturam,& iuris ciuilis di
spositionem,standum est,licèt sit iniquum.l.diem pro
ferre.§.stari.ff.eodem.& ideo secundum eum primum
debet admitti, videlicet, quòd per arbitratorem, seu
arbitratores fieri possit, quod est dictum.Secundo ve-
ro, videlicet, quòd per arbitrum, seu arbitros id fie-
ri possit: est respōdēdum,& nōn admittendum,ne li-
tes ex litibus oriantur,& ne iniquitas approbetur.Ad
ducit etiam pro hoc simile, quia non videtur valere
compromissum,si fiat in Titium, vt pronunriet,ꝙ Ti-
tio placuerit: sed bene valet secundum eum si fiat,vt
ꝓnūtiet arbitratu.Titij. Nam in primo casu nō valet,
quia habet sequi voluntatem Titij.in secundo casu se
cus,quia poterit recurri ad arbitrium boni viri, & sic
dicit intelligendam.l.litem si vnus.§. item Pompo.ff.
eo.Istum intellectum sequitur hic Ioan. And.circa.d.
§.item Pompo.& sequebatur etiam Old. vt refert Bar
to.in d.§.idem Pompo. sed Bartol. ibi reprobat istum
7 intellectum,†quia verbum placet.etiam importat ar-
bitrium boni viri l.thais.§.sorore.ff.de fidic.libe. iun-
cta.l.fideic.libertas.eo.titu. & sic etiam in primo casu
importat arbitrium boni viri, & tamen non valet, vt
ibi patet.in d. §. idem Pompo. Vnde alius est intelle-
ctus illius.§.vt ibi voluit gl.& etiam Barto. & sic istud
simile allegatum per Hostien.& Ioan.Andr. non fuit
bonum,facit,quod dixi.supra eodem.cum olim. Et ꝑ
hoc etiam vř, ꝙ non valeat compromissum si fiat fm
consilium talis sapientis.Secus si diceretur, qđ habet
pronuntiare de cōsilio talis sapientis:quia hoc vltimo
casu, licèt teneretur requirere consilium,non tamen
teneretur illud sequi.vt in d.c.cum olim. & ibi tetigi.
& no.Barto.in d.§.item Pomponius. & in l.j.§. si plu-
res.ff.de exercitoria.Et facit,quod no.in Specu. de ar-
bitro.§.fi.ver.sed quid si dicatur.ad fi.§.Et istam primā
solutionem gl.sequebatur etiam Pe.& Abbas.quia ar
biter tènetur substantialia iudicij seruare. Sed arbitra
tor datur ad componēdum. & datur etiam sepissime
super re non litigiosa.Et etiam si detur super litigiosa
non tenetur substantialia iudiciorum seruare.vt no.ꝑ
Innocen.in c.Quintauallis.de iureiuran. Licèt autem
hanc primam opi.sequatur Hostien. tanquam veram
in se.tamen, quia videtur aliqualiter literam violare,
quæ videtur etiam loqui in arbitris. Ideo glo. in versi.
vel si fuerint,dat secundam solutionem.Sed certè illa
secunda nihil valet:quia est contra capitulum præce-
dens. vbi etiam ex postfacto facta fuit electio de tertio
certo.& tamen non valuit.Et ideo glo.in ver. & ideo.
voluit sentire tertiam solutionem,videlicet, ꝙ in c.p̄-
cedenti.compromissum fuit in duos, & data potestas
duobus de tertio eligendo,qui poterant discordare in
ipso tertio eligendo. Sed hic fuit compromissum in
vnū,videlicet, in Cardinalem,& data potestas de eli-
gendis duobus mediatoribus,vel arbitris.Ideo tenuit
quia hic cessat ratio discordiæ,cum vnus in seipso nō
possit discordare. sed secus in pluribus, & si vnus va-
riaret,quia primo eligeret vnum, & postea alium,stā-
dum esset primæ declarationi.per id,quod habetur in
l. quicquid astringendæ. ff. de verborum obligationi.
& pro ista solutione bene facit,quia cessare videtur ra
tio,quæ ponitur in §.si in duos.inquantum dicitur,ꝙ
non valet compromissum in duos cum potestate eli-
gendi tertium,quia possent discordare. Nam dicta ra-
tio cessat,quando est vnus tātum,cui data est potestas
eligendi vnum, vel duos. & hanc solutionem tenuit
Gof.allegat, quod habetur in l. non distinguemus.§.
quęsitum.ff.eo. tamen si benè ponderetur non multū
facit.imo posset induci etiam ad oppositum Innocen.
hic,seu in capitul. præcedenti videtur variasse in glo.
in verbo incerta. Nam circa principium non videtur
tenere istam solutionem cū dicat,quòd siue sit vnus,
siue plures qui a partibus habeant potestatem alium
eligendi, non valebit compromissum,nec poterūt co
gi eligere, sicut nec partes cogi possent quarum vice
habent eligere.Sed demum in eadem.gloss. circa fin.
videtur sequi istam solutionem.Hostien. vero non te
net istam solutionem, quia secundum eum non ces-
sat ratio incertitudinis, de qua in capitu. præcedenti.
& quia possibile esset,quòd etiam tunc eligeretur, vel
suspectus, vel iniquus. facit, quod habetur in dicto.
§. quæsitum. & cum hoc etiam transit dominus Ant.
& etiam Ioan. Andre. Tamen si quis vellet defensare
istam solutionem posset dici,ꝙ capitulū præcedēs dēt
intelligi de incertitudine q̄ causat, & causari ꝑt a dis-
cordia duorū,q̄bus dat dicta ptās eligēdi tertiū: vt sic
intelliga-

intelligatur.secūdum.d.§.si in duos. in l.item si vnus. ad quem videt habuisse respectum, vt patet.in prin. glo.in c.præcedentis.Item etiam non obstat, quod dicitur,ꝙ poterit eligere suspectum, vel iniquum: quia si de hoc constaret, non posset talem eligere: quia in dubio in generali potestate non videteē data potestas eligendi tales.arg.l. creditor.§.lucius.ff.mandati.& ff. de le.ij.in l.Lucius.§.Lucius Titius damā.tamē ꝑ prædicta Hostié. soluit quarto,ꝙ hæc potestas potest dari ordinario. Nam legatus iste erat ordinarius in sua legatione:quia legatus habet ordinariam, vt patet in c. ij.de offi.leg.in vj.non autem potest dari delegato,vel arbitro.& ita loquantur contraria,assignant rationem diuersitatis: quia secundum eū ordinarius habet hāc potestatem a iure, etiam si ei nō detur a partibus,per ea,quæ habentur.ff.de arbitris. in Litē si vnus.§.principaliter.quæ rō cessat in delegato,& arbitro.& hanc rationem notatur propter id,quod dixi in c.præcedēti.an delegatus de iure habeat potestatem compellēdi arbitros ad eligēdum tertium, quando in duos fuit compromissum. Nam videtur velle Hostié.ꝙ non,de quo dixi in c. præcedenti.& in c.per tuas.super glo.fi. Et ideo secundum eum,cum ordinarius habeat dictā ptātem a iure.Ideo a partibus poterit sibi dari:quia nil noui tūc sibi dari videtur. Sed potius id, quod ius sibi cōcesserat approbari vr.allegat.s.de of.leg.ca.studuisti.Item etiam pro prædictis adducit, quia iurisdictio ordinaria est fauorabilis: delegatio verò odiosa.facit, quod no.gl.de rescri.c.j.in vj.& arbitraria potestas est stricti iuris.s.eo.cum dilectus.ideo contra delegatā,& arbitrariā potius in dubio ficda est interptatio. ¶Sed aduerte,quia contra istam opi.Hosti.facit, quia ordinarius non habet eligere in casu discordiæ:sed habet compellere arbitros,vt eligāt tertium. vt patet in d.§. principaliter. Et sic non est verum, ꝙ quando datur potestas ordinario eligēdi tertium,videatur per partes dari id,quod ꝑ ius sibi conceditur.Propterea, etiā nō cessat ratio incertitudinis hoc casu,etiam quando datur potestas ordinario,super qua incertitudine fundatur ratio decretalis præcedentis, vt hic patet. & ideo ista opi.Hosti.nō videtur tuta.Propter hoc datur alia solutio, quæ fuit qnta, videlicet, ꝙ isti mediatores nō fuerunt electi, vt arbitri: sed vt legati,contraria verò procedunt in arbitris. & pro ista solutione facit litera, dum dicit diffiniendo causam huiusmodi.&c.& hanc sol.tenuit Inno.in c.præcedenti.pro qua facit,quia licèt compromittatur in ordinatium,prout erat iste legatus, vt patet in ca.ij.de offi.lega.in vj. non per hoc perditur potestas ordinaria: quia nec etiam perditur delegata per actum compromissi, vt dictum fuit. s.c. proxi.¶In gloss.j.& super ea.& ideo iste legatus,licèt in eum esset compromissum potuit dare delegatos,ꝙ etiam isti essent delegati, dicit Inn.posse colligi ex lra dum dicit diffiniendo causam &c.& etiam, quia Papa confirmat eorum sententiam,quod nō fecisset si fuissent arbitri.per id,qđ hr inll.j.C.de arb.¶Nec ob.si dicatur,ꝙ pœna quæ fuit hic promissa per partes vr ostēdere eos fuisse arbitros.per id,quod not.gloss.in l.j.ff. de iudicijs.quia respondetur,ꝙ hoc non est verū,quādo compromittitur in ordinarium, vel delegatū partium:quia semper tales retinēt iurisdictionem suam, quousque reuocētur.per id, quod habeē in l.lega. ff.de offi.præsi.& j.de præbē.nisi essent.¶Sed id, quod no. in d.l.j.ff.de iudi.procedit,quando compromittitur in extraneos,qui nullam habent iurisdictionē in partes. licèt aliàs sint iudices aliorum. Nam tunc, si promittatur pœna de stando dicto talium, vel habitus fuerit tractatus de eligēdo tales,vt arbitros:tunc præsumunt,

vt arbitri electi.per ea, quæ habentur in d.l.j.ff.de iudicijs.& l.j.C.de arb.& in l.litigatores.§.j.& ij.ff.de arbi.Si aūt nō interuenerit promissio pœnę,nec præcedens tractatus de eligendo vt arbitros, tunc in dubio præsumitur potius quis aditus, vt iudex prorogando eius iurisdictionem,quàm videatur aditus, vt a biter, vt sic res efficacius valeat.arg.eorum quæ habentur.j. de ver.sign.Abbate.& ff.de rebus dubijs.in l.quoties. secundum Innocen.in c.præcedenti.& facit,quod no. glo.in d.l.j.ff.de iudiciis. ¶Hosti. verò dicebat, quod in dubio potius videbiē electus vt arbitrator. per id, quod habetur in hoc c.& etiam,quia iudex, vt iudex non videtur eligi,nisi exprimatur.& alia etiam multa oportet intercedere ad hoc,vt eligatur, vt iudex ꝑ ea quæ notantur.j.de foro competē.significasti.¶Et propter prædicta non placet iste intellectus Host.& præcipuè,qa non nominat hic istos delegatos.¶Nec etiā videtur,ꝙ iurisdictio eis fuerit commissa.Sed arbitriū tantum, vel ordinatio, & quia si fuissent delegati.vbi lra dixit ordinationi,dixisset iudicio. & vbi dixit mediatorum,dixisset delegatorum.& sic ista solutio non videtur literæ conformari. ¶Sed aduerte inquantum Hosti.voluit,ꝙ quando aditur aliquis, qui non est iudex partium.licèt aliorum sit iudex,ꝙ in dubio videatur electus,vt arbitrator,& non, vt iudex. glos.tenuit contrarium in d.l.j.ff.de iudi.& Inno.in c.præcedēti. licèt Ioā.And.hoc non declaret,nec do.Ant. ¶Potes dicere concordando opi.quod opi.glo.& Inno.procedat de iure ciuili,secundum quod partes possunt prorogare iurisdictionem non sui iudicis, licèt non habeant licentiā a suo iudice.facit,quod habetur in d.l.j. & ij.ff.de iudi.Sed opi.Hosti.potest procedere de iure canonico,secundum quod partes non possunt prorogare iurisdictionem non sui iudicis sine licentia iudicis sui.vt patet ex his, quæ habentur in d.c.significasti.j.de for.comp. licèt autem quinta solutio supra data in se possit sustineri:tamen non videtur literæ conformis,vt superius tetigi.Ideo datur sexta solutio per doctores,videlicet, quod fatendum est, ꝙ non tenuit compromissum, nec cōsequenter laudum per iura in contrarium allegata.Et ideo impetrata fuit confirmatio a Papa de voluntate partium:quia laudū erat nullum secundum istam solutionē.per ea,quæ habentur in contrarijs.Et dicebat hic Goffr.quod hæc cōfirmatio non immutabat naturam laudi.de qua habetur in l.j.C.eo arg.in c.ecclesiā.el ij.de elect.&.C.de inoffi. test.in l. si quando. sed faciebat valere arbitriū ſm sui naturam, videlicet, vt ex quò vallatum esset pœna, ageretur ad pœnam,non autem vt per illam cōfirmationem,adiudicatum,vel laudatum,vel arbitrium trāsiret in rem iudicatam.& sic sesidet hic do.Ant.¶Sed certè,si ponderētur verba Inn.videtur velle, ꝙ ex quò de consensu partium fit confirmatio, quòd tunc laudum sortiatur effectum,& habet executionem.& pro hoc faciat,quod habetur in l.pen.C.eod.& s.eo.c.per tuas.& quod ibi plenè dictum fuit.¶Sed vbi Papa cōfirmaret proprio motu sine voluntate partium: tūc videtur,quod posset procedere dictum Goff.¶ Hæc solutio non videtur omnino tuta: quia in dubio,si fieri potest debet potius fieri interpretatio,vt actus valeat, quam pereat.vt in c. Abbate.j.de ver.sig.Et ideo videtur,ꝙ in dubio non debeamus intelligere,quòd com promissum,& laudum fuerit nullum in hac decr. ꝑut. voluit ista solutio.¶Et ex prædictis apparet sex fuisse solutiones ad contrariū.c.præcedentis.& §.si in duos. l.item si vnus.ff.eodē. & consequenter sex intellectus fuisse in hac decr.¶Et licèt cum primo intellectu trāseant hic doctores:tamen non videtur tutus,per ea,ꝙ habentur

habentur in l.si merces.in prin.ff.locati.vbi patet, qđ
etiam quando aliquid est fiendum per arbritramentũ
tertij incerti, non valet: quia eadem est ratio, quę in ar
bitro, vt ibi voluit glo. quia posset esse discordia in eli-
gendo ipso arbitratore. ¶ Secundus intellectus nõ est
bonus, vt s. dictum fuit. ¶ Tertius intellectus, licèt nõ
videatur placere Hostien. tamen ipsum tenuit gloss.
hic. & etiam Gof. vt dixi super glo. ¶ Et Innocẽ. etiã
ipsum sensit in c. præcedenti. licèt variauerit. Et illum
puto posse sustineri, per ea, quæ dixi super glo. ¶ Ad-
uerte tamen, quia. §. quæsitum. in l. nõ distinguemus.
ff. eo. quem allegauit Gof. nõ videtur omnino proba-
re hũc intellectum: quia ibi benè permittit posse agi
in compromisso, quod si arbiter pronuntiet fundum
debere restitui, vel etiam debere satisdari, ꝙ ipse arbi-
ter possit declarare cuius arbitratu fieri debeat restitu-
tio, vel præstari fideiussio. & sic non dicit, quòd prin-
cipalis quæstio possit compromitti in arbitrum cum
potestate, quòd ipse possit alium eligere. & sic melius
facit iste textu. non cauillando eum. ¶ Nec ob. etiam
litera ibi circa fi. dum dicit, ꝙ si iubeat aliũ sibi adiũgi,
ꝙ hoc facere non potest: quia non est actum in com-
promisso. Nam non debet sibi sumi argumentũ a cõ-
trario sensu: quia si esset actũ, quod deberet sibi adiũ-
gi, non valeret talis conuentio, quia possent partes di
scordare in adiungẽdo. & sic staret ratio, quæ habetur
in d. §. si in duos. licèt ergo aliqualiter faciat pro opi.
Gof. d. §. quæsitum. tamen melius facit iste text. & id,
quod dixi superius, quia cessare videtur tunc ratio. d.
§. si in duos. ¶ Quarta autem solutio, quę fuit Host. nõ
videtur tuta per ea, quæ superius dixi. ¶ Quinta autẽ
licèt in se sit vera, non videtur benè conformis literę.
¶ Sexta autem non videtur tuta etiam propter id, qđ
supra dixi, ideo videtur, ꝙ melior solutio præ cæteris
8 sit tertia. ¶ † Nunquid autem, quando eligitur tertius
duobus simpliciter electis in arbitros, & discordanti-
bus, talis tertius propriè dicatur arbiter. dicit Bar. in d.
l. item si vnus. §. principaliter. quod nõ, quia talis ter-
tius non eligitur a partibus. sed ab ipsis arbitris. vt ibi
patet in d. §. principaliter. Et ideo videtur potius quí-
dam consultor, vt etiam voluit Spe. in ti. de arbitro. §.
fi. ver. sed quid iste tertius. vbi dicit, ꝙ alij coguntur ꝓ-
nuntiare secundum consilium istius tertij. & sic iste
non habebit pronuntiare: sed consulere, vel dicere
quid sibi videtur. & alij duo poterunt cogi per iudicẽ
ordinarium ad pronuntiãdum ſm dictum, & ꝯsilium
illius tertij. alij tñ voluerunt, ꝙ ipse tertius ẽt poterit
pronuntiare, & si alter aliorũ duorũ concordet cũ eo,
stabitur sententiæ ipsorum. Si autem ipsi tres essent
discordes, & quilibet diuersam sententiã ferret, stabiẽ
sententiæ ipsius tertij per ea, quæ habenẽ in d. §. prin-
cipaliter. Et istam opi. videtur sequi Ioã. And. in addi.
Spe. super dicto vers. sed nunquid iste tertius. & istam
opi. etiam tetigit Bart. in d. §. principaliter. licèt dicat
primam esse tutiorem. Satis puto quãlibet opinionẽ
sustineri posse. per ea, quæ habentur in d. §. principali-
ter. & facit etiam, quod dixi in d. ca. Quintauallis. j. de
iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Cõpromissum non transit ad hæredem, nisi hoc exprimatur. & nu. 3.*
2 *In societate hæres non succedit, sed succedit in actione, per quam tene-
tur reddere rationem, & reliqua.*
4 *Gesta coram arbitro contra defunctum compromittentẽ tpe quo vixit,
an valebunt in iudicio cõtra hæredem, si post mortẽ in iudicio agatur.*
5 *Compromissum, si exprimatur, quod transeat ad hæredes, de quibus
hæredibus intelligatur.*
6 *Compromissum factum in arbitratorem, an transeat ad hæredem.*
7 *Compromissum factum per prælatum, an transeat in successorem.*

COmpromissum.

Breue est & nõ re-
cipit commodã diuisionem, vel sum-
1 marium. ¶ † No. ꝙ compromissum nõ
transit ad hæredem, nisi hoc exprima-
tur. Et sic not. casum, in quo obligatio
2 inita cum defuncto non transit ad hæredes. † In glo. j.
ibi. §. pactorum. Et ꝓpter prædicta dicebat hic Host.
quod compromissum habet naturam inter iudicium,
& societatem: quia in societate nõ succedit hæres etiã
ex speciali pacto, quãuis succedat in actione, per quã
tenetur reddere rationẽ, & reliqua præstare in l. nemo
potest. ff. pro socio. & l. cum duobus. §. j. In iudicio ve-
rò semper succedit, etiam si nihil sit dictum. facit. ff. de
præt. stip. in l. ij. & l. oratione. in fin. ff. de ferijs. In com-
promisso vero succedat si fuerit dictũ, si aliter, non vt
hic patet. ¶ In ea. ĩ fi. & sic, vult gl. ꝙ si sit inæqualitas.
vt quia solũ facta est mentio hrdis ex parte vnius cõ-
promittentis: tunc talis conuentio non valet. & ideo
debet ex vtraque parte fieri mentio. Similiter ex vtra-
que parte debet esse stipulatio pęnalis, vt arbiter pos-
sit cogi. l. litigatores. §. fin. ff. eo. ¶ Quid autẽ, si sit inæ-
qualitas, vel in quantitate, vt quia vnus promittit. x.
alter. xv. nomine pœnæ: vel quia alter solummodo dat
fideiussores pro obseruãtia laudi. Alter solum per sti-
pulationem promittit. An tũc valebit cõpromissum.
tangit Spe. in tit. de arbitro. versi. hoc quoque præter-
mittendum cum sequentibus. & ibi concludit, quòd
in primo casu reducetur res ad æqualitatẽ, quia vter-
que solum tenebitur in x. In secũdo casu dicit aduer-
tendum, ꝙ si tantum valet promissio illius qui nõ dat
fideiussorem, quantum promissio alterius dantis fide
iussorem: vt quia non dans est magis idoneus facul-
tatibus, tũc sustinetur talis inæqualitas propter rationẽ
3 prædictam. ¶ † Item aduerte inquantum hic dicitur, ꝙ
compromissum non transit ad hæredem. intellige se-
cus esse si post latum laudum moriatur aliquis ex cõ-
promittentibus: quia licèt compromissum nõ trãseat
ad hæredes: tamẽ benè transit laudum latũ ante mor-
tem compromittentium. per ea, quæ habẽtur in l. dic.
4 §. j. & l. quamuis. ff. eo. ¶ † An autem gesta cõtra ipsum
defunctum compromittentem coram arbitro tẽpore
quo vixit valebunt in iudicio contra hæredem, si post
mortem cõtra ipsum agatur, dic ꝙ sic secundũ Pet. &
Abbatem. per id, quod habetur in l. pe. C. eo. quod in-
tellige saluo eo, quod habeẽ. j. de testi. præsentata. &
C. de testi. in l. fi. Quid autem si fiat mentio de hære-
dibus. An intelligatur in infinitum, an vero de primo.
hrde. ¶ Spe. in de tit. arbitro. §. differt. circa principiũ.
& §. finitur. ver. sed nunquid duobus. & facit etiam, ꝙ
tãgit in versi. quid si ꝑlatus. tenet, quod intelligatur
de quolibet hærede in infinitum. facit, quod habetur
in l. fi. C. de hæredi. instituen. ¶ Nec obst. quod habeẽ
in l. antiquitas. C. de vsufru. vbi intelligitur solum de
primo hærede: quia ibi speciale in vsufructu ne red-
6 datur proprietas inutilis. ¶ † Quid autẽ de cõpromisso
facto in arbitratorem, an transeat ad hæredem. tangit
Spe. in d. §. finitur. in versi. sed nunquid. & duobus se-
quentibus. & facit etiam, quod ipse tangit in d. §. dif-
fert. & concludit, ꝙ sic. quia licèt cõpromissum factũ
in arbitrum non transeat ad hæredem, nisi hoc dica-
tur. tamen secus est, quando compromissum est in ar-
bitratorem, quia illud censetur quædam transactio,
in qua succedit hæres. ff. de ꝓba. in l. pactum. & istud
tenuit Vbertus de Bobio, vt etiam ibi refert Spec. qđ
tene mẽti propter compromissa, quæ fiunt omni die,
quia non fiunt simpliciter in arbitros, sed in arbitros
& arbitratores, de quo etiam dixi in c. Quintauallis. j.
de iureiu.

7 de iureiurã. ¶Quid autem de compromisso facto per prælatum, an trãseat ad successorem. tãgit Spe. in d. §. finitur. ver. quid si prælatus. vbi concludit, quod si in compromisso est procurata vtilitas ecclesiæ, tunc trãsit ad successorem aliàs non. per ea, quę habentur in c. ij. & iij. ĩ. eo. & de solu. c. j. & ne prælati vices suas. c. fi. Nisi intercedat autoritas superioris. per ea, quę habentur in iuribus præallegatis. & ĩ. de transac. veniens. & ĩ. eo. in c. cum tempore. & in c. lij. ¶Item quod hic dicitur de morte alterius compromittentium procedit in morte naturali. ¶Idem dicas de morte ciuili si forte fuerit deportatus, vel aliter bona sua fuerint publicata: vel si cesserit bonis. l. item si vnus. in prin. ff. eo. & de multis alijs modis quibus finitur compromissum habetur in Spec. eo. ti. §. finitur per totum.

Et sic sit finis huius primi libri.

REGISTRVM.

Omnes sunt Quaterniones, Præter Aaa Quinternionem.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo

Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz Aaa.



VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.
M D LXXIIII.